EH426484

UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

MADON

Commen

in Evang

.1.

BS2555
.A2
M3
1611
v.1
c.1

1080045263

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

270.6

1080045263

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IHS



R. P.

IOANNIS MALDONATI SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

46217

COMMENTARII IN QVATVOR EVANGELISTAS.

In duos tomos diuisi, & nunc emendatius in lucem editi.

Quorum prior eos, qui in MATTHÆVM, & MARCVM; posterior eos, qui in LVCAM, & IOANNEM, complectitur.

AD SERENISSIMVM LOTHARINGIAE DVCEM.

Collegij Soc. Jesu Mexi

S. MATTHÆVS

S. IOANNES

S. LVCAS

S. MARCVS

MOGVNTIAE
Sumptibus HERMANNI MYLII BIRCKMANNI
Excudebat Balthasar Lippius

Cum gratia et priuileg. Sacræ Cæsareæ Maiestatis.

Dr. José Ig.º de Larrañaga

BMU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
A.R. PUBLICA DEL ESTADO
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE

SERENISSIMO PRINCIPI CAROLO III. CALABRIAE, LOTHARINGIÆ, BARRI, ac Geldriæ Duci, &c.

Mussipontanæ Academiæ Theologi Societatis IESV Salutem, & æternam fœlicitatem.

VETVS illud magni, doctique Epiphanij admodum scitum, verumque est, PRINCEPS SERENISSIME, infidelitate peiorem esse hæresim. Χειρῶν, inquit, ἡ κακοπιστία τῆς ἀπιστίας. Vt enim alias huiusce rei causas silentio prætereamus, certe hoc præcipue inter Paganismum, & hæresim interest, quod ille quidem diu Ecclesiam grauissimis, & atrocissimis persecutionibus vexauit, & dilacerauit: est tamen funditus aliquando tandem euersus, sicvt hodie nullum prope eius supersit vestigium: hæresis vero, tanquam infestum agro Dominico zizanium, sic semper dormientibus hominibus vna cum bono veritatis semine succreuit: vt non facile, nisi eo pene simul euulso, potuerit euelli. Et quamquam vna fortasse hæresis aut sopita, aut extincta statim fuerit: altera tamen e vestigio ex prioris quasi cineribus adhuc calidis reuixit. Imo sæpe factum est, vt vna rescissa, quasi Lernęę hydræ amputata ceruice, plures aliæ pullularint: vt nullum vnquam Ecclesiæ sæculum hæresi sua, quasi nulla hominis ætas suo proprio morbo caruerit. Sic populũ illum Hebræum verum Dei veri cultorem memoriæ proditum est Palæstinã ingressum gentes quidem cæteras domuisse, & internecione deleuisse: Iebusæum tamen habitatorem Ierusalem e medio tollere non potuisse, sed secum habuisse semper inimicum, & infestum. Verumenimuero Christus dominꝰ, qui idololatriam semel profligauit, & sub iugum Ecclesiæ misit, non semel etiam de hæresi victa, & subacta triumphauit: imo sicut hostes noui subinde diuersis temporibus prodierunt, ita nouos identidem athletas, & propugnatores submisit, qui de ipsis post longa, & laboriosa certamina gloriosas victorias retulerunt. Hinc tot variis sæculis sanctitate, doctrinaque præstantes viri in istum campum, aciemque descenderunt, in Oriente Athanasij, Basilij, Nazianzeni, Nysseni, Chrysostomi, Epiphanij, Cyrilli, Damasceni, qui contra Arianos, Eunomianos, Macedonianos, Valentinianos, Apollinaristas, Sabellianos, Nestorianos, Eutychianos, Iconoclastas; in Occidente

In Anacrate.

Matth. 13.

Ios. 15.

Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Hilarij, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Prosperi, Optati, Leones, Gregorij, qui aduersus Marcionitas, Manichæos, Donatistas, Heluidianos, Iouinianistas, Pelagianos, aliaq; istiusmodi hæreticorum monstra, & portenta veram, & orthodoxam fidem, & religionem fortiter defenderunt, & omnes libris pereruditis, aliqui etiam suo sanguine consignatam veritatem posteritati transmiserunt. Nostro quidem sæculo post hominum memoriam flagitiosissima & perniciosissima hæresis exorta est, in quam videlicet omnium priorum hæresum videntur sordes, quasi in sentinam quandam, & cloacam confluxisse. Hi nimirum illi sunt nouissimi dies, in quibus venit diabolus habens iram magnam, sciens, quia modicum tempus habet. Vt vero pessima hæresis est, ita pessimos habuit auctores, fautoresque. Deus immortalis, quales & eligiosos apostatas, excucullatos monachos, sacerdotes nupturientes, perditorum examina, desperatorum greges, æce, & colluuiem Cleri, & Monachismi cæteroquin homines loquētię multū, parū cloquētię, scientię nihil, quidquā habētes, ad fingendū, mentiendum, fallendū, conuiciandū, audendū, tumultuandū omni arte, impudēria, fraude, procacitate, audacia, improbitate patiter instructos. A tē contrario qui non dormitat, neque dormit, custos Israel, magnos etiam & fortes veritati defensores, hereliq; aduersarios excitauit, qui primum in Oecumenico Tridentino Concilio, post in diuersis Europę prouincijs nefarios hæreticorum impetus grauiter repressarunt impiosque aduersus Ecclesiam conatus fregerunt, & retrorsus reddiderunt. Nihil vero illustres vitos commemorare attinet, quos ex omni natione Italos, Gallos, Germanos, Hispanos Ecclesia in aciem eduxit, qui linguas, calamosq; aduersus hæreticos fortiter strinxerunt, & eorum errores ad incudem veritatis diuini verbi malleo contuderunt. Omnes enumerare longum esset, pauci vero recenseri sine multorum, qui prætermitterentur, iniuria, arq; adeo contumelia non possent. Nostet certe Ioannes Maldonatus non inter postremos est numerandus, qui scilicet, non primus quidem, sed ex primis tamen nondum mortuo Caluino ex illa celebri Parisiensis Academiæ specula bellicū cecinit, in campum descēdit, in aciem prodijt, manum cum hoste conseruit. Nempe singulari Dei prouidentia, & beneficio eo missus est, vbi magnis eloquentiæ, ingenij, doctrinæ viribus exultantem, & quasi triumphantem paucis adhuc resistentibus Caluinismum erat repressurus, quod vt consequeretur, nullis ipse vnquam laboribus, & vigilijs pepercit, tuq; quam diu vires corporis suppeditarunt, docuit ipse maximo auditorum concursu, vt vox ipsius ex illo celebri Parisiensis Academię theatro per vniuersam Galliam quam latissime exaudiretur, & vix doctus esset quispiam, Episcopus, Abbas, Concionator, Parochus, qui non ad eius scholam ventitaret, ne ipsi quidem Caluinistæ, & Caluinistarum Ministri ipsius prælectionibus abstinerent, cum præter eximium, & recondita eruditionem summa eius esset in docendo grauitas, prudēria, modestia, quæ omnes ad se facile raperet, & studio veritatis incenderet. Postea vero quam fractis viribus corporis longo docendi vsu attritus est, ad scribendum se cōtulit, & aliquot preclara sui ingenij, iudicij, eruditionis monumenta reliquit, quæ suo quidem tempore deprōmentur, hoc vero opus præ cæteris studiosius elaborauit, & quasi primogenitum partum suum carius habuit, primoq; loco edere cogitauit, nisi illum noctu, diuq; dimicantem agonotheta Christus ex huius vitæ stadio ad brauium cœleste prius euocasset. Post eius obitū de ipso Romæ, Parisijs, Antuerpiæ edendo consilium sæpe capiebatur, sed

Apocal. 12.

Mart. Lutherus. Bern. Oshius, Petrus Martyr. Iu. Occolampadius, Mart. Bucerus, And. Caroloſtadius, Theod. Beza, Pe. Viguerius.

tur, sed huic incœpto variæ temporum, & negotiorum difficultates moram non dierum, & mensium, sed annorum iniecerunt. Nunc non sine Deo prodit in lucem expectatum diu à multis, & in tua Lotharingia, & Mussipontana Academia prodit, & in tuo nomine prodit, Dux Serenissime. Cui enim potius offerri, & consecrari debuit? Primum enim tam nobilis Academię tuę tibi debetur fructus, & partus, cuius tu nempe parens es, & conditor. Tu enim ante annos tres & viginti id agente apud Gregorium XIII. optimo, & sapientissimo piæ memoriæ Cardinali Lotharingo eam feliciter primum condidisti, liberaliter deinceps auxisti, ornamentis, quibus licuit, decorasti, priuilegijs magnis donasti. Tu non solum in ea tres linguas, Philosophiam, Theologiam, sed & ius Canonicum ac Ciuile diligenter doceri voluisti, & doctos viros ad id magnis stipendijs euocasti, Medicinæ Professionem, quæ sola ad perfectam omnium artium, & scientiarum ἐγκύκλιον παιδείαν restat, prope diem additurus. Quod vero caput est, tu eam sic publicam, & liberam omnibus etiam exteris nationibus esse statuisti, vt tamen nullus in ea, nec discipulus, nec Professor esset non probe Catholicus. Vnde cum pleræque Cisalpinæ Academiæ hæreticorum plenæ, & refertæ sint, tua tota Catholica est, & multis alijs decrescentibus in dies magis, magisque crescit, virisque doctis abundare incipit. Mouit nos deinde beneuolentia illa tua singularis, qua tu Ioannem Maldonatum, dum viueret, prosecutus es, quem in Lotharingia anno M.D.LXXVIII. non solum libenter vidisti, sed etiam auide audisti, cum hominem peregrinum aliena lingua concionatiuolusti. Indicasti denique læpius tibi fore gratissimum, si hoc opus in tua Lotharingia ederetur. Nempe res omnes honestas, & Reipublicæ, ac religioni in primis vtiles amare soles. Quod efficit tuus ille spectatus erga Deum, & Ecclesiam zelus, ac conseruandæ religionis singulare studium, in quo profecto clarissimos illos, & sanctissimos maiores tuos imitaris, quorum vel præcipua laus illa est, quod magna semper constantia, & ardore incredibili veram religionem fouerint, Ecclesiam defenderint, fidem propagarint. Longi essemus, si omnes commemorare vellemus. Nam si Ecclesiasticos Principes recenseremus, qui ex hac antiquissima tua familia prodierunt, hæc nobis Epistola in historiæ molem exsurgeret, cum spatio sexcentorum annorum dederit Galliæ viginti Episcopos, quinque Archiepiscopos, Germaniæ quatuor Archiepiscopos, & Imperij Electores, ipsi Romanæ Ecclesiæ Cardinales octo, vnum Pontificem Maximum Stephanum IX. antea Federicum, qui Legatus Constantinopolim missus periculosum Ecclesiæ Orientalis schisma sustulerat. Longius autem proueheremur, si eorum omnium, à quibus hæreditarium tum ditionis imperium, tum pietatis exemplum accepisti, res pie, fortiterque pro Deo gestas narraremus. Duo ergo seliguntur à nobis, quorum prior Godefridus Bullonius, tanquam verus Christi discipulus patriam, propinquos, amicos, familiam reliquit, vt Christi crucem ferret, atque adeo infelices illas terras Christi vestigijs impressas, & sanguine rigatas inferret, easque à Sarracenorum potestate eriperet: quod feliciter ipse consecutus est, & communi Principum Christianorum, qui in ea expeditione erant, suffragio, tanquam omnium optimus, fortissimus, sapientissimus primus è Christianis Hierosolymorum Rex est appellatus: vnde Regium nomen illud post annos demum trecentos ad proauum tuum Renatum hæreditario iure peruenit. Posterior vero auus tuus Antonius Renati F. ob pietatem, integritatem, mansuetudinem Boni cognomen adeptus ardenti, quo erga Religionem

Sigebertus Vossiburgus. Bignetus.

Guillelmus Tyrius.

Io. Tilius. Mart. Bel laius, Em. Bolzius.

flagrabat, zelo primus pene Europæorum Principum in hæreticos signum sustulit, ac Lutheranos Rustic os Furia illa Vuittembergensi bellicum canen te aduersus Principes Christianos magnis copijs armatos profligauit, ac arma strage ad sexaginta nimirum millia tribus prælijs concidit. Horum tu ze lum imitaris apprime, tantorum Principum vera, & germana proles, & pro virili hoc infelici tempore, quo tot aliæ prouinciæ hæreticos perferunt, tu eos in tua Lotharingia hærere non pateris, sed longe à tuis finibus amoues. Quod tam ita prud ter, ac Christiane semper agis, vt quotquot fere apud te reperti sunt hæretici, mente potius consilio, quam solum exilio verterint, sci entes non se, sed hæresim suam tibi displicere, vnde nunc eam necessitatem, quæ ad meliora coegerit, sibi gratulantur imposita. Nec fidem tantum, sed mores etiam curas: dum ex vna parte quotidie per Lotharingiam ad meliorem frugem Christianis legibus populus per te traducitur, ex alia ordo Eccle siasticus diligentia, & vigilantia filij tui Ill^mi Cardinalis Lotharingi S. Sedis Apostolicæ Legati ex recta Tridentinæ reformationis Censura, & regula ad pristinum decus, & sanctitatem magis, magisque reuocatur. Hinc fit, vt omnia tibi feliciter eueniant, vt res tuas secundet Deus: vt tu affinitatibus, amicitijs, fœderibus, opibus, honoribus quotidie crescas: populus te amet: nobilitas te obseruet. Clerus te continuis apud Deum precibus, votisque prosequatur. Filij tui sicut nouellæ oliuarum sint in circuitu mensæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. Ecce sic benedicitur homo, qui timet Dominum. Tu nempe res illius curas, ipse tuas: tu regnum illius auges, ille tuum: tu Ecclesiam ipsi tueris, ipse tibi Prouinciam: tu populum fidelem illi præbes, ille tibi obsequentem: tu vis illum amati, & coli à suis, ille te à tuis: in qua denique mensura fidelis seruus ipsi metiris, ille tibi prius remetitur Dominus. Hæc sunt præcipue, Serenissime Princeps, quæ nos permouerunt, vt tibi hoc in præsentia munus offerremus, quod esset deinceps, quasi perenne pietatis tuæ erga Deum, studij erga religionem, amoris erga hanc Academiam, beneuolentiæ erga nos testimonium. Tu nobis, nostrisque incœptis fauere perge. Fauebis vero, si more tuo fouebis. Nos vicissim ad extremum

Augustin. Epist. 48. ad Vincent.

Psal. 127.

Psal. 19.

Dauidicum illud ab Ecclesia Principibus Christianis concini solitum tibi ex animo precamur, Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob, Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te, Tribuat tibi secundum cor tuũ, & omne consilium tuum confirmet.

Mussiponti Cal. Septem. anno Domini. M.D.XCVI.

MVSSI-

MVSSIPONTANI THEOLOGI SOCIETATIS IESV LECTORI S.

NONNVLLA sunt, Lector optime, quæ te, nescius ne sis, monendum duximus. Primum est, vt ne penitus huius operis Auctorem ignotum habeas, Ioannem Maldonatum patria fuisse Basticum, genere nobilem, professione Theologum, vitæ statu Societatis nostræ Sacerdotem. Is primam ætatem in Academia Salmanticensi exegit doctissimis, & celeberrimis vsus præceptoribus, præcipue Dominico à Soto Ordinis S. Dominici, & Francisco Toleto tunc sæculari, postmodum Societatis nostræ Theologo, nunc S. R. E. Cardinali. Posteaquam se absolutis studijs Societati nostræ addixit, Romam profectus aliquot menses Theologiam docuit: sed dum Collegij nostri Parisiensis schola primum aperirentur, singulari Dei consilio, & instinctu Lutetiam est missus, vbi primus è nostris Theologiam docuit totos annos decem magna laude, & celebritate, ingentique frequentissimorum auditorum concursu, qui nimirum quotidie duabus, tribusue horis, antequam scholam ingrederetur, subsellia certatim implerent: Quia vero se in iis locis docere animaduertebat, vbi hæreses vigerent plurimum, varijque errores in dies increbrescerẽt, priscos illos, sanctosque Patres imitatus qui ad refellendos potissimum ætatis suæ hæreticos studia sua omnia referebant, in id maxime docendo incubuit, vt Lutheri, Zuinglij, Caluini, aliorumque hæreticorum huius sæculi nefariam, & sceleratam doctrinam conuelleret, veramque & orthodoxam fidem corroboraret. In quo sane profecit plurimum. Nam ex eius schola prodierunt viri eruditi quam plurimi, Episcopi, Doctores, Concionatores, Parochi, & vix postea fuit quisquam in Gallia, qui cum eius auditor esse non potuisset, quæ in schola dictauerat, sibi descripta domi non haberet. Vir sane fuit multis, magnisq; à Deo donis cumulatus, ingenij subtilis, iudicij admirabilis, memoriæ excellẽtis, diligẽtiæ incredibilis, indefessi studij, laboris supra corporis vires assidui, q̃ cũ initio firma essent, paulatim tamen lectione, scriptioneq̃, cõtinua exhaustæ sunt. Legendis enim libris cõtinuo vacabat: sic vt nullũ probatũ in Theologia Græcum, Latinumue Auctorem prætermiserit, quin totum peruolutarit, legerit q̃ diligenter,

)(4 ac no-

ac notarit. Et hæc, quæ plurimis nota erãt, laudabantur palam, imo prædicabantur à multis. Sed alia sine dubitatione maiora laudeq; digniora, quæ minus oculis paterẽt, accipe. Virtus in eo plane fuit eximia, sanctitas potius appellãda. Testes aliqui sumus, q cũ eo familiariter viximus. Magna in eo rerum humanarum despicientia: magna laudis, & aurę popularis contemptio: humilitas, & modestia incredibilis, vt tam doctus doctũ se nesciret, tam in ore hominũ positus homines sperneret, tam apud Principes, Præsules, primarios viros carus, & honoratus, maiorem in modum eorum aditum, conspectumq; declinaret: vt id etiam à nonnullis morositati tribueretur, dum ne inuisitatus quidem ad eos accederet: ardens, & iuge orationis, ac meditationis diuinarum rerum studium: summa in cibo, potuq; parcitas, paupertatis Euangelicæ rigida obseruatio: vt qui præter cæteros nihil quidquam haberet, retineret ue, cum ex vno loco in aliũ abiret, nisi vestem, quam humeris gestaret vilẽ potius, quam simplicem, & aliqua eorum, quæ legisset, obseruasset ue, manu sua exarata. Aduersaria. In summa, vt multa paucis complectamur, vir fuit mũdo sibiq; crucifixus. Atq; hoc esto verum ipsius elogium, & præcipuum quasi Epitaphij præconiũ. Excessit è vita ætatis suæ vix dum quinquagesimo, mẽse Anno M.D.LXXXIII. Romæ, quo fuerat è Gallia à Gregorio XIII. euocatus ad editionem Græcam septuaginta interpretum, quæ post eius obitum in vulgus exyt.

Secundum est, Ioannem Maldonatum plurimum ætatis suæ in schola docendo, disputandoq; posuisse: exiguum in cubiculo, & secessu scribendo. Docuit ille multos annos Lutetiæ: cumq; primum totam Theologiã quatuor annis per Compendium tradidisset, iterum eandem vberius tradere erat aggressus: iamq; longe profectus erat, & post tractatas de Deo, Deiq; attributis, Trinitate, prouidentia, prædestinatione, Angelis, homine hominisq; creatione, peccato originali, libero arbitrio, iustificatione, meritis operum quæstiones, & disputationes, ad eam se demum partem, quæ de Christo est, eiusq; incarnatione, & generis humani redemptione, transferebat, cum ecce alienissimo sane tempore, certe magno multorũ damno à nonnullis Lutetiæ zelo partim præpostero, partim non secundum scientiã hæresis accersitus est. Res acta est viriq; grauiter, tãdemq; auctoritate sũmi Põtificis Gregorij XIII. ab æquissimo, & integerrimo Iudice Illmo D.P. Gondio tunc Parisiensi Episcopo, nũc insuper S.R.E. Cardinali amplissimo secũdũ eũ sententia lata est, q̃ nequelateat, néue apud posteros lutisillius exitũ ignorantes tanti viri nomini, famæq; labes aliqua aspergi possit, tota hic à nobis, vt typis fuit excusa, publicè, pposita ad verbũ subijcietur.

PETRVS GONDIVS Dei, & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Parisiensis Episcopus, vniuersis præsentes literas inspecturis Salutẽ in Domino Notũ facimus, quod cũ nuper vir venerabilis, & discretus Magister Ioãnes Maldonatus, Presbyter Societatis nominis IESV, Theologiæ pfessor in Collegio Claromõtẽsi in Academia Parisiẽsi fũdato apud nos delatus fuisset, q̃ in suis prælectionib. aliquid aduersus fidem

fidem Christianam dixisset, & suis auditoribus dictasset, ac de ea re à quodam declamatum diceretur: Nos super eo testes per promotorẽ Curiæ nostræ audiri, ac informationẽ fieri mandauimus: & subinde eundem Maldonatum coram nobis accitũ, & comparentẽ interrogauimus, & audiuimus. Deniq; post quã nobis visi sumus de ea re satis instructi, ac cum doctis, & peritis viris negotio cõmunicato Die datæ præsentium sententiam nostrã in hunc, & sequentẽ modũ protulimus, & pronunciauimus. CHRISTI NOMINE INVOCATO, visis informationibus per Promotorem Curiæ nostræ Episcopalis Parisiẽsis de ordinatione nostra factis super his, quæ contra venerabilem virũ Magistrum Ioannem Maldonatũ Doctorem collegij Societatis nominis IESV publicè dicta, & declamata sunt, quod hæreticè docuisset, & super his audito eodem Maldonato, adhibitoque virorum proborum, & peritorum consilio: Nos dictum Maldonatũ nihil hæreticum, nec à fide, & religione Catholica alienum docuisse dicimus, & pronunciamus. In cuius rei fidem, & testimonium præsentes litteras per Magistrum Ludouicum Ioyse l dictæ curiæ nostræ actuarium, & scribam iuratum fieri & signari, sigilliq; eiusdem Curiæ iussimus, & fecimus appensione cõmuniri. Datum Parisijs Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, die decimaseptima mensis Ianuarij.

Verumenimuero etsi hac sententia satis eius innocentia, & fides probata testataq; esset, fatuus tamen fore putauit, si, præsertim ingrauescente ætate, paucorum æmulationi cederet, lucemq; illam hominum fugeret: nihilo enim se minus posteritati seruiturum, si animum ad scribendum appelleret, & silente lingua calamo loqueretur. Ita quippe non vni Prouinciæ solum sed pluribus: nõ huic tantum sæculo, sed consequentib. profuturum. Quamobrem in Collegio nostro Bituricensi abditus hos primum commentarios edidit, alios q; in Prophetas maiores, quorum duos qui ad manus nostras peruenerunt, propediem fumus editurt. Cogitabat & omnes Scripturæ libros commentariis illustrare, & Idiotismos, Phrases, Hebraismos, aliaque huiusmodi edere ad intelligendam sacram Scripturam peropportuna: sed cogitationes mortalium timidæ & incertæ proutdentiæ nostræ. Romã enim accersitus, ibiq; non multũ tẽporis versatus, laborũ suorũ à Deo præmia cõsequuturus ad meliorẽ vitã commigrauit. Sap. 14.

Tertium est hoc opus Ioannem Maldonatum ad Annum M.D. LXXVIII. perfecisse quidẽ, sed non limasse, ipsum enim iterũ illud incudi redditurum, & perfectius, limatiusq; editurum fuisse, si superstes diutius extitisset: quam ob causam nõnulla supplemus. Nam in plerisq; Scripturæ, & Auctorũ veterum locis nec liber, nec caput adscribebatur, q̃ sine dubio erat facturus: nos ad margines adscripsimus. Annotatiunculas etiã passim adiecimus, quæ summam rerũ tractatarum, & illustriores locos, digressionesue indicarent. Indicem pariter texuimus accuratiq; Tomi duplicem, ipsumq; opus in duos Tomos distribuimus, vt citius p partes ederet.

Quar-

PRAEFATIO AD LECTOREM.

Quartũ est, quibusdam in locis textum Euãgelij ab eo dissentire, quem in commentarijs habet. Tunc enim, cum opus hoc scriberet, non extabat haec vltima vulgata editio auctoritate Sᵐⁱ D. nostri Clementis VIII. nouissimè edita; quare Plantiniana, quæ tunc erat vulgatior, perpetuo est vsus. Nos vero decernente Summo Pontifice, vt haec vltima editio in omnibus retineatur, eam praetermittere maius incommodum duximus, quam si inter Euangelij, & commentariorum textum aliquid cerneretur discriminis, quod tamen infrequens admodum est.

Quintum est, horum Commentariorum editionem deberi in primis Rᵈᵒ P. Claudio Aquauiuæ Societatis nostræ Generali Praeposito, qui eos sibi ab Auctore paulo ante decessum oblatos tãquam magni pretij depositum curauit diligenter seruari, recognosci, à mendis scripturæ repurgari, & hic tandem excudi. Multum etiam ad id operæ contulit Joannes Porcelletus à Malliana Ballitus Metensis, vir nobilis, pius iuxta & eruditus, supra Theologum miles, supra militem Theologus, qui & Romæ nomine Illᵐⁱ Cardinalis à Lotharingia, & suo magnopere institit, vt ederentur, & hic ad Typographiæ sumptum mutuam pecuniam liberaliter contulit. Nos denique non diffitemur aliquid ad hoc ipsum attulisse opis, & adiumenti, dum praeter superiora, quæ à nobis nauata indicauimus, & manu scriptum exemplar passim vitiosum emendamus, quod cum autographo Romæ remanente propter itinerum pericula conferri non posset, & operas vrgemus, earumque negligentiam nostra diligentia supplemus. Tu Lector optime his omnibus habeto gratiam; & hoc erit nouæ gratiæ, & beneficij prouocatio. Sic nullus praeteribit annus, quin tibi is aliquid à nobis nouum afferat, quod ex vsu tuo fiet. Vale.

APPROBATIO
FACVLTATIS THEOLOGIÆ.

CVM sacra Theologiæ Facultas iussu R. D. Rectoris congregata esset, audita relatione quatuor doctorum, qui ex praedictæ Facultatis decreto IOANNIS MALDONATI COMMENTARIOS IN QVATVOR EVANGELISTAS examinarunt, & testati sunt in ijs se nihil erroneum, & fidei orthodoxæ contrarium obseruâsse; imò multa ad scripturam intelligendam, & hæreses nostri sæculi refellendas, veramque doctrinam Ecclesiæ confirmandam vtilissima reperisse. Permisit eadem facultas, vt praedictus liber typis excuderetur. Mussiponti XXIII. Maij. M. D. XCVI.

De mandato R. D. Rectoris.

Bague.

COPIA PRIVILEGII SOCIETATIS IESV.

CVM *ex mandato Sacræ Cesareæ Maiestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac alijs quamcumq; librariam negotiationem exercentibus, serio firmiterq; inhibeatur, ne quisquã liberos vllos à Societatis nostræ Patribus hactenus editos, aut in posterum edendos intra Sacri Imperij regnorum & dominiorum Suæ Cæs. Maiest. hæreditariorum fines, simili alioue charactere aut forma, siue in toto siue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere, clam seu palam citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat, vel præsumat. Ego* HENRICVS SCHERENVS *Societatis* IESV *per Rheni Prouinciam Prouincialis, Concedo* HERMANNO MYLIO *Facultatem excudendi* ICANNIS MALDONATI COMMENTARIA IN QVATVOR EVANGELISTAS. *In quorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum & sigillo munitum dare voluimus. Coloniæ* XXII. *Aug.* M. DC. XI.

HENRICVS SCHERENVS

Prouinc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IOANNIS MALDONATI SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

COMMENTARIORVM IN QVATVOR EVANGELISTAS.

TOMVS I.

Præfationem in quatuor Euangelistas, & Matthæum, ac Marcum continens.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IOANNIS MALDONATI SOCIETATIS IESV THEOLOGI COMMENTARII IN QVATVOR EVANGELISTAS.

PRÆFATIO.

QVAE de quatuor communiter Euangelistis quæri posse video, antequam ad singulorum explanationem aggrediar, breuiter exponam. Ea autem omnia ad sex capita referuntur; Quid Euangelii & Euangelistæ nomen declarat: Quantam Euangelistæ & vnde authoritatem habeant: Quot, & quamobrem non plures quam quatuor, nec pauciores sint: Quo quisque tempore scripserit: Qua lingua: Quo consilio.

CAPVT I.

Euangelii variæ significationes.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ faustum iucundumque nuntium significare: & ἐυαγγελίζειν, aut quod frequentius vsurpatur, ἐυαγγελίζεσθαι eiusmodi afferre nuntium: adeo iam vulgo notū est, vt nō tam dicendum fuerit, quam non prętermittēdum. Illud minus vulgare: hæc duo verba etsi apud profanos etiam auctores aliquando reperiuntur: proprie tamen esse Ecclesiastica. Auctoribus enim septuaginta interpretibus, Ecclesia quasi ciuitate donata sunt. Nam alij quidem Græci etiam in faustissimis nuntiis, communi potius nuntiandi verbo ἀγγέλειν, quam proprio ἐυαγγελίζειν vti solent. Hebræi vero summa religione in rebus lætis verbis בשר proprietatem seruant: in aliis verbis communibus vtuntur השמיע הגיד, & si quæ sunt alia. Eorum verborum discrimen intelligitur, 2. Reg. cap. 4. 10. & cap. 18. 19. 25. 26. 31. & 4. Reg. 7. 9. Duo sunt loci, vbi verbum בשר dici videtur de rebus tristibus: alter, 1. Regum 4. 17. vbi qui captam à Philistæis arcam Domini, cæsum ac fugatum populum Israel, mortuos duos filios Heli patri nuntiabat, vocatur מבשר Euangelista: Alter, 2. Reg. 1. 20. vbi Dauid Saulis & Ionathæ mortem lugens ait, תבשרו אל אשקלן בהוצת *ne ista euangelizetis in platea Ascalon.* Sed in his etiam locis verbi proprietas seruata est. In priore quidem, non quia bonus erat nūtius, vt nonnulli interpretantur, malos sacerdotes occisos esse. Nam etsi id vtile erat, tamen patri, cui id nuntiabatur, iucundum non erat: certe non erat bonus nuntius, concisum esse populum, captam esse arcam: quo audito Heli exanimatus concidit: & fracta ceruice interiit: sed quia auctor eius libri vsus est verbo non accommodate ad rem & veritatem: sed ad opinionem & expectationem hominum, qui cum arcam Domini in castris scirent, certum victoriæ nuntium operiebantur. Nisi ironiam esse malis, quæ haud scio, an in tanta calamitate populi Dei narranda, fuerit oportuna. Calamitosum enim hominem insuper rideri, duplex calamitas est. Posteriore vero loco etsi more Saulis & Ionathæ Dauidi dolorem, tamen Philistæis lætitiam afferebat. Quorum respectu dicit, *Ne euangelizetis hæc in ciuitatibus Philistinarum*, vt statim exponit, *Ne exultent filiæ incircumcisorum.* Itaque in his etiam locis & Hebræus verbo בשר, & septuaginta verbo ἐυαγγελίζεσθαι proprie sunt vsi. Dum ergo conantur Septuaginta æmulatione quadam linguæ, Hebraici verbi vim exprimere, verbum ἐυαγγελίζεσθαι sic vsu triuerunt: vt iam non tam Græcorum, quam Ecclesiæ esse videatur. Nam ab Hebræis Sep. per imitationem: à Septuaginta, Apostoli: ab Apostolis Ecclesia omnis non Græca modo, sed Latina etiam accepit, quæ Euangelizare, sicut baptizare, ita dicit, vt qui nimis religiose ab iis abstinent parum religiosi habeantur, meritoque putentur Ciceronianum potius spiritum, quam Ecclesiasticum habere. Significat etiam ἐυαγγέλιον donum, quod bonum afferenti nuntium dari solet. Notum est carmen Græci poetæ. Sicut apud Hebræos בשרה 2. Regum, 18. 20. 22. Quamquam Septuag. duobus illis locis non ἐυαγγέλιον, sed altero ἐυαγγελίζειν, altero ἐυαγγέλιον reddiderunt. Itemque sacrificium, quod bono accepto nuntio, in gratiarum actionem offerebatur, vt à multis notatum, nescio an ab aliquo ignoratum est. Eadem prorsus ratione qua diximus nostrum sacrificium ἐυχαριστίαν Græci primum Christiani, deinde etiam Latini vocauerūt. Sed hæ duæ posteriores significationes à nostro instituto alienæ sunt. Nobis enim Christianis nomen ἐυαγγελίου Euangelij, nihil a-

Homeri libro. 8.

hil aliud quam bonum optatum que nuncium signi A ficat: nec eum quidem omnem: sed illum quo nullus melior, nullus optabilior, atque hominibus afferri, neque à Deo mitti potuit, filium Dei procurandæ salutis nostræ causa, hominem factum, nosque morte sua, id est, gloriosissima victoria, è crudelissimi hostis manibus, certaque & nunquam moritura morte eripuisse. Pulsque honoris in Ecclesia, vbi quodam modo peregrinatur, quam in Græcia patria sua hoc nomen consecutum est. Id enim aliarum significationum, quas secum acuiterat, oblitum, *nec ego* solum declarat, quod est præstantissimum. Nec aliud est quam Christum salutem hominum, cœlum, vitamque beatam loquitur. Itaque recte veteres Theologi, Ambrosius aut potius Remigius in cap. 1. ad Rom. & in c. 1. ad Galat. & Eusebius libro 1. de præp. Evangel. cap. primo, Euangelium definire solent bonum nuncium, quo præcursores ad indulgentiam vocantur. Si addas, per Christum, non solum perfecta, sed etiam magis explicata erit definitio. Sed ne hoc quidem sensu dicuntur hæc, de quibus dicere aggredimur. Animadverto enim nouem Euangelia nouo Testamento quatuor modis accipi solere. Primo pro ipsa lege, quæ continetur, vt Matth. cap. 4. vers. 23. & Matth. 9. 35. & Marc. c. 14. Secundo pro doctrina Christi, Matt. 24. 14. & Matth. 26. 13. Mar. 1. 15. & 8. 35. & 10. 29. Tertio pro prædicatione, quæ significatio apud D. Paulum est frequentissima. Rom. 1. & 16. 25. & 1. Corinth. 4. 15. & 9. 14. & Galat. 2. 2. Quarto pro historia, qua Euangelium, id est, Christi ad nos aduentus & vita narratur, Marc. 1. 1. nec fusio an alibi vsquam in hac significatione reperiatur. Nam quod ait Dionysius Paulus de Luca loquens. *Cuius laus est in Euangelio*, liceat multis, & in his grauis auctor Hieronymus, de vita illustri. in Luca, de Euangelio à Luca scripto interpretantur: & alii patent quoties D. Paulus Euangelii sui nomen nominat, quod sæpe facit, de Luca suum genio intelligendum: interpretatione nō confitat, & illi probabilius D. Paulum, laborem in prædicando Luæ magnum, diuturnum, & cum multis coniunctum periculis, quam scribendi necessitatem, & perlegendum, persequique experiam commendare. Hoc igitur sensu hæc quatuor, de quibus agimus, Euangelia vocantur, vt definire Euangelium liceat, historiam, Christi ad nos aduentum, actaque continentem, Ecclesiæ Catholicæ auctoritate, tanquam dictatum ab Spiritu Sancto approbatam. Nec enim omnis de Christo historia, etiam vera, eit Euangelium, nisi illi Ecclesiæ auctoritas accedat, vt secundo præfationis loco dicemus.

Euangelistæ autem & si ab Euangelio nomen habent, tamen quantum nunc eundem meminisse queo, nusquam dicuntur in scripturis fuisse, qui Euangelicam historiam scribunt: sed qui prædicant Euangelium: Isai. 41. 29. quanquam eum locum Septua. Grace non vertunt, & Act. 21. 8. Ephes. 4. 11. 2. Timot. 4. 5. vsus tamen Ecclesiasticus obtinuit, vt qui in sacris literis euangelistæ vocantur, ij vulgo nunquam: & qui in sacris literis nunquam ij vulgo semper Euangelistæ vocentur. Nec ideo contemnendus mater noſtræ fermo est, sed mitandus. Nam & in ciuitate ij optime loqui censentur, qui eo lermone vtuntur, quem à matre vel à nutrice, modo non rustica, sed vrbana beneque instituta, didicerunt: quod illis clarissimis Romanorum oratoribus contigisse legimus. Et vrbi ciuitate verbis vti non ciuilibus olet barbarismi: ita in Ecclesia verbis vti non ecclesiasticis olet hæresim. Euangelista igitur nobis sit, qui Euangelicam Spiritu sancto dictante, scripsit historiam, & ab Ecclesia Catholica, vt stultorum probatissimi.

CAPVT II.

Auctoritas Euangelistarum.

QVantam autem auctoritatem Euangelistæ habeant, mirabitur à nobis quæri, quibus Ecclesiasticam non legit historiam: quisquis autem legit, recordabitur multos olim hæreticos exstitisse, qui ipsis etiam quatuor Euangelistis, de quorum nefas esse videtur auctoritate quærere, auctoritatem detrahere conarentur. Itaque vix poterat Augustinus *epist. 19.* contra illos diu certare, & in vno scriptura loco pedem figere, quin locus ipse liberatus à Manichæis pedem falleret. Antiquum hæreticorum artificium. Nam & illis primis Apostolorum temporibus, vt ait Ignatius 1. epistola ad Philad. cōmulierant, qui adeo suspecta haberent omnia, vt ne Scripturis Euangelia, nisi in Ecclesiæ archiuis inuenirent, credituros. Manichæi alia non minore impetrare negabant hæc quæ habemus, Euangelia ab eis auctoribus scripta, quorum nomina præferunt: sed ab alia longe posterioribus scripta dicebant, qui nec vidissent ea, quæ narrarent, nec ab iis, qui viderant accepissent. Sic apud Aug. lib. contra Faustum 33. cap. 3 Faustus ipse Manichæorum princeps loquitur, & tam ab habebant Manichæi suum purum & incorruptum Euangelium, quod Manichæo Spiritus sanctus tradidisset. Mos nimirum omnibus hæreticorum fere partus non admittere, sed facere, suo Euangelium nō recipere, sed dare. Nā & hodie, nisi Caluino placuisset, quatuor Euangelia non haberemus. Potuit enim eadem temeritate, qua alios ab Ecclesia probatos libros reiecit, illa reiicere. Habent ergo quatuor Euangelistæ tantā auctoritatē, quantā habet Spiritus sanctus

Fide Ortu. nemum. Aug. 1.1.

1. Cor. 3. 13.

Euangelii definitio.

Euangelista quis dicatur

Eccl. verbis vti secundum.

Hæretici scripturam pro arbitrio admittunt.

Sanctus enim in scribendo rerum fuerunt arcanarum. A in Ecclesia sua administranda rationem huius nauarum, vt ex commentariis dictatum habent, qui à Deo fuerunt, sed quæ à nobis dictata sunt.

Scripturarum diuinitas quomodo ab Ecclesia.

Oſſe ad solent hæretici, de quibus modo impetrate nobis retulimus, dicunt Euangelistas & cæteros scriptores sacros, ab Ecclesia auctoritatem habere, quasi Deus Ecclesiam antequam nos. Nec enim mirum, si homines vanos, vt ipsi videntur, assentiri nostra dicere Ecclesiam scripturis auctoritatem dare, quod à Deo aliter declaratæ, & ab ipso dictatæ esse confirmet. Cur eos non reprehendimus qui vulgo dicunt literas regias à Nomophylace, qui figillum adhibuit, auctoritatem habere, quasi Domino seruum præponamus? & Dei filiam Ecclesiæ præstare non Caluinus habet, illam ipsam Spiritū, quem o Caluino, sed Ecclesiæ promissus se datus est, vt cum illa maneret in æternum: quæ sum maximum, scripturam quæ hanc paulo sacræ melius, quā Caluinus recognoscit. Hic est qui quatuor Euangelistis primum dictatum deum de nobis ea sed dictata fuisse per Ecclesiam declarauit: nosque eadem docet spiritum illum Caluini, quo has scripturas probat, illas improbat, hæreticum esse. Cum ergo omnes scriptores sacri tantam habeant auctoritatem, quantam præstant habere maximam, tamen quatuor Euangelistæ, si maxima maior esse potest, maiorem habeant maximā. Nemo enim Christianus est, qui ducto quodam religionis, cum omnibus sacris auctoribus quantū potest tribuat, quatuor Euangelistis plus quā aliis tribuere videatur, & quia ij ipsi dicta sua quæ Christi cōmemorant, vt cum eos legimus Christum ipsum audire, quæque vidēntur, C num gaudeo animalia 4. Euang. declarare? Itaque nec sine causa, nec sine numero, vt arbitror, & Matthæum est, vt cum veteres Theologi alias 4. Euang. figuras inuenerint, in hac cum & Iren. l. 3. c. 11. Hier. in prolat. Matth. Aug. l. 85. Rucherium 3. in Ioan. Tert. confenserint. Raro est solem sua Spiritus Dei humana consonare ingenia.

Cur autem illis quatuor animalibus hominis, bouis, leonis, & aquilæ potius quam aliis Deus is sidet, *Figura Euangelistarum.* dein commentariis in Ezechielē aliquot causas attulimus, & hic illam vnam attingere satis est, quam iidem illi Theologi veteres attulerunt, quod hæ animalium Formæ ad exprimendas quatuor Euangelistarum indoles aptissimæ viderentur. Nam Ioannes primo statim capum vsque ad Christi diuinitatem volans sinulit euhquisse. Lucas ab officio sacerdotis exorsus sanctis bouis animalis sacrificiis gesto. Marcus à voce eiulantis in deserto incum sumens, augurium in moribus leonem refert. Matthæus ab humana Christi generatione incepit sequi vna cum Christo quodammodo hominem facit. Ita ser e omnes antiquissimi sex 4. nouæ alium figuras ad 4. Euang. aptē adaptant. Nonnulli paulo aliter: quam omnium antiquissimus rea, Iren. leuem, Marcum aquilam facit, quod hi omnes fortiter & sincere aggrediantur: *In principio erat Verbum, & omnia per ipsum facta sunt: ex Matthæo Spiritu Propheto* sublatus hic ordiatur: *Liber generationis Iesu Christi.* Sed hæc varietas idem figurę omnes declarat. Secundo pos ta Christianus 4. Euang. numero, vniuersitatem ipsorum significari potest. Nam 12. Apostolos 12. animalibus 4. Euang. 4. animi temperatura per quæ sol Euangelii decurrat, designare ait.

Cur quatuor tantum Euangelistæ

CAPVT III.

Quot Euangelistæ.

PLures etiam Euangelium scripsisse vnus ex his quatuor, qui in dubitatam fidem meruerunt, D. Lucas ex. 1. indicat, & ex antiquis scriptoribus eius rius distinctius cognoscimus. Nam apud Clemen. Alex. lib. 2. & 3. Strom. Origenem, tract. 3. in Matt. Irenæum lib. 3. cap. 3. Athanasium in Synopsi, Epiphanium hær. 26 & 42. Chrysostomum, & Hieronymum in prol. in Matth. Ambrosium lib. 1. in Luc. c. 1. Euangelium Hebræorum, Aegyptiorum, Nazarenorum, Ebionitarum, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Thomæ, Matthiæ, Iudæ & iam traditorū, & duodecim Apostolorum legimus. Scripserunt & multi hæretici, ut finxerunt Euangelia, Apelles & Basilides apud Epiphanium. Extant multa loca quatuor mystica, vt credimur, numero Ecclesia probata. Hæretici quatuor veris repudiatis multa re experiuntur falsa, vt recte eleganterque Origenes & Ambrosius ibidem exercent: *Ecclesia cum quatuor* D *tantum Euangelia libros habeat, per quæ mysterium omnis Euangelicæ fidei reuelandum hæresis, tam multa habeat, quam non habeat.*

Cur autem plures, cum tam multi scripserint Ecclesia non receperit, iā olim quæritur. Sed in promptu est, quia non plures inuenit dumo scripsit *spiritus*, quod ipsum eodem spiritu auctore factū creditur. Eiusque rei multæ à nobis causæ afferuntur. Multitudo maxime placet, quam veteres fuisse illi auctores recididerant. Irenæus libr 3. c. 11. Anath. 4. 65. in scripturam, Hieronymus in prolo. in Matt. & Aug. lib. 1. de consensu Euangelistarum cap. 2. quod quatuor fuit orbis terrarum plagæ, per quas deferendum esset Euangelium. Habet enim Deus

Hæc adn Euseb.

stremus Ioannes scripserit. Scio nostro tempore haereticum quendam aformalle Lucam primum omnium scripsisse, idq; ex eius praefatione probare voluisse. Sed si haereticis crederemus, nihil in ipsa etiam religione certum, stabileq; haberemus. Quo autem quisq; praecise tempore Ioannem scripserit, incertum. Matthæum plerisq; tradunt anno 3. Caligulæ id est, octo post Christi ascensionem anno Romæ Petro & Paulo (verbons eum venia dixerim haereticorum) Euangelium praedicantibus, ut ledge sius pontificum potestatibus scripsisse. Sic fere Irenæus lib. 3. cap. 1. ait scripsum Caligulæ non annis sic Athanasius in Synop. sic Eusebius lib. 3. hist. Eccl. c. 25 & in Chron. sic Chrysostom sic Aug. li. 1. de consens. Euang. c. 2. & Theophylactus prooemio Com. in Matth. quasi ex Maiorum traditione dicere ausi. Ex iis non nulli dicunt Petro etiam & Andrea viventibus, vt Eusebius, & Athanas. Theophylact. affirmat Marcum decem post annis, Lucam quindecim, Ioannem triginta duobus fere ab Euangelium edidisse. Vnde ait ex illis non nulli dicunt Petro etiam & Andrea viventibus, vt Eusebius, & Athanas. Theophylactus affirmat Marcum decem post annis, Lucam quindecim, Ioannem triginta duobus fere annis

Hæc adn Euseb.

stremus Ioannes scripserit. Scio nostro tempore haereticum quendam aformalle Lucam primum omnium scripsisse, idq; ex eius praefatione probare voluisse. Sed si haereticis crederemus, nihil in ipsa etiam religione certum, stabileq; haberemus. Quo autem quisq; praecise tempore Ioannem scripserit, incertum. Matthæum plerisq; tradunt anno 3. Caligulæ id est, octo post Christi ascensionem anno Romæ Petro & Paulo (verbons eum venia dixerim haereticorum) Euangelium praedicantibus, ut ledge sius pontificum potestatibus scripsisse. Sic fere Irenæus lib. 3. cap. 1. ait scripsum Caligulæ non annis sic Athanasius in Synop. sic Eusebius lib. 3. hist. Eccl. c. 25 & in Chron. sic Chrysostom sic Aug. li. 1. de consens. Euang. c. 2. & Theophylactus prooemio Com. in Matth. quasi ex Maiorum traditione dicere ausi. Ex iis non nulli dicunt Petro etiam & Andrea viventibus, vt Eusebius, & Athanas. Theophylact. affirmat Marcum decem post annis, Lucam quindecim, Ioannem triginta duobus fere ab Euangelium edidisse. Vnde ait ex illis non nulli dicunt Petro etiam & Andrea viventibus, vt Eusebius, & Athanas. Theophylactus affirmat Marcum decem post annis, Lucam quindecim, Ioannem triginta duobus fere annis

derem inuenio, quia Tertullianus superiore loco indicat apposti olim ab Ecclesia, cum Marcionem reprehendit quod non apponat. Et non est ea rerum scriptorum consuetudo, vt ante initium librorum titulos ponant, sed vt vel eos mittant, vel prima libri verba titulum faciant. V. *Vita Iesu Prophetæ, Apocalypsis Iesu Christi*, Et titulos illos omnes qui extra libros sunt, *Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Liber Regum, Psalmi Dauid*, & quicunque sunt similes, omnes confitentur non à librorum auctoribus positos, sed à scriptoribus additos. Quod idē credibile est in quatuor Euangeliorum libris secidisse. Certe si Marcus præposuisset huic titulum, *Euangelium secundum Matthæum*, non audiuisset statim aliud, *Initium Euangelii Iesu Christi*. Nam hic etiam titulus est. Ipsa quoque eiusdem rei similitudo indicat non ab Euangelistis, sed ab Ecclesia appositos fuisse. Nam si ipsi adhibuissent, non illidem omnino verbis vñ fuissent. *Euangelium secundum N.* quem admodum in aliis etiam cum idem narrant, non ijsdem vtuntur verbis. Indicat etiam Græcorum & Latinorum titulorum diuersimilitudo. Nam Græci hic nullus ellipsis *τοῦ κατὰ* agnoscunt. N. Latini vero in plerisque codicibus, *Sacrosancti Iesu Christi Euangelium secundum N.* quod Græcum titulum Græcis Latinum Latinis ad eccere Ecclesia. Nec propterea libri minus habent auctoritatis, quam si titulos ipsi Euangelistæ posuissent. Nam ne ipsis quidem affirmantibus se hos scripsisse libros crederemus, nisi nos Ecclesiæ commoneret auctoritas. Adiunctiontem tituli sunt non solum ad adhibendam libris auctoritatem ex auctorum nominibus: sed etiam, ad discernenda ipsa inter se Euangelia. Hoc enim est *κατὰ* adhibito *secundum Matthæum*, id est, prout scriptum est à Matthæo. Quare significatur & alios scripsisse, & non eodem modo. Itaque illud *κατὰ* non diuersam doctrinam atque sententiam vt eum Græci Philosophi dicunt. *κατ' ἐπιτομὴν, & κατ' ἔκθεσιν* sed diuersorum tantum auctore, & modum scribendi diuersum declarat.

1. *Liber generationis.*] Quidam putant non esse hunc rectum librum tituli, sed initium solius genealogiæ Christi, quæ sequitur. *Βίβλος* enim librum interpretantur *certum*, vt Hebraice סֵפֶר Gen. 5. 1. זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת אָדָם *hic est Liber generationum Adam*, id est, *hæc est narratio* genealogiæ ductæ ab Adam. Sic etiam סֵפֶר *Liber iustorum, Liber Dei*, in quo iustorum nomina vocantur factaque recenseantur. Exo. 32. 33. Iosue 10. 13. 1. Reg. 18. Alii existimant titulū esse libri, sed sumptū ex eo quod incipio narratur, id est, ex Christi genealogia. Sic et librum Geneseos, id est, generationis omnium rerum appellamus, cum solo primo capite agatur de rerum generatione. Hæc interpretatio plures ac meliores auctores habet, in quib. Augustinus lib. 2. contra Faustū c. 2. Alia & titulum esse dicunt, & nō vnam tantum partem, sed totum libri argumentum declarare. Est enim Hebraismus, quo nomen תּוֹלְדָה Græce *γένεσις* significat non solū generationem, sed totum etiam vitæ cursum, & vt Hebræi dicunt מַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית quicquid hominis tenuit in vita, quemadmodum Gen. 6. 9. Noe dicitur *perfectus in omnibus generationibus suis*, id est, omnib. partibus vitæ suæ. Ve perinde sit, *Liber generationis Iesu Christi*, ac si diceret liber de vita Christi. Quæ interpretatio ideo mihi magis placet, & Hebraismo consentanea est, & plenior. Faustus vero Manichæus, qui hoc Euangelium esse negabat, quod non Euangelium, sed *Liber generationis* inscriberetur non solum impius, sed etiā imperitus erat, nō intelligens totam Christi vitam generationem appellari. Cur autem generationis, non generationū dixerit, a nōnullis quæritur, quorū alii respondent causā esse, q̄ cum duas Christus generationes diuinā & humanam habeat, de sola humana agere tit Euangelista. Nam de diuina scriebat dictum esse Isaiæ 53. 8. *Generationem eius quis enarrabit?* sed hoc fabulæ est. Melius A Hieronymus, quod quamuis multas Euangelista generationes numerare vellet, vnam tamen quærere Christi. Adde quod nomen *generationis* singulari numero sæpe sumitur pro plurali, *generationis* septuaginta interpretum more. Num Genes. 5. 1. vbi Hebræus dixit סִפְרַת תּוֹלְדֹת *Liber generationum*, Septuaginta verterunt *βίβλος γενέσεως* eodem prorsus modo, quo Matthæus hic dicit: & quod Matthæus hic dicit *βίβλος γενέσεως*, Hebræus quispiam fuit, dixit סִפְרַת תּוֹלְדוֹת *Liber generationum*.

Iesu Christi.] Etsi nomen & cognomen proprium hoc sit Christi, tamen videri potest initio positum vim habere nominis appellatiui, quo exciteretur audientium animus. Nam cum Iesus Seruatorem, & Christus vnctum id est, Messiam illum significet, quem tanto Iudæi expectabant desiderio, videtur eorum animos erigere, & attentionem benevolentiamque conciliare, dicens se illum tam optati seruatoris, tamque expectati Messiæ texere historiam, vt apparet ex conclusione. v. 16. & c. 2. 4. & 16. 16. 20 & 27. 17. 22. & Lucæ 3. 15. & 4. 41. & 22. 67. & 23. 2. 35. 39.

B *Filii Dauid filii Abraham.*] Tres hic quæstiones sunt. Prima, cur hos potissimum duos ex tam longa parentum Christi serie Euangelista nominauerit? Secunda, cur Dauidem Abrahamo, luniorem seniori anteposuerit? Tertia, ad quem referatur secundus genitiuus *Filii*, ad Christum, an ad Dauidem?

C Ad primam omnes auctores respondent causam fuisse, q̄ hic potissimum duob. promissio nascituri ex pijs Christi facta esset, Abrahamo Gen. 12. 15 & 22. 18 *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Quod D. Pau. de Christo intelligendū esse docet Ga. 3. 17. Dauidi vero 2. Reg. 7. 12. 1. Par. 17. 11. Psa. 88. 4. Psa. 131. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Nam conditio quæ sequitur, *Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea quæ docebo eos*, non pertinet ad Christum, quasi Christus regnaturus non esset, si filii Dauid Dei mandata non seruarent; Sed sensus est, si custodierint testimonia eius, fore vt soli regnent, vt euētus interpretatur. Nā quia nō seruauerunt, regnum sublum est 3. Reg. 11. 20. & in maiore parte, id est, decē tribub. Ieroboā regnare cœpit. Quo minus autē totū regnū à familia Dauidis alienaretur, nascituros impedire Christus, *Ne auferretur sceptrū de tribu Iuda, & dux de femore eius, donec veniret qui mittendus erat.* Gen. 49. 10. Et radix Iesse penitus excinderetur, de qua flos ille pullulatur" erat, qui merito Nazaræus vocaretur Isai. 11. 1. Et virgā illa, quæ ex Sion mittenda erat, vt dominaretur in medio inimicorum suorū. Psal. 109. 2. 3. Reg. 11. 36. & 15. 4. 2. Cor. 1. 19. Et ne paruā illa lucerna Dauidis extingueretur, ex qua lustrix solem accendi oportebat. Vere omnes promissiones in Christo sunt Amen, inuersusq; est ordo naturæ, & non radix ramum, sed ramus radicem portauit. Nominati igitur sunt initio Dauid & Abrahā, quibus Iudæi scribūr factas de Messia promissiones, quas volebat Matthæus docere in Christo completas esse: hoc enim erat Euangelium, id est, bonū nuntium, quod illis afferebat. Sic Iren. libro octauo cap. decimo octauo, & Ambros. lib. 3. comm. in Luc. c. 3. & Chryſoſt. hom. 2. in Mat. & Hieron. in hunc locum.

Ad secundam vero quæstionem, non eandem omnes rationem afferunt. Nam alii causam fuisse dixerunt, quod cum Euangelista Christum nominasset, vellet que ad primum fontem Abrahamum ascendere. Dauidem tanquam fontem alterum, vnde Christus aqua viua manasset, ascendendo necessario nominauit. Quam opinionem Chryſoſtomus homilia 2. in Matth. recitat, ac refellit, quod ista ratione eodem modo Matthæus atque Lucas Christi generationem ascendendo narrasset, cum conflet contrariam eum rationem tenere voluisse.

Sed

Sed nescio quam merito. Nam Lucas à Christo vsque ad Deum ascendit, non vereri sui deficere, sed vt ibi illaret. Matthæus à Christo ad Dauidem, & à Dauide ad Abrahamum non numerato gradiuit, sed duobus veluti salibus ascendit, vnde rursus ad Christum non labendo, sed gradiendo descenderet. Contra quam Maysta, qui eum è cœlo in terram, quasi saltu vno delcendisse dicens, *In principio creauit Deus cœlum & terram*, rursum à terra in cœlum pedetentim per singularum rerum generationem ascendit. *Terra autem erat inanis & vacua, &c.* Hieronymus ideo factum esse dicit, ne si prius Abrahamum quam Dauidem nominaret, ei rursus nominandus esset Abrahamus, vt ab eo generationis series duceretur, & iterum à Dauide ad Abrahamum, & ab Abrahamo rursum ad Dauidem recogeretur, Filij Abrahām, Filij Dauid. Abrahamum autem genuit, &c. Hæc ratio multis placuit, nec mihi quidem displicet. Sic enim Hebræos loqui solere scio, vt cum res multas numerant, eam, vnde volunt incipere, vltimo loco ponant, vt Genes. 1. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram, terra autem.* Sed alia ab alijs auctoribus melior affertur, in primisque à Chryſoſtomo, Theophylacto & Euthymio, quod etiam si strictque promissio facta esset: promissionis tamen Dauidis, & recentior, & specialior, & honorificentior esset, ideoque Iudæis gratior, magnique omnium ore celebrata. Promissa enim erat Abrahamo filiorum multitudo, quam consequutam Iudæi contemnere videbantur: Dauidi vero perpetuum regnum in quod voluenda die rex ille regum succederet, & dominus dominantium, qui saluum faceret populum suum: gentes autem regnare in viga ferrea, & tamquam vas figuli confringeret, quod in eorum animis tenaciter hærebat. Itaque omnes etiam vulgo scirebant Messiam filium Dauidis esse oportere. Matth. 22. 42 Interrogati à Christo Pharisæi, *Quid vobis videtur de Christo cuius filius est?* incunctanter respondent, Dauid. Tu ipsa populares visa admirabilibus Christi facta, dicebat: *Nunquid hic est filius Dauid.* Matth. 12. 23. Et eo Ierosolymitanam vrbem ineunte acclamarunt *Osanna filio Dauid.* Populares etiam homines erant, qui dicebant: *Nonne scriptura dicit, quia de semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?* Illud etiam animaduerto, omnes qui à Christo beneficia petebant, foltos eum prius Dauidis filium appellare: vt significarent eum illum esse Messiam, qui populum suum benefacturus esset cumulatarus. Hue illa spectabant voces, *Miserere mei fili Dauid.* Matth. 9. 27. & 15. 22. & 20. 30 31. & Mar. 10. 47. 48. & Luc. 18. 38 39. Hoc eadem causa est, cur quoties Deus promittit se non penitus populum suum delecturum, non propter Dauidem, sed propter Abrahamum, qui radix populi, cui perpetuum gentium promissum erat, id se facturum dicat, vt Isai. 51. 2. Cum autem regnum se non extinsturum dicit, non propter Abrahamum, sed propter Dauidem factarum testatur 3. Reg. 11. 12. 13. 32. 34. & 15. 4. & 4. Reg. 8. 19. 34. & 20. 6. Vocauerat ergo Euangelista Iesum Christum, subiecit statim, filium Dauid, vt ostenderet se non de quouis Christo, sed illo vnico tam expectato agere, qui & filius & successor in perpetuum regni Dauidis futurus erat.

Ad tertiam quæstionem plerique respondent, secundum genitiuum, Filii, ad Christum referri, quemadmodum si Matthæus diceret, Liber generationis Iesu Christi, qui fuit filius Dauid & Abraham. Et quidem ita Hieronymus intellexit, vt ex eius ad superiorem quæstionem responsione colligitur. Sed quo minus assentiar, Hebræorum obstat consuetudo, quam dubium non est Matthæum hoc loco imitari voluisse. Solent enim illi in recensendis genealogijs vltimum genitiuum alij ad proximum referre. Cuius rei docti exempla non egent. Alij legant exempla 1. Reg. 1. 1. & 1. Paral. 4. 37. & 5. 8. 14. & 6. 34. vsque ad versum 50. Atque etiam Dauidem Abraha

A mi filium esse diceret, cum non Dauidis, sed Christi generatio quæreretur: Respondeo, factum id esse necessario, quia cum à Dauide ad Abrahamum vellet ascendere, non potuit non dicere Dauidem Abrahami fuisse filium, ne extra viam ascendere videretur.

2. *Abraham autem genuit Isaac.*] Nec Ismaelis illi item Abrahami, nec Esau filii Isaac factum esse mirio ne ideiro nonnulli arbitrantur, quod prauis fuerint moribus, quos merito Chryſoſt. hom. 3. in Matthæum reprehendit, cum in eadem genealogia et iam adulterarum & meretricū mentio ex ea fieri videatur. Præterea dicitur sunt, vt idem Chryſoſt. & Theophylact. ait, quia Christus abijs nō descendit. Cur igitur Iudam inter filios Iacob, nō solum Iudæ, à quo Christus genus duxit, sed omnes etiā eius fratres: & inter filios Iudæ non solus Phares, sed etiam Zarā nominati sunt? Summa vtriusque rationis fuit eli. Nam fratres Iudæ ideo nominandi fuerunt, quia Patriarchæ sunt, quibus fuerit tribus, & quasi duodecim populi Iudaici & regni Christi columnæ. Inq in Apocalypsi throno eius adstant. Nominantur ergo non tanquam Christi parentes, sed tanquam regni eius & Reipub. conditores. Ideoque non nominatum, vt Iudas, sed generaliter & quasi Iudæ comites nominantur, vt Chryſoſt. hom. 3. in Matth. admonuit. Zaram autem ideo cum Phares numerato fuisse, putat Ambrosius vt fecundum tribū Iudæ ei populi mysterium ogn. ficaretur, quia Phares & Zara vno pariti edim sunt Gen. 38. 27. Atista ratione erat etiam Esau cum Iacob fuerat connumerandus. Chryſoſt. Euth. & Theophylact. propter mysterium duorum populorum Iudaici atque gentilis, aut sub duplici lege Mosaica & Euangelica viuentis factum putant. Sed eadē ratio in Iacob & Esau locum habuisset, eo etiā magis q̄ hoc mysterium fuisse scripturę declarat Gen. 25. 22. 23. illud autē non declarat. Veram igitur arbitror fuisse causam, q̄ is per eū Thamar prior Zaram extra vterum manum protulit, qua retracta Phares prior exiit. Cōiendere enim ante tū in vtero gemelli infantes videbantur, vter primogenitus & Christi parens futurus esset, vt dubium fuisse videatur vter primogenitus habendus esset. Itaq; voluit Euangelista honorem illis eundem modo partiri, ita Pharesin Christi genealogia numerans, vt Zaram non penitus excluderet; sed simulli q̄habuisse videbatur ius, quo vno poterat modo, de claridio reiturare. Magnū enim latis fuit, q̄ unq; parēs fuit Christi tam parum abfuisse. Accidit in Iacob & Esau simile quidēs. Nam & Iacob in vtero matris planum Esau exantis tenuit, quasi prior natus esset conceptus, sed nō vicit, sicut Phares. Nec aut natura iure, aut viribus fuit; sed matris iniustitia, Dei gratia, fratris culpa primogenitura obtinuit. Accedit alia ratio cur potius Zaram, quā Esau fuerit nominandus q̄ Isaac non solum, q̄ ad Christi genealogiam ius habebat, tenere vēdidit; sed etiam se à corpore Christi, q̄ erat Ecclesia, ut ag. etiamere se iunxerit, & alium populum à populo Dei, quasi alium Ecclesiam, hæreticorum more constituerit.

De Thamar.] ex Thamar. Obseruauit Hieronymus in tota Christi genealogia, excepta sanctissima eius matre quę necessario fuerat nominanda, nullam sanctæ fœminam mulierū: sed eas solū, quas scriptura reprehēdit, nominari, Thamar quæ se Iudæ habitu meretricis exposuit, Rahab ij scriptura ipsa meretrix appellat, Ruth, q̄ ante legitimas nuptias Booz ambitu stimulata ei, Bersabee, quæ cū Dauide adulterii admisit. Cuius rei causā Hieronymus, Ambrosius, Chryſoſtomus, Euthymius fuisse putant, vt appareret, voluisse Christum, qui, propter peccata venerat, de peccatoribus nasci. Quod quomodo conueniat cum eo, q̄ paulo infra ver. 8. idem Hieronymus, & alij omnes auctores docent, non video. Ideo Euangelista tres Reges Ochoziam, Ioam, & Amasiam silentio præteriisse, q̄ impietate Iezabel fœmin esset.

Quare aliam ergo rationem fuisse arbitror, quod ea A *ta dicerim.* Est autem vero similimum, mulierem
terum mulierum & Iudææ, & legitimæ vxores fuerint, quamuis prima meretricem, bene tamen meritam
ideoque opus non fuerit eas nominari, quia non de populo Dei priorem virii coniugio honoratam
dubitare poterat filios, quos Euangelista retexe- fuisse. Quodque de Rahab ferichontina diximus,
bat, ex illis fuisse progenitos. De Rahab autem du- id etiam de Ruth Moabitide, & ipsa alienigena intel-
bitari poterat, quia fuerat meretrix, & alienigena ligendum est, quam etiam scriptura piam fuisse do-
de Rersabee, quia adultera; de Ruth, quia Moabi- cet. Sic enim respondet socio. *Populus tuus populus*
tis, de Thamar, quia extra legitimum coniugium *meus, & Deus tuus, Deus meus*, Ruth. 1. 16.
conceperat. Præterea mihi videtur Euangelista, quod
ordinarium erat, quodque per se intelligi poterat;
quod autem singulare ac rebus non erat, exposuit,
quod alia quoque locis ab eo sequuta animadverti-
mus, vt infra ver. 5.

Rahab an meretrix fuerit.

5. *Salmon autem genuit Booz, de Rahab.*] Anhae fuerit Rahab illa Ierichuntina, quæ Hebræorum exce
ptit exploratores Iosuæ 2. 1. an alia non inuenio: auctor operis imperfecti, qui falso Chrysostomus di
citur, non audet affirmare, & Theophylactus dubi
tat. Alii omnes, quæ fegerim, illam eandem fu
isse affirmant: nec ego vllo modo dubito. Nec enim
nominata fuisset, nisi ea alienigena, quia meretrix,
quia de populo Dei bene merita. Ait autem fuisse
meretrix veterum auctorum nemo, quod sciam
dubitauit, quia constanter omnes meretricem &
appellant, & reuera fuisse docent. Non nulli tamen
Hebræi vt R. Sibon. Ioh. 2. non meretricem vero sed hospi
talem fuisse dicunt, qua compertum fuerat, ideo
que ad eam exploratores diuertisse. Id enim no
men זונה etiam significare. Itaque Chaldæus ver
tit: זבונייתא quod hospitam declarat. Quam
sententiam Lyranus doctissime & laborioso in
terpretio, vt arbitror, studio secutus est, vt nemo
neitri temporis nostrorum eodem animo fecerit ei
sent. Nos quid de ea re sentiremus, exposuimus eo
co diximus. Nunc hoc tantum, me nullo prorsus
modo dubitare, quin vere fuerit meretrix, & quia
nomen זונה id semper significet, nunquam vero
hospitam. Non enim causæ, nisi hæc esset, & alter
hospitam. Non enim causæ, nisi hæc esset, & alter
mi vero inter Hebræos existimant, resque ipsa de
clarat, etiam duobus illis locis meretricem significare. Et quia sequuta nusquam nisi ante meretricem
tricem vocant, & quia ita D. Paulus Heb. 11. 31. &
Iacobus c. 2. 25. etiam appellant, & quia Chaldæus
paraphrastes, cuius illi auctores vertionem sequun
tur, non reddit hospitam, sed meretricem: nam a-
pud illum זונתא quemadmodum apud
ue R. Dauid, meretricem significat, vt Iud. 11. 1. &
16. 1. & 3. Reg. 3. 16. & quia vt sæpe iam diximus vo
ces eadem hic fuerit appellata fuit, quod fu
isset meretrix. At quia credat exploratores ad pu-
blicum fœtorum potius quam ad hospitam diuer-
tisse? Respondet Kimhi, hospitas meretrices esse
solere. Certe meretrices recipiebant hospites. Sed
alia hinc nascitur quæstio, quomodo Salomon vi-
rus, vt creditur, & principibus populi sui Rahab &
alienigenam & meretricem duxerit verumque lege
prohibitum, Exod. 34. 16. Deut. 7. 3. 3. Reg. 11. 2.
Deut. 23. 17. Recte ab aliis responsum est fuisse qui-
dem meretricem, sed esse desiisse. Alienigenas nu-
tem non fuisse lege prohibitum vxores ducere,
quod alienigenæ essent sed quod idololatræ, hæc
enim lege ratio reddetur. Exod. 34. 16. *ne postquam*
ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in
Deos suos. Quæ sublata causa alienigenas vxores du-
cere licebat. Nam & Dauidem virum sanctum Maa
cham filiam Regis Gessur sine vlla scriptura repre-
hensione duxisse legimus 2. Reg. 3. 3. quia etiam scri-
ptura non dicit, tamen non gentilem adhuc, sed fa-
ctam prius religionis Hebræam duxisse credendum
est. Malo vero magis credendum Rahab relicto
primi fallæ religionis errore à Salomone ductam
fuisse, quam id scriptura non obscure significet. Hæc
enim est confessio contra te Rahab Ioh. 2. 11. Domi-
nus Deus *noster ipse est Deus in cœlo sursum, & in ter-*

Alienigenæ quomodo à Salomone ductæ.

Booz genuit Obed.] Hic est pater Dauidis. Ita-
que sexto ab ea quibuscum dubitatum, quomodo
inter Salomonem & Dauidem nō nisi tres virilium o
Obed. & Iesse numerentur, cum omnia tempora
sexaginta fere annos intercesserint. Templum enim
corpore ad ædificari quadringentesimo octogesi-
mo anno postquam populus exisset ex Ægypto
quarto vero anno regni Salomonis 3 Reg. 6. 1. De-
me quinque annos, quos tum Salomon post Dauidis
mortem regnauerat 3. Reg. 2. 10. & septuaginta, quos
Dauid vixerat, Reg. 5. 4 & quadraginta ipse, quos
populus errauit per Iericho in deserto ver-
sum fuerat? Non sic tum vt Iordanem traiecit, Ieri-
chuntem cepit Iosuæ 6.) innumeros reliquos trecen-
tos fere annos. Lyranus, vt nunc nodum
soluerat, tres Booz vixisse nomine alium commi-
nenter post alium fuisse dicit; merito ab aliis repre
hensus non solum quia ex scriptura non probat, ve
rum etiam quia contra eam scriptura probatur. Nā
Ruth 4. 18 genealogia à Phares vsque ad Dauidem
texitur, in qua tantum illi Booz fieri hoc loco, numera-
tur, libri 1. Par. 2. 11. præterquam quod si tres
fuisse in nomine Booz, non tam quatuor decim in
hac ætate decadis, sed sexdecim fuisse generatio-
nes. Ita mentias alias oportet, non esse iactred bi-
le quatuor hominum, qua præterim temporis, quo
homines vna ætate integra, tum temporalis longæ
vitæ debuerant, tres centum fere sexaginta tex annorum
numerum æquasse. Nam si Salomonem nouem
quem vero nouies fuit, cum Rahab vxorem duxit,
fuisse adolescentem, imbecillis nequeo infra cen-
tum vixisse annos, cum illo eodem tempore centū
viginti imperatoria licet laboribus exercitus Moses
vixerit, Deut. 34. 7.

Booz genuit Iobed.] Humilis conditionis fuisse
Iesse cunctatur. Nam Saul opprobrii causa Dauidem
filium Iesse solebat appellare 1. Reg. 20. 27. 30. 31. &
22. 7. 8. 9. 12. & 25. 10. Electus tamen est, vt esset radix
regni Christi. Exstat ut ex eius filii de radice Iesse
Isai. 11. 1.

Dauid regem.] Dauid, cum multi alii reges nume-
rentur, solus rex cognominatur, quia primus, & quia
perpetuum regni promissio illi facta est 2. Reg. 7. 12. &
1. Par. 17. 11. & Psal. 88. 4. 131. 11. Nam etsi Saul ante
regnauerat, tamen nec ad Christi genus pertinebat:
neque diuina voluntate, sed intemperanter populi
studio electus est, vt non regni Dei, sed huc genti ex
fuisse videatur, quasi ad tempus à Deo concessus,
dum Dauid adoleseret, quem Dominus iubebat se
cundum cor suū futurum fuisse: & vt Iudæi hinc mat
ipsi, nō ipsis Deus regis ingum imposuisse videretur.

Ex ea quæ fuit Vriæ.] Mirum flatum legenti videtur
cur Bethsabee Euangelista suo nomine non appel-
lauerit, sed cuiusmodi circumlocutione descripserit. Quod
quidam ideo factum fuisse dicunt, quod Bethsabee odi
or ex merito quam ex nomine suo esset. Quasi non
ita esset, nā Vrias in scriptura rato, Bethsabee tace no
minatur. Præterquam quod non potuerat reginæ vxor
primario militi non esse celebrior. Alii quod coniecta
fuerit homicidio mariti sui, vt Remigius. Quod ne-
que credibile est, & ea potius de causa fuisse nomi-
natam. Alii referiare voluisse putant Euangelistā eo-
rum admonere, Dauid, sicut supra meretricis no-
minatur. Verum eadem fuisse existimo, quod vnius-
cuiusque Euangelistæ rem, vt ea fidelissime narrare, Salo-
monem suscepit ex Bethsabee, quæ quamuis vxor
ante fuisset Vriæ, tamen non erat tum, sed legitima
Dauidis

Dauidis vxor, cum ex ea Salomon procreatus est. A
Ne quis Salomonem ex adulterio natum putaret, id
quod in regio clarius quidem verendum existi-
marunt; ex ea quæ fuerat (vxor) Vriæ. Quanquam
quod noster dixit interpres, idem significat: ea si
dixisset, ex ea quæ erat Vriæ: indicasset eam vxorem
fuisse Vriæ tum, cum ex ea Salomon conceptus est.
Cum vero dixerit, ex ea quæ fuit: fatis ostendit fuis-
se quidem ante, sed non fuisse tunc cum Salomone
concepit. Itaq; nonvideo cur fuerit à quibusdam vo
tus interpres reprehendendus. Esti, vt ante dixi,
non difficor clarius esse, Fuerat.

Ioram autem genuit Oziam.] Ioram non Oziam
sed Ochoziam: Ochozias autem Ioam: Ioam, A-
maziam: Amasiam deinum Oziam genuisse eum,
qui hoc loco à Ioram genitus fuisse dicitur, ex hiſto-
ria Regum manifestum est. 4. Regum 8. 24. & 11. 2. &
12. 21. & 14. 21. & 15. Paralip. 21. & 22. Par. 16. 1. Ozias
autem alio nomine Azarias vocabatur 4. Re. 14. 21.
& 1. Par. 3. 12. & 2. Par. 26. Insigne hinc difficiles quæ
stiones existunt, vna cur Ioram sylla tres reges O-
choziā, Ioam, Amasiā ex recta genealogia linea prę-
terierit? alter quomodo dicat Ioram Oziam ge
nuisse, cum Ozias non a Ioram: sed ab Amasia ge-
nitus fuerit? Ad priorem quæstionem aliqui respō-
dent, ideo hos tres reges præteriisse, quia propo-
situm erat Euangelistæ tribus tollere decadibus, tuā
Christi generationem exemplendere. Quod si eos
numeralisset, in hac secunda tessaradecade, nō qua-
tuordecim, sed septendecim fuisset generationes.
Hoc autem potius quam alios prætermisisse, quod
peccatores fuerint, quippe qui ex tam Achab regiō
lucre sanguinem mixtissent. Hæc primum Hilarii
& Hieronymi, deinde multorum sententia est. Quę
vtinam mihi ita probari posset, vt opus non esset
meliorem quærere. Sed vix mihi persuadere pos-
sum, Euangelistam tantum numeri mysterium si q
est tamen mysterium) tribuisse: vt ob eam causam
tres reges præterire debuisset. Nam illo quidē mo-
do non tribus solum tessaradecadibus, sed tribus et
iam decadibus, ac minore etiam numero comprē-
hendere totam generis eloquam potuisset, nec in. pec-
catores defuissent, quos merito prætermisisse vide-
retur. Præterquam quod nec in tam mali fuerunt,
vt præteriri, nedalutam boni vt recenseri necerent.
Nam Ioas & Amasias inter bonos reges in Scri-
pturā numerantur, qui rectum fecerint coram Do-
mino. 4. Reg. 12. 2. & 14. 3. & Salomon multo peiora D
fecit, & idololatriam non solum, vt illi, non delevit,
sed primus induxit. 3. Reg. 11. 8. 7. & 4. Reg. 23. 13.
Quod autem illi, cum domo Achab coniugia co-
pulauerint, male fecerunt; peius tamen fecit Salo-
mon eo tempore, cum ex familia Achab,
qui erā malus, tamen eiusdem erat populi, & pecca-
tor nequissimus ego. 3. Reg. 21. 25. sed ex alienigenis
idololatris, non vnam vt illi; sed multas vxores du-
xerit, quarum est impietatem imitatus. 3. Reg. 11. 2.
Neque verum est illos tres reges ex domo Achab vx-
orem duxisse. Nam Ochozias duxit vxorem ex Ier
fabee, ex qua genuit Ioam. 4. Reg. 12. 1. Ioas autem v-
xorem habuit Ierosolymitanam 4. Reg. 14. 2. Amā-
sias similiter ex Ierusalem vxorem habuisse dicitur
2. Reg. 25. 1. Itaque si ob affinitatem communicam eū G
domo Achab aliquis a genealogia excludendus e-
rat; Iosaphat potius erat excludendus, qui primus
omnium Achab affinitate dicitur fuisse coniunctus
2. Par. 18. 1. & eius filius Ioram, qui filiam Achab vxo
rem accepit 4. Reg. 8. 18. Malim ergo dicere eo exclu-
sos dicere. quod rati essent ex femine Achab. Nam
Ioram ex filia Achab Ochoziam; Ochozi ab deinde
Ioam; Ioas vero Oziam genuit. frustra non pro-
pter ea, nec propter patrū ipsorum, sed propter A-
chab peccata ex catalogo parentum Christi deleti
sunt. Et vt dicam melius, non tam propter impie-
tatem Achab, quam propter promissionem Dei, qui
per Eliam Prophetam eo tempore illi fuerat fa-

Ioram

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS

Vide insitum, quæ sit quomodo dicatur hoc loco Iechonias genuisse: cum nemo fuerit inter eius filios qui Iechonias appellaretur. Multi, inque gravissimi autores, Ambr. lib. 3. Comm. in Lucam, Epiphan. lib. 1. de hæres. in secta Ebionæorum, Augustin. lib. 2. de cons. Evang. c. 4. Euthymius hoc loco existimarunt Ioacim filium Iosiæ secundum, alio nomine vocatum fuisse Iechoniam; eamque sententiam ego non, quod me legisse memini nostri temporis interpretes & Catholici, & Hæretici secuti sunt: quibus fas de re silentio, si probabilem. Atin canonicis scripturis non legimus Ioacim Iosiæ filium vocatum vnquam fuisse Iechoniam. Vocabant quidem eum Eliacim 4. Regum 23. 34. Sed Nechao rex Ægypti occiso primo Iosiæ eius patre, deinde vincto Ioachaz fratre primogenito, & in Ægyptum ducto, Eliacim regem Iudæ constituit, nomenque illi mutauit Ioacim. Hic filium habuit eiusdem omnium Iudæ, nisi quod nomen patris sibi datum per ב׳ scribitur יכניה Ioacim, nomen hic vocatur est alio nomine Iechonias. 1. Par. 3. 16. & 22. 24. 28. & 2. 1. 6. 17. 20. & 23. 4. & 29. 2. & 31. 2. sed fratres nullos habuit. Nam propter eas Nabuchodonosor rex Babyloniæ, cum eum Babylonem transmisisset, constituit regem Iudæ patruum eius Mathaniam, vocavitq; nomine Sedeciam 4. Regum 24. 17. aliquam potius eius fratrem conditurus, si quem habuisset. Quæ duo res non solum persuadent, sed etiam impellunt, vt credam, legendum esse hoc loco, *Iosias autem genuit Ioacim & fratres eius.* Nam cum plerique consentiunt corruptum esse locum, vtramque, vt postea dicemus, generationem elideratt: prudentius bonâ & religiosa ille arbitror, numina ad corrigendum locum non fingere, sed ea ex sacris literis recipere. Fatear libro tertio Esdræ capite primo, vers. trigesimo quarto, Ioseim Iosiæ filium erisum Iechoniam appellari. Nam & eo loco Euthymius vitio est: ex quo conflat eum librum illum Græce quo nos caremus habuisse: nisi fortasse homo Græcus Latina legit, ficmmos aliquando Latini legimus Græca. Sed per liber Ecclesiasticus habet auctoritatem, & in omnibus eo dicibus vitium scribitur Iechonias pro Iechonia. Non fit dilerandum nomen fuit, sicut ex Ioachaz factus est Iechonias, ita ex Ioacim Iechonias, aut potius Ioconias faciendus erat. Ex hoc vitium nominis irrepsit: ita illud potuit irrepere, vt pro Ioacim Iechonias scriberetur. Omnia igitur recte conuenient, si legamus, *Iosias autem genuit Ioacim & fratres eius.* Quod ex secundæ quæstionis explicatione, quæ huic oboritur, magis manifestum erit. Merito igitur omnes auctores miramur, qui factum sit vt eum Euangelista vers. 17. dicat fecisse quatuordecim, id est, quæ ab Abraham vsque ad Christum generationes recensuisse, non nisi quadraginta vna reperiantur.

Itaque secunda quæstio est, an aliqua desit generatio. Sunt qui nullam deesse putent; quod non omnes eodem modo probant. Alij enim existimant Dauidem bis repetendum, vt sit tum primæ tessaradecadis, & principium tertiæ; itemque Iosiam finem secundæ, animum tertiæ: quod si fiat, & Christus non numeretur, nulla deerit generatio. Euangelista enim non 42. personas, sed 42. generationes enumerasse. Alij Christum numerant: sed Iechoniam bis numerandum dicunt, patremque eius finem esse tertiæ, & filium qui permanet in sit tertiæ tessaradecadis, vt Aug. lib. de consensu Evang. c. 8. Idemq; Hieronymus videtur significare Dial. Alij plures expiantur pro vna persona numeratam esse putauerunt, vt refert Theophylactus. Ego nullam duello. Ioly magis mihi Epiphanij, Ambrosij, Euthymij, & aliorum auctorum ingenitas placet, qui vnâ deesse generationi hæreticorum, sed quia in prima tessaradecade quæ ab Abrahamo vsque ad Dauidem tenetur, certi est non deesse, ea ratione etiam, quæ deest generationis A in angulo, quo secunda tertiæq; connectuntur, facta esse constat.

Tertia quæstio est, vtrinam, secundæ desit, an tertiæ. Nam si secundæ tessaradecadem à Salomone vsque ad Iechoniam illum numeremus, qui hoc loco pater fuisse dicitur Salathielis, tertiæ tessaradecadi vna deerit generatio: si vero Iechoniam patrem Salathielis in tertia tessaradecade numeremus, deerit secundæ. Plerique igitur interpretes in tertia tessaradecade generationem illam vnâ deesse putat. Quod eo videtur probabilius, quod manifestum sit, Ezechiam in tribus tessaradecadibus, triplicem populi Iudæi, sub iudicibus, sub regibus, sub duce comprehendere: Iechoniam autem patrem Salathielis sub regibus & rex ipse fuit. Ad secundam ergo, non ad tertiam tessaradecadem pertinet. Alia ex eo ex parte, si Iechonias in secunda tessaradecade ponatur, non iam 14. sed 15. in ea (si Ioacim & fratres eius numeremus) generationes erunt, & Iechonias patrem Salathielis in tertia numerandum putant. Quare ait, non in tertia, sed in secunda tessaradecade generationem illam vnam desiderari. Nam etsi Iechonias rex fuit, tamen post Ioacim patrem, aut potius post Iosiam animum eius tres reges Ioacim, Iechonias, & Sedecias ita regnarunt, vt non reges, sed capitis & seruis regis Babylonis esse videremur. Et non est necesse vt omnes, qui in prima tessaradecade, sub iudicibus, & omnes qui in secunda sub regibus, & qui in tertia numerantur, sub duobus fuerint. Nam tempore Abraham, Isaac, Iacob, & Iudæ iudices nondum erant; & ad primam tessaradecadem tria illa non pertinent. Placet mihi media sententia; nec in secunda, nec in tertia, sed in vtriusque continuo deesse. Nam si à Salomone vsque ad Iechoniam, aut potius Ioacim & fratres eius numeras quatuordecim; etsi à Iechonia patre Salathielis vsque ad Christum alias quatuordecim generationes inuenies, sed inter vtramque tessaradecadem desiderari hæc verba: *Ioacim autem genuit Iechoniam*, quæ ideo ad neutram tessaradecadem pertinent, quod tam Ioacim (aut Iechoniam) in secunda numeratus fuerat: ex Iechonia Iechonia in tertia numeratur.

Hinc quarta oritur quæstio, qua ratione desit ista generationum deficultas ab Euangelista prætermissa an similitudine nominis intimata, an mysterij, an vtrio scribentium ignorantia. Quot enim quæstionis mihi fecit, tot opiniones inuenio. Nã aliqui scierer putat Ioacim ab Euangelista prætermissum quod nõ à populo, sed à Nechao rege Ægypti regnum accepisset 4. Reg. 23. 34. & 2. Par. 36. 4. ita Pseud. Chrysostomus hõi. in Matt. Alij ideo fuisse prætermissum, quia Iechonias ex patre & filium vocaretur, ita erat à Iectore idem nomen repetendũ. Ita q; si non apparet, tamen duo homines pater & filius sub vno facti nomine Iechonias. Sic Aug. lib. 2. de cons. Euang. c. 4. Addit eõmode id quasi in angulo secũdæ & tertiæ tessaradecadis factũ esse: cum enim alicuius gradicij lapides numeramus, cũ ad angulũ peruenimus, cũ lapidẽ, qui angulũ facit, bis solemus nomerare. Hoc nonnullis placuit, & mihi tanto autoris nomine commendatum non displicet. Tertiam interpretationem idem Aug. affert, mysterium ea fuisse, vt Iechonias bis nomeraretur: significari enim per Iechoniã factã esse quasi in angulo quandã veluti ad exteraeas gentes deflexionẽ. Epiph. in secta Ebionæorũ, quam recẽtiores interpretes fere sequuntur, scripturarum vitio & ignorantia factum affirmat, vt post hæc verba, *Iechonias & fratres eius in transmigratione Babylonis*, hæc interciderint: *Iechonias autem genuit Iechoniã.* Cum enim Iechoniæ nomẽ quater scriberetur, scriptores ignorantes patrẽ & filium vocati Iechoniã, priorem esse reddũdare, præteremisisse. Epiphanio in hoc assentior, vt existimẽ scriptorũ vitio alia quæ verba interciderisse, quibꝰ significaretur, Ioseim Iosiæ filium Ioiq; genuisse Iechoniã. Iu eo mo allerior, quod non

non ex filio mo deesse hæc, *Iechonias autem genuit Iechoniam.* (Sed hæc: *Ioacim autem genuit Iechoniam.*) Nam vt supra probauimus, Ioacim filius Iosiæ nunquam in scripturis canonicis vocatus Iechonias. Itaque totum locum sic restituendũ puto. *Iosias autem genuit Ioacim & fratres eius in transmigratione Babylonis* (quæ admodum Stapulensis affirmat se in antiquo quodam Græco codice legisse) *Ioacim autem genuit Iechoniam.*

Et fratres eius.) Fratres eius nominat, quia etsi nõ ex illis propagatus est Christus, tamen omnes fere Christi regnum tenuerant. Nam Ioachaz, quem & Iohanã paulo ante vocarum fuisse diximus, tres regnauit menses. 4. Reg. 23. 30. 31. & 2. Par. 36. 1. 2. Et Mathanias, cui & Sedecia nomen fuit, regnauit vndecim 4. reg. 24. 17. 18. & 2. Par. 36. 11. Solus non regnauit Sellum qui ante quam regnare posset, regnum desiit. 4. Reg. 25. 7. & Ier. 52. 11. Adde quod & Sellum regnasse indicat Ier. ca. 22. 11. vt in comment. eius loci adnotauimus.

In transmigratione Babylonis.) Instante transmigratione Babylonica. Nam cum Iosias genuit Ioacim, & fratres eius, nondum populus Dei Babylonem migrauerat. Transmigratio enim facta est tertio mense regni Iechoniæ filii Ioacim. 4. Reg. 24. 12. & 2. Para 36. 10. Itaque inter natalem diem Ioacim & transmigrationem triginta sex anni & tres menses interfuerunt. Nam viginti quinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset, & vndecim annos regnauit. 4. Regum 23. 36. & 2. Par. 36. 5. sed tempus hoc spatium vocatur tempus transmigrationis: fuit quia Cyparstione regni finem est. finis quia regnum Iuda nondũ considerat: nus habet tamen aliã hoc proprie, vt arbitror, est [illegible] subtransmigrationem, id est, exilio ante. Itaque qui hoc loco vertunt, *In exilio Babylonis*, vt fere omnes hæretici faciunt, non iniquam tamquam nouitatis amatores: sed tamquam male enim interpretes reprehendendi mihi videntur. Exilium enim tempus illud significat, quo quis exulat. Itaq; in exilio Babylonico Ioacim genuisse, est genuisse eum dum Iudæi exularent, cum Euangelista non tempus exilij, sed ante eximum voluerit designare: quod multo profecto melius nomine transmigrationis intelligeatur, & solum, vt ita dicam, transmigrandi actum significat: & apud bonos Latinitatis auctores: Liuium, Tranquillum reperitur. Illud erasmi est sane eit non tamẽ prætermittendum non deesse Euangelistam [illegible] in captiuitate: sed [illegible] in transmigratione. Quia cum bis duo tribus, ex quibus regnum Iuda constabat, in exilium Babylonicũ transiuerint. primum sub Iechonia 4. Reg. 24. 12. & 2. Par. 36. 10. Deinde sub Sedecia 4. Reg. 25. 8. & Ier. 39. 9. & 52. 2. prior proprie dicitur Hebr. גלות Græce [illegible], Latine transmigratio, non שבית Græce [illegible], Latine captiuitas. Secũda vero dicitur [illegible] captiuitas; quia in priore Iechonias cum toto populo ipsoꝛ te decidit tiasse Ierem. Prophetę & Babylonem abiit 4. Reg 24. 12. In posteriore vero, in qua regnum penitus deterum est, non sponte dedit Iudæi, sed vi capti Babylonem ducti sunt. 4. Reg. 25. 8. & Ier. 39. 9 quem admodum Ier. 29. 1. & Ezech. 1. 1. adnotauimus. Quam quam hoc discrimẽ non semper obseruatur. Nam Esdr. 2. 1. verum ij cõiungitur [illegible] quæ tamẽ Euangelista seruare videtur volumine, non debuit hęc tenus interpres deportationem vertere.

Beza in Matth. an. 1/38.

12. Et post transmigrationem Babylonis.] Tempore exilij in ipla captiuitate, facta iam populi transmigratione.

Iechonias genuit Salathiel 1. Par. 17. 17. Iechonias 06 filii numerãtur, quorũ natu secundus dicitur Salathiel. Alius quoq; multis locis Salathiel Iechoniæ filius 19 pellatur. Ag. 1. 12. 14. & 2. 3. 24. & 1. Esd. 3. 2. 2. 2. Sed patrum tamen inuenio 2. quod legimus apud Ieremi. c. 22. 30. *Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilem*

A (loquitur autem de Iechonia) *Virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habet vltra in Iuda.* Sed iam eo loco respondimus, non vocari Iechoniam sterilem propterea quod nullos liberos habuerit, cum ex eodem Ieremiæ capite ver. 28. filios habuisse constet: sed quia nemo ex eis regnauit quod attinet ad regni successionem petinde fuit, ac si fuisset sterilis. Alius restat scrupulus, quomodo potuerit Iechonias in ipsa captiuitate filios procreare, cum in carcere vinctus fuerit. Respondeo Deum Eusmeredach filium Nabuchodonosoris mortuo patre e dungeone è carcere Iechoniam, & regio habitu habuisse 4. Reg. 25. 27. 28. & Ier. 52. 31. 32. anno transmigrationis, quo tempore liberos genuit, qui ideo in terram, quam ignorabant profecti fuisse dicuntur Iere. 22. 28. quam ea captiui nati sunt. Nam tempore transmigrationis etsi Iechonias vxorẽ habebat. 4. Reg. 24 15. tamen credibile est nondum filios habuisse. Alioquin Nabuchodonosor non Mathaniam eius patruum, sed aliquem potius ex eius filiis regem pro ipso constituisset. 4. Reg. 24. 17. & 2. Paralip. 36. 10. Hac etiam ratione fieri potuit, vt eius nepos Zorobabel filius Salathielis vixerit ad tempora restaurationis via erit, & rediens ab exilio principes fuerit 1. Esd. 3. 2. & 5. 2. & 1. Par. 3. 2. 1. 2. Ita omnia bene constat hi locũ.

16. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ.) Ioannem locum totam de Christi genealogia disputationem, & quæ de concordia duorum Euangelistarum Matthæi & Lucæ dici solent, relegamus. Cum summa non difficultas, si paulo longiores fuerimus excusabit. Hoc enim consilio solemus res fœdes aut præterire, aut leuiter attingere, vt liceat nobis in citis esse longiores. Premebant olim hoc loco Christianos non tantum Iudæi, verum etiam Gentiles, qui aliquam sacrarum interarum cognitionem deibauerant, Celsus apud Origenem libro secundo Iulianus Augustinus apud Cyrillum Alexandr. libro octauo illum octauo. Prima quæstio, quæ se statim lectori offert, est illa, quæ abolita Ecclesiæ hodiernus odiscitabatur: Si Christus non fuit filius Ioseph, vt re vera non fuit) quid attinet ad illum Ioseph genealogiam inde ab Abrahamo & Dauide deducta? non enim Ioseph, sed Christi genealogia quærebatur. Omnes veteres Theologi vno ore respondent Ioseph & Mariam Christi matrem eiusdem fuisse tribus atque familiæ, itaque dum Euangelistæ Matthæus & Lucas Ioseph genealogiam recensent, Mariæ quoque ea proinde Christi recensent. Ita Iren. libro 3. cap. 18. Tertullianus libro contra Iudæos, Athanasius in epistola ad Epictetum aduersus hæreticos, Ambrosius, libro secundo de pœnitentia, capite octauo, & libro tertio commente. in Lucam, Augustinus in qq. in libr. Iud. q. 47. & in qq. ex nouo Testam. q. 36. & li. 23. contra Faustum c. 3. & 4. Hieronym. hoc loco, Gregor. Nyssen. in oratione de sancta Christi natiuitate, Iustinus poeta in qq. in nouum Testamen. Damase. 4. libro de fide, capite decimoquinto. Id adeo Iudæi, Iulianus, Celsus, Porphyrius, Faustus negabant, rationemq; afferebant, quod Mariam Dei matrem ex tribu Iuda fuisse constet. Erat enim cognata Elizabeth vxoris Zachariæ Lucæ 1. 36. quæ erat ex filiabus Aaron. Lucæ 1. 5. Non ergo erat ex tribu Iuda, multoque minus ex familia Dauidis, ex qua erat Ioseph. Nolim contra certissimis testimoniis B. Mariam Christi matrem ex familia Dauidis, ex quo tribu Iuda esse demonstrabant. Ipse enim Euangelista Matthæus, qui cap. 1. 18. 20. docet Mariam non ex Ioseph, sed ex Spiritu sancto Christum concepisse vers. 21. vocat eum filium Dauidis, *Liber generationis Iesu Christi filii Dauid.* Non poterat eorum filius esse Dauidis, nisi per matrem, cum patrem homo non haberet. erat ergo mater ex domo Dauid. Præterea Lucas ca. 1. vers. 35. dicit Christum ex virgine

Cur ab Ioseph genealogia deducatur.

B. Maria ex tribu Dauid

virgine Maria fine viro ex Spiritu Sancto conceptum; & cap 3. 23. putatum fuisse, id est, non fuisse filium Ioseph, versu vero 32. eiusdem 1. capit. dicit idem Angelus, *Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris sui.* & ver. 69. Zacharias canit, *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.* Etc. 2. 4. scribit Ioseph & Mariam ascendisse ex Galilæa in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, vnde descendebant, quod essent ex familia Dauid. In extremis vero libris noui Testamenti passim non à turba populari, sed ab Apostolis dicitur filius esse Dauid. Rom. 1. 3. 2. Timoth. 2. 8. Apocal. 22. 16. Quo ergo modo Maria cognata erat Elizabethæ ex filiabus Aaron? recte respondet August. quæst. quadragesimasexta in lib. Iud. aliquem ex tribu Iuda & familia Dauidis aliquam ex tribu Leui vxorem duxisse, vnde Beata virgo Maria originem traxerit. Nam nec illi quidem ipsi, qui Beatam Virginem non ex tribu Dauid, sed ex tribu Leui fuisse dicunt, negare ausi sunt illam nupsisse Ioseph, quem ex tribu Dauid fuisse non negant. Quo autem modo fieri potuerit, vt inter diuersas tribus coniugia misscerentur, paulo post dicam. Hæc tamen tollit Euangelistas, dum Ioseph genealogiam narrant, etiam Mariæ genealogiam recensere.

Itaque reliqua secunda quæstio, cur non potius ad Mariam quem ad Ioseph genealogiam dederint: eum id fuisset multo facilius: & ad genus Christi intelligendum multo clarius. Quæ ego quidem Euangelistas multorum opinioni seruire voluisse, qui vt ait Lucas 2. 3. Christum filium Ioseph esse arbitrabantur, & tanquam Euangelistæ facunt: & non vident non debuisse eum illa ratione de Spiritu Sancto non ex Ioseph concepto me dicere, ver. 1. 8. 20. 35. Veteres ergo illi eius rei duas rationes reddiderunt. Alteram, quod non fuerit Hebræorum consuetudo genealogias per mulieres ducere. Quod vt est certum, ita ad faciendam quæstionem non satis efficax: eram enim genealogia vsque ad Mariam per viros de more ducta: Maria vero sola, quia præter consuetudinem ex Spiritu concepérat, præter consuetudinem numerari. Itaque hanc rationem, quæ sola non sufficiebat, altera ratione corroborabant, legem fuisse Numer. 36. 6. 7. vt ex sua quisque tribu vxorem duceret, ne hæreditates ab vna tribu in aliam auerterentur: quam legem à Ioseph, cum vir esset iustus, fuisse seruatam. Sic Hieron. Ambro. Aug. Eucherius. Damasc. locis quos supra designauimus. Iodocus tamen & qui hoc tempore, quo maxime intre duas regnat, ingens magnitudinem mireducitatur mirantur, hanc rationem non acquiescunt. Etenim enim legem nec à iustissimis quidem hominibus seruatam fuisse. Nam parentes Mariæ sanctissimæ Christi matris iustos erat tamen cum iustissent ex tribu Iuda, cum tribu Leui connubia iunxerunt, & Iud. 21. 17. vndecim tribus iurant se tribui Beniamin filias suas nuptui non daturas propter iniquum factum, quasi & tunc inter se, & antea illi publice alii alias darent. Iustus etiam erat Dauid, tamen cum ipse ex tribu esset Iuda & Saul ex tribu Beniamin, 1. reg. 9. 1. Michol filiam eius duxit 1. reg. 8. 27. Iustus Ioiada sacerdos ex tribu Leui, filiam tamen Ioram Regis ex tribu Iuda in matrimonium accepit, secundo Paralip. vigesimosecundo, vndecimo. Adde quod ea lex non stetit gebatur, nisi de mulieribus, quæ cum fratres non haberent, in hæreditatem succedebant, vt Ambrosius etiam interpretatur lib. 3. in Luc. tunc enim non licebat illis alteriùs tribus viro nubere, ne paterna hæreditas in aliam tribum traduceretur. Hæc enim ratio reddit ur leg. 2. Quare non satis est legem allegare, & Ioseph ac Mariæ parentes probare iustos, sed necessarium postea est docere Mariam Virginem hæredem fuisse, virum potuerit extra tribum suam nubere. Quod ex sacris quidem literis non constat: si constaret, tamen non ita esset, vt ea in qua versamur, quæstio solueretur.

A Quid enim si. Beata Maria ex eadē tribu nan propterea sequitur ex eadem esse familia? quamuis video multos interpretes non animaduertere. Itaque respondeo, legem illam eiusmodi interpretationem veram esse: de eo quē ea lex illa, quæ præmittur ab eadem scribit, inter duas tribus fuisse copulari, quia in illa ratio legis locum nō haberet, sed adeo notū vulgo fuisse Ioseph & Mariam non ex eadē modo tribu, sed ex eadē prorsus esse familia, vt Euāgelistę nō dixerint. Illud etiam addo, existimare me B. Virginē Ioseph, tanquam maxime omnium propinquo, non sui sponte, verū ex necessitate legis traditā fuisse. Credo in legem illam Num. 36. 6. 7. nō solum de eadem tribu, sed etiam de eadē familia intelligi debere: vt, cum mulier aliqua paternæ hæreditatis sola hæres esset, non posset nisi eiusdem familiæ viro, & quidē, q̄ inquisitissimo nubere. Adducor autē ratione legis: quæ, præterea, prohibebat extra propriam tribū nubere, ne hæreditates, q̄ Dei arbitrio inter eas tribus æqualiter fuerant distributę, Ios. 19 perturbarentur. At eadē ratio in singulis familiis locum habebat, quæ in eadem quoq; tribu æquales terrę portiones acceperant. Hoc enim est, quod tam sæpe dicitur, Ios. 10. per cognationes suas. Certe Hilar. can. in Matt. 1. Mariam ex lege Ioseph nupsisse affirmat, & Euchet. 9. 2. in Matt. & Theoph. & Euth. in Com. legem non de eadem tantum familia interpretantur. Sed quid opus est coniecturis, aut testibus, cum scriptura ipsa virum hoc docet? Sic enim est Hebr.

C מִמִּשְׁפַּחַת אֲבִיהָ תִּהְיֶה לְאִשָּׁה כִּי אִם־לְאַחַד מִמִּשְׁפַּחַת אֲבִי־אָבִיהָ תִּהְיֶה לְאִשָּׁה לְאֹשֶׁת לְמַטֵּה בְנֵי־יִשְׂרָאֵל לֹא תִנְחַל נַחֲלָה לְאִישׁ מִמַּטֵּה לְמַטֵּה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ

Omnis filia hæres de tribubus filiorum Israel, vni ex familia tribus patris sui erit in vxorem, vt possideant filij Israel vnusquisque hæreditatem patrum suorum. Nullos enim eam fratres habuisse, non ex traditione tantum: sed ex lectis etiam literis manifestum est, quæ eius si quis habuisset, fratres non tacuissent. Hæc igitur omnia fecerunt, vt Euangelistæ contenti fuerint Ioseph genealogiam demonstrasse, quam certum ac notum erat eandem esse Mariæ. Atque in hæc re Matthæus Lucasque consentiunt. Veniamus nunc ad ea, in quibus videntur dissentire. Quæ multa sane sunt. Primum, quod Matthæus Ioseph filium Iacob, Lucas Heli fuisse dicat. Secundum, quod à Ioseph vsque ad Zorobabel Lucas diuersos prorsus Christi parentes numerat atque Matthæus. Tertium, quod Matthæus à Ioseph vsque ad Zorobabel non numerat, nisi nouem. Lucas vero duodeviginti. Quartum, quod Matthæus dicat, Salathielem filium fuisse Iechoniæ. Lucas Neri. Quintum, quod à Salathiele vsque ad Dauid alios rursus Lucas, quam Matthæus recenseat: & Matthæus per Salomonem, Lucas per Nathan ad Dauidem perueniat. Sextum, quod Matthæus consilia: in Abraham: Lucas ad Adam & ad Deum vsque perueniat. Octauum, quod Matthæus à parentibus ad filios descendendo: Lucas à filiis ad parentes ascendendo progrediatur.

Quod ad primum discrimen attinet, Aug. lib. 2. qq. Euang. q. 5. & li. 2. de consensu Euang. cap. 2. & 3. tribus modis responderi putat posse: primo, Heli apud Lucā patrē dici Ioseph, nō quod pater, sed q̄ socer esset; 2 terque B. Virginis, idem qui Ioachim alio nomine vocari soleat: Iacob autem, quod vere pater esset. Quæ responsio nec Augustino displicet: & nonnullis aliis valde placuit, vt auctori libelli de ortu Beatæ Virginis falso inscripti Hieronymo, & recentioribus valde multis. Mihi quoque placeret, nisi viderem Euangelistas verum Ioseph genus describere voluisse. Illam subtilitatem probare non queo, qua vir quidam acutis nostræ ætatis perquam eruditus scribit, cum Lucas dicit de Christo: *Filius, vt putabatur, Ioseph, qui fuit Heli*: reliquum, *qui*, non ad Ioseph, sed ad Christum referendum: vt sit sensus, qui Christus fuit filius, id est, nepos Heli. Quod si verum

verum esse, nullus quæstioni locus relinqueretur. A lis de patruo fratris mariti ne nuptare, id est, eum sed quia non videtur id ita esse. Etenim igitur Augustinus ipse fatetur, Ioseph, & Mariam quidem fuisse de eadem familia, & tribu, & vtrumque ipsorum alterius matrem Mariam fuisse, quæ tamen non fuisse Ioseph illius patris habet ad primum tamen illi fatentur Ioseph & Mariam non ex eadē modo tribu, sed ex eadē prorsus esse familia, vt Euāgelistę nō dixerint. Illud etiam addo, existimare me B. Virginē Ioseph, tanquam maxime omnium propinquo, non sui sponte, verū ex necessitate legis traditā fuisse. Credo in legem illam Num. 36. 6. 7. nō solum de eadem tribu, sed etiam de eadē familia intelligi debere: vt, cum mulier aliqua paternæ hæreditatis sola hæres esset, non posset nisi eiusdem familiæ viro, & quidē, q̄ inquisitissimo nubere. Adducor autē ratione legis: quæ, præterea, prohibebat extra propriam tribū nubere, ne hæreditates, q̄ Dei arbitrio inter eas tribus æqualiter fuerant distributę, Ios. 19 perturbarentur. At eadē ratio in singulis familiis locum habebat, quæ in eadem quoq; tribu æquales terrę portiones acceperant. Hoc enim est, quod tam sæpe dicitur, Ios. 10. per cognationes suas. Certe Hilar. can. in Matt. 1. Mariam ex lege Ioseph nupsisse affirmat, & Euchet. 9. 2. in Matt. & Theoph. & Euth. in Com. legem non de eadem tantum familia interpretantur. Sed quid opus est coniecturis, aut testibus, cum scriptura ipsa virum hoc docet? Sic enim est Hebr.

C מִמִּשְׁפַּחַת אֲבִיהָ תִּהְיֶה לְאִשָּׁה כִּי אִם־לְאַחַד מִמִּשְׁפַּחַת אֲבִי־אָבִיהָ תִּהְיֶה לְאִשָּׁה לְאֹשֶׁת לְמַטֵּה בְנֵי־יִשְׂרָאֵל לֹא תִנְחַל נַחֲלָה לְאִישׁ מִמַּטֵּה לְמַטֵּה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ

Omnis filia hæres de tribubus filiorum Israel, vni ex familia tribus patris sui erit in vxorem, vt possideant filij Israel vnusquisque hæreditatem patrum suorum. Nullos enim eam fratres habuisse, non ex traditione tantum: sed ex lectis etiam literis manifestum est, quæ eius si quis habuisset, fratres non tacuissent. Hæc igitur omnia fecerunt, vt Euangelistæ contenti fuerint Ioseph genealogiam demonstrasse, quam certum ac notum erat eandem esse Mariæ. Atque in hæc re Matthæus Lucasque consentiunt. Veniamus nunc ad ea, in quibus videntur dissentire. Quæ multa sane sunt. Primum, quod Matthæus Ioseph filium Iacob, Lucas Heli fuisse dicat. Secundum, quod à Ioseph vsque ad Zorobabel Lucas diuersos prorsus Christi parentes numerat atque Matthæus. Tertium, quod Matthæus à Ioseph vsque ad Zorobabel non numerat, nisi nouem. Lucas vero duodeviginti. Quartum, quod Matthæus dicat, Salathielem filium fuisse Iechoniæ. Lucas Neri. Quintum, quod à Salathiele vsque ad Dauid alios rursus Lucas, quam Matthæus recenseat: & Matthæus per Salomonem, Lucas per Nathan ad Dauidem perueniat. Sextum, quod Matthæus consilia: in Abraham: Lucas ad Adam & ad Deum vsque perueniat. Octauum, quod Matthæus à parentibus ad filios descendendo: Lucas à filiis ad parentes ascendendo progrediatur.

Quod ad primum discrimen attinet, Aug. lib. 2. qq. Euang. q. 5. & li. 2. de consensu Euang. cap. 2. & 3. tribus modis responderi putat posse: primo, Heli apud Lucā patrē dici Ioseph, nō quod pater, sed q̄ socer esset; 2 terque B. Virginis, idem qui Ioachim alio nomine vocari soleat: Iacob autem, quod vere pater esset. Quæ responsio nec Augustino displicet: & nonnullis aliis valde placuit, vt auctori libelli de ortu Beatæ Virginis falso inscripti Hieronymo, & recentioribus valde multis. Mihi quoque placeret, nisi viderem Euangelistas verum Ioseph genus describere voluisse. Illam subtilitatem probare non queo, qua vir quidam acutis nostræ ætatis perquam eruditus scribit, cum Lucas dicit de Christo: *Filius, vt putabatur, Ioseph, qui fuit Heli*: reliquum, *qui*, non ad Ioseph, sed ad Christum referendum: vt sit sensus, qui Christus fuit filius, id est, nepos Heli. Quod si verum

angelista naturalem, alter legalem Christi originem enarret. Quorum est genere vna videtur esse senectus, specie tamen & explanatione est tri partita. Nam ex illis alij dicunt, Matthæum naturalem, Lucam legalem originem exponere, quòd eam per Salomonem à naturali Dauidis filium, filij per Nathan adoptionem ducat. Quam opinionem vide Lyranus haudquaquam probo. Nam scriptura Nathan non legitimi, sed maximè naturalem filium Dauidis facit 2. Reg. 5. 14. & 1. Par. 3. 5. Nec moueremur Nathanis illum, cum Lucas mentionem facit, non illorum fuisse propterea, à quo Dauid ob peccatum adulterium & homicidium correptus est 2. Reg. 12. nisi forsan ita loquamur, aliquatenus Augustinum l. 83. quæst. q. 69. & 2. de nouiss. Euangel. c. 2. vt quando dominum non fuisse colligere ex eo quis possit: quamuis quo loco id non dixerit, nempe 2. Retract. c. 16. & 1. 2. c. 16. Alij conera Lucam naturalem, Matthæum legalem patrem verum, quia exigere Dominum aliquatenus apud Matthæum esse, quam apud Lucam quod legales patiores semper quam naturales esse solent. Legales autem parentes, quos Matthæus commemorat, duci volunt, quod successio Salomonis in Ochozia rege defecerit 4. Reg. 9. 27. Ioas enim, qui post eum regnauit 4. Regũ 11. 12. & 2. Par. 23. 11. quamuis filium dicatur Ochoziæ, non fuisse tamen eius filium verum, quia exigente Dauid per Nathan originem trahebat, & Ochozias proximo antegressus gradu, eius non erat filius. In Hebræorum enim etiam lingua nepotes prodicum esse Dauidem, quasi filiorum nomine comprehensi, vt si quando Salomonis fidelem exungi narrent, ad pollicem Nehemiæ regnum demonstrentur. Ita hoc eorum sanctæ mugiter abhorrentium, ab absurdioribus probat argumentis. Protollitur, Athaliam imberem domum Dauidi stupratam ideo regnum Iudææ occasse, de imperdimens recidisse, ne eam dominum translatum videret, quod si Ioas filius fuisset Ochoziæ, id est, nepos Athaliæ, iuxta eam ea præterea viriam fuisse, vt regnum nepotis non subuerterit. *Eiqui* [illegible] *sed eius auditio prudenter credat naturalem regni filium patruelis sacerdotis iudicio adiudicatum, non magis probabitur eam sua quærere.* Haec vtique, sententia non fuisset, quam nunc homines laborantes, verum reuera magis, quia scripturis repugnat, absurda mihi semper visa est. Si enim Ioas fuisset eorum nimirum regum appellarentur, posset mirari cur Athalia regis appellari, quod ex regio Dauidis genere originem duxerat, nec non haberet ad regnum, nunc sane, cum eam ex nouo regis, videlicet Ochoziæ filia appellatur, 4. Reg. 8. 26. & 2. Par. 22. 2. & 4. Par. 22. 12. qui non credat minus fuisse Ochoziæ, id est, neptis Athaliæ, inuenter eam ea præterea viriam fuisse, vt regnum nepotis non subuerteret? *Quod quo* [illegible] *sed eius auditio prudenter credat naturalem regni filium patruelis sacerdotis iudicio adiudicatum, non magis probabitur eam sua quærere.* Haec vtique, sententia non fuisset, quam nunc homines laborantes, verum reuera magis, quia scripturis repugnat, absurda mihi semper visa est. Si enim Ioas fuisset eorum nimirum regum appellarentur, posset mirari cur Athalia regis appellari, quod ex regio Dauidis genere originem duxerat, nec non haberet ad regnum, nunc sane, cum eam ex nouo regis, videlicet filia Ochoziæ filium appellatur, 4. Reg. 8. 26. & 2. Par. 22. 2. & 4. Par. 22. 12. qui non credat minus fuisse Ochoziæ, id est, neptis Athaliæ, inuenter eam ea præterea viriam fuisse, vt regnum nepotis non subuerteret? Quod quo [illegible] *Athaliam dominum translatum videret, quod si Ioas filius fuisset Ochoziæ, id est, nepos Athaliæ, inuenter eam ea præterea viriam fuisse, vt regnum nepotis non subuerteret? Quod quo* [illegible] *Athaliam dominum translatum videret, quod si Ioas filius fuisset Ochoziæ, id est, nepos Athaliæ, inuenter eam ea præterea viriam fuisse, vt regnum nepotis non subuerteret?* Quod quo

significat eam futuram fuisse, sed fuisse reuera vxorem. Quod autē dicit eam esse vim verbi *συνοικεῖν* non ignoramus; sed scimus etiam non semper obseruari. Nam Lucas c. 2. 5. eandem Mariam iam domum ductam à Ioseph vocat *μνηστευθεῖσαν*, vocat ergo Matthæus Mariam *μνηστευθεῖσαν* sponsam, non quod ducta non esset, sed quod non magis à viro cognita, quam sponsa, quæ nondum nuptæ sunt, vt rectissime Chrysostomus adnotauit. Nolo tamen eiusdem Chrysostomi & Bernardi in hom. in illa verba Lucæ 1. 26. *Missus est*, vti suffragiis, qui consuetudinem Hebræorum fuisse dicunt, vt generi etiam ante nuptias in sponsarum domibus habitarent. Nam generos Loth, quorum vtuntur exemplo, scriptura docet in domo Loth non habitasse, Genes. 19. 14. Teneam ergo q aut omnes, aut optimi Theologi tenent, verum fuisse iam tum, cū Christo concepto fuit, inter Iosephum & Mariam matrimonium quod aduersus Iulianum Pelagianum, qui concubitu matrimonium definiebat, probat Augus. lib. 5. c. 9. & lib. 1. de nuptiis & concupiscentia cap. 1. Cur autem ex nupta Christus nasci voluerit, præter alias, quæ facile per se quisque excogitare potest, quinque causas veteres Theologi tradiderunt. Ignatius in epistola ad Philadelph. Origenes hom. 1. in diuersos Euangelistas, Hilarius Can. 1. in Matt. Chrysostomus hom. 4. Basilius in hom. de humana Christi generatione, Ambr. lib. 2. in Luc. & in li. de inst. virg. c. 6. Theophylactus hoc loco, Bernardus ho. in illa verba: *Missus est Angelus*. Prima est, ne Maria si innupta peperisset, stupri rea putaretur; maluit enim Christus filius Ioseph, quam impudicæ fœminæ videri. Et, vt scite ait Ambrosius *maluit aliquos de sua generatione, quam de matre pudore dubitare, nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis asserendam.* Secunda, ne ipse spurius videretur, ideoque tanquam verus Messias non reciperent à Iudæis. Nata ii, cum ex legitimo matrimonio procreatum putarent; tamē ideo contempserunt, quod fabri filium esse crederent Matth. 13. 55. & Mar. 6. 3. quid facturi erant, si spurium dicere potuissent; Tertia, vt Ioseph & Mariæ, & infanti adiumento esset atque custodiæ. Itaque cum aliquid agendum est, non ad Mariam, sed ad Ioseph Dei mandata mittuntur Matth. 2. 13. *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, vsque dum dicam tibi*, & ver. 19. *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge, accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel.* Cumque puer perditur, quæritur à Ioseph Luc. 2. 48. Quarta, vt Ioseph testis esset virginitatis Mariæ. Nemo enim in eius asseranda castitate tam dignus esse poterat fide, quam qui custos illius erat, qui maxime & scire debuit, & potuit: quemque credibilius erat naturali maritorum zelotypia in pudicitiæ crimen, vbi non esset, suspicaturum, quam vbi esset defensurum fuisse. Quia Bernardi verba imitari non possum, recitabo. *Sicut, inquit, Thomas dubitando palpando confirmatissimus factus est Dominicæ confessor resurrectionis, ita & Ioseph Mariam sibi desponsando, eiusque conuersationem tempore custodia studiosa comprobando factus est spiritus fidelissimus testis. Pulchræ vtriusque rei conuenientia, & dubitatio Thomæ & desponsatio Mariæ. Poterant quidem simile errore laqueum nobis inijcere, fides videlicet in illo, castitatis in illa veritatem in suspicionem adducere. Sed valde prudenter & pie factum est per contrarium, vt vnde metuebatur suspicio, firma fit certitudo. Nam & de filij resurrectione citius quidem ego (qui infirmus sum) credidissem Thomæ dubitanti & palpanti: quam Cephæ audienti & credenti: & de matris continentia facilius sponsi eius custodienti & experienti, quam ipsi quoque virgini de sola sua conscientia se defendenti.* Additur fere ab omnibus quinta, vt hac ratione mysterium istud Christi diabolo celaretur, ne infanti struere insidias; quam malo libere fateri me nō intelligere quam temere reprehendere.

A Non inquam, intelligo, quomodo diabolus Mariæ virginitatem, si modo animaduerterit, potuerit ignorare, cum integrum & incorruptum corpus, quamuis nuptæ videre posset.

Antequam conuenirent.] Hoc loco Hilarij interpretatio est, *antequam transiret in coniugij nomen*; qua si conuenire significet simul habitare: quam interpretationem, non quia vera; sed, vt opinor, quia noua videbatur, nonnulli nouitatum sectatores hæreseos secuti sunt; nescio an secuturi, si Hilarij fuisse cognouissent. Sed iam ante probauimus, iam tum veram fuisse coniugem; & ex consequenti bus manifestum est, conuenire hoc loco significare rem matrimonij, vt Hieronymus loquitur, exercere, esseque vt Græce vocant *συνοικεῖν*, quo res inhonesta honesto declaratur verbo. Volunt enim Euangelistæ rationem reddere, cur voluerit Ioseph occulte Mariam dimittere, quia inuenta est in vtero habens antequam conuenirent, id est, cum eam non cognouisset, vt loquitur ver. 25. Nemini non statim occurrit obiectio; Ergo postea conuenerunt. Hoc enim potissimum argumento nonnulli quondam hæretici, vt Antidicomarianitæ apud Epiphanium hæretici 78. Iouinianus apud Augustinum in libro de hæresibus. Helui dius apud Hieronymum in libro aduersus Helui dium adducti sunt, vt posti Christi partum Mariam à Ioseph cognitam fuisse crederent, ex eoque coniugatos fuisse eos, qui in scriptura Domini fratres appellantur Matth. 12. 46. 47. & 13. 55. Marci 13. 31 33. Lucæ 8. 19. 20. A quorum impietate nonnulli ex nostris hæreticis non procul abfuerunt. Sed hunc errorem & scripturis & exemplis ita Hieronymus fregit, vt iniquis refutare velit, actum agat: & nos tion nisi putationes nunc scribamus, sed comœntarios. Summa rei est, non quoties dicitur aliquid non ante factum esse, significari factum esse postea. Cum enim dicimus hæreticos non acturos pœnitentiam, priusquam moriantur (vt Hieronymi vtar exemplo) non significamus eos pœnitentiam post mortem acturos: sed tacemus, quod est certum, dicimus quod est dubium. Certum est post mortem neminem posse agere pœnitentiam; Quia *in inferno quis confitebitur tibi*; sed dubium est, an ante mortem acturus sit. Certum quoque erat post Christi partum Ioseph Mariam nō cognouisse, cum non alium, quam Christum filium habuisset. Certe de eo non erat quæstio. An autem Christus ex Ioseph, an ex Spiritu Sancto conceptus esset, & dubitari poterat, & necessario erat explicādū. Hoc ergo explicuit Euangelista, quod dubium, quodq; necessarium erat; illud prætermisit, quod neque quærebatur, neque dictu erat necessarium. Quo autem modo fratres Christi quidam fuisse appellati, dicemus Matth. 12. 46.

Inuenta est.] Origenes hom. 1. in diuersos Euangelistas, & Hieronymus in cōmentarijs multa ex illo mutuatus, à Ioseph inuenta esse dicūt, q pene licētia maritali futura vxoris omnia nouerat, q̄ nisi meretorum auctorū reuerentia retineret, minus reuerēter dictum dicerē, satis habeo illis nō assentiri: nam *εὑρίσκειν* Græce non significat quærendo, scrutandoq; sed potius non quærendo, nō cogitando, præter opinionem expectationemq; aliquid in uenire. vt Chrysost. idonens Græci sermonis testis adnotauit. Non ergo Ioseph vestigando, sed non quærendo; nec tactu, sed visu, eoque purissimo, minimeque curioso Mariam prægnantem inuenit. Nec significatur ab eo potius, quam ab alio inuentam fuisse, sed vis verbi ipsius est eam subito & inopinato ita tumido apparuisse vtero, vt quiuis, qui modo oculos adiceret, videre posset eam fuisse grauidam.

In vtero habentē] prægnans, grauida, vterum gerens. Illa Græce, enim, hæc Latina est phrasis.

De Spiritu Sancto.] Sunt qui hæc verba cum superioribus ita iungant, vt hęc sit sententia, Ioseph non solū prægnantem Mariā deprehēdisse, sed eā ēx spiritu

Spiritu Sancto concepisse; vt Basilius in hom. de humana Christi generatione, vt Theophylactus in commentarijs, idemque videntur Origenes hom. 1. in diuersos Euangelistas, & Bernardus hom. in illa verba *Missus est*, imo enim Hieronymus in hunc locum existimare. Auctor autem operis imperfecti non incerto cognouisse sed dubitasse an, an diuinitus concepisset. Sed ex consequētibus manifestum est, eum ignorasse vnde virgo sacra concepisset, propterea enim voluit dimittere ver. 19. propterea ab angelo docetur ver. 20. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Atq; ita omnes alij auctores interpretātur.

Christum quomodo de spiritu Sancto concepturn.

De Spiritu Sancto.] nam quod Spiritus Sanctus pater fuerit Christi, quemadmodum ait Hieronymus nonnullos olim exstimasse; sed quod Spiritus Sancti virtute factum sit, vt filius vero virgo conciperet. Nec enim Spiritus Sanctus ad modum viri cum Maria conubuit, vt quendam nostrorum tempore dicere non puduit, sed quod virile semen factum in erat, ipse hoc semine multo perfectius fecit; sicut Adamū olim Deus fecerat, nisi quod Adamum ex limo terræ, qui quatuor terræ semen est, Christum ex sanguine Mariæ. Neque de Spiritu Sancto conceptus dicitur Christus, quod solus Spiritus, non etiam pater, & ipse, qui gignebatur filius, eius generationem effecerint. Vera enim illa regula est ab omnibus antiquis Theologis tradita, & ab Scholasticis retenta: Omnia opera Trinitatis extra ipsam omnibus personis esse communia. Sed dicitur Christus ex Spiritu Sancto conceptus per illam vltitatem in sacris literis attributionem, qua quod tribus personis commune est, propter officium, aut proprietatem vni tribuitur, vt quod potētia est & gubernationis, patri: quod sapientiæ filio; quod benignitatis, beneficij, liberalitatis, fœcunditatis Spiritui Sancto. Duabus ergo de causis Christi cōceptio Spiritui Sancto tribuitur, & quia summum fuit erga homines beneficiū, omnium q̄ beneficiorum caput, & quia fœcunditatis ac vinificationis opus fuit. Est enim Spiritus quasi diuinū quoddā semē, qua omnia fœcundantur, quemadmodum illud Genes. 1. 2. interpretati sunt multi: *Spiritus domini ferebatur super aquas*, & quasi anima qua animantur & vinificantur omnia. *Spiritus enim est, qui vinificat, & Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Quod Plato aliique Philosophi, & hos secuti poetæ, tāquam in tenebris hallucinantes. Deum animam mundi esse dixerunt. Per quam elegana est inter Christum & Christianos, id est, inter caput & membra comparatio, quam omnes fere auctores veteres Ambrosius, Augustinus, Leo obseruauerunt. Christus ex Maria virgine natus est: Christiani ex virgine Ecclesia nascuntur. Ecclesia virgo & mater sine macula & ruga, vt Maria, Ephes. 5. 27. fons baptismi vterus: aqua semen Ecclesiæ, quæ prodoeit animam viuentem, Spiritus Sanctus supplet semen viri. Itaq; vt Christus ex semine virginis & Spiritu Sancto natus est, sic Christiani, id est, membra Christi oportet ex aqua & Spiritu Sancto renasci, Ioannis 3. 5. *De Spiritu Sancto* *ex Spiritu Sancto*, ex Spiritu Sancto. Animaduerto nostrum interpretem particulā *De*, cum posuit dicere. Ex, mirifice delectari, vt supra ver. 3. 5. 16. & infra ver. 20. &c. 18. 11. Nec ignoramus clarius fuisse, Ex q̄ De, materiam videatur significare, sed explicādā fuit verbio, non euertenda.

Ioseph autem vir eius.] Vir eius appellatur, non quia corpore, sed quia vero illi coniunctus erat matrimonio.

Cum esset iustus, Ἰωσὴφ δὲ ὁ, & Græca & Latina verba dupliceem intellectū admittunt: vel quamuis esset iust⁹, vel quia erat iustus. Hæreticus interpres aduersatiue accipiendō putat: quasi lēsus sit, quamuis Ioseph vir esset iustus, tamē sinistra aduersus beatū virginē suspitione nō earuisse. Clarius, si aut̄ esset, dixisset, Ioseph merito ne sactisseinq. Virginis castitate

Cur Christum ex nupta natum.

Maria virgo ante q̄ pareret.

Pſal. 6. 6. 32. c. 83. Pſal. 32. 5. 30.

Quid traducere sit. Ecc. 8.

dubitasse. At quis nō videt nō aduersatiue, sed causaliter Græcum participiū accipiendum? Causa enim reddatur eorū, quę sequūtur. Virtus autē causa reddatur eam duo sequantur, alterum, quod noluerit eā traducere: alterum q̄ voluerit occulte dimittere, de eo poterat merito dubitari. Aliqui ergo existimarunt, secundi membri causam reddit vt Chrysostomus hom. in Matth. 4. Propterea enim voluisse dimittere: quod iustus esset, nollet q̄ quam adulteram suspicabatur, retinere. Fuit enim Chrysostom⁹, Hieronymus, & nonnulli alij graues auctores in ea sententia, vt putauerint non licere viro adulteram vxorem retinere. Idque ne fieret, fuit aliquando ecclesiasticis decretis constitutum. Alij causam prioris membri reddi dicunt, vt Hieronymus, Ambrosius lib. 2. in Lucam, Theophylactus: quod ego multo probabilius esse arbitror. Videntur enim hæc verba. *Et nollet eam traducere*, appositā esse *ἑρμηνείαν* expositionis loco: quasi dicat, quia erat vir iustus, ideoque nolebat eam traducere, cepit aliam dimittendi rationem horum abhorrentem cogitare. Et illa Chrysostomi sententia non solū à Theologis sed à tota eā Ecclesia deserta est. Lex enim adulteram dimittere per mittebat, non iubebat: Christo etiam interpretē Matth. 19. 8. Mar. 10. 5. Dicet aliquis, si lex permittebat, licebat ergo adulteram accusare: quare & Ioseph, quæ libet iustus, falsa iustitia id facere potuit. Respondeo Ioseph vocari iustum, non quod iustitia vna ex quatuor virtutibus moralibus prædita esset, sed quod omni virtutum genere ornatus. Iustum adnotauit. Eiusmodi autem quisquis est, D. Paulum imitatus dicit: *Omnia mihi licent, sed non omnia expedient.* Itaque potuit quidem traducere, sed nō debuit quia maior a fuit caritatis, occulte dimittere. Quia ergo vir erat iustus, id est, magna prædita caritate, in qua, vt ait Augustinus, omnis Christiana iustitia consistit, noluit facere quod iustitia vna priuata virtus permittebat: sed quod caritas omnium virtutum regina postulabat.

1. Cor. 10. 22.

Traducere *συναγωγὴν ποιεῖσθαι* publico exemplo puniendam corare, ignominiose accusare, ad verbum, exemplare, vt alicubi Augustinus Epistola 59. vertit: Quamquam idem alias vertere soleat, diuulgare, vt epistola 54. & ser. 16. de verbis Domini. Id autem Ioseph fecisset si in iudicium vocasset, & omnium oculis, tanquam adulteri ream, proposuisset. Vitia est eodem verbo Dauus Paulus ad Hebræos 6. 6. *Iterum crucifigentes filium Dei, & παραδειγματίζοντες*, & publicę ignominiæ exponentes, vbi noster interpres vertit: *ostentui habentes.* Quod Hispani significatissimo verbo dicere: *Sacandolo otra vez a la verguença*, qua phrasi non sola Christi crucifixio: sed tota eius passio probris plena significatur. Simili prorsus significatione idem verbum septuaginta interpretes vsurparunt. Num. 25. 4. & Esther 1. 5.

Volait occulte dimittere eam.] Quæte? Nonnulli existimarunt ideo dimittere voluisse, q̄ audierat eam de Spiritu Sancto concepisse, seque eius consortio indignum iudicarat. Eodem prorsus modo, quo Petrus dixit Christo, *Exi a me Domine, quia homo peccator sum.* Lucæ 5. 8. & Centurio ille, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Matth. 8. 8. Sic Origenes homilia 1. in diuersos Euangelistas, & Bernardus homilia in illa verba, *Missus est angelus*: &, si bene intelligo, Hieronymus in commentarijs interpretantur. Quæ interpretatio, etsi loco non conuenit, eorum tamen auctorum pietati maxime conuenit. Alij prorsus contrariam sequuntur opinionem, ideo dimittere voluisse: q̄ adulteræ tā suspicaretur, vt Chrysost. hoc loco, & in homilia de sancta Susanna, & Augustinus Epistola 54. & serm. 16. de verbis Domini, & serm. 51. de tempore, si tamē illius est. Theophylactus, & Euthymius in commentarijs. Quorum sententiam sequentia verba confirmant: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est* quasi

Ioseph non de Spiritu sancto, sed de adulterio natum putaret, ideoq; timaret accipere, ne probare ad ulterium videretur; aut quia factum, vt putabat, sibi ferre nolebat iniuriam. Sententia Pseudochrysostomi media inter has duas nec à veritate, nec à pietate discedit, non iudicasse Ioseph ex adulterio virginē concepisse, sed vnde, aut quomodo concepisset, dubitasse, & quia non ex se concepisse certo sciebat, dimittere voluisse. Quæ autem fuerit illa ratio, quam cogitabat, occulte eam dimittendi; incertum est, & quod Abulensis dicit, cogitasse illi occulte dare libellum repudij, mihi non videtur conuenire. Nam quamuis occulte dedisset, omnis scriptura natura sua publica est. Præterquam quod non poterat diuortium, infamiæ lucre; fit, cum in eadem domo coepisset habitare, fuissent priuato iudicio separati, eo præsertim tempore, quo Mariæ vterus apparebat. Itaq; credibilius quod alij dicunt, esse ex horatori, voluntarium in aliam regionem secessum cogitasse, vt per spatium peregrinationis ita dimitteret, vt nō vitio aliquo repudiasse, sed necessitate deseruisse videretur. Hoc mihi videtur nō solū aduerbio *κάλυ* occulte, sed ipso & verbo *ἀπολῦσαι* significari, q̄ Gallice dicere tur *renuoyer sans faire bruit*; eode omnino sēsu quo ille dixit amicitias nō diruēndas ee, sed dissuēdas.

Hæc co gitanti] Quo modo eam occulte dimittaret, antequam aut consilium inueniret, aut inuentum exequeretur? Videtur enim Euangelista significare voluisse, Deum expectasse opportunum temporis articulum, vt angelum mitteret. Sin ante misisset, quam Ioseph graudam Mariam vnius diei reliquisset; fortasse Ioseph angelo, sicut Zacharias non credidisset. Hanc enim Chrysostomus, & Auctorum perfecti rationem reddūt, si post quam abeā discessisset, nimis fero misisset. Mittit ergo Deus ad ægrotum medicum, nec antequam incipiat, nec postquā mortuus desinat ægrotare. Aliam eidem auctores rationem reddunt, quod Ioseph minus idoneus virginitatis Mariæ fuisset testis, si, antequam de illa dimittenda cogitaret, ab angelo fuisset admonitus. Quia enim marito nō credat de sponsæ integritate tellanti & illi marito, qui eo vsq; processerit, vt sibi copulat' fit adulteriū, & de diuortio cogitauerit? Diuina est prouidentia, quæ ægrotare vnum permittit hominem, vt oculis ex eius morbo medicinam faciat. Ea fuit quæ Petrum & Thomam permisit cireā fidē cadere; ne nos cadere mus. Ea expectauit donec Ioseph de Mariæ virginitate dubitaret, ne ipsi dubitaremus, vt v. 19. ex verbis Bernardi recitauimus. Cur ergo ad Mariam antequam conciperet, angelus mittitur? Luc. 1. 26. Causa, vt opinor, fuit, quod à Maria, vt esset sponsa Spiritus sancti, ex eoq; conciperet, consensus requirendus fuit. Deinde, quod non decebat ignorare virginem, quem in vtero gereret, & vnde concepisset. Prius enim, vt Aug. lib. de sanct. virg. & Leo term. de Natali Domini dixerunt, Christum fide, quam carne concepit, quam non admonita habere non poterat. Illud etiam à quibusdam quæri solet, cur Mariæ vigilanti, Ioseph o dormienti missus sit Angelus. Cur Mariæ vigilanti, ex iis quæ paulo ante diximus, apparet. erat n. ab ea fides, consensus requirendus. Cur autem Ioseph o dormēti difficilima est dicta. Probabiliter tamen mihi videtur hom. 4. Chrysostomus respondere, quod Ioseph vir iustus & fidelis fuerit, quē satis erat dormientem admonere. Deinde quod iam vterum viderat, & vnde impletus fuisset, dubitabat; itaq; paulo momento in celmari poterat, vt ab Spiritu sancto impletum crederet. Nam facilius, quæ facta sunt, diuinitus & præter naturæ leges fieri potuisse quam quę faciendā fieri posse credimus. Mirum etiam videri pōt, cur sanctissima virgo, quid sibi angelus de Christo concipiendo nuntiasset, sponso suo non dixerit, vt ea in infamiæ periculo & illum simul in suspitionē liberaret. Vero similiter etiam ad hoc ide Chrysostomus respondit, Iosephum mariti de sponsa ca-

A stimæ sollicitum, virgini quasi sanctæ, p̄ se loquenti non fuisse credidisse. Et vero quis maritus nisi à Deo monitus credidisset?

Nolite timere] *μὴ φοβεῖσθε*, ne timeas, ne dubites accipere acceptam retinere, vt probauimus ver. 18.

Quod enim in ea natum est] conceptum, genitum. De *Spiritu sancto est*] nō vt suspicatur ex adulterio, vide v. 19. Omnia eo pertinent, vt illi Ioseph & incertum cōsilii consolentur; & vt persuadeat non dolorem, sed lætitiæ sum materiam habere quod ex eius sponsa Messias ille tam diu expectatus virginis nascentis fit propterea vocat filiū Dauid, non solum quia honorificus erat iudeis, sed etiam vt significet eum, qui ex virgine eiusdem familiæ conceptus erat, illū esse Messiam, qui filius Dauid futurus erat. Videver. 1. Propterea dicit. De Spiritu sancto est, vt retineat illum memoriam illius *ἐπιφωνήματος*, quod paulo post sequitur: *Ecce virgo concipiet & pariet filium*, vt credat & gaudeat id in sua sponsa fuisse perfectum.

B C. 7. 14.

21 *Pariet autem filium*. *Tiktsen bēn* videtur poni pro *yeled* etiam, vt Matt. 23. 5. & alibi sæpe. Videtur o afferri hoc ab angelo tanquam certum signum & argumentum ad faciendum eius quod dixerat fidem. Eode modo quo dixerat Isaias. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Emmanuel*. Perinde ac si dicerat, sponsæ enim tuæ non est adultera, sed virgo illa integerrima, de qua Isaias dixit; *Ecce virgo concipiet & pariet filium*. Pariet enim filium, non dubitabis, quod eam videbis non dubitabis, quin ex Spiritu sancto conceperit. Cum enim videris, quæ futura p̄dicta vera esse credes, quę dixi, præterea vera fuisse.

C. 7. 14.

Et vocabis nomen eius Iesum.] Eodē hoc pertinet, tribuendi ei hoc honore, vt infanti non ex Ie, sed ex S, id est sancto nato, tanquā patris filio, nomē imponas. Admonetur quidā, non matres, sed patres solitos fuisse filiis nomē imponere. Quod etsi credibile est vitiorum fuisse; cōtigit tamē nō fuisse perpetuū. Nā & Rachel vocauit filium suum *Benoni* Gen. 35. 18. & Labea filū suum, sed mater nomen dedit quod mox mutatū cum dolore peperisset 1. Par. 4. 9. & quemadmodum hoc loco Ioseph o ita Luc. 1. 31. Mariæ dicitur.

C. 7. 14.

Et vocabis nomen eius Iesum.] Hoc ait certum vt iubet se angelus Iosephum officio patris honorare, simul q̄ pbare, q̄ dixerat, de cœlo conceptum, cui de cœlo nomē imponeretur. Obseruandum n. diuinitus cōcepit nomina quoq; antequā nascantur, & oriri dari. Hinc Ge. 17. 19. Ioanni Lu. 1. 13. & ex nomine ejus docuit, qualis fit, qui conceptus est in fuso, ille ni mirum Messias qui populū suū à peccatis liberaturus erat. Hoc o. est Iesus יהושע seruator. De quo nomine vt multa omittam quæ à quibusdam obseruata sunt, certum est illud nomen *ישוע* Iesum à Græcis Latinos, ab Hebræis Græcos accepisse. Nam vbicunque fere est in veteri Testamento יהושע nomen proprium. Septuaginta vertunt *Ἰησοῦν*, Hebraicum vocabulum ad Græcam, vt potuerunt, aut vt scribuntur, formam reducentes. Tamen Par. c. 7. 27. vertunt *Ἰησοῦ*. Significat autem id nomen salutem, aut seruatorem. Quo etsi multos appellatos fuisse legimus, vt Iesum filium Naue, Iosue c. 1. & filium Iosedech sacerdotem Agg. 1. 1. 12. 14. illis tamen casu, Christo consilio, eoque non solum nomine, sed diuino hoc datum est nomen: & illi non erant, quod hoc nomine significabatur, vere Seruatores, Christus plus est, quam hoc nomine significatur. Itaq; aliis nomen erat quodāmodo cōmune, & vere vulgare; Christo proprium, & vt propheta prædixerat, nouum & singulare: quia eo modo, quo de Christo dicitur, nomini pr̄erea cōuenit, quia nō est in aliquo alio salus. Quod aut retentiores Iudæi nō *יהושע* sed *ישו* vocare soleant, partim ex sono vulgarium linguarum, quem illi solem audiunt; partim irrisione & maligniate faciunt, significantes Christum non esse *יהושע* seruatorē, sed Iesu q̄ illis nihil nisi vulgare aliquē hominē significare videatur. Sed bene est, q̄ non tam facile possint suam Christo diuini-

D De nomine Iesu.

diuinitatē detrahere, q̄ facile eius nomini syllabas detrahūt. Hoc ergo proprium Christi nomen est, quo & eius diuina simul humanaque natura, & præstantissimum redemptoris officium declaratur. Hoc *datum illi est nomen super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur terrestrium, & cœlestium, & infernorum*. Itaque rectè à quibusdam adnotatū est: Euangelistas, cum Seruatore nostrum proprio nomine appellare voluit, non Christum, sed Iesum appellare, vt hoc loco, & c. 2. 1. & Luc. 1. 31. & 2. 21. & 41. Christus enim nomen est officij, Iesus natura atque persona. Dubitabit autem aliquis, quo modo angelus Iesum vocari iubeat: cum Isaias dixerit vocandū Emmanuel? Id nobis Iudæi, vt probent illā in Christum prophetiam non conuenire, solent obiicere. Sed satis copiosè pro nobis ill dixi veteres auctores respōdērūt: Iustinus q. ad orthodoxos 131. Tertull. aduersus Iudæos, & l. 3. contra Marcionē, Lactantius l. 4. de vera sa. c. 12. Chrysost. de incarn. c. 2. Prophetam qui vocandus Christus sed qui futurus. Euāgelistam qui vocandos & qui futurus esset, declarare voluisse. Nolait. n. dicere Propheta Fare vt proprium Christi nomē esset Emmanuel, sed vt res eo nomine significata illi conueniret, ideoq; merito Emmanuel vocari posset. Quēadmodum idē Isaias c. 1. 26. prædixerat de Ierusalē, *restituat vocabitur ciuitas iusti vt urbs fidelis* non q̄ eo vnquā nomine vocāda esset: sed q̄ talis futura, vt ita merito vocari posset. Eadē ratione dixit c. 60. 14. *Vocabunt te ciuitatem Domini Sion sancti Israel*, cum nunquā ita eo nomine vocata fit. Similia exempla sunt Ier. 3. 17. Et Zach. 8. 3. & de Christo ipso idem Isaias dixit c. 9. 6. *Fore vt vocaretur nomē eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis*: nō q̄ tot nomina, sed q̄ tot res habituris esset. Et Ier. c. 23. 6. *Hoc est nomen, q̄ vocabunt eum, Dominus iustus noster*. Vere n. Christus Dominus iustus noster fuit, vere quoq; *Emmanuel*, q̄ est, nobis cū Deus, ita Euangelistā locū Isaiæ recte illum esse ex eo manifestū est, q̄ is dixisset, *Vocabis nomen eius Iesum*, quasi vt, pbaret ita vocari debuisse, Isaiæ locū indixit. Et *vocabitur nomen eius Emmanuel*. Idē ergo est Iesus & Emmanuel, nō iuno, vt ait Tertull sed sēsu. Est. n. Deum nobiscum, q̄ Emmanuelis, est Deū seruatorem esse nostrum, quod nomine Iesu significatur.

C. 7. 14.

22 *Hoc autem totum*. Chrysost. hom. 5. Theo. & Euth. in cō necatur hæc verba adhuc loquitur angeli esse putat, sed nō dubiū est, q̄ sint Euāgelistæ voluntas, q̄ narrauerat ex prophetæ testimonio fidē adhiberi.

Totum, quod virgo conceperit, quod Iesus infans nondum natus appellatur. Auctor impietatis,

D

23. *Ecce virgo*.] Huius versus explicatio ex cōmentariis in c. Isaiæ 7. neri pōt. Tenebrā nō in hunc locum, quæ necessaria esse videbuntur. Iudæi autem quinq; potissimum argumentis hunc mihi locum è manibus eripere conantur. Primum est, q̄ apud Isaiā non *בתולה* quæ proprie virgo est, sed *עלמה* legatur, quod non virginem, sed puellam, non conditionem, sed ætatem significat: cui argumento nemo potest melius, quam Hieronymus in traditionibus Hebraicis in Genesim, & lib. 1. contra Iouinianum, & in cōmentariis in 7. cap. Isaiæ respondere *עלמה* apud Hebræos non solum virginem, sed plus etiam quam virginem, id est puellam absconditam, & diligenter custoditam significare, quæ ne virorum quidem oculis pateat, quia q̄ nō solum corpore: sed etiā aspectu casta sit. Adq; nominis originem indicare: dicitam enim esse *עלמו* *עלמה* quod est abscondere, quasi metuisam & reconditam virginem: nec in scriptura vspiam, nisi pro virgine poni, vt Gen. 24. 16. Rebecca virgo pulcherrima & incognita viro, v. 43. vocatur *עלמה*: item q̄ Maria soror Moysis. Exod. 2. 8. lingua etiam q̄ Punica quę ex Hebræa originem habet, *עלמה* vocari. Itaq; *בתולה* solā virginem, *עלמה* autem & virginem ætate simul cōmunitā significare. Aliq; hūc esse Prophetæ sensum, vt ita dicam, *ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦτο*, virginem adhuc teneram, & ne

A virorum quidem oculos experiam concepturam esse: Addunt quidam nomini *עלמה* eo loci adiun ctam esse ה emphat. cam apud Hebræos particulam, quale apud Græcos est articulus: quod Chrysostomus ad eum locum adnotauit, quasi virgo non vulgaris: sed præstantissima, & maxime virgo significetur. Vnum nobis Iudæi locum obiciunt. Prou. 30. 19. *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viæ aquilæ in aere, viæ colubri super petram, via nauis in medio maris, & via viri in adolescentula* בעלמה vbi non tantum Hebræi, verumetiam Christiani nōnul li id quæ nostro iam tempore animaduertendum, nomen *עלמה* pro muliere corrupta poſtium esse. Id enim loci circumstantiam postulare. Ego vero ex eo maxime loco probari posse existimo, nomen *עלמה* nunquam nisi virginem significare. Nam vt alias, quas alienas iudico, mei prætationes omittam; manifestum est Salomonem dicere voluisse, difficilius esse cognoscere, an femina quę quod recondita semper fuerit, maxime virgo putatur, virgo sit: quam cognoscere, an aquila per aera, colubri super petram, nauis par mare transierit. Hæc enim est & quartum penitus ignoro. Hæc autem vt significaret per *ἀπαρέμφατον* est nomine *עלמה* quod & ætatem & conditionem perfectissimæ virginitatis declarat. Secundum ergo eum est non esse sensum, fore, vt virgo, mancua virgo, sed vt quæ ante virgo erat, postea viro nupta ex eo conciperet. Hoc non modo, vt falsum: sed etiam, vt absurdum atque ridiculum vteres auctores reiecerunt: nullum hoc esse miraculum, nullum signum: Prophetam autem signū, idq; insuetum & maxime admirabile præbere voluisse, ver. 10. *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, fac in excelsum supra*. Et ver. 14. *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet*. Sic Iustinus contra Tryph. Tertullianus aduersus Iudæos, & lib. aduersus Marcionem. 3. Basilius in homilia de humana Christi generatione, Epiphanius aduersus Ebionitas, Cyrillus Alex. & Chrysostomus in 7. cap. Isaiæ respondērunt. Tertium erat, quod Isaias dicat, vocandum esse nomen nascituri filij Emmanuelem, quod nomen Christus non habuerit: quomodo antiqui auctores respondērunt, diximus ver. 21. Quartum ergo erat, ex loci circumstantijs apparere, dictum hoc esse de vxore Regis Achaz & de filio Ezechiæ, quem erat paritura. Quod multo magis Epiphanius & Hieronymus merito rident. Eōrū enim est hæc prophetia regnante iam Achaz & ad eum enim tanquam regem dirigebatur. Emanauit primo anno regni eius edictum fuisse, iam Ezechiam nouem vt minimum annos natum fuisse constat. Regnauit enim Achaz sexdecim annos. 4. Regum. 16. 2. & 2. Par. 28. 1. quo mortuo statim regnauit eius filius Ezechias 4. Regum 18. 29. erat autem viginti quinque iam annorum cū regnare cœpit. 4. Regum 18. 2. & 2. Par. 29. 1. Nihilo plus coloris habet, quod alij dicebant, id esse de vxore Isaiæ intelligendū. Nam neq; virgo erat, neq; filiū vllū peperisse cōstat. Quinetiam recentiores Iudæi nobis obiciūt quod & prisci scriptores vix suggerunt, & mainē habet speciem dissolutis: non potuisse dari signū Achaz, quod videre ipse non posset, quippe quod non nisi octingentis post annis esset euenturum. Quomodo respondendum sit, Chrysostomus in commentariis ad eum locum videtur indicare: signum non dari Achaz, sed domui Dauid, quæ nō solum vsque ad Christum permansura: sed ipsum quoque Christum paritura erat. Princeps quidē, prophetæ Regi Achaz petenti quodcunque veller, signi conditionem obtulerat, ex quo intelligere, Deū sibi contra regem Assyriorum afflorum. ver. 1. vnde cumq. *Petetibi signum a Domino Deo tuo*. Quod si cōtemnem petere noluit: commutata oratione, *ipse ta aliud manus signum, quā quod petere nō auderet,*

maioris liberationis argumentum Deum non iam Achaz sed domui Dauidis daturum prædicit. vers. 13. 14. *Audite domus Dauid, numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum*, quasi dicat, quia vos petere negligitis, ipse vltro dabit, non iam quale regi obtuli. fore, vt Deus populum suum à Rege Assyriorum liberet: sed longe maius, fore, vt liberet à peccatis & diaboli tyrannide. Itaque à maiore probat minus.

Et vocabunt.] Quod quidam mirantur apud Isaiã esse vocabis: & Euangelistam dixisse κληθήσονται vocabunt, nullam admirationis habet causam, quia vt ait Hieronymus, sæpe Euangelistæ sententiam, non verba citare solent: sed & nihil hoc loco, quomodo Euangelista diceret, κληθήσῃ, vt Septuaginta verterunt: an κληθήσεται, vt Chaldæus paraphrastes, referebat.

Quod est interpretatum, Emmanuel nobiscum Deus.] Quo autem modo Deus nobiscum esse per hoc nomen significetur, quæri solere video. Quorumdam non probo sententiam, qui spiritualiter tantũ interpretantur Deum esse nobiscum, id est, nobis reconciliatũ. Col. 1. 20. Quod ante iniquitates nostras nos ab illo distingerent Isaiæ 59. 2. Melius Chrysostomus, & alij nonnulli patres ipsum filii Dei incarnationem declarari putant. Est enim Deus nobiscum, non solum quia auxilium præstat, & peccata remittit: quo modo etiam cum antiquis illis Iudæis erat: sed qa *verbum caro factum est, & habitauit in nobis* Ioã. 1. 14. *qua in terra visus est, & cum hominibus conversatus*, Baruch. 3. 38 quis *communicauit carni & sanguini*, Hebræorum 2. 14. Quod autẽ ex hoc loco quidã colligunt, Matthæum Hebraice non scripsisse, refellimus in præfatione. cap. 5.

Et non cognoscebat eam. Hilarius cognoscere, interpretatur, pro vxore habere, nam ante, inquit, spõsa erat: postea in nomen transijt vxoris, non quod marito coniuncta fuerit, sed q̃ pepererit, vt faciunt vxores. Epiphanius vero aduersus Ebionæos prius dicit non cognouisse, post partum vero cognouisse, nõ eius quidem corpus: sed animum, virtutem, sanctitatem. Atiam monitus ab Angelo, non poterat eius ignorare virtutem, quam sciret de Spiritu Sancto concepisse: & nemo non videt Hebraicam esse phrasim, qua homo de vsu matrimonij significatur, vt Gen. 4. & 19. 8. Numer. 31. 35. & 1. reg. 1. 4. Illud vero quod quidam adnotarunt hoc verbum nõ dici, nisi cum primum virgo defloratur, falsum esse constat Gen. 4. 25. & 38. 26. & 1 Reg. 1. 19. Arripiebant hic Iouinianus, Helui[di]us, Ebionitæ, & alij: Auctor imperfecti, Eunomiani ansam de Beatæ Mariæ post partũ virginitate male sentiendi, vide ver. 18. tantũ admonendum est, quemadmodum has particulas (*Antequam*) & *priusquam*: ita has *donec* & *v. g.* & cæteras quæ sunt aliæ similes, non semper affirmationem ponere, q̃ notatur, si negatio præcesserit: nec semper negationẽ, cũ præcesserit affirmatio, significare vt Hieronymus aduersus Heluidium, & Chrysostomus hoc loco multis exemplis demonstrarunt. Matthæi 28. 20. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad cõsummationem seculi*: non indicat postea cum illis non futurum, sed multo magis futurum 2. Reg. 6. 26. *Michol filia Saul non est natus filius vsque in diem mortis sue*: non significat eam post mortem peperisse. Psal. 109. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, non significat postea non sessurum. Matth. 5. 19. *Donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege*, non indicat fore, vt postea præterea. Ergo in his omnibus locutionibus, id dicitur quod est dubium, id tacetur quod est certum.

Donec, & quæ, antequam, quamdiu similia non semper ponenda sunt.

Filium suum primogenitum.] Hoc aliud erat hæreticorum argumentum, qui de Mariæ virginitate male sentiebant, quod Christum Euangelista Mariæ primogenitum appellet, quasi post eum alios genuerit: vbi enim secundo genitus nullus est: ibi nec primogenitum esse posse. Epiphanius videtur vim argumenti declinasse. Negat enim hæres. 78. Christum Mariæ primogenitum appellatum. Nec enim Euangelistam dixisse, donec peperit filium primogenitũ suum: sed filium suum primogenitum, vt significaret filium esse Mariæ primogenitum autem Dei. I. *Ipse namq; est primogenitus omnis creaturæ.* Coloss. 1. 15. & *primogenitus ex mortuis* v. 18. & Rom. 8. 29. *primogenitus in multis fratribus*. Melius & fortius Hieronymus aduersus Heluidium, primogenitum Mariæ Christũ dici, non quod post eum alius: sed quod ante eũ nemo genitus sit. Hunc enim scripturarum esse vsum, vt vnigeniti etiã primogeniti dicantur: quia qui vnigenitus est, necessario ante omnes alios, id est, nemo ante eum genitus est, q̃ est esse primogenitum. Exo. 4. 22. Deus vocat populũ Israel primogenitũ suum, cum aliũ non haberet. Et c. 12. 29. dicitur peremisse omnis primogenita terræ Aegypti: inter quos nõ dubium, quin aliqui vnigeniti fuerint, & c. 13. 2. & 22. 29. Iubet omnem primogenitũ sibi sanctificari: consuetudo autẽ legis interpres etiam vnigenitos docet intelligendos: alioqui expectandũ erat, donec alij posterius geniti nascerentur. D. etiã Paulus Hebræorũ 16. primogenitum Dei, pro vnigenito Christũ appellauit. Cur ergo Euangelista addidit epitheton. *Primogenitum*: ideo, vt opinor, vt significaret Mariã nõ solum concepisse virginem, sed etiam peperisse. Nã de cõceptu dixerat, ver. 18. *Antequã conuenirent, inuenta est habens in vtero de Spiritu Sancto*. De partu nũc dicit: *Non cognoscebat eam: donec peperit filium suũ primogenitum*: id est, cũ eam nõ cognouisset, peperit filiũ suũ: qui ideo solus maxime, q̃rie primogenitus dicitur, q̃ cum primogenitus diceretur, qui vllus aperiebat, Exodi. 13. 2. & 34. 19. sol[us] ille aperuit, q̃ solus clausam inuenit, vt Tertull. docuerat. Aperuisse aũt interpretor, non vere aperiendo, sed quemadmodum si aperuisset, vere nascendo.

* * *

ile puero: & cũ inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorẽ eũ. 9. Qui cum audissent Regẽ, abierunt, & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret supra, vbi erat
Psa. 71. b. 10. *puer. 10. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. 11. Et intrantes domum, inuenerũt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerũt eum: & apertis thesauris suis obtulerũt ei munera, aurũ, thus, & myrrhã. 12. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodẽ per aliã viam reuersi sunt in regionẽ suam. 13. Qui cum recessissent ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt*
Osee 11. a. 2. *Herodes quærat puerum, ad perdẽdũ eum. 14. Qui cõsurgens accepit puerum, & matrem eius vocãle, & secessit in Aegyptũ. 15. & erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. 16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erãt in Bethlehem, & in omnibus finibus eius a bima*
Ier. 31. d. 5. *tu & infra secundum tempus, quod exquisierat a Magis. 17. Tunc adimpletũ est quod dictũ est per Ieremiã Prophetam dicentem: 18. Vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. 19. Defunctõ autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, 20. dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sũt enim, qui quærebant animam pueri. 21. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit in terrã Israel. 22. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illuc ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. 23. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.*

INCAPVT II.

Filium non primogenitum.

CAPVT II.

Luc. 2. a. 7.

Matth. 3. a. 2. Isaiæ 7. f. 9.

CVM ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iuda, *in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, 2. dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. 3. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. 4. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. 5. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudæ: Sic enim scriptum est per Prophetam. 6. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iudæ: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. 7. Tunc Herodes clã vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. 8. & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero*

Cur Christus in Bethlehem natus.

Matt. 1. a. 1. Luc. 2. 11. Act. 13. 2.

Iuda.] Plerique codices habent Ἰούδα, Iudææ, at quæ ita videtur Chrysostomus, & Euthymi[us] legisse: multique ita legendum censent, consentione, vt opinor, plurium codicum adducti. Ego Hieronymo potius assentior, qui & hoc loco, & in commentarijs in cap. Michææ. 5. Iudææ pro Iuda vitiose legi contendit. Iudæam enim totam duodecim tribuum, Iuda vero solam sortem tribus Iudæ appellari. Cum autem constet duas fuisse Bethlehem: alteram in tribu Iuda, vbi Dauid & Christus natus est: alteram in tribu Zabulon, Iosue. 19. 15. & Iud. 12. 8. manifestum esse voluisse Euangelistam, eam quæ in tribu Iuda, ab ea, quæ in tribu erat Zabulon explicatione tribus separare. Atqui minime separasset, si dixisset: *in Bethlehem Iudææ*, cũ in Iudæa, sed nõ in Iuda vrali esset. Neque q̃ quidam à Hieronymo dissentientes respondent, mihi probatur, etiam terram tribus Iudæ & Beniamin (simul enim habitabant) Iudæam appellari, vt infra versicu. 1. vigesimo secundo. Nam etsi id verum est, tamen ita appellari cœpta non est, nisi postquam à Romanis factum est regnum, qui Latina forma à Iudæis Iudæam vocauerunt. Itaque, nunquam, nisi cum de regno agitur, ita vocatur. Nobis autem non Romanorum: sed scripturarum sequendus est vsus, quæ cum hãc Bethlehem ab illa distinguunt, nunquam Bethlehẽ Iudææ semper Iudææ vocare solent. Iud. decimo nono, v. primo. Mich. quinto versicul. primo.

Regis.] vt distinguat à Tetrarcha, de quo capit. decimo quarto v. primo. videtur autem Euangelista indicare voluisse tempus fuisse maturum, vt Christus nasceretur. Cũ. n. prædictum esset, *non auferendum sceptrum de tribu Iuda, donec veniret qui mittendus erat*, Gen. quadragesimo nono v. decimo: dũ dicit Herodẽ hominẽ alienigenam regnasse, indicat sceptrum de tribu Iuda defuisse, exactumque fuisse tẽpus, quo ex prophetia Iacob Christus vẽturus erat. Genes. quadragesimo nono v. decimo, vt Chrysostomus, & Theophylactus adnotauit.

Ecce.] Hæc particula duplicem hoc loco vim habet, significat enim statim nato Christo venisse Magos, vt populo post exponemus: & inopinato venisse, quod ciuitatis tumultuatione declaratur, versiculo tertio.

Magi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1 quæstio. de Magis.

Magi ab Oriente venerunt. | Quatuor de Magis quæ stiones esse possunt: Qui fuerint? quot? vnde venerint? quo tempore profecti? Nam de stella qualis fuerit, & quo modo ex ea Christum natum cognouerint, postea dicemus. Prima quæstio ex altera pendere mihi videtur. Num Hebraice, an Græce Matthæus scripserit. Nam si Hebraice, significatio nominis מבשמיים equenda erit: si Græce, nominis μαγοι. Hebraice autem scripsisse diximus in præfatione capite quinto. Videndum ergo qui sint qui Hebraice vocantur מבשמיים quod hoc loco legimus.

Magi Hebraice qui vocati.

In Aululatria.

מבשמיים igitur vocant Hebræi, quos Latini præstigiatores, vt apud Plautum legimus, id est, qui incantationibus, aut alia qua arte rerum species immutant, vt aliæ sint, aliæ videantur, vt ait R. Abraham. Quales illos Pharaonis fuisse legimus, qui diabolica arte diuinam Moysis artem in transformandis rebus imitabantur. Exod. 7. 11. & 8. 7. At isti nec nolleri interpres, nec Septuaginta Magos solent vertere: sed ille vbique maleficos: hi φαρμακους, aut φαρμακους, vt Exod. 7. 11. & 22. 18. Deut. 18. 10. & 2. Par. 33. 6. Iere. 27. 9. Daniel. 2. 2. Mal. 3. 5. Magos vero & posteriores interpres, & septuaginta eos vocare solent quos Hebræi אשפים id est, qui inspectione sideri futura prædicit, fagacitate naturæ somnia interpretantur, vt Dan. 1. 20. & 2. 2. 10. 27. & 4. 4. & 5. 7. 11. 15. vers. ter. Istos Magos vetus interpres, quos Hebræi vocant אובות Pythones, septuaginta vero solet reddere εγγαστριμυθους, vt Leui. 19. 31. & 20. 6. & 2. Reg. 21. 6. & 23. 9. Hos autem de quibus Matthæus loquitur, credibile vix est fuisse מבשמיים præstigiatores, nomẽ apud omnes gentes infame: cum eos Euangelista Magos honoris causa, nominare videatur. Vnde me suspicio aliqua subit, aut totum Euangelium, quod Hebraice nunc habemus, aut hoc certe verbũ non à Matthæo: sed à Mustero scriptũ esse, qui scripturæ eo suetudine parum animaduerit, quos אשפים Magos vocare oportebat מבשמיים præstigiatores appellauerit. Itaque quia Hebraica fides fefellit nos, Græcam sequamur μαγοι. Magos ergo tribus modis appellatos inuenio. Nam & qui nefarijs magiæ non naturalis, sed diabolicæ artibus vtebantur. Magi dicti sunt Leu. 19. 31. & 20. 6. & Act. 8. 9. & 13. 6. & apud Herodotum lib. 3. & Strabonem 15. non artis, aut cõditionis, sed nationis nomẽ est: inter quinque enim gentes, quæ Mediam incolebant, Magos connumerat. 9. idem facit Epiphan⁹ in Epitome fidei Catholicæ, nisi quod aliam illis originem, & regionem alij assignat. Scribit enim filios fuisse Abrahami ex Cethuræ concubina, qui cum electi a patre essent, in Magodiam Arabiæ regionem venerint, ibique sedes fixerint: vnde & nomen vt videtur, putant cepisse. Magi vero vitiata huius nominis significatio est, vt Magi apud Persas patrio sermone sapientes appellentur: vt apud Græcos Philosophi, apud Italos Hetruriæ aruspices atque Pontifices, apud Indos Brachmanes, aut Gymnosophistæ: apud Babylonios Chaldæi, apud Aegyptios Hierophantæ: apud Gallos Druidæ vocabantur, vt Cicero li. 1. de diuin. & Strabo lib. 16. tradiderunt, & noster Tertullianus lib. aduersus Marcionem. 1. quo sensu & vero similè est, & creditum à plerisque Magos hoc loco nominari: & quia ab Oriente venerunt, vbi celebre Magorum nomen erat: & quia stella sunt ducti, quam homines, qui omnem vitæ cursum stellarum obseruatione gubernarent, in qua omnis tunc Magorum sapientia versabatur. & quia Euangelista honoris causa, videtur Magos appellasse.

Magi an reges.

Bezain annot.

Illud minus est certũ an fuerint reges. Ridet Ecclesiam Catholicã hæreticus interpres, quod Reges fuisse credat: quasi locũ Psa. 71. 10. male de illis interpretetur. reges Tharsis & insulæ munera offerẽt: & ex Meridie, & Occidente Orientem fecerit. Rideat ergo Tertullianũ in li. cõtra Iudæos, & li. cõtra Martionẽ 3. Rideat Cyprianũ in sermone de baptismo Christi: Rideat Chrysost. hom. 6. in Matthæ. Rideat Hilarium lib. 4. de Trin. Rideat Basil. hom. de hum. Christi. gener. Rideat Idacium ad Varim. Rideat Hieronymum aut Hieronymo æqualem ætate auctorem, Psal. 21. Rideat Augustinum, aut vetustum certe, quisquis est, auctorem lib. 3. de mirabilibus sacræ scripturæ. Rideat Isidorum, Bedam, & Strabum, vt alios non nominem, quos liberiores fortasse impudentia ridebit. Hi enim omnes reges fuisse credunt, & illo Psalmi loco fidem faciunt. Non quod credant Reges fuisse Tharsis: sed quod Reges Tharsis pro quibuslibet Gentilium regibus, quasi exempli loco à Dauide positos putent, vt Tertullianus ex emplis etiam scripturarum docet. eodemque sensu Ecclesia in festo Epiphaniæ illum Psalmi locum vsurpat. Solet enim sæpe, quæ de vna persona dicta sunt, ad aliam propter similitudinem non ignoranter, sed prudenter accommodare. Nec enim ignorat ꝙ scriptũ est. Luc. 10. 42. *Maria optimam partẽ elegit*, non de Maria Christi matre: sed de Maria Lazari sorore dictum esse: tamen ad Christi matrem in eius festo prudenter accommodat, quia & ipsa Maria est, & vere optimam partem elegit. Præterquam quod Ecclesia Magos fuisse Reges non certa & Catholica fide, sed probabili opinione credit. Licuit enim Christiano poetæ patrum nostrorum memoria saluæ religione dicere: *Nec Reges vt opinor erant.* Licuit multis nostro tempore Catholicis, & eruditis Theologis idem scribere, suamque opinionem, non vt ille risu, sed magnis argumentis confirmare: non fuisse Euangelistam silentio nomen Regum, si Reges fuissent præteriturum: cum id ad honorem adorandi Christi magnopere pertineret: maiore apparatu excipiendos ab Herode Reges à Rege ilia nos non ignoramus, & malumus tamen credere fuisse Reges: non illos quidem Persarum nobilissimos, sed tamen Principes qui Regum aut Regulorum nomen mererentur, sicut ille Ioan. 4. 46. 49. & sicuti amici Iob, qui ad consolandum eum venerant, Tob. 2. 15. Reges appellantur, & vt Marcus c. 6. 14. Herodem magni Herodis filium Regem appellauit. cum nõ Rex, sed Tetrarcha esset Galilææ Matt. 14. 1. & Luc 3. 1. Certe Poeta Iuuenus primores gentis suæ, & proceres appellat. Coniecturæ sunt, quod ab Oriente vsque venirent: vnde priuati profecto philosophi tam longo suscepto itinere non venissent: quod Regem natum adoraturi. quod facere soli principes solẽt: quod thesauros habuerint ver. 11. quod ab Herode simul vt venerũt comprehensi non sint, & in crucem acti: quod ipse Herodes dicat se quoque adorandi causa, eum, vbi sit, intelexerit, iturum esse, simulate: quis negetiamen veritatem certe simulabat, quasi omnes Reges deberẽt Magorum exemplo nouum Regem adorare, quod priuati homines nunquam ante fuissent coram tyranno profiteri, legitimum Iudæorum Regem natum esse. At cur Euangelista Reges non appellauit? Cur auctor libri Iob amicos eius Reges non appellat: Tobiæ vero libri auctor appellat? Si alius Euangelista illam eandem scripsisset historiam, quam Ioannes cap. 4. 46. scripsit, illam fortasse, quem Ioannes regulum vocat alio nomine vocauisset. Neque ratio quærenti omnino deerit, cur Matthæus Magos potius quam Reges, cum vtrumque essent, appellauerit. Voluit enim tacite rationem reddere, cur ex stella Christum natũ esse cognouissent. Hoc enim Magorum non Regum fuit.

2 Quæstio. quot fuerint Magi.

De numero minus constat. Hic etiam ridet nos hæreticorum interpres, quod tres fuisse credamus, inde in errorem ductũ, quod tria fuerint munera. Quasi singuli singula, non cuncti cuncta communiter obtulerint. Ipse quatuordecim fuisse nescio apud quem auctorem legerit, certe non nisi apud Catholicos legit. vnde potuit facile cognoscere nos non certo fuisse tres, sed probabiliter credere. Auctor operis imperfecti ex Apocrypha quadam scriptura, quam suo tempore nomine Sethi extitisse

Caluin. in Harmon.

Mantuanus in Eglo.

tuisse dicit, duodecim fuisse tradit. Strabus plures tamen fuisse ex modo loquendi Euangelistæ colligit. Communis non solum vulgi, sed veterum error fuit. Quorum opinio est, fuisse tres, Augustini ser. 29. & 33. de tempore. Leonis ser. 1. & 2. Cosmæ Epiphanii, Ruperti in commentariis, eaque multo est exterris probabilior. Illud enim certum est plures fuisse, cum Euangelista numero semper multitudinis Magos appellet, & probabile est plures fuisse duos quinõ malle, vt voces, tot plurales vsus sit numero. Fuisse aut tres, ait nõ certa ratione, sed coniectura ex donorum numero colligitur. Credibilius tamen est diuersis quã eadẽ omnes numera dedisse, quod id magis sit virtutum, & gratiæ accipientibus, honorificentius dantibus esse soleat. Certe hæc opinio aliquæ aliæ nulla ratione probari possunt.

3 Quæstio. Vnde Magi venerint.

Vnde autem venerint, quæ tertia erat quæstio, etsi magna ex parte Euangelista declarauit: relictus tamen est diuersis nominibus locus. Multi enim veteres auctores ex Arabia venisse putant. Iustinus in Trypho. Tertullianus aduersus Iudæos & li. 3. contra Marcionem, Cyprianus in sermone de stella & Magis, Epiphanius in Epitome. Nec tamen ex Occidente, vt haberentur pro Orientis tyrannis. Est enim Arabia ad Palæstinam inter Orientem & Meridiem, & solent regiones medias nunc Orientales, nunc Meridionales appellare, sicut Regina Saba, Regina Austri, id est, Meridionalis dicta est Matth. 12. 42. & Luc. 11. 31. Mori sunt non transcurrito hi auctores prophetæ Danielis. Psalm. 71. 10. Reges Arabum & Saba dona adducent. Ipse quoque munera patriam produnt. Nam Arabia thus & aurum, & Sabæorum regionem thure odoribusque abundare adeo certũ est, vt his ipsis rebus eę regiones apud poetas celebrentur. Aly Chaldęos fuisse ducit: aliquando Chrysostomo placuit. Sed hæc nequid mirum est, a Scriptoribus vetustis, ideoque Strabus auctor Glossæ, quem vocant Ordinariæ & nostri nostro tempore viri hinc eruditi sentiunt, quorum positis omnibus argumentis, quod neque ex Perside, neq; ex Arabia redeuntes alterno venire potuerint. Hæc ego omnia adductor opinionis. Nam etsi Chaldęa media inter Persidem & Orientem esse dicatur, & consentaneum scripturæ est vt Septentrionales appellentur. Nec tamen Prophetarũ voces, Chaldæa ista longe remotos, *Ab aquilone pandetur omne malum.* Iere. 1. 14. & 4. 6. & 25. 9. Communis mihi plures opinio ex Perside venisse: & q plures habet auctores, Chrysostomũ, Aug. operis imperfecti, hom. 2. Cyrillum Alex. lib. 1. in Iulianũ, Iuuencũ poetam, Themystium, & omnes fere posteriores: & quia nomen ipsum Magorum Persicum est: & quia Euangelista ait venisse ab Oriente vsque, & gentis Persicæ proprie moris fuisse, Reges enim adorare, & nõ sine numero atque Persicæ lucis more, vt omnes eius gentis scriptores tradunt. Quo autem modo tredecim diebus, venire potuerint, paulo post explicabimus*.

4 Quæstio. quando Magi profecti sint.

Quarta superest quæstio, quandonã venerint, & quando profecti sint: duas. n. has partes quæstio habet. Epiphanius duobus post natum Christum annis venisse affirmat, & omni ope contendit. ser. 30. & 31. propter illa verba v. 16. *Quidit autem tempus a quo stellam, & infra secundum tempus quod exquisierat a Magis.* Idemque ante eum, Eusebium Cæsariensem fensisse, ex eius apparet Chronico. Multo verius est Ecclesiæ sententia 13. die post natum Christum venisse: quod veteres etiam auctores tradiderunt, Augustinus. ser. 1. 2. & 3. de Epiphania, Leo octo sermonibus. Certe illud constat, non multis post diebus aduenisse. Hoc enim Euangelista significat, cum dicit, *Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis.* Nam & cõiunctio verborum & particula *dia*, ecce, indicat post Christi natalitia statim Magorum aduentũ factum fuisse, vt Gen. 29. 9. *Adhuc loquente eo* ecce *Rachel venit cum ouibus patris sui.* Ge. 24. 15. *Necdum intra se verba conclusrat, & ecce Rebecca egrediebatur.* & q; certum est, Iosephum & Ma-

5 Quæstio. quo tempore Magi Ierosolymam venerint.

riam non mansisse in Bethlehem supra quadraginta dies purificationis, quæ ex lege præscripti erant: Leu. 12. 2. Statim venerunt in Ierusalem vt inderent cum Domino Luc. 2. 22. & statim reuerterunt in Galilæam ver. 39. Magi autem Christum in Bethlehem inuenerunt Matth. 2. 9. ergo ante quadragesimum. nanti diem Magi venerunt. Quod cum Epiphanius ait Iosephi, & Mariam singulis annis ea die ex Aegypto in Bethlehem venire consuesse: eum quæ post duos annos redisset, Magos non intempestiue mirum videri, non tam eradicto vero momentum venire potuisse. quæ enim eorum Iosephi & cõtra naturalem rationem, & contra mandatum Dei Matt. 2. 13. fecit autem in illum ipsum locum, vbi Magorum quasi scholam, reditumque fuisse? eum enim mortuo tyranno, & ab Deo admonitus, vereretur reuerti, animo nõ fuerit in Iudæam redire sed in Galilæam diuertere v. 22. Absurdũ enim est argumentum, quod Iosephi & Mariæ adeo incommode in Bethlehem habitasse fuerint, vt credibile non sit diu tacente eo propter Christo eos manere voluisse. Quid ergo ex patria profecti sunt? Quidnã diuinæ talis Christi natalis, & effectus putantis de re ipsa vt his v. 16. *à bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat a Magis.* Ad quam sententiam auctor operis imperfecti fuit. 2. & Augustinus ser. 7. de Epiphania accedere videntur. Mihi vero incredibile videtur, Magos duobus integros annos in itinere potuisse, exasperatorum quasi orbem pedibus peragrasse, Nem nostra ætate Magellanicis diebus omnia maria superata impedimenta, in multis diuersis locis commoratos vna nauis cursu eruum orbem terræ nauigasse. Alij quidem stellam quidem ante duos annos Magis apparuisse: tamen statim profectos fuisse eosque diu peregrinatos fuisse, quod stella parebat, reuerentiæ exhibendæ adorandique profectionis. Hoc et peritia cum de stella augeamus, refutabimus, fatigamur tamen ita esse, nimis adhuc longum erat tempus. Mihi Augustini sententia valde placet ser. 32. de tempore eos non nisi nato non Christo ex patria discessisse. Hanc enim vim habet Videmus *stellam eius in Oriente*, id est, quæ natum significabat. Cum autem 13. post die credarunt adorasse, reliquum est non vltra octauum diem in itinere posuisse. Nec enim eodem die, quo stellam viderunt discessisse credendum est, & Ierusalymis Herodes eos interrogat. 7. Scribas & Sacerdotes consulit, duos vt minimũ exhibisse dies, valde est verisimile. Quo magis annũ esse tantis loco tempore ex Perside vsque venire potuisse. Dum tamen res admirationem nolleat, aliera quod credibile sit eos non ex vltimis, sed ex proximis Persidis finibus venisse, qui ab Ierusalem vix vltra duas aut tres noctes distare experiuntur. Altera, quod verisimile sit eum eis vsos esse, qui quatuor annis ante quodlibet lucem consecrare dicuntur. Nã quod Ramagius vulgatissimi id factũ veritate. vt fieri potuisse credã fi eli, ita factũ fuisse non est necessarium, nisi probetur.

Cur Magi Ierosolymam venerint.

Ierosolymam. Magi cum cur Ierosolymã venerint, & in Bethlehem ab Italia mittantur. Sitque positi stellam prope Ierusalymã disparuisse, vt Magi nascitũ regem vrbe regia minarẽt, ne fuerint ignorare potuisse, q Gentilium rectum animi dicidissent. In qua sententia Ambrosius est li. 2. in Lucam. 22. & Aug. ser. 30. 31. & 35. de tempore. & Chrysostomus hom. 7. in Matt. Basilius hom. de hum. Christi gen. Themystius. Rem. in sententia. Quod eo erit probabilior, q Ierosolymitani Italiam nõ viderint, nec enim Euangelista videtur scripturus fuisse. Quod si non dixerunt, omnes vbiq; eam vidissent. Id & indicat Euangelista v. 9. *Qui cum audissent regem, abierunt, & ecce stella quã viderant in Oriente antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer.* Quasi dñ fuisse Ierosolymæ nõ viderit, & Bethlehem ante discessissent, secus videre eam potuisse. Rem existimo primo Magos Ierusalymã venire voluisse, vt de nato interrogarent regem. deoiy stellam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sese ocentiusse: vt qui humanum quærebant commodum, diuinum amitterent. Multa enim eorum consilia corruisse, quæ diuino consilio fuerant decreta, vt Ierusalymæ venerint, partim vt belli incommodis exercitus lessent, vt Hieronymus ait: partim vt prius à gentibus, quam à Iudæis Christus res suas administraret: ne Iudæorum de suo rege rectissime animati suspectum haberetur, vt Basilius hom. de humana Christi generatione. Humana etiam probabilior ratio, vt qui natus quærebant regem, in regiam urbem venirent.

1. Quæ nam ista Notanda Magorum sit enumeratio: non enim euidens ita interrogantium' ac sed certi, tanquam à Deo docti eatenus essent affuturum. Videntur etiam sæpe loqui, quasi omnes natum regem Iudæorum esse sciant. Et vero quæ credere Iudæorum natum regem? Paria fere, ignorare Iudæos Christum esse, ac eum esse Deum, non magis regem istarum gentium esse: de quo cum nihil cognoscere possent, in Iudæa venerint: quæ in vrbe regia fuisse quoque alijs scire non potuisse.

Rex Iudæorum.] Duobus modis ista verba iungi possunt, vt Rex Iudæorum qui natus est, vel qui natus est Rex Iudæorum. Et vtrique sensui probabilis ratio subesse videtur. Nec enim ignorare Magi poterant Herodem Iudæum & peregrinum non esse regem: sed factitium, & à populo Romano datum. Patrono ergo regi naturales ejus omnium.

Vbinam esset natus.] Iudæa metallis erat. Quinque de hac re, in quæstiones quæsita fuerit quando primum vsq; vbi Christum adorauerint Magi cognouerint natum: esse Christum. Cur per eam potius, quam alia ratione duci fuerint? Verum stella Stellam vnam de numero ceterarum, quæ ad præsentium Magis obsequium desuderat Gregorius Nyssenus existimat non horum de Christo prædicatione. Alij fere omnes non veram stellam, sed stellis similitudinem fuisse putant. Chrysost. hom. in Matt. 6. Basilius hom. de humana Christi generatione, Ambrosius lib. 2. in Luc. c. 2. Augustinus ser. 32. de tempore, Fulgentius in hom. de Epiphania. Auctor librorum de mirabilibus sacræ scripturæ, qui nuncupatur Augustini circa medium. Lib. 3. c. 4. Quod multis probat argumentis, quibus quæstionem de vsq; quod eum quam potuit, quod non fuerit ita certa, aliquot eam monstrare non potuisse, quod ab Oriente in Occidentem cœlitus naturaliter cursum vertit: quod non solum nostri, sed etiam inter duos fuisse, quod sæpe aliquando occultauerit, vt dicemus ver. 9. quod illexerit supra dorsum vbi erat Puer. Quæ omnia probabilia non necessaria argumenta sunt. Nam qui fecerat aliquando, vt sol staret, si opus fuit, vt cursum retorqueret, facere potuit, vt vera stella à communi naturali rel statibus per naturam suam efficiaq; staret. Sed quia miracula Deus sine necessitate facere non solet, nec à nobis, nisi probantur, præsumenda sunt: credibile magis est veram non fuisse illi stellam, cum stella simil tudo esse possit, ad decipiendos deducendosq; Magos facta esse: stellam quoq; eam Euangelista propterea similitudinem, non propriè vt Deum appellauit, quòd non cognouerint stellam vera nam. Quin autem fuerit magna inter scriptores dissensio est. Nonnulli Spiritum Sanctum fuisse putant, qui, vt possit, tum specie columbæ, tum alia specie stellæ ad demonstrandum Christi descendit. Ita Chrysostomus librorum de mirabilibus sacræ scripturæ lib. 3. c. 4. Alij fuisse angelum, qui stellæ specie id docuit. Nam & angelos stellas appellari Apocal. 1. 20. nec opinionis auctor ille, quam paulo ante nominauimus, probabilem, Theophylactus veram ex illorum. Plerique ex comitum fuisse dicunt. Ego aut cometam, aut angelum fuisse dixerim.

Quando autem sit visa non comenit. Quidã duobus annis, antequã Christus nasceretur videri tres-

A rint propterea illi verba ver. 16. *A tempore certo sciuerat diligenter quod exquisierat à Magis*, vt refert Euth. Et quod multæ opera imperf. homil. 1. ac Sentit & Nicephorus lib. 2. 13. Idem quidã quãdo sentit Aug. vt apparet ser. 56. de tempore: quamquam sententiã posses corrigere. Alij vno ac octo anno, vt idẽ refert Euth. Alij duobus anno, vt Chrysostõ. Euth. & Theophyl. factum. Alij eo ipso die quo natus est Christus, vt Augustin' ser 4. de Epiphania. Ego probabilissimum puto. Hæc enim vna in illis verbis animaduerto, *Vidimus stellam eius in Oriente*, id est, quę eum esse signi fieabat: & in illo, *Venimus adorare eum*. Quasi ex stella nũ natum esse Christum nouerint: sed iam natum certo cognouissent. Cur ergo Herodes à Magis, & infra pueros occidit, secundum tempus quod exquisierat à Magis? ver. 16 dicemus.

Stella apparuit.

B Vbi viderunt, põ constat. Hæc enim verba ambigua sunt, *Vidimus stellam eius in Oriente*. Sensus enim duplex esse potuit: aut eos cũ in Oriente essent, stellã in Occidente vidisse, aut vidisse stellã quæ apparuerunt in Oriente, ver. 2. Reg. 21. 2. *Videtque malierẽ ex adverso in lauante super solarium suum*. Dubiũ enim est an vidua mulierem, quæ super solarium fuit laudabat, an ipse ex solario suo eam viderit. Nõ tñ ergo non in Oriente, sed in occidente stellam apparuisse putant, quod ait Euth. b. de mirab. sac. scripturæ lib. 3. c. 4. affirmat. Scrabo in medio relinquit. Sed non videtur omni dubitandum, quin ex ipso illis Oriente primũ apparuerit, & vix dux fuerit. Cum enim dicit, *Vidimus stellam eius in Oriente*: non tam vnde, quam qua ratione mouerint, dicere volunt: quod stellam nunquam eam viderint. Sensus ergo est eam in Oriente apparuisse: quia non agebantur, vbi ipsi essent, sed vbi eam vidissent. Deinde si in Occidente, id est, in Iudæa apparuisset, vtique vsq; fuisset à Iudæis: quod Euangelista non tacuisset. Præterea quamuis Euangelista non dicat stellam per totam viam Magis antecessisse, tamen quia dicit ver. 9. antecessisse eos potuisse exercitui, vsque dum veniens staret desuper, vbi erat puer: credẽdũ est idem eis ante effecisse ab Oriente vsq; in Occidentem præstitisse.

2. Quæstio. vbi stella apparuit.

Calum in Harmon.

C Quo autem modo Magi visa stella Christum natũ esse cognouerint, difficile dictu est. Auctor operis imperfecti: fulgoris quod vpham recitat in stella similitudinem pueri fuisse, qui Magos allecerit Christũ natum docuerit, & vt eum adorarent præcipuerit. Alij naturali aliorum scientia eos cõiecisse, quod videntur Priscilli auctor existimasse. Ex pede hac re ab Augustino, Chrysostomo, Leone, & Gregorio reprehẽsũ. Enimvero certum est naturalis scientia eos solum Deum sed ne hominem quidem vllum natum esse ex gustasse posse. Reliquum ergo est, vt reuelatione cognouerint. Quo autem modo aut quando ea facta sit, dubitatur. Hieronymus quæ sit ser. 29. per dæmones factam putat. Idemque scripsisse lib. 2. contra Celsum videtur Origines, qui Deum alia, sic eũ hos adorari Magos docuerint: quod stella signi fieret. Nec improbabile omnino est voluisse Deũ sibi suos per dæmones declarari, cum videamus eos Christũ negantib. Iudæis confiteri in Matt. 8. 29. & confitentantib. videbatur, vt pastores quæ cœlum perpetuo cantue sabitur, per angelos à cœlo: Magi, qui ab inferno sese, Abauiebant, ab inferno per dæmones doceremur. Alij per angelos facta malint, vt Aug. ser. de Epip. Alijs ter. nisi vna à Deo hoc mysterium certo animis inspirãdo, vt Leo ser. 1. de Epip. & Augustinus videtur approbare ser. 54. de tempore. Cõstat tamen vero omnia fere vetera auctorũ opinio est, Magos ex Prophetia Balaã iam diu exspectasse Christo nascente stellam orituram Num. 24. 17. *Orietur stella ex Iacob*. Magos enim aut posteros fuisse Balaã, aut ex eius posteris qui virum fuerint, iam Prophetam traditionemque accepisse. Orig. hom. 13. in Num. Ambros. l. 2. in Luc. c. 2. Chrysostom. hom. 1. in verbus Euangelistas Epiphanium in epitome, Basilius homil. de humana

3. Quæstio. de stella ante nouem Christi natum fuisse.

4. Quæstio. quando stella Christum monstrare cœperit.

5. Quæstio. quo modo Magi Christum natũ cognouerint.

D Christi generatione. Humana etiam probabilior ratio, vt qui natus quærebant regem, in regiam urbem venirent.

Qui principes sacerdotum.

mana Christi generat. Auctor imperfecti, homil. 2. Hieron. hoc loco. Quod ego & propter tot tantorum testium authoritatem, & propter verisimilitudinem valde probabile iudico. Videntur ig Magi, cum dicunt, *Vidimus stellam eius in Oriente*, ita loqui quasi de re, quæ Iudæis nota esset, cuiusmodi Iudæos eam prophetiam quam ipsi Gentiles scirent, ignorare non posse. Non enim dicunt, *Vidimus stellam quandam in Occidente*, sed *vidimus stellam eius*, quia de illa loquebantur, quam omnes sciebant nascente Christo apparituram, quemadmodum siquis nunc diceret, Antechristus venit, & vt Andreas Petro fratri suo dixit, *Inuenimus Messiam*, Ioann. 1. 45. Auget probabilitatem, quod Herodes crediderit per eam stellam natum significari Christum, quasi id vulgo notum esset. Nec enim rogat principes sacerdotum, an Christo nascente stella apparitura sit, sed vbi Christus sit nasciturus. Quod autem quidam obiiciunt in illa prophetia Balaam stellam Christum ipsum appellari, cum ex Iacob dicatur oriturus, non nego. Sed nonnum non est, vt vnum verbum præsertim in prophetiis, & Christum & Christi figuram significet, vt infra, ver. 15. *Ex Ægypto vocaui filium meum*. Illud certum esse arbitror, Magos præter stellam, aliquam, siue per hanc prophetiam, siue alunde, diuinam reuelationem habuisse, affueranter enim, & quam à Deo docti loquuntur. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?*

6. Quæstio. cur per stellam Magos Deus docuit.

Postrema quæstio erat. Cur Deus Magos per stellam docuerit? Non est difficilis coniectura, & Gregorius docuit voluisse Deum accommodate ad eorum scientiam eos erudire, vt, qui in stellarum C obseruatione versabantur, ex stellis Christum cognoscerent. Omnibus in rebus & quærere & inuenire possumus Deum.

Et venimus adorare eum.] Qui hoc loco non aliam quam vt humanis adorationem intelligunt, nimis mihi videtur vrbani. Cur enim tot alios Iudæorum natos reges nemo peregre adoraturus venit, vt Athanasius in libro de incarnatione argumentatur? Quo modo in fabulo, & in præcipis iacentem adorare, si nihil mihi hominem cognant? Quomodo Herodes se quoq; adoraturum dixit? Frustra profecto Deus tam inusitato eos miraculo docuisset, vt solum hominem, non etiam Deum adorarent. 19.

Qui principes sacerdotum.

4. *Et congregans omnes principes.*] Vnum tantum fuisse principem sacerdotum ex multis locis perspicuum est. Mat. 26. 57. 61. vsque ver. 65. Mar. 14. 4. & 2. 26. Luc. 22. 50. 54. Act. 4. 6. & 5. 17. 21. 27. & 7. 1. & 9. 1. & 22. 5. & 25. 2. & 24. 1. Itaque merito quæritur, quo sensu, quasi multi fuerint, principes sacerdotum appellentur. Quod nõ hoc tantum loco sed multis etiã in aliis ferè animadueritimus, vt Matt. 16. 21. & 20. 18. & 21. 15. 23. 34. Sunt, qui dicant principes sacerdotum appellari omnes, qui summi aliquando fuissent sacerdotes. erant enim annui, & venales, Ioan. 11. 49. & 18. 13. ex quo Pompeius vrbem expugnauerat, & vellã facerdotalem in suam, populiq; Romani potestatem redegerat. vt Ioseph. scribit lib. 18. ante c. 6. & Euseb. lib. hist. Eccl. c. 6. Ita Chry. & Euth. infra c. 26. 5. & Theophyl. interpretantur, Marc. 14. quorum opinio mihi refellitur. quod antequam annui essent summi sacerdotes, cum ex dignitas non ante finem vitæ finiretur, plures tamen principes sacerdotum dictos legimus 2. Par. 36. 14. Vnus ergo erat, & multi. Vnus summus, qui absolute princeps sacerdotum, aut Pontifex vocabatur. Multi, qui erant ראשי אבות capita familiarum sacerdotalium, vt apparet 1. Par. 9. ver. 6. vsq; ad 12. & c. 24. 6. Vocat ergo Herodes sacerdotes, quia eorum erat officium, de lege respondere Mal. 2. 7. non omnes, quia infinitus fuisset numerus: sed principes, qui & pontifices erant, & quia ex eis ex numero Synhedrium ordinariorum iudicum, & quasi consiliarij, vt malis simul 1. Par. 23. 4. Mar. 26. 3. Mar. 11. 18. Act. 4. 23. & multis aliis locis vbi sine principibus sacerdotij nullum consilium cogitur.

Et scribas populi.] Scribæ סופרים proprie erant publici notarij, quorum officium erat non solum *Scribæ.* publica instrumenta conficere, sed etiam sacras scripturas incorruptas seruare, earumque sensum interpretari, vt constat 4. Regum 22. 3. 9. 10. & 1. Esdræ 7. 10. 11. & Matth. 7. 29. & 17. 10. & 23. 2. & 1. Corinth. 1. 20. Itaque iidem *scribæ*, id est legis periti vocabantur Luc. 7. 30. & 11. 46. Non item *Scribæ* legislatores, vt quidam putant. Horum enim maior erat dignitas. Quemadmodum apud Græcos Grammatici primum dicti sunt, qui literas nouerant, id est legere & scribere: deinde qui auctores corrigebant, & interpretabantur, qui in omnibus quæsitum, hoc quæ de historia, fabulis, auctorum sensu inuidebant, iudices erant. Theophyl. Ideo ab Herode etiam vocantur, & quia pars magna Concilij erant Mar. 14. 53. & 15. 1. Luc. 22. 66.

Vbi Christus nasceretur.] Hebraismus, id est, vbi nasciturus esset, ילד.

7. Et tu Bethlehem.] Hunc locum dissensio, quæ prima specie magna videtur esse inter Euangelistam atque Prophetam, difficilem facit. Quamuis autem rebus videatur dissidere. Quod Euangelista dicat, *& tu Bethlehem terra Iudæ*, Propheta vero, *& tu Bethlehem Ephrata*. Quod Euangelista, *Nequaquam minima es*, Propheta לחיות צעיר minima es, vt sis. Quod Euangelista *de te exibit* dux, Propheta ducem non nominet. Quod Euangelista dicat, *Qui regat* aut *reget populum meum Israel*, qui pascat, Propheta ישראל qui dominetur. Denique Euangelista, vt Hieronymus, neque cum Propheta, neque cum septuaginta vllo modo videtur conuenire. Quidam animis facile respondent, Euangelistam memoria fere ipsos testimonia scripturarum non aliis tantum verbis, sed alio etiam, contrarioque sensu recitare. Cuius sententiæ magnum auctorem in epist. ad Pammachium Hieronymum ciuant. Euangelistas contrario sensu scripturas citare dicto impium iudico: neq; id viquam Hieronymus dixit. Nam quod ait in epistola ad Pammachium, de hoc ipso loco agens sensum esse contrarium: non significat totius loci Euangelistæ sensum totius loci Prophetæ sensum: sed vnius verbi Euangelistæ sensum vnius verbi Prophetæ sensui, si per se consideretur, contrarium esse. Nam, *minima es*, *cum non minima es*, per se consideratæ contraria profecto sunt, vt autem ab Euangelista, & Prophetæ dicuntur, non contraria, sed idem sunt, vt paulo post exponemus. Memorate autem tapsum, qui Euangelistis tribuunt, quorum ore Spiritus sanctus loquebatur, cui rem, quasi humanum sit, exemnant, videbantur, an in Euangelistis excusent, si ipse siquis excuserit, rideri se putarent. Ego id aut impium etiam esse, aut prope ab impietate absit error. Cæterum Hieronymus, qui sacerdotes potius & Scribas, quam Euangelistam accusare maluit. Putat enim in commentariis in capite quinto. Michæas Euangelistam, non quid prophetæ dixerit, sed quid sacerdotes & Scribæ respondere natura voluisse, vt scripturarum in illis ignorantiam notaret. Sed neque credibile est sacerdotes, quantumuis indoctos, Prophetæ verba similiter recitasse præsertim cum vero simile sit in ea re tam facta librum ipsum in medium protulisse, & Euangelista potius laudandi, quam reprehendendi causa videatur eorum responsum recitasse: vt ex aduersariorum etiam sententia probaret Christum in Bethleheta fuisse nasciturum. Alij interrogatiue locum Prophetæ legendum putant, vt idem sit, *An minima es?* apud Prophetam, & *nequaquã minima es*, apud Euangelistam, quod non esset credibile si probaretur. Alij עשיר apud Prophetam neutro genere positum dicunt, vt sit sensus, parum est, vt sis in millibus Iuda, id est, maxima es, vt sis inter principes Iuda, quod Euangelista dixit. *Nequaquam minima es.* Hæc inter prætanto eum mihi ipsi, sicut &

C illa

illa superior, antequam apud vllum auctorem legerem, verissima mihi visa fuisse, quod Hebræi non iudicent eo sensu dicere יקדש sed, מקדש vt Genes. 50. 13. Iosue 5. 13. Credo ego huius rei explicationem ex alia quæstione pendere, an hæc verba sint sacerdotum & Scribarum, an Euangelistæ. Nonnulli enim interpretes Euangelistæ esse putant, qui haud scio, quo modo explicare quæstionem possent, sed eos connexio, contextusque verborum videtur redarguere. Sunt ergo sacerdotum verba ab Euangelista fideliter recitata. Quare hic euidissimo Euangelistam non verba prophetæ, sed sacerdotum Scribarumque interpretationem recitare voluisse: quæ cum ita sint: *Et tu Bethlehem Ephrata*, id est terra Iudæ. Hæc enim Bethlehem olim Ephrata vocata fuit. Genes. 35. 19. & 48. 7. Quia ergo alia erat Bethlehem in tribu Z. Iudæ Iosue. 19. 15. & Iud. 12. 8 quæ *Ephrata* non cognominabatur, addidit Propheta hanc eo horum verborum Bethlehem, ab illa distinguens, quæ ita dicebatur vero cognomine Ephrata, id est *fertilis*. Ita enim Hebræi eam vocant, quæ ea terra fertilis, non Zabulon, vt docet sanctus Prophetæ esse, non ea Bethlehem, quæ erat in tribu Z. Iudæ, sed in ea quæ interpretes Iudæ Christum nasciturum. In eum Herodes magis pere putabat suum futurum rebellem, vt fore. Quod augere videtur Matthæus ex explicatione, qui si Propheta nomine locum fuisset, *Nequaquam eadem videretur*, si minoribus eorum fuerit ambitus, minime quaquam eris *Ex locum exeat frv. &c.* In millibus אלפי interpretantur, in ducibus, id est, meer duxes aut prouentu ducum. Nomen enim אלף vtrumque significat & ducem, & mille, quia duces milie plerumque hominibus præerant. Unde 70 interpretes Græcis appellati. Fuisse autem populum in chiliadas distributum, & nemo nescit. Exod. 18. 25. & 1. Paralipom. 23. 4. manifestum est. Quod idem in vetere Ciuitatum Reipublicæ non fuisse apud Aristotelem, & Platonem legimus. Dubium interim non est, quin Prophetæ non solum ad ortum futurum Christi prospexerit, sed etiam ad progressum Dauidis allusserit, significans parvum quendam vnum tum ex familia eorum ducem Dauidum prodiisse, alterum vero longe præstantiorem Christum progenitum & quia de Christi duce loquebatur, ideo addidit interpretes vertisse inter erat filius מושל dominetur, interpretes tum vocem patres, ex eadem modum declinare voluisse: futurum significantes, vt Christi dominium longe late, vt gentes, sed impedo benignitatem eius, quæ ostenditur in propagatione illius nunc regnet Christus, vt olim regnauit Dauidem Christi figura allusum, qui a patientia eius hostibus ad pacem tum populum Dei tranquillum fuit. *Nam de gressibus eorum dimisit eos, & per sanctuarium eius pacem duxit eos. Leuauit manum suam in Israel, & vidit eos.* Psalm. 77. 26. 27. Item Petrus & Andreas allusione ad præsentium officium piscatores hominum facti dicuntur Matth. 4. 18. Multum tamen mihi profuit interpres vertisse videtur, regat quam alii nonnulli vertunt, *pascat*, quia non vocauerat Christum *ἐποιμαίνοντα* posse rem, sicut reges Homerus vocare solet: sed *ποιμένα*, dicens eum quo melius regendi quam pascendi vis gratia verbum. Christi hominis & auctoris operis imperfecti sacerdotes reprehendunt, quod non integrum Prophetæ testimonium protulerint. Sequebatur enim: *Et vos domus Israel, &c.* Tu autem, quod illi taceuerunt. Sed non ita malignantur, quam pendimus mihi videntur excusare, quod ad quæstionem ab Herode propositam. *Vbi Christus nasciturus sit, nihil attinuerit.*

17. Tunc vocauit Magos.] Cum vocat, quia Christo inimicus erat.

A *Tempus stellæ.*] *τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος*, tempus, quo apparuerat stella, id est, quo illis tempore primum cœpisset apparere.

10. Videntes autem stellam. Quibus colligunt stellam non fuisse Magistratus decem vix, quod quasi nouus ignis eum cæteris terreret, non videntur ausi moderatiores eadem ratione probari posse, ne visum quidem illo tempore fuisse, quod tam nouus, quasi arte non videlicet, ea vsus fuerit. Quod absurdum profecto est. Iam enim dixerant, *vidimus stellam eius in Oriente.* vers. 2. Non igitur ergo, sed illo potius colligitur eam ad tempus, cum Magi ierint solvtum essent, disparuisse, vt vers. 1. Ambrosium, Chrysost. Basilium, Augu. Bernardum, Theophylactum diuinius docuisse. Nec mihi videntur hi eam vt horum iudicium penitus intelligere. Nec enim significat, vt ego quidem arbitror, Euangelista, Magos iusserit stellæ, qua paulo ante eam visse videbantur, iterum fuisse. Id enim si dicere voluisset, non hoc loco sed ante dixisset. *Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, & venit super quod erat puer ibi*, sed significat eos gaudio fuisse visorum stellam (erat proxime discreta stella tum supra, vbi erat puer. Luxuriant enim, non quod stellam viderint quam iam ante viderant, sed quod Christum, quem quærebant, inuenerint.

Gaudio magno valde. גילה מאד, id est, maximo. Nouus & Frequens Hebraismus. Iere. 24. 3. *Bona nimis valde*, id est, optimas. *Et fœnus malum, nimis valde*, id est pessimum.

11. Et intrantes domum.] Quidam non stabulum intrasse dicuntur Magi, quia quidam est, qui adhuc in præsepi esse eum Christum inuenerint, Epiphanius hæres. 51. hinc argumentum Magos diebus post Christum natum annis vixisse, quod domum stabulo vberiorem fuerint, sed fabulam eum dicentur inuenisse, idemque Theophylactus diuinius. Alij fere omnes in præsepi Magos inuenisse eum & adorasse putant. Ita enim Iustinus Martyr, Irenæus, Origenes, Augustinus, & ex Græcis Chrysostomus, Basilius, Theophylactus, Euthymius. Ambrosius, Hieronymus dubius vtrique parti videtur. Probabile. Quamquam ego de eo non exiguum dubitandum, quod eodem die quo Christus natus est, pastores in stabulo Christum inuenerint, Luc. 2. Magos autem, cum de natiuitate Christi nihil probabile viderint. Quod etiam in præsepi positus fuerit parum mysterio portum necessitate factum est, quam eos diuertisse vnus ex in Bethlehem dicitur propinquis causa, qui ex familia Dauidis genus ducebant, non erat locus in diuersorio. Luc. 2. Mysterio tamen aptum factum. Necessitatem cessisse credendum est, & Mariam aut Ioseph nonnullis quibus genitus commodiorem locum quæsisse fidelter ipso cum pietas. Auctores ea de re illi patres non cauendo, ne forsitan magi quam necesse credendo in peccati adorarint dixerint, quod id & mysterium, & admirationem, & Magorum fide magnam videretur: sed quis illa fuerint, facere commodum est. Ita quorum sententia non facile est reiicere.

Cum Maria matre eius.] Quid Ioseph hic mutio nam fiat, aut cur, quod forte nouitate non esset aut mysterio factum est, vt Ioseph à Magis non interrogetur, ne forte Christi patrem putarent. Nam pallaces puerum cum Ioseph & Maria tantum inuenisse. Luc. 2. 16.

Procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis.] Quibus Orientales abundant, quamquam eadem myrrham excludere, quod contra hic veteres auctores tanto consensu cognouerit, vt Regi natum, Deo tum, hominem myrrha darentur. Mortuo enim myrrhe esse videbatur, quod mulier illa vngnento Christum perfudisse, quod nihil omnium est, quod Orientales vitatum, tamen Christus ad sepulturam eius significationem

B *Quomodo expleretur B. Mariæ suspicio eorum.*

C

D

Osee 11.

E *Quomodo Christus in Ægypto manserit.*

In Ægypto Christus 40 miracula fecerit.

fuisse sepulturam, de qua nihil fortasse mulier cogitabat, factum dicit Matth. 26. 12. Hanc autem mysterij esse non Christum, quia nihil eum de Magis locutum legimus; tamen omnes veteres auctores interpretes habemus, Irenæum l. 3. c. 10. Cyp. ser. de stella & Magis, Orig. lib. 1. contra Celsum, Basil. hom. de humana Christi generatione, Greg. Nyss. hom. de Christi natiuitate, Chrys. hom. 2. in varios Euangelistas, Amb. l. 2. de fide. c. 2. Aug. ser. 2. de Epiph. & ser. 37. Hier. Comment. Iuuencum & Sedulium, quorum nota sunt carmina. Solis in sententia Bernardus cum totus alias mysticus esse soleat hoc ipsum mysterio tribuit sermo. 2. & 3. de Epiph. nullum hic mysterium agnoscit, sed aurum pauperis myrrham consolidandis infantibus membris, thus loci fœtori mitigando datum putat. An autem singuli singulis, an cuncti communiter cuncta obtulerint dona, quod Strabus incertum relinquit, diximus vers. 5. Aliam hic nonnulli quæstionem mouent, quam, vt curiosam, præterissem, nisi aliquam ad explicandum alijs scripturæ locum lucē afferre posse iudicassem: Qua mente tandem thesaurum Ioseph & Maria consumpserint? Nec enim vero simile est reges qui ex Oriente venisse, & thesauros aperuisse dicantur, parū quiddam obtulisse auri, & videmus tamen Mariam Purificationis die agnū, vt præscriptum in lege erat, emere non potuisse, ideoq; paruarum aut duos pullos columbinos obtulisse. Luc. 2. 24. Respondeo nō constare ex eo loco, vtrum Maria agnum, an par turum vel duos pullos columbarum obtulerit. C tamen quia probabiliter inde colligitur; & ita omnes sentiunt, placet mihi, quod à quibusdam dictum est, thesaurum illum Dei fuisse ab illis collectum. Nam quod alij dicunt ad peregrinationem Ægypti seruatum fuisse, ideo minus credo, quod & auariciam redoleat, & quando puer præsentatus in templo est, nihil dum de ea peregrinatione Ioseph cogitauerat, quo tempore thesaurum consumptum iam fuisse pronuntiamus.

13. Surge & accipe.] ἐγερθεὶς παράλαβε, experpefactus accipe, id est, expergiscere factus, & accipe, vt effectus interpretatur.

14. Qui consurgens.] ἐγερθεὶς δὲ. Ille vero experpefactus, id est cum ille tum post visum eum iussit, accepit puerum, & de nocte fugit. Credibile est propè fuisse carnifices, qui puerum quærebant, quando intempesta nocte fugere iubentur. Fugerunt autem nō ex Bethlehem, nec ex Ierusalem, sed ex Nazareth, quæ erat in Galilea, vt perspecum est ex Luca. c. 2. 39. Cur autem in Ægyptum, prompta est causa, vt essent extra Herodis imperium. Aliam Euangelista reddit, vt impleretur quod dictum fuerat per Prophetam. *Ex Ægypto vocaui filium meum*: quamquam ibi non tam causa, quam euentus significatur. Erat Ægyptus in rebus aduersis ludentium confugium. Nam fame olim impulsi in Ægyptum confugerūt, Gen. 46. 6. & bello longe post à Chaldæis vexati, qui ex calamitate reliqui erant, eodem fere commigrarunt. 4. Reg. 25. 26. Videtur Ægyptus schola esse idiorum Dei, quia adolere non possunt, nisi veneretur.

Et erat ibi vsque ad obitum Herodis. Quamdiu Christus mansierit in Ægypto, aut quo loco, quidue ibi egerit, nec expressa Euangelista, nec aliunde certo constare posse arbitror. Qui septem annos fuisse dicunt, auctorem secuti eum qui Scholasticam, vt vocant, scripsit historiam, non probat. Neque qui tres, vt Nicephor. l. 1. c. 12. Omnium fere sententia est, duos fuisse annos: quod Epiph. hær. 51. videtur approbare. Res fortasse non tra magnæ refert, sed si volumus, quod in ea est probabilissimum persequitare, tria nobis principia sequenda sunt, quæ ex Euangelista facile probantur. Vnum est hanc fugam eodem anno contigisse, quo Christus à Magis adoratus est, & quidem non multo post adorationem. Hoc enim verba illa significant: *Tunc Herodes videns, quod illusus* A *esset a Magis*, & hæc vers. 13. *Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph*, quæ quamuis, vt diximus, non significent statim, tamen certe significant non multo post Magorum abitum, & Ioseph, vt fugeret, admonitum, & Herodem pueros occidere cœpisse. Alterum est, eodem anno quo Herodes mortuus est, Christum ab Ægypto reuertisse. Hoc enim illa indicant verba, vers. 19. 20. *Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens, Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel.* Tertium est, Magos paucis post natalem Christi diebus adorasse, vt vers. 1. 2 nobis probatu est. Quibus tribus principijs, efficilia duo ex profatis addamus historiæ, quos annos Herodes regnauerit, & quoto regni eius anno Christus natus sit, facile spatium temporis, quo moratus fuerit in Ægypto, reperiemus. Ex his ergo duobus postremis principijs alterum est certum, Herodem regnasse septem regnalis annos, Iosepho libro primo de bello Iudaico capite 21. & Eusebio in Chronico certissimis testibus. De altero duobus annis inter le auctores dissentiunt. Nam alij anno quadragesimo primo Imperatoris Augusti Christum natum scribunt, vt Irenæus libro tertio capite vigesimoquarto, & Tertull. aduersus Iudæos, alij quadragesimo secundo, vt Euseb. libr. 1. hist. Eccles. capit. 5. & in Chronico, & Epiphanius hær. 51. Reritus autem quo annus Augusti in quem Herodis annum incideret, altero dissidente anno. Nam alij B quadragesimum primum Augusti, tricesimum primum Herodis, vt Eusebius, alij tricesimum secundum, vt Epiphanius fuisse dicunt. Si ergo Irenæi & Tertulliani sententiam in eo sequamur, vt dicamus Christum quadragesimo primo Augusti anno natum fuisse: Eusebij vero in eo, vt eum annum tricesimum primum Herodis fuisse credamus, necesse erit Christum in Ægypto sex integros mansisse annos, aut etiam septem, si illum ipsum quo fugit, id est, tricesimum primum Herodis numeremus. Quæ est illa prima, & vt apparet, verus opinio. Si vero Irenæum, & Tertullianum in Augusti, Epiphanium in Herodis sequamur annis, restabunt anni quinque, aut si primum numeremus sex, quos fuerit Christus in Ægypto: tandemque secundum Eusebij comparationem erant anni, si eum solum & in Augusti & in Herodis annis sequamur. Sin autem Eusebio in annis Augusti, Epiphanio in annis Herodis credimus Christus fuit in Ægypto, vt plurimum quam quæ si primum numeremus, vt nimis non quatuor, si primum non numeremus annos. Iesque hoc tantum certum est, neque plures septem, neque pauciores quatuor in Ægypto annos commorari potuisse. Quare opinio illa vulgaris, per duos, & altera illa Nicephori per tres in Ægypto fuisse annos, mihi habet prorsus probabilitatem, nisi cuiquam Magos duobus annis natum Christum adorasse, quod verisimile primo, refutaturus. In qua autem urbe Ægypti maneret, quidue ibi ageret, mouendum lectorem iudico, vtrum solum inquirendo minime curiosus, sed etiam credendo, si quid inueneret, eamus sic. Multa enim de Christo in Ægypto miracula, obscura vetigia auctoribus circumferri video, quæ haud scio, an ex Alcorano Mahumeti, manauerint, vbi eadem inter fabulas lego, & non decet Christianos à Mahumeto spurcissimo, & mendacissimo auctore Christi dicere miracula. Euangelistam habemus Ioannem, qui Christum affirmat primum in Cana Galilææ conuersa in vinum aqua miraculum edidisse capite secundo, vndecimo. Quod si ita ad ea, quæ post reditum ab Ægypto fecit, posse retringi, tamen cum nullus, quod refringi cogat, multo est probabilius vniuersa intelligendum esse, quod & mouet & dictum est. Nec vsio cum hæc dico, horum auctoritatem eodem abrogare, qui, Christo in Ægyptum ingrediente, C 2 idola

idola corruisse tradunt, vt Hieronymus in capite 19. Isaiæ filius erat, perfectissime impleram esse, quemadmodum supra dixerat illa verba. *Ego erã illi in patrem, & ille erit mihi in filium*, propriè de Salomone, qui propriè non erat filius, dicta non esse, de Christo autem proprio & naturali filio propriè dicta esse. *Ex Ægypto vocaui filium meum.* Septuaginta vertérunt *ex Ægypto reuocabo filios eius*, aut quia pro בני filii mei legerunt בניו filios eius vnius adiectione literæ, aut quia fortasse magis consentaneum esse iudicauerunt, si ita legerent, sicut reuera fuisset, nisi constaret Euangelistam legisse בני filium meum, simulque imperite Iudæus hunc Christianis locum obtundebat, quasi Euangelista, male fide Prophetæ testimonium retulisset, non animaduertens Euangelistam non Græcam septuaginta versionem, sed Hebraica prophetæ verba iecutum fuisse. Hieronymus arc. Oseæ 11.

Pro summa, ex scriptura accepta.

Imperi prophetici quæstio.

Pro Christi deitate.

cap. 11.

16. *Tunc Herodes, Tunc*, hoc loco nõ existimo punctum temporis significare, quasi illum vt Magi discessérunt, infantes occiderit. Nam inter Magorum discessum, & eorum eædem aliquantum interfuisse tempus necesse est, & quia vix ultimo leptimo post adorationem die, Christus ab templo Ierosolymis raperetur. Locę iesu octauo, vigesimo secundo: & quia post aliquãdiu mansionem Nazareth Lucæ secundo vigesimo nono: & quia credibile est Herodem, quamuis crudelem & studiosum tyrannum, prius non ausurum, in Christum inuenire posset, vt solum occideret; quam omnes infantes trucidaret; quod si fine magno tumultu populi isse eo die facere non posse non ignorabat: cum ex Isaiæ prophetia intelligamus cum omnibus modis gratiam populi vsque festorum, ne ranquam peregrinus de regno deturbaretur. Quarto igitur anno Christo, nec minimo, ne vnus modus esse, dimes mandit, quod fine aliquanto tempore fieri non potuit.

Et mittens, &c.] Hebraismus שילח solet Hebræus vti verbo שלח & Græci ἀποστέλλω abbreuiãdo exprimi, sed intelligit persona præsens, quod Latini aut nunquam aut raro admodum faciunt. Explicatiuum est hoc loco Euangelista *Mittens* sub. carnifices, vt infra cap. 18. 12. 10. *Misique & arcellanis locorum in custodiã, &* Rispani simili phrasi dicunt, *Embia a cortar la cabeça, & capite 27. 19. Misit ad eam vxor eius dicens*, nihil *tibi & iusto illo.* Psalmo 56. 4. *Misit de cœlo & liberauit me*, sub. Angelos, & Psalm. 104. 17. *Misit ante eos virum*, & *venundatus est in seruum.* Similia sunt ex sancta Marc 3. 31. & 6. 27.

Iuxta tempus, &c.] Locus propter obscuritatem sui varie Hieronymo, & propter opinionum varietatem omnibus. Quidam dicerent, duobus nobis Christi natiuitatem annis vetustiorem Magos, ideoque Herodem biennio infantes occidisse. Aliquibus etiam videtur alius post Magos venisse. Quicunque, si vera de stella & Magorum adventu eorum essent opiniones, hoc illinc tale exprimerent ex hoc loco, sed est verisimile (Asseuerationem. Aliquam stellam Herodem post Magorum discessum, sed diuinitus animo postea inditum, & ab eo tempore tempus eorum futuræ natiuitatis coniecisse. Quod si vere ante creditum est, vt de morte hominum eorum dictum est. Sed Nathanael & cæteri vere in Iesum Euangelii prædicatum longum ante tempus fuerunt, & historia vere scripta est. Atque ita nimirum ex Chaldæorum Esaiæ, cum ante quinque annos filius natus esset, de Nouo vero, qui eo tempore natus esset, Christo apostasiæ. nec Magos multis post diebus venisse existimo, nõ licet illis regem diuersum, Valde autem Strabi & Euthymij, qui ex interpretatione quæ & communis multo rectior videtur, dicta plane gaudeo. Herodes ait illud tempus, quod exquirebat a Magis, dictos præter sanè credibile annos. Inducta illa verba Scriptura vt pro *quæ comperta à Magis*, nõ significante necessitas esse omnes pueros, qui tum essent eo tempore annis post quam Magi apparuisse, sed eos qui nati essent duobus annis antequam apparerent annis. Dices, cur duobus annis ante, nõ diuersis? Respon-

Cur Herodes duobus annis antequam natus.

Respondeo primum quia non erat eius animi ioli: A tus fit. *Ie Rama*, in cuius explicatione nominis putãt aliqui nomen appellationis esse, non proprium. Hebræice excelsum significat, quasi dicat, vocem vt quæ ad cœlos peruenisse, & vt lamentus Christianus passa dicat.

Ibi pro ea, &c. quæ ibi passa est.

Ibi pro ea, quæ ibi passa est.

Ipse quoque apud Ieremiam Hieronymus ita vertit. Sed multis multæ rationibus perfuadeo nomen esse proprium, primum quod potius prophetæ Hebraice dicuntur בראיתי aut בחזיתי quam ברואיתי vt Isaias in simili sermone dixit. capite 3. 4. & Dauid Psalmo 9. 4. Deinde quia & Chaldæus paraphrastes, & Septuaginta interpretes nomen proprium fecerunt. Postremo quia quisquis Euangelium Matthæi ex Hebraeo in Græcum sermonem vertit, nunquam Latinos nostros interpretes, si nomen proprium esse non existimassent, non ipsum Hebraicum nomen integrum reliquisse, sed vtrasque suæ linguæ resolusisse, illi *ex excelso*, aut *ex voce*, hoc loco excelsi, vt Marc. vndecimo decimo. Nemo ergo Ramam non esse verbo, sed quia nec est in tribu Iudæ, nec prope Bethlehem, sed in tribu Beniamin, & inter Gabaon Iosue decimo octauo, vigesimo quinto, & Iud. 4. 5. & 19. 13. non putarunt interpretes de ea loqui posse propositam. Ego vero propterea existimo Propheram eam urbem nominasse, quod non in tribu huius sed in tribu esset Beniamin, voluit enim significare iudicium vtriusque tribus communem futurum fuisse, quia vtraque tribus in exponitacem ducenda erat, id quoque vnum urbem Bethlehem ex Iuda; alteram ex Beniamin Rama nominasse. Quod autem dicitur Rama à Bethlehem longe distare, vt fingimus ita esse, tamen eorum longua cerce dissabor, & eadem omnes interpretantur gloriatum Rachelis ad cœlum peruenisse. Præterquam quod Rama non ita longe à Bethlehem distare potest, si cernitur Bethlehem à Ierusalem no longe distare, & Rama ab eo vicina Ierosolymis fuerit, vt vix ab hanc adiuta & vnore impedius porcotrà Ierosolymis ne cidente pene sole profectus Rama ante noctem pertigere fuit. 19. 10. 11. Itaque non alia opus est coniectura, quam quod ibi de adeo impedius & bene prosicit, mediocri tam ad vehementia die, perfectus ex Bethlehem, Rama potuerit pertingere, vt ex eodem loco consilat, vernaculo 2. 13. Cui ergo Prophera Rama patius, quam alium vrbem in manu fuit, vt ex eodem loco pertingeret, Ramam confinio tribus Beniamin & Iudæ erat, & vobis Prophera significare placebat finis & adeo finitimis hoc tum, vt vtique ad tribum Beniamin eu mbiceret. Nescio etiam, an Prophera sima & nomina eos vrbes rationem habuerit. Credibile tamen est eam ex excelso fuisse loco, vnde & nomen Ramæ accepere.

Quia non sunt.] Hoc enim Euangelista, aut eius Græcus interpres non Hebraica Prophetæ verba, sed septuaginta verbis suis fecisse videntur. Propheta enim dixerat בי איננו quia non est, id est, quia nemo eorum remanserat, omnibus aut occisis aut in captiuitatem ductis. Septuaginta vero, qui plurale numero filius suos prophetæ dixerat, obtemperantes fugientes plurali eorum numero verterunt *ἐν τῷ*, quod multis aliis locis pro facile animaduerpimus fit autem Hebraicum, quod significat eos, qui antea fuerant penitus, ac libro mortuos, vt euangelista dixerat de spectre videantur, vt Gen 5. 24. de Enoch dictum est, ואיננו *& non fuit*, id est, non apparuit vitra, *quia tulit eum Deus*, & Psalmo 36. 36. *Vidi impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat* ואיננו. Significatur ergo hoc loco Iudæos Iosiæ infantes in finem à Babylone translatos esse. Facredibili enim est omnes vsque eos hoc tempus *Iosiæ mortuos* infantes vere martyres fuisse? Nam & eos *quos mortuos* ait, nec spoute liberaque voluerit pro Christo *ejus.*

mortuissent, suo tamen fuisse sanguine baptizatum. & quod in infantum baptismate aliena fides facit, hoc in his pertuerisam tyranni voluntatem pro Christo nos occidentis efficile, quamcumque ipse obfuit, tantum aliis Herodis crudelitatem profuisse, Irenlibro tertio capite octauo, Iustinus quæst. 13. ad Orthod. Cyprian. libro 2. epistol. 2. Origen. homilia in Matth. Hilarium in comment. Chrysost. hom. 1. in varios Euangelist. Eusebius Emissen. Augustin. libr. 3. de expositione symb. cap. 4. & libro 13. de ciuitate c. 7. Prudentium in hymno de Epiphania, Fulgentium de Epiph. & libro 1. de fide ad Petrum capite 3. & 32. Leo serm. 2. de Epiph. Bernar. dum in serm. de Innocentibus & hom. in Cantica. &c.

19. *Defuncto autem Herode.* Quo morbo extinctus fuerit, scribit Iosephus libro 17. Ant. capite 8. & libro 1. de bello Iud. capite 21. & Hegesip. libr. 1. capit. 33. & Euseb libro 1. hist. eccles. c. 8. qui & illud addit, obiectam eadem infantum cæde infantum genere mortis stillæ celebritatem.

20. *Surge & accipe.* Vide versum 13.

22. *Defuncti sunt enim.* Sq. Iactiti est, quia de vno loquens vtitur numero pluriumi. Vnus Herodes mortuus erat, sed multi erant filii eius iniusti quærebant animam pueri. Animam ab Hebraismo pro vita poni, notum est, quam vt quisquam possit ignorare.

22. *Audiens autem quod Archelaus regnaret.* Nomen Herodes vxores habuit. Ex duabus, altera consobrina, altera fratris filia, nullus suscepit filios. Ex altis nouem filios procreauit, Alexandrum, Aristobulum, Antiparum, Herodem, Antipam qui & ipse postea Herodis cognomentum accepit, Archelaum, Herodem alterum, Philippum, Phaselhum, filias tres, Roxanen, Salomen, & Olympiadem Iosephus libro 17. Antiquit. capite 1. & libro 18. capite 7. & libro 1. de bello Iudaico ca. 28. Ex filiis, duos primos strangulauit libro 16. Ant. c. 17. & 11. de bello Iud. cap. 27. Tertium Antiparum, quinque ante mortem suam diebus occidit, libro 17. Ant. cap. 9. Alii mortui erant. Tres pueri Herodi superfuerunt, Archelaus, Antipas, & Philippus. Duo autem testamenta Herodes fecerat. In priore Antipam regni heredem scripserat, in posteriore mutata sibi voluntate Archelaum Iudææ regem, Antipam Galilææ & Perææ Tetrarcham, Philippum Tetrarcham Trachonitidis, Gaulonitidis, Batanææ, & Panæadæ regionis. Fatentur omnes, vt nec Archelaus regis nomen assumeret, nec quicquam quod testamento inædificet, nisi approbante Cæsare, eorum esse Iosephi libro 17. Ant. capite 10. & libro 1. de bello Iud. capite 21. Quamuis autem Cæsar Archelao Regis nomen dare noluerit, sed Ethnarchem eum Iudææ, Idumææ, & Samariæ fecerit libro 17. Antiquit. capite 1. tamen quia regia vrebatur potestate, & milites eum fieri post mortem patris regalis conclamarunt libro 17. Antiquit. capite 10. rex vulgo dicebatur, quam appellationem hoc loco Euangelista vitat pauit. Mirum autem videri potest, cur Ioseph tanquam rem nouam existimauerit, quod audiret Archelaum regnare: ideoque timuerit in Iudæam venire, cum audita Herodis morte facile creditere debuisset aliquid eius in regnum filii successisse. Respondeo esse credibile Ioseph exilium illo eius nomine fuisse finitum, cum regnum nullo ab Herode iure posset occupatum, aut Antipatri successorium, quem priore testamento regem pater designauerat, quemq; minores esse scirebat ingenii. Num hæc vox potest esse causa, cur in Galilæam vbi ille dominabatur, ab Angelo diuertere iubetur. Et si abrea est error, quod eius de rege Iudæorum Christo aggrauatus plus ab Archelao rege quam ex Antipa Tetrarcha timendum erat. Hæreticis merites, Philippum placidissimum hominum ingenij, Galilææ Tetrarcham imperio errore fuisse. Sed cur licet facere Matthæos, cur Tetrarchas facere non licebit?

A

B

C

D

E

Celsus in Harmonia

23. *Vt adimpleretur.* Hoc testimonium nusquam in sacris literis eisdem verbis reperitur. Quæ res occasionem interpretibus varias quærendi interpretationes præbuit. Chrysostomus hominis 6. Theophylactus & Euthymius nullum ex iis, qui nunc extant, sed aliquem ex his, qui perierint, prophetam extari dicunt, qualis fuit Nathan & Esdræ Prophetia, & alio rum, quorum scripta & Chrysostomus & Anastasius in Synopsi, & recipi & perisse docent. At difficile credibile est prophetias quæ non extarent, Euangelistam sine vlla, vt videtur, necessitate citasse, quamuis à sancta prophetarum Enoch, quæ non erat, alia prorsus occasione citari videamus. Alij putant Euangelistam præferre testimonium ex prophetis quæ extarent quidem tunc, sed in canone Ecclesiastico non essent, vt auctor operis imperfect. Alij citari Prophetam id est, Prophetarum interpretem, qui ex canonicis prophetis, licet expressum non esset, hunc tamen sensum elicerent, fore, vt Christus Nazarænus appellaretur, tria Propheta rum fuisse genera, alios quibus semper Spiritus Sanctus adesset, qualem maiores fuerint, alios quibus non semper quidem, sed sæpe tamen adesset, quales Minores, alios qui Prophetæ dicerentur, non quod futura prædicarent, sed quod, quæ à Prophetis dicta essent, Spiritu Dei interpretarentur, qui in vetere testamento filij Prophetarum. 3. Regum 20. 35. & 4. Regum 2. 3. 5. 7. & 4. 38. & 5. 22. & 6. 1. in vtroque Prophetæ etiam appellantur. 1. Corinth. 12. 28. & 14. 29. 32. 37. Quæ in hac sententia de triplici Prophetarum genere dicuntur, nunc in quæstionem adhibere non vacat. Illud tamen dicam, multi horum interpretes non probare Euangelistam de huiusmodi tertiania Prophetis loqui, quorum testimonium nemo vnquam prædicauit Apostolorum. Alij librum Iudicum capite decimo tertio, septimo citari putant, vbi dicitur: *Ecce annus erit Nazaræus Dei de ventre matris suæ*, quod quia nunc de Samsone dictum sit, tamen in Christo, cuius Samsonis figura erat, Euangelista impletum esse dicit, sicut cæteras prophetias, versiculo decimo tertio & decimo quarto, adeoque non dixisse per Prophetam, sed per Prophetas, quod liber ille non ab vno, sed a multis libris alijs post alios succedentibus Prophetis scriptus sit. Repugnat huic interpretationi, quod Christus non sic dictus נזיר Nazaræus, vt Samson, sed נוצרי Nazarenus aut Nazarætus, vt & ex crucis titulo & ex veterum Hebræorum commentariis apparet. Alij ad Hesaiam referunt capite vndecimo, primo, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Heb. נצר germen, torrentius, vnde à nomen נוצרי Nazarætus dictum sit. Quem sententiam Hieronymus, & auctor operis imperfecti probabilem putant. Alij nullum ex vno, sed vnum ex omnibus Prophetis testimonium afferi nunnes enim Prophetas Christum sanctum, imo sanctorum appellare, Danielis nouo, vigesimo quarto, quod nomen נזיר Nazaræus, id est separatus, Deo consecratus significat. In qua tandem sententia Hieronymus conquiescit. Ego, signidi tamen meum valet iudicium, sic exilium voluisse Euangelistam, odium Nazarenorum nominis in honorem conuertere, & vsitatæ Christus tridebatur, inde probare, verum illum esse Messiam. Vocabatur Christus à Iudæis per contemptum Nazarenus, sicut ab omnibus Christianis à Gentilibus eodem contemptus vocem ea fuisse constat, sicut & hodie נוצרים ab Hebræis appellantur, atque multos impediret, quo minus eum Messiam esse crederent. *Nunquid à Nazareth potest aliquid boni esse?* Ioannis 1. primo, quadragesimo sexto. Et *nunquid in Galilæa venit Christus? nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, locum.* 7. 41. 42. & rursum. *Nunquid & in Galilæa est scriptum scrutare scripturas & vide, quia à Galilæa Propheta non surgit*, ibidem versiculo 52. Ergo volunt docere Euangelistæ id impedimento esse non debere, quo minus Christus

Vnde Christus Nazarenus appellatus.

Christus Messias crederetur. Nam etsi scriptura non est ex Nazareth Galilææ, sed ex Bethlehem Iudææ venturus reliquit Christum tamen nos vocari Nazarænum, quod in Nazareth oppido esset, sed quod in ea habitauerit, nimium enim fuisse, vt amea diceretur, in Bethlehem Iudæ: cum postea nomen Nazarætæ argumento esse cum esse Messiam, cum eum Isaiæ Prophetæ נצר id est, Nazarenum appellauerit. Tres contra hanc interpretationem obiectiones accurrunt. Prima, quod alio testis Christus apud Prophetam נצר germen, aut flos, alio à Iudæa נוצרי Nazarætus ab vrbe Nazareth vocatus sit. Respondeo id Euangelistam non ignorasse, sed contentum fuisse docere, illud ipsum nomen quod Christo à Iudæis per contemptum tribui soleret, à Prophetis illi honoris exhibitarum fuisse, & eorum animos ea ratione terquere. Secunda est, quod Nazareth non per צ sed per ז id est, non per ṣ. sed per z. literam scribitur. נזרת id est, Nazareth apud illos, per ṣcripti sit. Respondeo Græcos non ז facile mutare. Deinde nonnullum hunc verbis in vetere Testamento scriptum non reperiri, vt inde iudicare liceat, quibus Hebraicis literis scribi debeat. Postremo ex titulo crucis, & ex Hebraorum scriptis manifestum esse hanc vrbe ab Hebræis נצרית Nazareth vocatam fuisse, cum inde Christum נוצרי Nazarænum appellarint. Græcos vero & Latinos asperatem literæ ז gignentes Nazareth & Nazarenum appellasse. Tertia est, quod Euangelista non dicat dictum esse per Prophetam, sed per Prophetas, quasi plurium, vt aiunt Harmonymus, de tempore testimoniam non proferens. Respondeo nonnullis nonum; vt, cum vnus tantum Propheta testimonium producitur, per Prophetas scriptum dicatur. Causæ rei exempla sunt apud hunc ipsum Euangelistam, capite 2. 16. & Ioan. 8. 52. & Act. 13. 20. & 15. 15. Simile quæque ex Ieremia pauli ante obiecta ultimo versu 20. vbi de matre filij dicuntur, qui quærebant animam pueri, cum solus Herodes de huius filio significatur.

A

B

C

Cur Ioannes appellatur Baptista.

CAPVT III.

Mar. 1. 2. 4. Luc. 3. 2. Mat. 4. 17. Mar. 1. 14. Luc. 3. 8.

IN diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ. 2. & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. 3. Hic est enim, qui dictus est per Isaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. 4. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locusta, & mel syluestre. 5. Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. 6. & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. 7. *Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? 8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. 9. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abrahæm. dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. 10. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 11. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. 12. Cuius ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili. 13. Tunc venit Iesus à Galilæa super Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. 14. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? 15. Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. 16. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. 17. Et ecce vox de cælis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Luc. 3. 1. 2. Ioan. 1. d. 27.

IN CAPVT TERTIVM.

IN diebus autem illis venit.] Totos viginti tres & amplius annos, quibus Christus in Nazareth exulauit, Euangelistæ Matthæus, Marcus, & Ioannes extra attigerunt, quia tantum illud tempus à sacris literis tegi exspectauit, dum regnum annorum, quæ doctoris erat, accederet. Sed Lucas de eo puero in pauca quædam attigit. c. 2. 40. 42.

In diebus.] Manifestum est triginta post, ante circumcisionem annos, significari, vt colligitur ex Luc. c. 2. 1. 2. qui hoc anno quinto decimo Tyberij Cæsaris Augusti regnat. Certum autem est, Christum quadragesimo, imo, vt quidam putant, secundo Augusti anno natum fuisse ex versi. decimo octauo, c. primo decimatur, & constat ex omnibus historiis Angelium sex & quinquaginta annos impleisse. Itaque nero ad aliquæ quærat cum Matthæus dicat in diebus illis, יומים dies apud Hebræos ad spatium pro anno perspicuum est. Genes. 2. 12. 35. Exodi 21. 10 Leuit. 25. 29. Iudi. 19. 2. 1. Reg. 1. 13. Amos. 4. 4. Itemque pro tempore quodlibet enim longo, Iud. 17. 1. Ezechiel. 38. 17. hanc ipsum valet hoc loco. In diebus illis, sc. fi dixerit, post aliquanto post tempore quam Christus domi triginta annos. aut aliquanto post tempore quam Christus domi triginta annos. Theophylactus aliud sentire videtur. Ait enim Theophylactus aliud significari, quam id quod refert ibidem Euangelista, vel, quod mihi magis placet, significante tempus, quo adhuc in Nazareth Christus habitabat. Sic enim melius Euangelistæ verba colligerent. Diceret namque c. 2. 23. *Et venit habitauit in ciuitate vocatur Nazareth*, & addit, in diebus illis, id est, eo tibi habitante.

Pœne diffitur apud Iudæos.

Venit.] Cur non ante venit? quia nondum triginta annos erat annos, ante quam ætatem nemini sacerdotis, doctoris aut prophetæ officium fungi licebat, vt & Hebræi tradunt, & ex 1. Paralipom. capite 23. 3. colligitur. Hæc enim eadem ætas fuit, cur Christus ipse ante crucifixum ætatis annum docere non cœperit. Neque vero significat Euangelista nunc primum Ioannem in desertum venisse, sed nunc primum in deserto sese ostendisse, pœnitentiamque cœpisse prædicare, vt paulo post docebimus.

Cur Ioannes appellatur Baptista.

Ioannes Baptista.] Risi, cum in hæreticorum legerem commentariis, Ioannem ideo Baptistam cognominatum, quod per eius manifestum sacramentum Baptismi Deus ordinasset, quasi alius quam Christus, aut per alium quæ per Iesum sacramenta vobis instituerit. Verum ineptæ & impiæ cauillationi summa

mortuissent, suo tamen fuisse sanguine baptizatum. & quod in infantum baptismate aliena fides facit, hoc in his pertuerisam tyranni voluntatem pro Christo nos occidentis efficile, quamcumque ipse obtur, tantum aliis Herodis crudelitatem profuisse, Irenlibro tertio capite octauo, Iustinus quæst. 13 ad Orthod. Cyprian. libro 2. epistol. 2. Origen homilia in Matth. Hilarium in comment. Chrysost. hom. 1. in varios Euangelist. Eusebium Emissen. Augustin. libr. 3. de expositione symb. cap. 4. & libro 13. de ciuitate c. 7. Prudentium in hymno de Epiphania, Fulgentium de Epiph. & libro 1. de fide ad Petrum capite 3. & 32. Leo serm. 2. de Epiph. Bernar. dum in serm. de Innocentibus & hom. in Cantica. &c.

19. *Defuncto autem Herode.*] Quo morbo extinctus fuerit, scribit Iosephus libro 17. Ant. capite 8. & libro 1. de bello Iud. capite 21. & Hegesip. libr. 1. capit. 35. & Euseb libro 1. hist. eccles. c. 8. qui & illud addit, obiisse Herodem eadem infantum cum infanti genere mortis stilla exactum.

20. *Surge & accipe.* Vide versum 13.

22. *Defuncti sunt enim.*] Sy Septu. est, qui de vno loquetur numero pluriumve. Vnus Herodes mortuus erat, sed multi carnifices eius iussa quærebant animam pueri. Animam ab Hebræis pro vita poni, notum est, quam vt quisquam possit ignorare.

22. *Audiens autem quod Archelaus regnaret.*] Nomen Herodes vxores habuit. Ex duabus, altera consobrina, altera fratris filia, nullos suscepit filios. Ex alijs nouem filios procreauit, Alexandrum, Aristobulum, Antiparum, Herodem, Antipam qui & ipse postea Herodis cognomentum accepit, Archelaum, Herodem alterum, Philippum, Phaselhum, filias tres, Roxanen, Salomen, & Olympiadem Iosephus libro 17. Antiquit. capite 1. & libro 18. capite 7. & libro 1. de bello Iudaico ca. 28. Ex filiis, duos primos strangulauit libro 16. Ant. c. 17. & 11. de bello Iud. cap. 27. Tertium Antiparum, quinque ante mortem suam diebus occidit, libro 17. Ant. cap. 9. Alii mortui erant. Tres pueri Herodi super lineas fuerunt, Archelaus, Antipas, & Philippus. Duo autem testamenta Herodes fecerat. In priore Antipam regni heredem scripserat, in posteriore mutata sibi voluntate Archelaum Iudææ regem, Antipam Galilææ & Perææ Tetrarcham, Philippum Tetrarcham Trachonitidis, Gaulonitidis, Batanææ, & Panneadæ regionis. Facultatem condendi, vt nec Archelaus regio nomen assumeret, nec quicquam quod testamento inædificet, nisi approbante Cæsare, earum esse Iosephi libro 17. Ant. capite 10. & libro 1. de bello Iud. capite 21. Quamuis autem Cæsar Archelao Regis nomen dare noluerit, sed ethnarchem eum Iudææ, Idumææ, & Samariæ fecerit libro 17. Antiquit. capite 1. tamen quia regia vrebatur ueste, & multis eum tiem post mortem patris regem conclamarunt libro 17. Antiquit. capite 10. rex vulgo dicebatur, quam appellationem hoc loco Euangelista vitat pauit. Mirum autem videri potest, cur Ioseph tanquam rem nouam existimauerit, quod audierit Archelaum regnare: ideoque timuerit in Iudæam venire, cum audita Herodis morte facile creditare debuisset aliquid eius in regnum filii successisse. Respondeo esse credibile Ioseph exilium illo eius nomen fuisse successum, cum regnum nullo ab Herode iure fuisset occupatum, aut Antipatri successurum quem priore testamento regem pater designauerat, quemq; minora esse fecisse ingenia. Num hæc vna potest esse causa, cur in Galilæam vbi ille dominabatur, ab Angelo diuertere iubetur. Et si abhæc est error, quod ex de regel Iudæorum Christum agere cæperit ab Archelao rege quam ex Antipa Tetrarcha emendum erat. Hæreticis merites, Philippum placidissimi hominum ingenij, Galilææ Tetrarcham imperio errore fuere. Sed cur licet facere Matthæo, cur Tetrarchia facere non licebit?

23. *Vt adimpleretur.*] Hoc testimonium nusquam in sacris literis eisdem verbis reperitur. Quæ res occasionem interpretibus varias quærendi interpretationes præbuit. Chrysostomus hominis. Theophylactus & Euthymius nullum ex iis, qui nunc extant, sed aliquem ex his, qui perierint, prophetam extari dicunt, qualis fuit Nathan & Esdræ Prophetia, & alio rum, quorum scripta & Chrysostomus & Anastasius in Synopsi, & recipi & perisse docent. At difficile credibile est prophetias quæ non extarent, Euangelistam sine vlla, vt videtur, necessitate emalle, quamuis à sancta prophetarum Enoch, quæ non erat, alia prorsus occasione erant videamus. Alij putant Euangelistam præferre testimonium ex prophetis quæ extarent quidem tunc, sed in canone Ecclesiastico non essent: vt auctor operis imperfect. Alij erant Prophetæ id est, Prophetarum interpretes, qui ex canonicis prophetis, licet expressum non esset, hunc tamen sensum elicerent, fore, vt Christus Nazarænus appellaretur, tria Propheta rum fuisse genera, alios quibus semper Spiritus Sanctus adesset, qualem maiores fuerint, alios quibus non semper quidem, sed sæpe tamen adesset, quales Minores, alios qui Prophetæ dicerentur, non quod futura prædicarent, sed quod, quæ à Prophetis dicta essent, Spiritu Dei interpretarentur, qui in vetere testamento filij Prophetarum. 3. Regum 20. 35. & 4. Regum 2. 3. 5. 7. & 4. 38. & 5. 22. & 6. 1. in vnoquo Prophetæ etiam appellantur. 1. Corinth. 12. 28. & 14. 29. 32. 37. Quæ in hac sententia de triplici Prophetarum genere dicuntur, nunc in quæstionem adhibere non vacat. Illud tamen dicam, multi horum interpretes non probare Euangelistam de huiusmodi tertiania Prophetæ loquiquorum testimonium nemo vnquam prædicatorum Apostolorum. Alij librum Iudicum capite decimo tertio, septimo extare putant, vbi dicitur: *Ecce tu es ut Nazaræus Dei absque ulla sanctificatione sed*, quod quidam de Samsone dictum sit, tamen in Christo, cuius Samsonis figura erat, Euangelista impletum esse dicit. Sunt & alteras prophetias versiculo decimo tertio & decimo quarto, adeoque non dixisse per Prophetam, sed per Prophetas, quod liber ille non ab vno, sed a multis libris alijs post alios succedentibus Prophetis scriptus sit. Repugnat huic interpretationi, quod Christus non sic dictus נזיר Nazaræus, vt Samson, sed נוצרי Nazarenus aut Nazarætus, vt & ex crucis titulo & ex veterum Hebræorum commentariis apparet. Alij ad Hiesam referunt capite vndecimo, primo, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Heb. נצר germen, torrentius, vnde a nomen נוצרי Nazarætus dictum sit. Quem sententiam Hieronymus, & auctor operis imperfecti probabilem putat. Alij nullum ex vno, sed vnum ex omnibus Prophetis testimonium afferi omnes enim Prophetæ Christum sanctum, imo sanctorum appellare, Danielis nouo, vigesimo quarto, quod nomen נזיר Nazaræus, id est separatus, Deo consecratus significat. In qua tandem sententia Hieronymus conquiescit. Ego, siquid tamen meum valet iudicium, sic existimo voluisse Euangelistam odium Iesu nominis in honorem commutare, & vocabulum Christus redebatur, inde probare, verum illum esse Messiam. Vocabatur Christus à Iudæis per contemptum Nazarenus, sicut & nos omnes Christianos à Gentilibus eodem contemptu vocari & fuisse constat, sicut & hodie נוצרים ab Hebræis appellamur, neque multos impediebat, quo minus eum Messiam esse crederent. *Nunquid a Nazareth potest aliquid boni esse?* Ioannis primo, quadragesimo sexto. Et *nunquid in Galilæa venit Christus? nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, locum.* 7. 41. 42. & rursum. *Nunquid & in Galilæa est scriptura scrutare scripturas & vide, quia à Galilæa Propheta non surgit*, ibidem versiculo 52. Ergo voluit docere Euangelista id impedimento esse non debere, quo minus Christus

Christum Messiam crederemus. Nam etsi scriptura non est ex Nazareth Galilææ, sed ex Bethlehem Iudææ veniturum reliquit, Christum tamen nos vocari Nazarænum, quod in Nazareth oppido esset, sed quod in ea habitauerit, nimium enim fuisse, vt amea diceretur, in Bethlehem Iudæ: etiam postea nomen Nazarætarguméro esse cum esse Messiam, cum cum Isaiæ Prophetæ נצר id est, Nazarenum appellauerit. Tres contra hanc interpretationem obiectiones accurrunt. Prima, quod alio testis Christus apud Propheram נצר germen, aut flos, alio à Iudæa נוצרי Nazarænus ab vrbe Nazareth vocatus sit. Respondeo id Euangelistam non ignorasse, sed contentum fuisse docere, illud ipsum nomen quod Christo à Iudæis per contemptum tribui soleret, à Prophetis illi tempori exellatissimum fuisse, & eorum in ipso exitum mirror querere. Secunda est, quod Nazareth non per נ sed per ז id est, non per ס. sed per צ literam scribitur. נזרת id est, Nazaræus apud illos, per ס scripti sit. Respondeo Græcos non ז facile mutare. Deinde nonnullos huius vrbis in vetere Testamento scriptum nō reperiri, vt inde iudicare liceat, quibus Hebraicis literis scribi debeat. Postremo ex tribu exiisse, & ex Hebræorum scriptis manifestum esse hanc vrbem ab Hebræis נצרית Nazareth vocatam fuisse, cum inde Christum נוצרי Nazarænum appellarint. Græcos vero & Latinos aliquantum literæ à Hebræis Nazareth & Nazarenum appellasse. Tertia est, quod Euangelista non dicat dictum esse per Prophetam, sed per Prophetas, quasi plurium, vt aiunt Harmonymus, de tempore testimoniorum non proferens. Respondeo nomen esse nonum, vt, cum vnus tantum Propheta testimonium proferatur, per Prophetas scriptum dicatur. Cuius rei exempla sunt apud hunc ipsum Euangelistam, capite 2. & 11. & Ioan. 8. 52. & Act. 13. 40. & 15. 15. Similemque ex Iosephi scripturis obiectionem versu 10. vbi de multis esse dicuntur, qui quærebant animam pueri, cum solus Herodes definctus significetur.

CAPVT III.

Mar. 1. a. 2. Luc. 3. 2. Mat. 4. 17. Mar. 1. 4. 15. Luc. 3. a.

IN diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ. 2. & dicens: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. 3. Hic est enim, qui dictus est per Isaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. 4. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locusta, & mel syluestre. 5. Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. 6. & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. 7. Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere a uentura ira? 8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. 9. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. 10. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 11. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. 12. Cuius ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum: paleas autem comburet igni inextinguibili. 13. Tunc venit Iesus a Galilæa super Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. 14. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? 15. Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. 16. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. 17. Et ecce vox de cælis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Luc. 3. 1. 2. Ioa. 1. d. 27.

IN CAPVT TERTIVM.

IN diebus autem illis venit.] Totos viginti tres & amplius annos, quibus Christus in Nazareth exulauit, Matthæus, Marcus, & Ioannes extare tacuerunt, quia tantum illud tempus à vere tranſigit expectiana, dum regimen annorum, quæ doctori necessaria est, acceleret. Sunt Lucas de eius puericia pauca quædam attigit. c. 2. 40. 42.

Iosephus.] Manifestum est triginta post, aut circiter annorum ætatem Christum, vt colligitur ex Luc. c. 2. 1. 2. qui hoc anno quinto decimo Tyberii Cæsaris Augusti regnat. Certum autem est, Christum quadragesimo, imo, vt quidam putant, secundo Augusti anno natum fuisse ex vers. decimo octauo, c. primo decimatur, & constat ex omnibus historiis Augustum sex & quinquaginta annos imperasse. Itaque nero quinquagesimo quarto cum Matthæus dicat in diebus illis. בימי dies apud Hebræos ætatem pro anno perspicuum est. Genes. 21. 35. Exodi 2. 10 Leuit. 25. 29. Iudi. 19. 2. 1. Reg. 1. 13. Amos 4. 2. Itemque pro tempore quodlibet enim longo, Iud. 17. 1. Ezechiel. 38. 17. hanc ætatem valere hoc loco. In diuina illa, & scripturis scripturæ, post aliquanto post tempore quam Christus fecundum Iosephum, & Strabonem videtur nudicare. Ant. 17. 10. Theophylactus aliud sentiens significari, quam ipse quod refert ibidem Euangelista, vel, quod mihi magis placet, significante tempus, quo adhuc in Nazareth Christus latitabat. Sic enim melius Euangelistæ verba colligent. Diceratque tamque c. 2. 23. Et venit habitauit in ciuitate vocatur Nazareth, & addit, in diebus illis, id est, eo tibi habitauit.

Ioannes Baptista.] Rifi, cum in hæreticorum legerem commentariis Ioannem ideo Baptistam cognominatum, quod per eius manifestum sacramentum Baptismi Deus ostendisset, quasi alius quam Christus, aut per alium quæ per Iesum sacramenta vobis instituerit. Verum istam & impiam & stultam

errorem vers. 11. refutabimus. Sciamus nunc Baptistæ cognomentum, vel quod primus baptizare cœperit, vel quod Christum baptizaturus, ille dixerit esse. Appellatur autem eum honoris causa ita vocatum: ut nobis certe pestilentissimus erat, eum qui baptizaret, virum esse sanctissimum. Ideo illi inferunt, *quid ergo baptizas, si tu non es Christus, nec Elias, neque Propheta* Ioan. 1. 25.

Deserti in hoc quæ sit figura. Desertum in malo sæpe sumitur. Desertus ab Hebræis.

Prædicans in deserto.] Multo vero magis ridicula est eorundem in hunc locum horrendorum interpretatio. Ioannem non loco prorsus ipso deserto quia habitasse, sed in circumiacentes quæ erant in deserto oras Iordanem, quod nomine deserti appellabatur, quod nullo modo, sed quod minus frequenter habitarentur, quemadmodum si hodie Hercynium sylvam aut Vogesum montem deserta appellemus, & ut Helvenam olim terram non incolam nonnulli scriptores ex Helvetiorum cremum vocitare, sicut Ioab *in deserta* mortuos esse dicitur, cum domi suæ mortuus sit, 3 Reg. 2. 34. Et vir Idumæa *desertus* vocatur. 2. Reg. 3. 8. & Psalm. 1. & vt Iosue 24. 28. tribui Iudæ sex civitates cum suis villis *in deserto* assignatæ fuisse dicuntur. Sic B. Virgo concepto Christo, in montana ad domum Zachariæ abisse dicitur Luc. 1. 39. Denique si ita credimus interpretibus, Ioannis desertum paternæ domus fuit, quæ in montana erat civitate. Valde scilicet ex Ioannis nomine solliciti ad vanum vel repugnantibus scripturæ agunt, ne Baptista monachus fuisse videatur, & tamen fuerunt eodem illi aliquando monachi. Sed ne violatæ religionis reus fieri videretur, noluit fuisse Ioannem, quod ipse esse noluerunt. Fallax eorum & absurda de hac re sententias vir nostro tempore eruditus, & non eadem modo bide, sed iisdem etiam viris rationibus mihi commentitis, nuper detexit, copioseque refutavit. Nos commentarios scribimus, quibus lucu erit obtendere, illos Euangelicos interpretes neque hunc locum, neque eos, unde hæc pendet, intelligere: eorum primum paramus. Manifestum sit Euangelistam alludere ad locum Iesiæ. cap. 40. 3. quem & paulo post vers. 3. producit. *Vox clamantis in deserto,* itaque ut ego sensi, vt nomen deserti eodem modo hoc & apud Iesiam accipiatur. Ait apud Iesiam quispiam dicere deserta, locum minus frequenter habitatum significare, propheta sensum penitus ignorat. Agebat enim de reditu filiorum Israel ex Babylonica captivitate, in quam præcedente capite dixerat deus prædixisse, ad eximendos ex Ægypto, unde eos Deus per insignia solis diluvii omnium difficultatibus superatis eduxit, & in Palæstinam tandiu, vsquedum per Iordanem, per desertum, per mare facilem, significat Deum eodem modo, quo eos ex Ægypto in terram Israel induxit, ex Babylone reductorum, nihil Deo, quominus id faciat impedimento esse posse. Eum enim populo suo per maceriosas solitudines, per montes, per rupes planissimam straturum viam, & vt de Annibale Alpes transiturro poeta quidam dixit, *Iter fecit qui fanda fuit.* Hic literalis sensus est. Mysticus ille, quo populus sub Diabolo tyrannide constitutus populo sub rege Babylonis captivo comparatur, Christus cum Cyro, qui populum ad libertatem tuitur. 2. Paralipom. 36. 22. 23. & 1. Esdr. 1. 1. 2. Iesa. 44. 28. & 45. 1. Ioannes cum præcomibus Cyri, qui ludzos ad reditum in patriam mittant, & omnia necessaria ad superandas omnes viæ difficultates pollicentur. Hoc est, *parate viam Domino, & rectas facite semitas eius.* Hoc est, *erunt prava in directa & aspera in vias planas* : vt & plana & recta via Deus cum populo suo transiret. Desertum autem, in quo Ioannes fuisse dicitur, desertum de quo Iesias loquitur, respondet. Iesias autem non de Helvetia aut de Hercynia loquitur sylva, sed de aspera & inaccessa pennini solitudine, quo magis miraculum, & Dei erga populum suum summum beneficium eluceat. In simili igitur solitudine, non in paternis ædibus Ioannes habitabat. Quod Lucas capite 1. 80. declarat, *Puer crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel.* Indicat enim ideo in deserta loca ab omni hominum consortio remotum habitasse, vt vna cum ætate spiritu excresceret, quem hominum frequentia raro augetur, sæpe minuitur, & capite 3. 1. 2. *factum Domini ad eum, & locutus est ad omnem regionem Iordanis.* Indeque prædicandæ pœnitentiæ & baptizandi causa in omnem circa Iordanem regionem venisse. Atque illi similes interpretes illam ipsam circa Iordanem regionem desertum, vbi Ioannes habitaverit, fuisse dicunt. Non enim eam vicini Euangelistam, diserte verbis dicere cum ex deserto, id est, extremis solitudinis in hanc regionem prodisse. Quod si nihil vltra Euangelistæ figura illa esset, & sic vt illa atque vetitus ibos, si quod indicet habuisset, docere posset, in quo deserto Ioannes habitasset. Quod enim Iam sacerdotis filius, itaque vicinus, & parentibus ut expectatus votis, in patria id est, non in deserto, domo, non alio vestitu quam pilis camelorum, non alio cibo quam locustis, & melle sylvestris vitæ simplex ipsis epulatus vestis & cibi locorum habitationis indicia sunt. Cur enim camelorum pilis, quam ovium pellibus, nisi quia in loco, vbi camelli, non oves erant, id est, longe ab vrbibus habitabat? Cur locustis, potius quam locis mollibus delectis, maxime vescebatur? Cur cum dissentiret, addidit & silvestris, nisi quia dominus erat, vbi comestro mellis vti posset, sed in solitudine, vbi non alium haberet cibum, quam mel quod apes in rupibus, & truncis arborum confecissent, quod illius erat, quod ista petrarum fissura Ioanni ostenderit, 1. Regum 14. 27? Neque rationem illi intelligunt, cur in deserto Ioannes habitaverit, idemque nec quale desertum fuerit, possunt intelligere. Data lex Moi fuerat in deserto, & quidem in monte prærupto, nec eo toto dies quadraginta mansit. Mori quod commodo in deserto eadem opparabat, & manna dari. Venerabat Ioannes in spiritu & virtute Eliæ Matth. 11. 4. Luc. 1. 17. oportebat exemplo Eliæ in deserto versari 3. Regum 19. 4. Venerabat, vt tantum pro se sanctitatem foret. vt Messias videri posset, quo facilius excolerentur negotia, affirmanti Christum esse Messiam, opponebat ab oculis hominum remotum vitæ, operibus, & cibo & potu, & vestitu, & habitationis loco qualis esset, ostendere: cum & ille prodiisse eos, cum in solitudine vixerunt, supra nomine epistolæ oportebat monachum esse. Nam & quidam illorum inde monachorum initiorum nomen ferebat, quod vellent homines exteriora rebus spectantem de se sanctitatis existere. Successit eventus. Insta enim fictum est, vt integra ecclesia, simul atque ista cœpit offendere, eodem tempore ad monachorum aliquem Deum videndum attendi cœperit. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Matthæi vndecimo, 7. quinto. Lucæ septimo, vigesimoquarto. Hic etiam arundo delectationis est. Cur enim arundinem eum deserto committit, si quia in deserto locus, quo domi nasci solet? Sic Christus, vt Christus, aut esse Elias putaretur, Ioannis primo, vigesimo primo. Hinc, vt illud Christi maceretur testimonium. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista* Matthæi 11. 11. Oportebat, antequam ad docendos populos accederet, ipse sese in solitudine, velut in monasterio, docerer. Narrum enim est antiquum apud Augustinum proverbium, Qui non fuit bonus monachus, non erit bonus clericus. Nam & Christus ipse, vt Hieronymus obliterauit, antequam docere, desertis deserto modo quodam exercet. Matthæi quarto. primo & multo ergo molina veteres illi, quæ ut nonulli recentes scripturam interpretes. Omnes enim docere Ioan-

Ioannem totam à prima pœritia vsque ad vricesimum annum ætatem in remotis solitudinibus egisse. Origen. homilia 11. & 17. in Lucam. Euseb. libro 2. de demonstratione capite 1. Chrysostom. homilia 10. & 30. in Matthæum. & homilia 3. in Ioan. & in homilia de natalitiis Ioannis Baptistæ. Cyrill. libro 2. de fide ortod. cap. 4. Hieronym. contra Luciferi. & in epistola ad Rusticum Monachum. Prudent. in hymno ecclesiasticum.

In deserto Iudææ.) Multa deserta in scripturis legimus. Desertum Ziph. 1. Regum 23. 16. quod erat meridiem versus. Occidentem & Meridiem Iuziæ à Ierusalem. Desertum Maon illi vicinum. 1. Regum 23. 24. Desertum Engaddi. 1. Reg. 24. 2. Desertum Thecuæ. 2. Reg. 14. 2. Desertum Idumææ ad meridiem. 2. Reg. 8. 8. Cuius autem absolute desertum nominatur, desertum Iudææ intelligitur, vt Matthæi 4. 1. & 11. & 15. 33. Marci 1. 12. 13. Luc. 1. 80. & 3. 2. nisi ex circumstantiis aliud intelligatur, vt Ioan. 3. 14. addit tamen Matthæus, epulatum Iudæa, vt ab aliis discernetur. Erat autem hoc inter Orientem & Septentrionem certa Iordanem secundum finitum. In extrema parte erat Ænon & Salim, vbi Ioannes baptizare solitus dicitur, Ioan. 3. 23.

Pœnitentiam agite. Hoc est, *parate viam Domino: rectas facite semitas eius.* Actio, cuius error ex & sequioris veritatem discedire à malo & facies hominis.

Appropinquavit enim regnum cælorum.) Quidam hoc loco regnum cælorum gratiam, eidem, remissionemque peccatorum interpretantur, quod meer nos ipsos esse dicitur Luce 17. 21. Quod etiam reprehendo, illud tamen nego probo, vt cælorum spiritum significet, vt Matthæi 5. 3. 4. 6. Luce 13. 28. 29. & 23. 40. Est enim, vt mihi quidem videtur, tacita quædam allusio & amicitia ad exitum filiorum Israel ex Ægypto, & reditum ex Babylonica captivitate in terram Chanaan, qua illis promissa fuerat, quamque non dubium est, quin ea figuram fuisse. Perinde ergo est, ac si dicat, *parate vos per contritionem, id est, nolite Pharaoni, & Regi Babylonis, hoc est, Diabolo servire, nolite iberram servitutem, regno cælorum ante ponere, quod quidam olim ignaue & degenere ludæi facile legimus.* 1. Esdr. 2. 3. Appropinquavit enim tempus, quo in cælis, qui volent, ingredientur. Simili oratione Iosue ad populum visus est, cum in terram Chanaa post longam peregrinationem ingressus esset. *Sanctificamini, inquit, ea enim facies Dominus inter vos mirabilia,* Iosue 3. 5. Appropinquare autem regnum cælorum dicitur, quia cum ante clausum fuisset, paulo post per eum Christi erat aperiendum. Credimus enim, hoc haereses negent nemineum ante mortem Christi in cælum ingressum: quod non veteres solum auctores, sed Iudæi etiam Pollicitam perspicue docet, Hebræor. 9. 8. & 11. 39. 40. & mirer illos aut tam cæcos, vt non videant, aut tam obtusos, vt non intelligent, aut tam impudentes, vt videntes intelligentesque negare audeam. Quin Christus ipse docet. Cum enim dicit, *Non bibam ex hoc genimine vitis, donec bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei.* Matthæi 26. 29. & Lucæ 22. 18. quid aliud significat, quam regnum Dei figmorte resurrectione que patefactum? Lucæ melius, quam illi Euangelistæ homines intelligunt. *Memento, inquit, mei, cum veneris in regnum tuum.* Lucæ 23. 42. quasi nondum vsque venisse, neque ante eum quispiam ingredi posset. Nempe erat Christi cruce facta fuit testamenti, qua hereditas vndæ diuisæ sunt, dein promissam terram ad nos pacefactus, Iosue tertio, decimo octavo. Nam & eum per Iordanem, id est, per baptismum in cœlum ingredimur. Cur autem *regnum cælorum* potius quam patrium aut ecclesiam Ierusalem, vt Dominus Paulus, appellaverit. Facile mihi videri eumo ad fundorum de templo Christi regno eum testimonium alludere, voluisque eam figurare, addit Salvator, quasi dicat, vos terrenum expectatis regnum, ego cœleste appropinquare confirmo.

3. Hic est.) Euthymius hoc verbis Ioannis esse putat. Esse autem Euangelistæ vobeam hanc prophetiam more suo ad Ioannem aci ómodare, comitas ex Marco 1. 2. & ex Luca tertio, quarto. Fax clamantis, hominis, est vox clamans Hebraismus. Nam קול קורא vocem Hebraice ambiguum est, intelligi, audiatur. Non solum Matthæus, Marcus, & Lucas hoc Iesiæ testimonium ad Ioannem accommodarunt, sed ipse quoque Ioannes se illam vocem esse clamantis in deserto, Ioannes primo, vigesimo tertio. Quem locum & in communem cum ad Iesiam, & supra vesiculo primo explicavimus. Nunc non explicandus, sed ad eum propositum applicandus est. Quod apud Iesiam dicitur de viis in asperto parandis, hic dicitur de animorum animis, qui cum incultæ lapidosæ essent, subvertuntur ea; ceremonia colenda, & emolliæ humilitate explanare, eosque dirigere, vt Christus per eos transiens, & in eos in cœlestes regnum ducens.

4. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum.) Miro lusu nostres Euangelistæ, Matthæus, Marcus, & Lucas Ioannis personam exprimunt, partim opinor, vt vitæ illius austeritatem commendent, partim vt rationem tacitus reddant, cur tam de se laudatorum opinionem confirmaverit, vt tam cum videndum omnes vbique confluerent, vertiginis quæro.

De pilis camelorum. Hæreticis, hominibus scilicet elegantibus, omnia in locum fecerat, locus, vestis, olim in loteis Pharaonem fecisse traditur, vestigium sit, qui in ipsorum conspectu apparet. Ex eius foliculine vebes fabricantur: ex pilis camelorum, prænostam illi vestem contexunt, lucubrata in marinos caneros consurrunt: reperta quæ inter illos fiunt, qui vellem ex pilis camelorum textam, vndularamque vestem interpretentur, qua reges olim vsos legimus. Divino factum consilio, vt omnes cognoscerent, quantum illi quo videbantur lapere, haberi cereberi. Qui paulo inter eos pœnitentiores sunt, vestem ex crudis camelorum pellibus confectam fuisse dicunt, minime tamen singularem, qualem nostis & cremitæ ostendunt, sed vulgarem & vilitatem, eum enim fuisse, qui per eum olim regionis communem habitum. Quis ita cornutus, lingularem fuisse vellem negare? non sane ego, neque quispiam nolunt, docent tamen Ioannem eo vestitu non illa religione, sed sola necessitate vsum fuisse. Omnes eorum interpretes non minus absolute Euangelistarum verbis consentiunt, cum Ioannes delectum, aut quia singularis, quæ nunc mos vulgi, quæ ipsius mos, ut erat? Cur non, vt eius sanctitatem commendarent? Cur populus eum contemnit, qui vt & virum & sanctum audiunt & monstrosum hominem videant, suo nimirum conscelli illorum stulticiam refutantes? Cur tignace dixit Euangelista vestem ex pilis camelorum, eorum autem pilis eam fuisse, in qua vestis pellucet non erat? Erat quidem vestis singularis, sed minime ingularis, meretque aspera & horrida. Fuisse vestis, nam est ex crudis & pilosa pelle fuisse credendum est. tamen notum erat. Eiusmodi similem aliquando gestasse, quatuo Regum primo, & tertio, & confirmabitur ex contrario, vt pelle meliore esse vestis, quam vestis. Omnes enim benignæ pretiosiores vestis, quam vestis extollere: Zonam igitur cum ex cruda pilosaque pelle fuisse, qualem fuisse vellem credendum est, aut horridam, aut certe quæ non habetur semper pœnitentiæ fuisse lumbos. [illegible] regem septimo. [illegible] quarto. 2 Regum 1. 8. 1 Regum 21. [illegible] genes 25. 30. 1 Paralip. 11. 12 & Iudith quinto, nono. Ita trigesimo primo, octavo tertio, &c. 4. & 2. [illegible]

37. & 49.3. Pollex in Ecclesia tanquam arma, vrait Hieronymus, pœnitentiæ vsurpatum. Illi quid sit non intelligunt. Sponsionem enim fecerim neminem vnquam neque Lutheranum, neque Calvinianum, ex quo à Domino illuminati sunt, cilicio vsum fuisse. Multi certe & graves auctores vestem Ioannis cilicium interpretantur, Emissenus homilia prima, de Ioanne Baptista, & Anselmus in hunc locum: ramoque ipsa persuadet. Conturbat enim vt qui pœnitentiam prædicabat, pro veste pœnitentiæ habitu vteretur.

Lutherani & Calvinistæ hoc loco ridentur.

Quales locustæ quibus Ioannes vescebatur, Leviticalis, vide Cantic. 1. 10.

Esca autem eius erat locusta.] Græce ἀκρίδες, quæ locustæ Latine propriè dicuntur, genus notum insecti, humiliter plerumque & saltando volitans, vnde & Gallice nomen habet. Nonnulli, vt dixi, hæreticorum marinos canetos interpretantur, quos capros cum aliis piscibus piscatores ad lordanis ripam ejicerent, quod, quia lege immundi erant Leuit. vndecimo, vendere non possent; Ioannes vero colligeret, eisque quammaxime pugnante lege, vteretur, vt Euangelicam, tam cum libertatem doceret, quæ mul tos eiborum discrimen admitteret. Quis enim dubitat Ioannem Baptistam Lutheranum aut Calvinianum fuisse? Mitror equidem tam ingeniosos homines à non Phasianis potius ex locustis aues, quam marinos fecisse cancros, cum eadem vtrumque facilitate, eademque impudentiæ arte fieri potuisset. Et vero nomen Græcum ἀκρὶς non magis cancros, quam perdices aut Phasianos significare potest, & illa vescens Ioannes, neque legem violasset, & minus eremita esse videretur, quod illi solum volum. Illud etiam miror homines impudentes, qui tantopere quadragesimam nostram exhorrescunt, non timuisse, ne pro vna quadragesima duas, alteram ex Christi ieunio, alteram ex Ioanni cancris faceremus. At non omnes Catholici locustas insectum animal interpretantur, fateor, sed quia non malo, vt illi scripserunt animo, vt Ioannis sanctitatem extenuarent, sed quod cibum nobis insuetum & horrendum esse iudicent, digni sunt excusatione. Nec enim ignoro quosdam iam olim auctores herbas, ne scio quales, interpretatos Euthymio & Theophylacto referentibus, aliospyra sylvestria, alios arborum, frondiumque summas partes, quæ καὶ τὰ ἄκρα τῶν φύλλων, quod extremæ sunt ἄκρα τῆς appellentur, vt Nicephoro placuit libro primo capite decimo quarto, Sed hi ipsi, si legissent locustas animalia infecta apud Orientales vilissimo quidem, sed tamen cibi fuisse, quod Plinius libro 11. capite vigesimo nono, & Plutarch. in Symp. scribunt, & ex Aristophane poeta colligitur, de illis hunc locum exposuissent. Certe si in cibo non fuissent, non eas Moses Leuit. 11. 22. inter immunda animalia quibus vesci fas erat, numerasset. Nos quia non vidimus, abhorremus, atque profecto, si non vidissemus, ab esu limacum, fucorum & formicarum abhorreremus. Et tamen alicubi vix alium in hospitio cibum, quam limaces inuenias. Et facis qui vetererentur, sæpe ego vidi, & apud Indos formicas in deliciis esse, & Plinius scribit, & ex nostrorum, qui illic sunt, literis intelligimus. Atque ita hinc locum omnes fere veteres auctores sunt interpretati, Origenes homilia 11. in Lucam, Hilar. can. 1. Ambr. libro secundo in Lucæ capite tertium Chrysost. homilia secunda in Mar. Auctor imperfecti, hom. 3. Augustin. lib. 3. confess. cap. 3.

In deserto.

Quale mel Ioannis.

Mel sylvestre.] In regionibus calidioribus tanta apum copia esse solet, vt ceræ alueariis capi non possint, in sylvas aufolent, & aut in arborum truncis, aut in rupium fissuris mellificent. Vidi ego in Rætica hominespauperes, qui hoc ex sylvis colligendo, vendendoque melle quotannis factitarent. Id in Palæstina multum fuisse credendum est, & quia calida & fertilis erat regio, & quia Deus sæpe vocat terram lacte & melle manantem. Exod. 3. 8. 17. & 13. 5. & 33. 3. & Leuit. 20. 24. Numer. 13. 28. & 14. 8. & Deu. 6. 2. & 11. 9. & 26. 9. 15. & 27. 3. & 31. 20. Iosuæ quinto, sexto: & quia ex facto Iosuæ, primi Regum decimo quarto, vi gesimo septimo manifestum est, mel à rupibus ceræ fluxisse. Quod autem quidam bonietiam auctores tradiderunt mel fuisse amarum, & ori infuse, experius non credo. Sapit quidem plerumque naturam florum, quibus apes pascuntur, & arborum, in quarum truncis confectum est, semper tamen est mel, id est, dulce. Minus est probabile est, quod Suidas, & alii nonnulli auctores putauerunt hoc nomel, sed nescio quem rorem fuisse, quo Ioannes, tuc etiam in deserto populus alatus sit.

Quales locustæ quibus Ioannes vescebatur, Leviticalis, vide Cantic. 1. 10.

Esca autem eius erat locusta.] Græce ἀκρίδες, quæ locustæ Latine propriè dicuntur, genus notum insecti, humiliter plerumque & saltando volitans, vnde & Gallice nomen habet. Nonnulli, vt dixi, hæreticorum marinos canetos interpretantur, quos capros cum aliis piscibus piscatores ad Iordanis ripam ejicerent, quod, quia lege immundi erant Leuit. vndecimo, vendere non possent; Ioannes vero colligeret, eisque quammaxime pugnante lege, vteretur, vt Euangelicam, tam cum libertatem doceret, quæ multos eiborum discrimen admitteret. Quis enim dubitat Ioannem Baptistam Lutheranum aut Calvinianum fuisse? Mitror equidem tam ingeniosos homines à non Phasianis potius ex locustis aues, quam marinos fecisse cancros, cum eadem vtrumque facilitate, eademque impudentiæ arte fieri potuisset. Et vero nomen Græcum ἀκρὶς non magis cancros, quam perdices aut Phasianos significare potest, & illa vescens Ioannes, neque legem violasset, & minus eremita esse videretur, quod illi solum volum. Illud etiam miror homines impudentes, qui tantopere quadragesimam nostram exhorrescunt, non timuisse, ne pro vna quadragesima duas, alteram ex Christi ieunio, alteram ex Ioanni cancris faceremus. At non omnes Catholici locustas insectum animal interpretantur, fateor, sed quia non malo, vt illi scripserunt animo, vt Ioannis sanctitatem extenuarent, sed quod cibum nobis insuetum & horrendum esse iudicent, digni sunt excusatione. Nec enim ignoro quosdam iam olim auctores herbas, ne scio quales, interpretatos Euthymio & Theophylacto referentibus, aliospyra sylvestria, alios arborum, frondiumque summas partes, quæ καὶ τὰ ἄκρα τῶν φύλλων, quod extremæ sunt ἄκρα τῆς appellentur, vt Nicephoro placuit libro primo capite decimo quarto, Sed hi ipsi, si legissent locustas animalia infecta apud Orientales vilissimo quidem, sed tamen cibi fuisse, quod Plinius libro 11. capite vigesimo nono, & Plutarch. in Symp. scribunt, & ex Aristophane poeta colligitur, de illis hunc locum exposuissent. Certe si in cibo non fuissent, non eas Moses Leuit. 11. 22. inter immunda animalia quibus vesci fas erat, numerasset. Nos quia non vidimus, abhorremus, atque profecto, si non vidissemus, ab esu limacum, fucorum & formicarum abhorreremus. Et tamen alicubi vix alium in hospitio cibum, quam limaces inuenias. Et facis qui vetererentur, sæpe ego vidi, & apud Indos formicas in deliciis esse, & Plinius scribit, & ex nostrorum, qui illic sunt, literis intelligimus. Atque ita hinc locum omnes fere veteres auctores sunt interpretati, Origenes homilia 11. in Lucam, Hilar. can. 1. Ambr. libro secundo in Lucæ capite tertium Chrysost. homilia secunda in Mar. Auctor imperfecti, hom. 3. Augustin. lib. 3. confess. cap. 3.

In deserto.

Quale mel Ioannis.

Mel sylvestre.] In regionibus calidioribus tanta apum copia esse solet, vt ceræ alueariis capi non possint, in sylvas aufolent, & aut in arborum truncis, aut in rupium fissuris mellificent. Vidi ego in Rætica hominespauperes, qui hoc ex sylvis colligendo, vendendoque melle quotannis factitarent. Id in Palæstina multum fuisse credendum est, & quia calida & fertilis erat regio, & quia Deus sæpe vocat terram lacte & melle manantem. Exod. 3. 8. 17. & 13. 5. & 33. 3. & Leuit. 20. 24. Numer. 13. 28. & 14. 8. & Deu. 6. 2. & 11. 9. & 26. 9. 15. & 27. 3. & 31. 20. Iosuæ quinto, sexto: & quia ex facto Iosuæ, primi Regum decimo quarto, vi gesimo septimo manifestum est, mel à rupibus ceræ fluxisse. Quod autem quidam bonietiam auctores tradiderunt mel fuisse amarum, & ori infuse, experius non credo. Sapit quidem plerumque naturam florum, quibus apes pascuntur, & arborum, in quarum truncis confectum est, semper tamen est mel, id est, dulce. Minus est probabile est, quod Suidas, & alii nonnulli auctores putauerunt hoc nomel, sed nescio quem rorem fuisse, quo Ioannes, tuc etiam in deserto populus alatus sit.

Esca autem eius erat locusta.] Græce ἀκρίδες, quæ locustæ Latine propriè dicuntur, genus notum insecti, humiliter plerumque & saltando volitans, vnde & Gallice nomen habet. Nonnulli, vt dixi, hæreticorum marinos canetos interpretantur, quos capros cum aliis piscibus piscatores ad Iordanis ripam ejicerent, quod, quia lege immundi erant Leuit. vndecimo, vendere non possent; Ioannes vero colligeret, eisque quammaxime pugnante lege, vteretur, vt Euangelicam, tam cum libertatem doceret, quæ multos eiborum discrimen admitteret. Quis enim dubitat Ioannem Baptistam Lutheranum aut Calvinianum fuisse? Mitror equidem tam ingeniosos homines à non Phasianis potius ex locustis aues, quam marinos fecisse cancros, cum eadem vtrumque facilitate, eademque impudentiæ arte fieri potuisset. Et vero nomen Græcum ἀκρὶς non magis cancros, quam perdices aut Phasianos significare potest, & illa vescens Ioannes, neque legem violasset, & minus eremita esse videretur, quod illi solum volum. Illud etiam miror homines impudentes, qui tantopere quadragesimam nostram exhorrescunt, non timuisse, ne pro vna quadragesima duas, alteram ex Christi ieunio, alteram ex Ioanni cancris faceremus. At non omnes Catholici locustas insectum animal interpretantur, fateor, sed quia non malo, vt illi scripserunt animo, vt Ioannis sanctitatem extenuarent, sed quod cibum nobis insuetum & horrendum esse iudicent, digni sunt excusatione. Nec enim ignoro quosdam iam olim auctores herbas, ne scio quales, interpretatos Euthymio & Theophylacto referentibus, aliospyra sylvestria, alios arborum, frondiumque summas partes, quæ καὶ τὰ ἄκρα τῶν φύλλων, quod extremæ sunt ἄκρα τῆς appellentur, vt Nicephoro placuit libro primo capite decimo quarto, Sed hi ipsi, si legissent locustas animalia infecta apud Orientales vilissimo quidem, sed tamen cibi fuisse, quod Plinius libro 11. capite vigesimo nono, & Plutarch. in Symp. scribunt, & ex Aristophane poeta colligitur, de illis hunc locum exposuissent. Certe si in cibo non fuissent, non eas Moses Leuit. 11. 22. inter immunda animalia quibus vesci fas erat, numerasset. Nos quia non vidimus, abhorremus, atque profecto, si non vidissemus, ab esu limacum, fucorum & formicarum abhorreremus. Et tamen alicubi vix alium in hospitio cibum, quam limaces inuenias. Et facis qui vetererentur, sæpe ego vidi, & apud Indos formicas in deliciis esse, & Plinius scribit, & ex nostrorum, qui illic sunt, literis intelligimus. Atque ita hinc locum omnes fere veteres auctores sunt interpretati, Origenes homilia 11. in Lucam, Hilar. can. 1. Ambr. libro secundo in Lucæ capite tertium Chrysost. homilia secunda in Mar. Auctor imperfecti, hom. 3. Augustin. lib. 3. confess. cap. 3.

iram appellet. Et quia salmi & regno ecclorũ, quod appropinquare dixerat, opponitur, & quia quod hic Matthæus venturam iram vocat, Christus ca. 23. 33. iuditium gehennæ appellat.

8. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.*] Græca cõstructio [illegible] ἄξιον τῆς μετανοίας, id est, ostendite vos non simulare venire. Fructus pœnitentiæ dignos appellat omnia externa signa, ex quibus vera animi pœnitentia cognosci potest, quales sunt lacrymæ, præteritorum peccatorum detestatio, bona opera præcedentibus contraria.

9. *Et ne velitis dicere intra vos.*] Facilius est hoc loco sensum interpretari quam verba. Nam sensum quidem hunc esse constat. Nolite censere & securi esse, quod filij sitis Abrahæ, quasi id satis vobis ad salutem futurum sit. Operibus vobis opus est. Et si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Ioann. 8. 39. Verba autem Græca sunt obscura, [illegible] ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς. Ne existimaueritis dicere, aut ne vili fueritis dicere in vobismetipsis. Quod intuitu animi dicendi genus est, & de medio, vt opinor, sumptum: sicut & illud Lucæ 7. 8. [illegible] ἄνθρωπος ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, *homo potestati dicto*, quod idem valet, ac si dicerit, desinite dicere: sicut Gallice, *ne vous mettez point à dire*, &c. *laissez de dire*: & Hispanice, *Dexar de dezir*. Credendum est autem idem hoc loco Matthæum alio verbo dicere voluisse, Ne videamini dicere, id est, ne ostendatis vos dicere, filij Abrahæ sumus: Ne ostendatis vos contentos esse, quod vos filios Abrahæ dicere possitis. Ne sitis contenti nomine, sed digna nomine opera factaque adhibete. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Hanc vim habent tria illa verba, magnio, vt mihi videtur, delectu ab Euangelista vsurpata, *ἄρξησθε* videri, *ἄρχομαι* dicere: vtrumque enim verbum opponitur veritati, & *ἑαυτοῖς* in vobismetipsis, id est, non reuis & factis sed opinione & verbis docentes vos filios esse Abrahæ. Eodem sensu D. Paulus videtur verbum [illegible] vsurpasse ad Heb. 4. 1.

Potens est Deus lapidibus.] Veros significat lapides, ex quibus non minus potuit Deus filios Abrahæ fiscare, quam potuit Adam ex terra. Euam ex latere Adam Genes. 2. 22. filium Abrahæ Isaac ex mortua iam vulua Sarę Genes. 17. 417. & Roman. 4. 19. Eo enim Euangelista videtur alludere. Simul tamen spectat ad vocationem gentium, ex quibus Deus, quasi de rudibus & impolitis lapidibus filios Abrahæ, id est, ndeles facturus erat, vt Hieronymus, & omnes veteres auctores interpretantur. Nihil magis dillat à vita & ratione, quam lapis. Nihil difficilius, quam ex lapidibus homines, aut simile quidquam facere. Vtitur ergo eli in exemplum re omnium difficillima, vt docerer, nihil Deo esse difficile, vt capite quarto verdo. *Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant*: Et Lucæ decimo septimo, quadragesimo. *Si hi tacuerint lapides clamabunt*: Et Deuteronom. 32. 13. vt *sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo*. Quod autem Remigius refert dixisse quosdam, Ioannem hæc dicentem eos demonstrasse lapides, quos olim Hebręi sordanem trauicientes in sempiternum monimentum erexerunt, Iosu. 4. 7. non est credmu necessarium, & nimis sententiam restringit. Illud malim obseruari, fuscitare filios, Hebraicam esse locutionem הקים בנים, quæ plus quam gignere significat, nempe, gignere, vnde videntur gigni non posse. Sic frater viuus fratri mortuo semen suscitare dicebant, quod mortuus quo dam modo gignere videretur Genes. 38. 8. Deuteronom. 25. 5. 6. Ruth. 4. 10.

10. *Iam enim securis ad radicem arborum posita est.*] Quinque hoc loco sunt verba translata, ideoque difficilia. Securis, radix, arbor, excindi in ignem mitti. Arborem hominem significare manifestum est, vt infra, capite duodecimo trigesimo octauo, *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut arborem malam, & fructum eius malum*, & Lucæ decimo tertio, 6. quid cætera significent non ita est facile. Nam securim quidam verbum Dei, & virtutem Euangelij, radicem vniuscuiusque fidem interpretantur, vt Irenæus libro quinto capite decimoquinto, & Hieronymus in commen. Alij securim mortem, radicem vitam, vt Athanas. quæst. 43. & alij quorum Euthymius meminit. Alij securim Christum, vt Gregor. homil. 20. in Euangelia. Mihi facilis videtur esse sensus. Securim vocat drumum medium, quod omnia ad vnum refecat, vt ex circumstantia apparet, *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excinditur, & in ignem mittetur.* Securis ergo vocatur terribilis, & præcisa illa sententia, *Ite maledicti in ignem æternum*, capite 25. 41. Arbor hoc loco est Iudæus, de illis enim loquitur: radix est Abraham, ex qua omnes Iudæi, tanquam diuersæ arbores, erant propagati. Probat enim Ioannes non debere eos contentos esse, quod filij essent Abrahæ, neque in radice sua confidere, quæ paulo post excindenda sit. Confidant in Christo & bonis operibus, quæ excindi non possunt. Hæc apte ad hunc locum hærent. Atque ad hunc fermè modum Hilar. Chrysostom & Theophylact. intelligunt. Illud tamen videtur esse difficile, quomodo Abraham excindendus esse significetur. Respondeo Ioannem non dicere: ipsam radicem excindendam esse, sed arbores eas, quæ non fecerint fructum bonum. Cur ergo securis ad radicem ponitur? non vt ipsa radix, sed vt ab radice, hoc est, radicitus arbores præscindantur, quo sensu ipsa etiam radix quodammodo præscindatur. Dicuntur autem Iudæi ab Abrahamo, quasi a radice sua præscindi, quando diuina sententia declarantur non esse vere filij Abrahæ, quod non eius fidem, operaque fuerint imitati: *Non enim, qui sunt ex Israhel, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis*, Romanor. 9. 7. 8. & Galat. 4. 22. Cur igitur nunc securis ad radicem posita dicitur, quasi ante non esset? Nam & ante, qui fidem & opera Abrahæ non imitabantur, non minus quam non excindebantur. Testes sunt Dathan & Abiron, Numer. 16. 31. testes tot millia in deserto prostrata, Numer. 26. 65. 1. Corinth. 10. 5. Respondeo propterea nunc excindi, non ante, quoniam ante aliquid mutabat Iudæos esse filios Abrahæ secundum carnem: quia propterea lex illis data est, quæ aliis gentibus non est data, & poterant facilius per legem, quam sine lege salui esse, vt docet D. Paulus Romanorum tertio. 1. 2. *Quid ergo amplius Iudæo est, aut quæ vtilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum, quia credita sunt illi eloquia Dei.* Post Christi autem aduentum nihil prorsus iuuat, quia Euangelium non magis illis, quam cæteris gentibus prædicatur. *Lex & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam.* post Ioannem autem Baptistam, *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* 11. 12. Itaque si Abrahamum non imitentur, excinduntur a radice, & in ignem mittuntur, id est, non magis filij Abrahæ, quam gentes iudicantur. Gentes autem excindi non dicuntur, quia nunquam in radice fuerunt: id est, nunquam filij Abrahæ secundum carnem.

11. *Ego quidem baptizo vos in aqua.*] Ego, qui homo tantum sum, aqua vos tantum baptizo, & corpora solum lauo.

In pœnitentiam.] Vt pœnitentiam agatis per eam q̃ præparati cum recipiatis, qui post me venturus est. Monet enim vos baptismus meus, vt quemadmodum aqua corpus abluit: ita vos cordis animos vestros à peccatorum macula abluere.

Qui autem post me venturus est.] Ingressum, qui post me venit: significat enim iam natum esse, propeque aduenturæ, id est Christus.

Fortior me est. [illegible] potentior, maiorisque virtutis est, ita prosus, vt dignus ego non sim eius calceamenta portare, id est, vel vilissima in re illi seruire. Eandem sententiam alij Euangelistæ Marc. capite 1. 7. Luc. capite 3. 16 & Ioan. capit. 1. 26. 27. diuersa phrasi expressernnt: nec enim ipsa Ioannis verba, sed sensum recitare voluerunt. Sensus autem idem est, quia vtraque phrasi abiectissimum declaratur ministerium: quemadmodum si Gallice quis dicet, non sum dignus portare tibi librum: alius vero: non sum dignus ingredi in scholam tuam, vterque diuersa phrasi idem significaret, se non esse dignum, qui discipulus eius sit. Ea phrasi, qua Matthæus vtitur portare calceamenta, aut [illegible] sandalia, aut soleas, sumpta est ex Hebræorum consuetudine, qui sacratiorem locum ingressuri calceos ponebant, quod nunc Turcæ & Africani faciunt, vt Exod. 3. 5. & Iosue. 5. 15. perspicuum est. Qui ergo illustriores erant, pœnam habebant, qui calceos, cum posiissent, portaret, quemadmodum nunc apud nos post viros paulo nobiliores vilissimus puer crepidas portat. Ad eam consuetudinem Matthæus alludit. Alij vero Euangelistæ ad formam calciatus: nam in calidioribus regionibus calcei soleis tantum inferne constabant, superne ligabantur vinculis, quæ à Græcis [illegible] ἱμάντες, à Latinis crepidæ dicebantur. Itaque soluendæ erant, antequam extrahi possent. Ex parte igitur totũ significatur, id est, ex vinculorum solutione tota excalceatio: sicut Galli dicunt, non sum dignus illum excalceare. Itaq; quod Cosmas Græcus auctor scribit, quemadmodum in Græca Catena citatum inuenio, corrigiam illam, quam Ioannes se soluere non posse dicit, coniunctionem humanæ diuinæque in Christo naturæ esse, quam nemo soluere, nemo enodare, nemo explicare possit: generationem enim eius quem posse enarrare? magis mysticum, quam literale est. Hic ergo tantus me fortior, ac maior, quia non homo tantum, sed etiam Deus est, baptizabit vos Spiritu sancto & igne, id est, non solum corpora, vt ego aqua: verum animos etiam vestros effuso Spiritu sancto purgabit, diuinoque inflammabit igne. Hic huius loci verus & simplex sensus est. quemadmodum, vt postea dicemus, omnes auctores veteres explicarunt. Neque longiore opus fuisset commentario, nisi noui hæretici, sicut alia multa, ita etiam hunc locum peruersissima interpretatione depranassent. Ioannes, inquiunt, baptismi sacramentum instituit, à Christi baptismo nulla re diuersum, nisi quod alia dabatur manu: vterque ex aqua, vterque ex Deo, vterque in pœnitentiam, vterque in remissionem peccatorum, vterque in nomine Christi, vterque eadem fidei confessionem requirebat, vterque eadem doctrina tradebatur, neque à Ioanne Christus alium baptismum, quam suum recipere voluisset. Vtinam possemus tam breues esse, quam cupimus, sed cum de fide agitur, genus quoddam perfidiæ est, aut hæreticis parcere, aut nimis esse brevem. Si certi essemus fore, vt breui tempore Scholas Theologicas in lucem ederemus, ad eas lectorem mitteremus, vbi iam diu satis, vt arbitror, cognosse, hunc errorem refutaremus. Quæ eundem Ioannis & Christi baptismum fuisse putant, neque quid hoc loco Ioannes dicat, neque cur dicat, vllo modo videntur intelligere. Quorsum enim de baptismo Christi mentionem inferret, nisi vt ex diuersa baptismi conditione diuersam personæ suæ, & Christi conditionem probaret? Perfuasum habebant Iudæi fore, vt Christus cum veniret, baptizaret, Ioan. 1. 25. videbant baptizare Ioannem, incipiebant dubitare an esset Christus. Propterea mittunt ad eum sacerdotes & Leuitas, vt interrogent, *Tu quis es?* de baptismo cum eo disputent, Ioannis primo, decimonono, vigesimoquinto. *Existimante autem populo* (inquit Lucas) *& cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes dicens omnibus, ego quidem aqua baptizo vos, venit autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ille vos baptizabit Spiritu sancto & igne.* capite 3. 15. 16. Probat vtique ex effectu baptismi se non esse Christum, quod ipse sola aqua, Christus Spiritu sancto, ipse corpora, Christus animos lauet. Non loquitur inquiunt hæretici, de Christi in aqua baptismo, sed de efusione Spiritus sancti die Pentecostes. Esto, de illa loquatur, negari tamen, nisi impudenter, non potest, de Christi quoque in aqua baptismo loqui, de quo Christus ipse dicit. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Ioannis ergo, quinto. Nam quod illorum quidam negant, ea loco agi de baptismo, tam est absurdum, vt refutari non debeat. Baptizare Christo ex aqua & Spiritu sancto, sicut homo ex corpore & animo constat. Ioannis baptismus ex sola aqua constat, neque enim vt ipse testatur, confert Spiritum sanctum; non igitur idem est. Præterea, cum Ioannes dicit, *Ille vos baptizabit Spiritu sancto & igne*, manifestum est ex Ioannis capite tertio, quinto, intelligendum esse, *non tantum aqua*, quasi dicat. Ille vos baptizabit non tantum aqua, sed etiam Spiritu & igne; ergo è contrario cum dicit, *ego baptizo vos aqua*, eadem particula, *tantum*, intelligenda est. Quod id ita est, baptismum suum Christi baptismo longe inferiorem facit. Hanc etiam vim habet illud epitheton, *Fortior est me, cui enim potentior me ponit, quam meliorem, sanctiorem, maiorem appellauit*; nisi quis probare volebat, se non posse per baptismum suum facere quod ille facturus erat? Præterea Ioannes dicit se baptizare in pœnitentiam Marc. 1. 4. Luc. 3. 3. Actor. 19. 4. ideoque baptismus pœnitentiæ vocatus est, quod de Christi baptismo nusquam legimus. Quia nimirum baptismus Ioannis non tam acta, sed vt agerentur baptismus Christi non vt ageretur, sed iam acta pœnitentia conferebatur. Ioannes non dicitur prædicare pœnitentiam & baptismum, sed baptismum & pœnitentiam, aut quod idem est, baptismum pœnitentiæ, quia baptismus præcedebat, pœnitentia sequebatur. At Christi autem baptismo Petrus non dicit, baptizetur vnusquisque vestrum, & pœnitentiam agat; sed *pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum*. Actor. 2. 38. quia baptismus sequebatur, pœnitentia præcedebat. Non idem igitur erat. Quod autem clarius poterit testimonium esse, quam quod is, qui Ioannis baptismum acceperant, iubentur interim à Paulo baptizari? Actorum decimonono, quinto. Negant nonnulli ex illis bonis interpretibus Ephesios quos Paulus denuo baptizari iubet, Ioannis baptismum accepisse. At illi ita non sunt. Veris magis credemus? Interrogat enim à Paulo, *In quo ergo baptizati estis?* Respondent, *In Ioannis baptismate*. Inter pœnitentiæ homines eos baptizatos fuisse baptismo Ioannis, id est, doctrina Ioannis ubi vos baptizati enim est illis docere. Primum quidem ab illis ex gratia, vt aliquo exemplo doceant baptismum accipi pro doctrina; nec enim illa tantum fuisse sectatoribus verbi Dei, nisi verbo Dei notum illam Grammaticam probantibus, volumus eos edere, quod facturos non fecerunt. Pudficent à nobis, vtinam illa locum obtinuissemus, quem fram maduertissent, magna nobis confidentia iam diu obiecissent. Interrogat Christus principes sacerdotum Matth. 21. 25. *Baptismus Ioannis vnde erat, ex cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes, si dixerimus ex cælo, dicet nobis, quare ergo non credidistis illi?* De baptismo interrogati, quasi baptismus & quidem ille Ioannis, de quo disputamus & doctrina idem essent, de doctrina respondent. At homines cauti non quid Christus interrogaret, sed quorsum interrogaret, considerant. Sciebant enim doctrinam non eo dem esse, sed conuenire cum baptismo esse oportuisse. Nam cum intelligerem neminem, nisi à Deo missum ba-

De Ioannis baptismo contra hæreticos.

Non idem Christi & Ioannis baptisma.

Baptismus Ioannis fuerit vnus ex baptismatibus.

ptizare potuisse, eisque baptismum diuinum do-
ctrinæ testimonium, videbant se baptismum pro-
bare non posse, doctrinam repudiare. Baptismum
in sacris literis pro igne, pro morte, pro afflictione
positum legimus pro doctrina non legimus. Si Am-
brosium legissent, magnum se auctorem sententiæ
suæ habere existimarent. Sic enim libro primo de
Spiritu sancto capite tertio loquitur, *Ergo ipse* (Ephe-
sij) *quia nec in Christi nomine, nec cum fide Spiritus san-
cti baptizati erant, non poterant accipere baptismatis
sacramentum: baptizati sunt ergo in nomine Iesu Chri-
sti, nec iterata est in his baptisma, sed renatum.* At
Ambrosius non negat illos fuisse baptismo Ioannis
baptizatos, sed baptismi sacramentum accepisse,
quod iterari non potest. Vnde postea sequitur, Io-
annis baptismum, quem accepisse illos confitetur,
cum sacramentum non fuerit, a Christi baptismo,
quod sacramentum erat, fuisse diuersum, vt paullo
post ex eodem Ambrosio demonstrabimus. Alij
baptizatos baptismo Ioannis concedunt, verum
vero baptizatos negant. Quos non minus quam al-
teros Lucæ verba redarguunt. *Hi quippe Actor de-
cimonono, quinto, audita baptizati sunt in nomine
Domini Iesu.* Iam dixerant se Ioannis baptismate bap-
tizatos. His autem auditis, non in nomine Ioannis,
sed in nomine Iesu, id est, non Ioannis, sed Christi
baptismum recipiunt. Quid clarius dici potuit?
quid vero est, *Hi audita*, cum audissent ex Paulo,
aliam esse Ioannis, aliam Christi baptismum, nec
baptismo Ioannis homines Christianos, sed poni-
tentes, & catechumenos fieri, *Ioannes* (inquit versi-
culo quarto) *baptizauit baptismo pœnitentiæ populum,
dicens, in eum, qui venturus esset post ipsum vt crederent,
hoc est, in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine
Iesu.* Interpretatur hæreticus baptizatos in nomine
Iesu, id est, Christi doctrina instructos fuisse. Sed &
iam probauimus baptismum nunquam accipi pro
doctrina, & ex ipsorum opinione, atque ex hoc ipso
loco manifestum est. Si enim baptizari, fuit doceri,
non potuerunt Ioannis baptismum sine baptismo
Christi recipere, quia, vt illi dicunt, hæc ritus Ioan-
nis & Christi idem erat, quia eadem in vtroque
doctrina tradebatur. Deinde si illem fuisset do-
ceri, ac baptizari, non dixisset Lucas, *hi audita bap-
tizati sunt*, Audire enim non doceri, & si doceri
fuit baptizari, perinde est ac si dixisset, baptizati ba-
ptizati sunt, ridicula profecto verborum. Deinde si
doceri fuit baptizari, ergo cum illi Ephesi secundo
baptizati dicuntur, à Paulo fuisse baptizati. Nam ab
illo doctissimi ac Lucas manifeste indicat, non fuisse
à Paulo baptizatos. *His auditis baptizati sunt, & cum
imposuisset illis manum Paulus, venit Spiritus sanctus su-
per eos.* Si a Paulo baptizati fuissent, non dixisset, *Ba-
ptizati sunt, & cum imposuisset illis manum Paulus*, sed
cum illos Paulus baptizasset, & manus eis impo-
suisset. Denique cum eodem loco bis baptizati fu-
isse dicantur, primum Ioannis baptismate, deinde, in
nomine Iesu, cum est indubitati eodem verbum in eo-
dem loco possum diuersa significatione interpretari?
Error his ipse argumentis nouitate. Nam ante-
quam noui isti Euangelistæ venirent, nemini in
mentem venerat dicere, Ioannis & Christi eundem
fuisse baptismum, contra vero non interrogati,
non vlla coacti disputatione, omnes quotquot fue-
re veteres auctores negarunt, Iustinus quæst. ad
Orthod. 37. Tertullianus in libro de bapt. Origen.
libr. 5. in epist. ad Romanos cap. vltimo, & tertio
sexto in Ioan. Optatus libro quinto aduersus Par-
menianum, Chrysostom. homilia decima in Mat-
thæum, & homilia prima in Mar. Author imperfect. ho-
mil. 3. Ambros. libro 2. in Luc. capite 3. & in præf.
in Psalm. 37. & serm. 16. in Psalm. 118. Athanas.
quæst. 142. Gregor. Nazianzen. oratione in sancta Io-
annis Baptistæ exhortatione ad baptismum, & in ora-
tione de baptismo Ioannis. Hieronymus aduersus Lu-

A ciferianos. Cyrillus Alexandrinus libro secundo, in
Ioann. capite 57. Augustin. sexcentis pene locis, illu-
strores indicabo, libro secundo, contra literas Pe-
tiliani capite 37. & libro 3. capite 10. libro 5. de bapt.
contra Donat. capite 9. 10. 15. in Enchir. capite 69. e-
pistola 48. Gregorius homilia 20. in Euangel. vt pos-
teriores Bedam, Theophylactum, Oecumenium,
Anselmum præteream. Poetas nobis Prudentium, & Iuuencum aliquem obiecisti, qui vterque ba-
ptismum Ioannis Christi baptismo videntur æqui-
parare. Peccata enim remissse dicunt. Possem re-
spondere, non subsistere, sed poetice locutos: sed
non opus est poeti sententiam excusare, cum possi-
mus in bonam partem interpretari. Multi enim ve-
B teres auctores eodem modo locuti sunt, qui iisdem
tamen negant eundem Christi atque Ioannis fuisse
baptismum, in quibus Basilius in hom. de baptismo
Ioannis, Chrysostom. homil. prima in Matthæum,
Augustin. libr. 5. de baptismo contra Donat. cap. 10.
Gregor. homilia 20. in Euangel. Beda in 3. cap. Luc.
Theophylact. hoc loco. Dicunt enim, baptismum
Ioannis datum fuisse in pœnitentiam in remissio-
nem peccatorum Luc. 3. 3. non quod per illum pec-
cata remitterentur, sed quod ad pœnitentiam exci-
taret per pœnitentiam vero aut tunc, aut post Chri-
sti accedente baptismo remitterentur. Propterea
non legimus Ioannis baptismum remissionis pec-
catorum, sed baptismum pœnitentiæ in remissio-
nem peccatorum appellatum, quia non per illum,
C sed per subsequentem, aut præcedentem pœnitenti-
am peccata remittebatur. Nec opus est cæteris
hæreticorum argumentis respondere, de quia non
fictulas, sed commentarios serbamus, & quia adeo
infirma sunt, vt ipsa per se confirmata veritate con-
cidant. Eodemque consilio illis quoque quæstio-
nes, quas à Theologorum potius scholis petendæ
sunt, prætermittamus. Num Ioannis baptismus fue-
rit sacramentum, num certa verborum forma da-
tus, num ad veterem, an ad Euangelicam legem
pertineret, & il quæ sunt simlies.

Et igni.] Sunt qui igneum hoc loco purgatorium
interpretentur, quo homines post mortem quo-
dammodo baptizantur, id est, à peccatorum macu-
lis, si quas adhuc habent, abluuntur, vt Orig. tract.
D 5. in Matth. & homilia 24. in Luc. & Hilar. & Hiero-
nymus hoc loco. Sed dubium non est, quin per ignem
Spiritus sanctus significetur. Coniunctio enim, &
hic non est coniunctiua, sed explicatiua. Addenda au-
tem est explicatio, vt non qualiscunque Spiritus
sancti communicatio, sed illa illustris flamma, quæ die
Pentecostes specie ignis facta est, significaretur. Ar-
gumentatur est, quod cum Christus de solo bapti-
smo aquæ agat Ioann. 3. 5. hanc explicationem non
admit.

13. *Tum venit Iesus à Galilæa in Iordanem.*] Cur Chri-
stus à Ioanne, dominus à seruo baptizari voluerit,
vtumi ipse versicul. 15. rationem declarat, vt illi
tium omnem impleret; alias valde probabiles anti-
qui Theologi tradiderunt. Primam, vt hoc ratione
testimonium Christo de cœlo præberetur, vt Hiero-
nymus ait. Hæc enim potissimum de causa Ioan-
nes iussus est baptizare, vt confitentibus vndique
ad eum populis Christum illis offenderet. Secun-
dam, vt Ioannis baptismo auctoritatem daret. Ter-
tiam, vt eare ad eum baptismum homines alliceret,
& vt ait Augustinus, ne homines grauarentur ad
baptismum domini venire, cum non grauaretur
Dominus venire ad baptismum serui. Quartam, vt
aquas suscipiendo baptismo sanctificaret, Epipha-
nius in Anachor. Addere possumus voluisse Chri-
stum, antequam doceret, quo dam modo natura, &
(vt ita dicam,) se ipsum Christum doctum, Chri-
stianum fieri, & quo modo Ioannis baptismus facere
Christianum posset, quia viam ad Christum præ-
monstrabat. Illud certe, non necessitate vlla agendæ

pœni-

Cur Christus à Ioanne baptizari voluit.

pœnitentiæ baptismum accepisse eum, qui pecca-
A tum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius;
sed potius, vt peccata nostra in deserum, sicut olim
hircus, de portaturus in pœnitentia & peccatorum
baptismo peccatoris personam induerit.

14. *Ioannes autem prohibebat eum.*] Prohibebat,
quia sciebat eum baptismo non indigere, & quia, si
non indigens baptizari vellet, si tamen, vt illum ba-
ptizaret, merito indignum iudicabat. Hoc est. *Ego à
te debeo baptizari, & tu venis ad me?* ex quo perspi-
cuum est, Ioannem Christum, quis esset, cognouis-
se. Quod manifestius ex Ioann. est capite 1. 29. 30. *Al-
tera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, ecce
Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo di-
xi, post me venit vir, qui ante me factus est.* Vnde natu-
ritur quæstio, quomodo idem Ioannes vers. 33. dicat.
*Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mi-
hi dixit, super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, ille est qui baptizat in Spiritu san-
cto & igni.* Nostri hæretici pene hæreticum D. Ioan-
nem faciunt, quasi antequam de descensu Spiritus
sancti doceretur, non satis fidem de Christo opti-
monem habuerit. Augustin. quem Strabus & Lyra-
nus secuti sunt, cognouisse quidem ante esse Chri-
stum, sed non cognouisse eum sibi potestatem in-
igne baptizandi solii referuatum, donec Spiritum
super eum videt descendentem. At eius dixerat, *Ille
vos baptizabit Spiritu sancto & igni.* Itaque mediat, vt
mihi videtur. Chrysostomus homilia decima sexta,
in Ioannem Euthymius & Theophylactus, Ioann.
1. 33 semper eum redemptorem Dominique, & quic-
quid erat cognouisse, cum ad eos adnumeraret, ut
vtero etiam matris exultasset, sed de facie non co-
gnouisse, antequam ad baptismum veniret, cum
Christus in Nazareth, & in Aegypto, ipse in solici-
dine totam ante vitam transegisset. Simul autem atque
vidit, diuino afflatu cognouit illum ipsum esse,
quem natum sciebat, quem post se venturum, & in
Spiritu & igne baptizaturum prædicauerat, quem-
admodum olim Samuel, vt ait Rupertus auctore
melior fatie dignus tempore, certo sciebat inter fi-
lios Isai vnum esse, qui in regem vngendus erat,
cum neminem eorum de facie cognouisset, & simul
atque Dauidem vidit, Deo inspirante, eum esse co-
gnouit primo, Regum decimo sexto, duodecimo.
Nam eorum non probo sententiam, qui colum-
bam super Christum, antequam baptizaretur, ve-
nisse dicunt, Euangelistarum, vt mihi videtur, ver-
bis repugnantibus. Quorum ergo Ioannes à Deo
dictum est, *super quem videris Spiritum descendentem,
ipse est?* Respondet Hilarius libro sexto, de Trinitate
id non Ioanni propter ipsum, sed propter assi-
tem populum dictum esse, vt de illius testimonio il-
lum Christum esse doceret, quem antequam co-
gnouisset, prædicauerat, ne quis, vt ait Chrysostomus,
existimaret solius Ioannis testimonium diui-
no testimonio non confirmatum, aut cognitum,
aut familiaritate & gratiæ datum esse. Quid ergo Io-
annes ex descensu Spiritus sancti & ex voce cœlitus
audita cognouit? mihi nouum, sed ea cognouit, quam
ante habebat, & perfecta, & confirmata est, vt ait
Beda & Rupertus in 1. cap. Ioannis.

Ioannes à Christo baptizatus.

Ego à te debeo baptizari.] Mihi opus est à te baptizari. Nam quod quidam proprius ad verba veritatis, necesse habeo, plus quiddam mihi videtur significare. Colligunt nonnulli auctores ex hoc loco Ioannem postea à Christo baptizatum fuisse, tum ex illis etiam quæ sequuntur. *Sine modo.* Chrysost. Hieronym. Auct. operis imperfecti homil. quarta. Euthym. & Theophyl. hoc loco.

15. *Sine modo.*] Modo, cum nondum sum descen-
su Spiritus sancti, & voce de cœlo missa Christus de-
claratus, non tanquam Christus, sed tanquam vnus
de cæterorum hominum numero homo primatus
accedo, ideoque non debeo recusare mihi, quod

Ioannes baptismum suum à Christi non separat.

maior te sim, baptismum sicut cæteris, impendere. Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus, quod vero Auctor imperfecti quarto interpretatur. Sic id est, potius faciendo, quam docendo, *sapit enim facere, & docere.* Act. 1. 1. subtile. Ego accommodate ad personas & rem subiectam interpretor. Sic, id est, dum maior à minore, dum dominus à seruo baptizatur.

Decet.] Quanis non necessarij sit, tamen conue-
nit. Opera, vt vocant, supererogationis.

Nos.] Quidam exponunt, nos, ad est, omnes homi-
nes, qui docendi nunc sustinemus. Malim sic, *Nos*, id est, me suscipiendo, & dando baptismo.

Implere.] Nihil præmittendo, non solum ea iis,
quæ necessaria, sed etiam ea iis, quæ factu vtilia, &
B decora sunt. Hæc enim vis eli verbi.

Omnem iustitiam.] Sunt, qui legis iustitiam inter-
pretentur, quæ in variis, vt loquitur D. Paulus, ba-
ptismatibus, & cæremonijs externis consistebat.
Hebr. 9. 10. quam Christus implere voluerit, sicut
circumcisi voluit, quia non venit soluere legem,
sed adimplere, Matth. 5. quin & decimo septimo, vt
Hieronymus & Euthymius quibus necesse est dice-
re, baptismum Ioannis veteris legis Sacramentum
fuisse, quod multi de Schola Theologi magistrum
secuti sunt, docuerunt. Melius D. Thomas qui vi-
nus inflat esse omnium, neque Sacramentum, fuisse,
sed quæ cæremoniam legis, sed medium inter legem
& Euangelium, à Deo quidem, sed ad breue tempus
institutam, vt Christus eutique baptismum introdu-
ceretur, sicut Ioannes ipse inter legem & Euange-
C lium inter Prophetas & Christum medius fuit. No-
men ergo iustitiæ hoc in loco nec vllam partem ve-
teris legis, neque virtutem vllam in præcepto posi-
tam, quamque obseruare necesse esset, significare
arbitror, sed quicquid sancti viri virtutis & officio
consentaneum est, etiamsi non facere sine peccato
liceat. Hæc enim omnia indicant verba, quæ dixe-
rat Ioannes, *Ego à te debeo baptizari*, quasi dicat, tu à
me non debes, id est, non indiges baptismate. Re-
spondet Christus, esto non oporter, tamen decet me
abs te baptizari, vt impleamus omnem iustitiam, id
est, vt non solum, quæ præcepta, sed etiam quæ ho-
nesta & sanctitati consentanea sunt, faciamus. Cur
autem decuerit baptizari Christum, diuinus ver-
sic. 17.

Statim ascendit de aqua. Ad
D uerbum, *confestim* nonne mere, sed significanter ad-
ditum esse constat ex Marc. capite 1. 10. qui & ipse ad-
didit. Quod Euthymius scribit ideo Euangelistam
dixisse Christum statim ab aqua ascendisse, vt inter
Christum & Ioannem alios homines, quod interes-
set, significaret, Ioannem quippe fuisse Ioannem ce-
teroquin lordane collo tenus immersum, neque
impolita decere, donec peccata sua confiterentur.
Christum vero, quia peccatum quod confiteretur,
non habebat, statim ascendisse, adeo credimus
ac dictum miror. Quod autem ait Chrysostomus,
ideo statim ascendisse, vt significaret eos, qui bapti-
zantur, statim à peccatis, quasi in nouam vitam, as-
cendere, morale est, & nos literalem quæritimus sen-
sum. Exitimo igitur tractionem esse quales mul-
E tas in nouo præsertim testamento animaduertimus. Erasmus *statim*, aut *confestim*, non ad verbum
ascendit, sed ad id, quod sequitur, referendum, &
cæli aperti sunt ei cœli, aut hic esse verba copulanda,
statim vt baptizatus est, ea vi vix è flumine ascen-
disset, aperti sunt ei cœli. Hunc esse sensum apparet
ex Matæo, & *statim*, inquit, *ascendens ex aqua* vidit
cœlos apertos, id est, statim, vt ascendit, vidit. Ratio
quoque docet hunc esse sensum. Nam, vt diceretur
Christus statim post acceptum baptismum à flumi-
ne ascendisse, nulla causa erat. Quis enim dubita-
ret? aut quid tum baptizatus Christus in flumine fe-
cisset? Vt autem diceretur statim post baptismum

& excessionem è flumine apertos vidisse cœlos, non solum visus, sed etiam necessaria causa erat. Voluit enim Euangelista docere cœleste illud & unicumque testimonium ita cum baptismo nulla interposita mora fuisse coniunctum, vt nihil aliud expectasse videatur Deus, vt testimonium de Christo suum exhiberet, nisi vt baptismus, & Ioannis præcederet testimonium. Debuit enim hominis Deus, non Deo homo testimonium confirmare. Qui autem quærunt, cur Euangelistæ ascendendi potius, quam exeundi verbo vti fuerint, ignorare videmur terram alio rem esse, quam flumina. Lucas orante Christo apertos, & columbam descendisse narrat: itaque credendum est eum simul atque in terram exiit, sese in genua prouolusse, vt reuerenter patris testimonium excipere t. Nam & filij bene instituti, dum ipsos parentes alloquuntur, caput aperiunt.

Cœli in baptismo Christi sic fuisse modo aperti.

Et esse aperta sunt cœli.] Est, id est, Christo, vt ex huius loci contextu, & ex Marco supra 1. 10. manifestum est. Credendum est omnibus, qui dicebant, apertos fuisse, id est, ab omnibus tam quam apertos visos fuisse, cum propterea vero simile sit apertos fuisse, vt omnes intelligerent & Spiritum sanctum, & vocem de cœlo delapsam esse. Sed Christo cœlum aperta dicuntur, quia propter eum aperti sunt. An autem re ipsa, an sola specie aperta fuerint, magni non refert: sed quia quæri solet, dici debet. Chrysostomus de cœlis vbique non aliter, quam de cæteris corporibus iudicare videtur, apertos re ipsa fuisse. Auctor vero operis imperfecti, homilia quarta, & Hieronymus hoc loco, & in capite primum, Ezechielis non re vera, sed visa quorum est sententia probabilior, & quia ad id, quod agebatur, efficiendum mihi referebat, verum re ipsa, an sola specie aperirentur, & quia non est credibile cœlorum solidaturam fuisse non necessario violatam, & quia simili ter alijs locis aperti fuisse dicuntur, vbi re ipsa apertos non fuisse constat Genes. 7. 11. & Actor. 7. 56. vbi si re vera aperti fuissent, non solus Stephanus, sed omnes, qui aderant, apertos vidisse cum solus Stephanus videre referatur: & quotidie contrario clausi dicuntur: non re vera claudantur, cum aperiri ante non essent, vt Dan. 11. 17. 3. Reg. 8. 25. 2. Par. 6. 26. 7. 13.

Et vidit.] Plerique referunt ad Ioannem, quia Ioannes primo, trigesimoterno, dicit, *& ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, ille est, &c.* quod valde mihi constitum videtur, cum post intimum versiculo decimoquarto, Ioannes non fuerit nominatus, & omnia quæ precedunt, verba ad Christum referantur: & Marcus Matthei interpres capite primo, decimo, dicat, *& statim ascendens de aqua vidit cœlos apertos, & spiritum tanquam columbam descendentem super ipsum.* Quod autem dicitur Ioannis primo, trigesimoterno, non est contrarium quia, vt paulo ante diximus, non solum Christus, & Ioannes, sed omnes etiam qui aderant, apertos cœlos, & Spiritum descendentem viderunt: Christus quia proprer ipsum, Ioannes quia hoc illi a Deo datum erat signum: alij, vt eo signo Ioanni crederent. Sed minutim non omnes Euangelistæ omnia dicere voluerunt. Matthæus & Marcus, quia de Christo agebant, dixerunt eum Spiritum descendentem vidisse: Ioannes de Ioanne agens Ioannem vidisse dixit. Turbam, qui aderat, vidisse nemo dixit, quia de illa agebat nemo.

An vera furtis columba in baptismo Christi.

Sunt columbam.] Tertullianus libro de carne Christi, veram puram fuisse columbam, idemque D. Augustinum sensisse in libro de agone Christiano capite vicesimo secundo plerique existimant: quod ideo non credo, quia nec eo loco quicquam aliud Augustinus probat, quam verum fuisse corpus, quod longe aliud est, quam veram fuisse columbam, & multis alijs locis non veram columbam, sed columbæ speciem fuisse docet, quemadmodum omnes alij Auctores, quos legere memini, docuerunt, Ambrosius in præfatione I. libri tertij de Spiritu sancto, Augustinus, aut quisquis est, libro tertio de mirabilibus sacræ scripturæ capitulo quinto. Quod eo est probabilius, quod omnes Euangelistæ, quasi de industria, particula similitudinis visos esse videamus. & quod ad id, quod agebatur, necessarium non fuerit veram esse columbam. Virum autem verum fuerit corpus columbæ speciem præ se ferens, an ne corpus quidem re ipsa fuerit, sed quasi corpus esset, ita ab auditoribus visum: diuersa est quæstio. In qua Augustini probo sententiam, verum fuisse corpus, quia, si verum non fuisset, aut non ab omnibus visum esset, aut tor fuisset facta miracula: quot homines fuerunt, cum miraculum non in columbæ corpore, sed in oculis hominum fieret, quod non sit temere concedendum. Illud tamen cauendum, quod Dionysius admonuit, ne exultantius iis Spiritum sanctum cum corpore columbæ, sicut filium Dei cum natura humana i ypostatice vnitum fuisse; quod videtur Tertullianus existimasse: sed sicut angelos, vt ab hominibus viderentur, humana specie corpora sumpsisse legimus. Non sine causa à nonnullis quæritur est, cur hoc loco S. nunc sanctus specie columbæ descendat, dicantur Pentecostes specie ignis atque linguarum Actor. secundo, tertio, facilis ratio. Nunc in Christum descendit, non vt ascendat, quasi ipse Deus erat, Deus autem ignis consumens est; non vt loqui doceat, quia diffusa erat gratia in labia eius, sed vt testimonium de illo perhibeat. Qui autem testimonium perhibet, debet personæ, de qua loquitur, naturam, proprietatesque declarare. Dictum erat de Christo *arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet*: & quidem eo loco dictum erat, vbi de ecclesia in cum Spiritus sancti agebatur. Iaiæ quadragesimo secundo, primo, secundo, tertio. *Dabo spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.* Dicit se de se Christus. Dic tu me, quia antiquum & humilis tor e. Matthæi vndecimo, vigesimo octauo. Columba mitissimum est animal, &, vt ait Cyprianus suæ fetæ amarum, sine morsibus leuum. Credo etiam specie columbæ naturam, &, vt ita dicam, habitum Spiritus sancti declaratum, omnium fere mor gratiarum Spiritus esse, *dimidium singulis gratiæ datur*, 1. Cor. 12. 11. Columba gratiam manifestandum, quæ significat, attamen quoque Patris in Christum & electi fidelium, columbæ specie vt vetus modis exemplaria, *Israel* [illegible] columba alba mansuetudine naturali, carnem semper amatorem immundarum. Itaque sponsa illa Deo amantissima columbæ tapes, quasi illecta appellatur. *Columba mea formosa mea.* Cantic. 2. 10. 14 *Soror mea, columba mea.* Cantic. 5. 2. *Una est columba mea.* Cantic. 6. 8. Apostolis vero datus est Spiritus sanctus, quia in dige bant, vt eos charitate inflammaret, & variis linguis loquí docuerit, ideo specie ignis atque linguarum datus est.

Quo in Christum Spiritus descenderit.

Et venientem super ipsum.] Christum, *in eum*, super ipsum, præ se ferens, super se. Solent enim aliquando Græci, sæpe vero Septuaginta & Latinus interpres pronomina demonstrativa pro reciprocis ponere quæ eadem apud Hebræos vox עליו vtrumque significat. Vide 1. Regum 17. 39. & 21. 6. Cur spiritus sanctus super Christum recens baptizatum descenderit, ita colligi non est coniectura, & veteres Theologi frequentius libro tertio, capite decimonono, Iulius in Tryphon. Ambrosius in præfatione libri tertij de Spiritu sancto, & Hieronymus quæstione 2. ad Algasiam scripsum reliquerunt. Dixerat Iaias capite vndecimo primo, secundo, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus.* Dixerat capite 42. 1. *Dedi super eum spiritum meum, iudicium gentibus proferet.* Dixerat capite 61. 1. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt medear contritis corde, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* Debuerunt impleri Prophetæ. Debuit Spiritus sanctus super Christum venire, & vt ait Ioannes cap. 1. 33. super ipsum manere, hoc est, requiescere, & quidem tunc, cum, vt annunciare mansuetis, & medereatur contritis corde, prædicareque captiuis indulgentiam & clausis apertionem, baptismo, quasi magisterio quodam initiabatur, vt omnes eum esse Christum intelligerent, de quo Iaias tam longo ante tempore vaticinatus. Itaque ipse Christus cum secundum illum Iaiæ locum in Synagoga legisset, addidit, *Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris* Luc. 4. 21. Aliam rationem Hieronymus, Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus afferunt, vt inde intelligeremus etiam nobis Spiritum sanctum, quamuis minime videantur, baptizatis dari. Sed hæc ratio minus conuenit, quia nos non per Ioannis, sed per Christi baptismum Spiritum sanctum recipimus. Certe altera melior, quia illud præcessit, hoc secutum est.

Tertullianus errare de spiritu sancto columba specie viso. Cur Spiritus sanctus specie columbæ descendat.

17. *Hic est filius meus dilectus.*] Marcus ca. 1. 11. & Lucas cap. 3. 22. dicunt, *Tu es filius meus.* Quæ ideo contraria non sunt, quia credendum est alios Euangelistas verba, alios sensum retulisse. Viri autem verba, mercium; vero simile tamen est Marcum & Lucam verba recudisse, & quia plures sunt, & quia consentaneum fuit, vtin quem Spiritus sanctus descendebat, ad eum vox dirigeretur. Sicut in Transfiguratione, quia vox dirigebatur ad Apostolos, non dixit, Tu es filius meus: sed *hic est filius meus dilectus.* Luc. 9. 35. *Hic est filius meus dilectus.* Hic est filius ille meus, ille unquam charissimus. Ostendit enim gemino articulo se non de quouis, sed de naturali, de vnico, de æterno de filio æquali filio loqui. Nam cæteri adoptione tantum filij sunt, ut dictum, aut quod amplius est, charissimum Athanasius in oratione aduersus Arianos, quod Deus ex Deo ita verbum, vnigenitum interpretatur. Hoc enim epitheto non apud Homerum solum, sed etiam in sacris literis vnigenitos filios solitos appellari, Genes. 22. 2. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis*, hicut ex contrario Ioan. ca. 3. 16. & 1. epistola 4. 9. *vnigenitum* posse pro charissimo. Sic *Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*

Cur vox missa ad baptizatum Christum. Iraiæ 50. 10. Ioan.

In quo mihi bene complacui, in eo placui ad verbum, In quo placui. Sed noster interpres explendæ sententiæ causa, dandi casum addidit. Verbum est valde in sacris literis vsitatum, sicut & nomen *beneplacitum*, inde deriuatum. Noster interpres solet vertere, sibi complacere, vt Matth. 12. 18. & 17. 5. Mar. 1. 11. Luc. 3. 22. & 12. 32. ad Col. 1. 19. 2. Pet. 1. 17. *Significatio verbi complacere, in scriptura.*

radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus. Dixerat capite 42. 1. *Dedi super eum spiritum meum, iudicium gentibus proferet.* Dixerat capite. 61. 1. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt medear contritis corde, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.* Debuerunt impleri Prophetæ. Debuit Spiritus sanctus super Christum venire, & vt ait Ioannes cap. 1. 33. super ipsum manere, hoc est, requiescere, & quidem tunc, cum, vt annunciare mansuetis, & medereatur contritis corde, prædicareque captiuis indulgentiam & clausis apertionem, baptismo, quasi magisterio quodam initiabatur, vt omnes eum esse Christum intelligerent, de quo Iaias tam longo ante tempore vaticinatus. Itaque ipse Christus cum secundum illum Iaiæ locum in Synagoga legisset, addidit, *Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris* Luc. 4. 21. Aliam rationem Hieronymus, Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus afferunt, vt inde intelligeremus etiam nobis Spiritum sanctum, quamuis minime videantur, baptizatis dari. Sed hæc ratio minus conuenit, quia nos non per Ioannis, sed per Christi baptismum Spiritum sanctum recipimus. Certe altera melior, quia illud præcessit, hoc secutum est.

17. *Hic est filius meus dilectus.*] Marcus ca. 1. 11. & Lucas cap. 3. 22. dicunt, *Tu es filius meus.* Quæ ideo contraria non sunt, quia credendum est alios Euangelistas verba, alios sensum retulisse. Viri autem verba, mercium; vero simile tamen est Marcum & Lucam verba recudisse, & quia plures sunt, & quia consentaneum fuit, vtin quem Spiritus sanctus descendebat, ad eum vox dirigeretur. Sicut in Transfiguratione, quia vox dirigebatur ad Apostolos, non dixit, Tu es filius meus: sed *hic est filius meus dilectus.* Luc. 9. 35. *Hic est filius meus dilectus.* Hic est filius ille meus, ille unquam charissimus. Ostendit enim gemino articulo se non de quouis, sed de naturali, de vnico, de æterno de filio æquali filio loqui. Nam cæteri adoptione tantum filij sunt, ut dictum, aut quod amplius est, charissimum Athanasius in oratione aduersus Arianos, quod Deus ex Deo ita verbum, vnigenitum interpretatur. Hoc enim epitheto non apud Homerum solum, sed etiam in sacris literis vnigenitos filios solitos appellari, Genes. 22. 2. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis*, hicut ex contrario Ioan. ca. 3. 16. & 1. epistola 4. 9. *vnigenitum* posse pro charissimo. Sic *Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*

In quo mihi bene complacui, in eo placui ad verbum, In quo placui. Sed noster interpres explendæ sententiæ causa, dandi casum addidit. Verbum est valde in sacris literis vsitatum, sicut & nomen *beneplacitum*, inde deriuatum. Noster interpres solet vertere, sibi complacere, vt Matth. 12. 18 & 17. 5. Mar. 1. 11. Luc. 3. 22. & 12. 32. ad Col. 1. 19. 2. Pet. 1. 17. *Significatio verbi complacere, in scriptura.*

CAPVT IV.

VNC Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo. 2. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. 3. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. 4. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. 5. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, 6. & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollêt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi Iesus: Rursus scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. 8. Iterum assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, 9. & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo si cadens adorauero me. 10. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. 11. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. 12. Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam:

Matt. 3. 13. Luc. 4. 1.

Deut. 8. 3.

Psal. 90. 11. Deut. 6.

Deut. 6. 13.

Marc. 1. 14. 15. & 7. 31. Luc. 4. 14. Isaiæ. 9. f. 1. Cap. 8. 22.

Nephthalim: 15 vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: 16 Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilæa gentium. 16 populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. 17 Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum. 18 Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) 19 & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. 20 At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. 21 Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius in nauicula cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. 22 Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. 23 Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. 24 Et abiit auditus eius in totam Syriam. & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: 25 & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

Matt. 3. 2. Luc. 6. 17.

IN CAPVT IV.

TVnc] statim vt expressit Marcus 1. 12. *Ductus ipse.*] Græcè subducitur, aut abreptus, Marcus *vt eiiciens eum foras*. *expellit eum Spiritus.* Credibile est non per aera raptum, vt Habacuc Daniel. 14. 35. & Philippum Actor. 8. 39. quia id Euangelistæ non tacuissent, sed pedibus ductum, non coactum, sed libentem. Dicit tamen Matthæus subductum, Marcus expulsum: non vt vim illatam Christo, sed vt efficaciam & impulsum Spiritus sancti significaret, sicut cum Dauus Paulus dicit. *Qui Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei*, Roman. 8. 14 vt Hilarius, Hieronymus, & Auctor imperfecti obtestantur. Nec significatur, ante non fuisse actum ab Spiritu: sed tum maxime vim Spiritus apparuisse.

Eam vitæ solitariæ.

B *In desertum.*] In locum tentationi, & singulari certamini. *Væ enim soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se.* Eccles. 4. 10. Nec ideo damnandi, qui in solitudine vitam agunt. Quod genus vitæ & Ioannes Baptista primus, & multi post viri sanctissimi exemplo virtutis singulari, & Chrysostomus, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Theodoretus homines experti, quam damnum esset, integros volumina texere tam late. Illis potius, quam hominibus aut hæreticis, aut ambitiosis, & delicatis credendum est. Cum illi ipsi, qui subleuare debent, dauciant, præstat solum esse, & solum contra solum dæmonem, quam contra dæmones, homines pugnare. Solus non est, qui Deum sequitur docem, cuius arcanum tanto magis in solitudine, quam in ciuitate, quanto minus ab hominibus impeditur, apparet. Deserturn autem hoc loco Iudææ intelligendum est, vt dximus c. 3. illud silens, vbi homines Baptistæ vinam egerat, & quia prope Iordanem erat, vt illic ex ipsis minus æquus ablolute desertum appellatur. Ductus ergo est à Ioanne in immanem solitudinem, vbi inter bestias agebat, vt ait Marcus cap. 1. 13.

A filio sperit. in Christum in desertum ductus.

A Spiritu.] Paulo post versiculo 5. & versiculo 8. & apud Lucam 4. versiculo 1. & 9. dicitur ductus à diabolo, qui & ipse aliquando spiritus appellatur, vt infra, capite 8. 16. & 12. 43. sed hoc loco Spiritus D sanctus intelligendus est, quia in proximo de eo Euangelista locutus fuerit. c. 3. & quia cum articulo & quia absolute Spiritus dicitur, quod nunquam fit, nisi cum Spiritus sanctus significatur, vt Didymus Hieronymus, obtestantur.

Tentare vitia modo recipere.

Vt tentaretur.] Tentare aliquando est ad peccandum incitare, vt Act. 5. 3. & 1. ad Cor. 7. 5. & 1. Thes. 3. 5. & ob. 2. 13. Apoc. 3. 10. Hoc modo Diabolus tentare dicitur. Inde non est habere Satan apud Hebræos aduersarius, Diabolus apud Græcos calumniator, insidiator, qui circuit quærens quem deuoret. Hoc enim tantum Diaboli ministri, sic alij sine tentare solet, Deus nequaquam. *Interficere enim nos-*

Deus non modo tentat.

A *trum est.* Iacob. 2. 15. Quanquam Caluiniani hæretici hoc etiam modo Deum, & quidem in primis tentare dicunt, Diaboli scilicet officium Deo tribuentes. Tentare etiam est cognoscendi causa inquirere & explorare: quomodo & Diabolus & homines & Deus tentat. Aliter tamen Deus, aliter homines, & dæmones. hi vt cognoscant quod ignorant; ille vt quod scit, scire etiam videatur, quemadmodum si explorando experiendoque didicisset, aut non vt ipse, sed vt ij quos tentat, sese cognoscant, vt Diuus Augustinus interpretatur. Ita Genesis 22. 1. Exod. 16. 4. & Deuteronom. 8. 2. & 13. 3. Sapient. 3. 5. Hebræ. 11. & 11. 17. 37. Apocalyp. 2. 2. Tentare etiam est odi rem pronocare, vt cum dicimur tentare Deum, quia cum potentiam experiri volumus, infra, versic. 7. & Exod. 17. 2. 7. Numer. 14. 22. Psalm. 77. 18. 41. & 94. 9. & 105. 14. Christus non poterat, nisi secundo & tertio modo tentari, tamen credibile est, in desertum abisse, vt se Diabolo omnibus modis tentandum præberet: & ad peccandum etiam sollicitaretur, vt posset dicere, *venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam*, Ioannis 14. 30. Id ex facto diaboli intelligimus est, qui illum, vt le præcipitem daret, sequeadoraret, eum incitauit, quod vtrumque grauissimum peccatum erat. Hac enim ratione an filius Dei esset, vt diceb atur, experiri voluit. Sciebat enim, si ad peccandum trahi posset, filium Dei esse non C posse.

Tentare aliquando est ad peccandum.

Diabolo.] Nomen proprium, aut potius cognomen est Luciferi principis dæmoniorum, ex calumniandi, insidiandique excellentia desumptum, vt Matthæi 25. 41. & Apoc. 12. 9. & 20. 2. 10. Voluit enim Christus hominum præceps diabolum principem dæmoniorum ad singulare certamen prouocare & vt suis parceretur militibus, & vt hoc illum primo conflictu, victo duce, totum in fugam exercitus verteretur. Atque hæc vna causa ab Euangelistis reddita est, cur Christus in desertum abierit. Qua aduersarius aggredi non audebat, obtutum illi procedit, & quodammodo irritat, quem fugere non pugnaturus, nisi lætissimum. Hilar. can. 3. Ambrosius lib. 4. in Luc. c. 2. Auctor imperfecti, hom. 12. in quinq; fuisse causas, cur in desertum Christus secesserit, licet ab Euangelistis non exprimantur, incredibile non est. Moyses antiquus legislator, antequam à Deo legem accipiat, quadraginta dies solus in monte versatur: Ioannes antequam ad prædicandum & baptizandum prodeat, in eadem solitudine vitam agit. Quod enim ex solitudine proficiatur, non ex hominibus, sed ex Deo profectum possit, maioreque excipiatur reuerentia. Voluit ergo Christus etiam ex solitudine Euangelium afferre: voluit sum se esse ostendere, cuius Moyses figura fuisset, cuius præcursor Ioannes, quem nidem vestigia per solitudinem sequeretur. Voluit nos exempio

docere.

A se; aut Ecclesiam Christi exemplum in vtilitatem Christianorum, vtumque præsentia non committisse, vanam esse superstitionem, quia semel Christus hoc numero dierum ieiunauit, singulis annis totidem dies ieiunare, magnam arrogantiam Christum imitari velle, inoleraliem illi fieri iniuriam, quod in ordinem nobilium redigatur, reflendi Euangelium, cuius Christi ieiunium sigillum fuit. Homines tam solliciti de honore Christi, quam laudas de pauperibus alendis, cum hic esset, & loculos haberet. Si quadraginta dies ieiunare superstitionem putant, ieiunem quinquaginta. Si quod semel Christus fecit, non est à nobis singulis annis repetendum, nec celebrent octauo quoque die Dominicam resurrectionem: Christus enim non nisi semel resurrexit. Si arrogantia est Christum imitari, arrogans Paulus, qui se Christi imitatorem vocat, & ea quidem in re, quæ illi sunt maxime propria, vt pro Ecclesia sua moretur, *adimpleo*, inquit, *ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est Ecclesia*; arrogantes nos Christus esse iubet, qui vult nos esse perfectos, sicut pater noster cœlestis perfectus est, qui vult esse vnum sicut & ipse & pater vnum sunt. Atqui his rebus non ad æqualitatem, sed ad facultatem nostram imitamur. Nec in semio; nam ille quadraginta dies, nec edit, nec bibit, nec esurnit, aut ieiunemos & edimus, & bibimus, & tamen esurimus ac sitimus. Imitamur, quia sequimur, quamvis non assequamur. Sequimur autem quam proxime possumus, homines Deum. Nam satis est, vt eandem tentationis viam. Non facimus illis iniuriam, quia non eorum sed discem facimus. Quid, quod nonnullos Christianos legimus totos quadraginta dies sine vllo cibo & potu ieiunasse; in quibus Deus singulari miraculo & ipsorum in imitando Christo pium probauit studium; & eiiorum hæresim, infamamque refutauit. Legant grauissimum auctorem Theodoretum, exempla reperient. Et, si Christi ieiunium Euangelii sigillum appellent, quasi nondum scripto, neque prædicato Euangelio sigillum Christus adhibuerit. Non ergo sigillum, sed exordium est Euangelio, quo se Christus parat, vt prædicet, nos vt recipiamus, hoc inquam Euangelium Christi, quod ieiunio mihoatur, ieiunio firmetur; non illud Caluini, quod tempore scientia reuocandat.

Ieiunium Quadragesimæ contra hæreticos.

Num 14. E.

Galat 1. 24.

Matth 4. 2. Luc 4. 2.

Cur Christus ieiunauit.

In Matth. Theophyl.

Ceibrem id Ecclesiæ.

B At Christus non præcipit, qui tentat, scriptum est dei Dominicæ obseruationem præcepisse? Esto, non præcepit, certe fecit. Et fecit mysterio, quod quadraginta, non plures, non pauciores dies numauerit; vt hoc numero, quem admodum Hieronymus scribit, quadragesimæ nobis ieiunium consecraret. Nec ille solus, sed omnes etiam illi anniquissimi, doctissimi, sanctissimi Ecclesiæ doctores, aut Christum, aut Apostolos Christi imitati, exemplum quadragesimæ ieiunium condidisse docuerunt. Ambrosius sermone de quadragesima, vigesimo tertio, vigesimo quinto, vigesimo septimo, vsque fino sexto, vigesimo octauo, & Leo sermone sexto & nono. Hieronymus qui quam vos superstitionem vocatis, Christi hæreditatem vocat. Horis qui scripta legit, & cum vestris confert, is non videt eorum spiritum esse Christianum, vestrum diaboli cum hæreticum, cessit est.

Cur Christus ieiunium condidit.

C *Pestea esurit.*] Indicat ante spatio quadraginta dierum non esurisse. De Moyse & Elia virum vel ante vel post, vel nunquam esurierint, non dicitur, idcirque credendum est non esurisse, cum hoc de Christo, tanquam singulare, dicatur. Eadem enim virtus Dei, quæ confirmabat, saturabat. Cur ergo Christus esurit? vt animo hostis & quasi Deum aggredi non audent, sedens se hominem esse, ad *Cur Christus esurit? Matth 4. 2. Luc 4. 2.* aggrediendum animo addat, & quia ad armas si accederet timebat, arma quæ dã modo diuinitatis posuit, & quasi nudus & inermis homo contra luctatur & ma-

rem esuriem in arenam descendit, & aduersarium non virtutis vt fieri solet iactatione; sed infirmitatis ostentatione prouocat. Ire. li. 3. c. 32. Chrysost. hom. 13 in Matth. Auctor imperf. hom. 5. Hier. in comment. Ambros. libr. 4. in Lucam cap. 2. Cuius acutè est & scita sententia. *Fauet Domini ipsa fraus est, vt in quo diabolus maiora metuens iam cauebat, fames specie latitans, tentaret vt hominem.*

Diabolus forma vtpotè Christum tentaturus.

2. Et accedens.] Quomodo, aut qua forma accesserit Euangelista non dicunt. Potuit aut inuisibiliter accedere, sicut nos quotidie tentare solet; aut sumpta aliqua visibili forma. Omnes auctores forma corporea eaque humana accessisse putant, quod est valde probabile, & quia cum Christo multa est collaturus, & quia se adorari voluit, & quia si alia accessisset forma, Euangelista non tacuissem. Nam eum Heuam specie serpentis tentauit, quia minus vitiata forma erat, scriptura non tacuit, Genes. 3. 1.

Tentator.] ὁ πειράζων, ille qui tentare solet, nomen officii omnium dæmonum; sed per attributionem proprium diaboli dæmoniorum principis. Nam quòm modo diabolum appellauerat, nunc tentatorem appellat, quasi dicat, accessit luctator, accessit pugnator, vt 1. ad Thes. 3. 5. Ne forte tentauerit vos is qui tentat, ὁ πειράζων tentator. Notatio est Hebraici nominis שטן Satan, & Græci διάβολος diabolus vt infra verniculo 10. & c. 16. 23. & Luc. 22. 31. & Act. 5. 3. & 1. Corinth. 7. 5. & Apoc. 12. 9. & 20. 2. vbi ille ipse dæmoniorum princeps proprio nomine Satan appellatur. Nescio qui fuerit in causa, cur noster interpres in vetere testamento semper Satan, in nouo duabus adhæc locis Iuuenis semper Satanam vocauerit, nisi forte, quia vetus testamentū ex Hebraico sermone est verſum, in quo שטן Satan, nouū ex Græco in quo placuit Septuaginta διάβολος Satanam potius, quam διάβολον Satan appellare. Diabolus etiam eiusdem principis nomen est proprium, Psalmo 108. 6. Ephes. 6. 11. 1. Petri. 5. 8. Apoc. 12. 9. & 20. 2.

Si filius Dei es.] Audierat fortasse cœlestem vocem, *Hic est filius meus dilectus*, aut ex Ioannis prædicatione, vel fama cognouerat. Credibile autem est, non per modum dubitantis, aut negantis, aut irridentis hoc diabolum dixisse, sicut illi eius ministri dixerunt. *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce.* capite vigesimo sexto, quadragesimo secundo, sed per modum potius credentis, & affirmantis, & bene Christo consulere volentis, quasi dicat, quando quidem filius Dei es, ne fumem patiare, sed quia potes, & aliunde non suppetit cibus, die, vt lapides illi panes fiant. Hinc enim illius serpentis calliditas magis conuenebat ita tentare, vt non tentare, sed bene consulere videretur.

Dii.] Etsi nun ignoro, quod hæretici interpretes adnotauerunt, dicere, apud Hebræos idem sæpe esse atque inbere; tamen in eo eorum ignauiæ accuso, iudiciumque desidero, quod pro, *dic*, verterint, *iube*, nō intelligentes, etiamsi idem vtrumque verbum significet, tamen maiorem habere vim dicere, quam iubere, ideoque & Hebræos & Euangelistas ita loqui. Plus enim est. *Dixit, fiat lux, & facta est lux*, Genes. primo, tertio, quam si dixisset *iussit*; plus est *verbo Domini cœli firmati sunt*. Psalm. 32. 6. quam si dixisset *iussu*. Significat enim, tantum os Deum aperuisse, omnia q; facta fuisse, similiter hoc plus est. *Dic* quā *Iube*. loquitur enim de filio Dei, tanquam de eo verbo, quo mundum fabricarum fuisse scirebat, qui eodem verbo, quo cœlum, terramque fecisset, posset & ex lapidibus panes facere.

Vt lapides isti.] Lapides potius quam terram, quā aerem, quam arbores ostendit, & quia res erat ante pedes posita, & quia difficilior, & quia aliquam cum pane lapis habet similitudinem, cum sit panis maxime contrarius, qua ratione Christus dixit. *Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius eius panem, numquid lapidem porriget ei?* infra c. 7. 9.

Panes fiant.] Quod Theophylactus & alij quidam diaboli curiositate factum putant, vt *panes* non panem dixerit, non alia de causa factum arbitror, quā quod pluralitet lapides direrat. nam Lucas capite 4. singulari numero dixit, *panis fiat*. Itaque non constat vtro modo diabolus dixerit, quia alter Euangelista verba, alter sensum recitauit; vter vero hunc, vter illa, nescimus.

4. Scriptū est.] Quia diabolus ad scripturam Genes. 1. & Psalmo 32. 6. allusisse videbatur, scriptura refellit, quod in aliis quoque tentationibus facit.

Non in solo pane.] Panem vitanum vocat, sed Hebræorum more per panem omnis consuetus cibus intelligitur.

Viuit.] ζήσεται viuet, id est viuere potest, modus, vt vocant Grāmatici potentialis apud Hebræos, יחיה vt Exod. trigesimo tertio, vigesimo, *non videbit me homo, & viuet*, id est, nemo qui me viderit, viuere poterit.

Sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.] על כל מוצא פי יהוה *In omni egrediente de ore Dei*, ad verbum Deut. octauo, tertio. Septuaginta vero & Latinus interpres sententiam magis, quam verba reddere volentes, nomen *verbi* addiderunt. Quod multis aliis fecisse locis in Idiomatibus adnotauimus. Id etiam sine imitatione, siue proprio consilio fecit Euangelista: sensus est, Deum non indigere vitato cibo, vt seruos suos alat, posse enim vno verbo nouum formare cibum. Idenim de Manna dictum est. *Affligit inquit, te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.* Non respondet Christus se esse, aut non esse filium Dei, quia quamuis id maxime diabolus audebat scire, minime tamen interrogabat, quasi se credere fingebat. Tantum volebat videri dare consilium. *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Christus ergo ad id respondet, quod dixerat, non ad id, quod tacuerat. Optima ratio eos deludendi, qui fallaciter consulunt.

5. Tunc.] id est secundo: non enim significat id statum post primam tētationem factum esse. Credibile est enim aliquāto tempore quieuisse. Cum vero dico, secundo, non certa sed probabili opinione dico. Nam Lucas cap. 4. 9. hanc tentationem non secundo, sed vltimo loco ponit, secundo vero illam quā Matthæus vltimo. Nec enim solent Euangelistæ, ficur nec cæteri scriptores sacri in narratione rerum, ordinem seruare temporum. Probabile tamen est Lucam eo ordine, quo occurrerunt. Matthæum eo quo acciderunt tentationes Christo commemoraſſe, quia vero similimum videtur esse, diabolum illis Christi verbis territum, vltimumque dilexisse, *vade post me Satana*, hanc autem verba non sunt à Christo dicta, nisi in monte, cum diabolus Christo diuiſſet: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*, & quia id narrat Euangelista, & quia diaboli postulatio eam responsionem postulabat. Itaque Matthæus nulla mihi videtur probabile contrarium affirmare. Sunt qui apud Lucam, scriptorum negligentia tentationum ordinem mutatum putent, quod Ambrosius libro in Lucam, quarto, eodem ordine quo Matthæus narrat, tentationes exponat. Sed potius colligendum erat, Ambrosium, quamuis Lucam interpretaretur; tamen tentationes non quo ordine à Luca narrabantur, sed quo ordine accidisse putabat, narrare voluisse. Quod meam quoque confirmat opinionem, Matthæum ordinem, quo acciderant, secutum esse. Et si alteruter corrigendus esset, Ambrosius potius quam Euangelista corrigendus esset. Etsi ita esse, qui se vidisse Lucæ codices affirment, vbi eodem ordine, quo apud Matthæum tentationes narrantur.

Assumpsit.] παραλαμβάνει assumit. Quomodo Christum

Quomodo diabolus Christū assumpserit.

stum diabolus assumpserit. Euangelista non exponit, & poterat varias in partes probabiliter disputari. Illud certum, inuitum non assumpsisse. Nec enim cogere potuit quem ne aggredi quidem, nisi valentem, seleque ingerentem posuisset. An autem visibiliter, an inuisibiliter; & in visibiliter an per aera raptum deportauerit, vel pedibus ingredientem duxerit, incertum. Cyprianus in sermone de semino & tentationibus Christi, quem alii nomine secati sūt, omnes Christi tentationes putat inuisibiliter contigisse, quemadmodum ea, quæ de Prophetis legimus, vt Ezechielem raptum fuisse ex Chaldæa in Ierusalem, vt vrbem mineretur. Ezech. elus quadragesimo, primo, & alia simila. Quibus ego magnis licet auctoribus, ideo non assentior, quod dictu absurdū videatur, diabolum Christo eodem modo, quo Prophetis Deum visiones animo intercisse. Præterquam quod illa, quæ prophetis acciderunt, non re ipsa, sed visione accidisse Prophetę ipsi declarant Ezech. 42. etsi non declarassent ex eo ipso, quod Prophetę erāt, intelligi poterat. At Euangelistæ non ita nos declarant Christi tentationem per visionē accidisse, sed etiam indicant, accidisse reuera. Quo enim modo sese per visionem præcipitasset, aut quomodo, cum non reuera, sed falsa opinione præcipitatus angeli eum sublo dissent, & quod rem maxime continet, quomodo falsa opinio præcipitationis Christi animum subire potuisset? Aut volam per aera raptum existimant. Quod videtur assumendi verbum ἀναλαμβάνειν significare, vt Hieronymus, Auctor operis imperfecti, Gregorius, & Strabus. Alii ductum pectibus, vt Euthymius in comment. in 4. c. Lucæ, quibus ideo potius subscribo, quod parum mihi videatur vero simile, tantum diabolo Christum ergā se permissū, vt ab eo deportaretur. Præterquam quod si id permittente Christo diabolus fecisset, nimium se, quis esset, declarasset, quod ille cum erat, facere non solet, potius transfigurat se in angelum lucis 2. Corinth. 11. 14. Accedit quod Lucas non dicit παραλαμβάνειν, sed ἀγαγεῖν duxit, & illud ipsum verbum παραλαμβάνειν non semper significat ita assumere, vt portes. sed aliquando ita vt ducas, vt supra cap. 1. 20. 24. & cap. 2. 14 20.

In Sanctam ciuitatem.] In Ierusalem, quæ sancta dicebatur ciuitas, quod in ea Deus propter aream & templum, quod ibi erat, habitaret. 1. Par. 6. 2. 15 & 7. 16. Psalmo 9. 12. & 21. 4 & 67. 27. & 73. 2. & 134. 21. Itaque hic vulgo vocabatur, Matth. 27. 53. Apoc. 11. 2. & 21. 2. 10 & Daniel. 3. 25. Propheta post Christi adventum & propter eius præsentiam ita vocandam prædixerat. Isaiæ 52. 1. & 60. 14. Zachar 8. 3.

Desertio tentationum Christi.

Super pinnaculum templi.] ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ super alam, aut super pinnam templi. Quidam falligium & acuminatam turrem fuisse arbitrantur, in qua lamina esset ad ventos ut tintinnabulum verticilla, quæ ob alæ similitudinem πτερύγιον vocarentur, quales nunc in templis nostris, & principum Basilicis videmus. Atnihil eiusmodi in templo Ierosolymitano fuisse legimus. Theophylactus locum *in pinnaculo* fuisse dicit, sed est, falligium tectum, ex cuius dorso vtrumque in partem plana deligerat, quale fuit in Gallia adeo communum, vt dinas habere alas volaresque nonnulli videantur. Sed Iosephus neque templum neque cæteras in Palestina domos eiusmodi tecta habuisse, quam superne plana essent, vt illis recumbendi, spatiandi, ambulandi, confabulandi commodius locus esset, vt intelligitur. Iosue 2. 6. & Iud. 16. 27. & 1. Regum. 9. 25. & Regum 11. 2. & 16. 22. & 4. Regum 23. 12. Isaiæ 15. 3. Matth. 10. 27. & 24. 17. Marc. 13. 15. Luc. 12. 3. & 17. 31. Itaque melius sentiunt, qui pinnam templi vocari existimant peribolum, qui circum circum templum tectum erat, ne quis illam bonis eadere. quæ lam Deus omnibus in rectis fieri iusserat. Deutero. vigesimo secundo, octauo. Latini propugnū, vt opinor appellant. Id etiam pinna vocatur, quia ab editi-

E

F

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

X

Y

Z

a

b

c

d

e

f

g

h

i

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

v

x

y

z

UNIVERSIDAD COMPLUTENSE DE MADRID BIBLIOTECA HISTÓRICA

scriptura loquitur, vt totum dicat pro maiore parte Matthæ 9.26. & 27.25.

Et gloriam eorum.] Hebraismus, id est, qua quodque re maxime præstaret, quod verbis, non manu ostendisse credendum est.

9. *Hæc omnia tibi dabo.*] Lucas capite 4. scribit diabolum addidisse, *quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa.* Nempe quia à Christo, an filius Dei esset extorquere non potuit, fingit se filium esse Dei, qui solus vetet potuit dicere. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Dicitur quidem diabolus princeps huius mundi Ioannis 12.31. & 14.30. & 16.11. non quod mundi, sed quod vitiorum, quæ propria mundi, dominatur. Itaque nec regna dare, nec auferre potest, quod proprium est Dei. Pronet huiorum octano decimo quinto, Danielis secundo, vigesimo primo. Nec regna solum, *sed nec alia bona, nisi permissa Dei, aut dare potest, aut experte argumentum est Iob. 1.11.12.* nec illa ipsa vitia, quibus maxime dominatur, nisi nobis volentibus dare potest. *Famibus enim peccatum suum quisque confingunt.* Pronet eiorum quinto, vigesimo secundo.

10. *Vade Satana.*] Multi Græci, Latinique codices legunt, *Post me*, aut, *Retro me vade Satana*, vt Matthæus 16. 23. & Marc. 8.33. Satanam autem suo vocat nomine, quem Euangelista verbulo tertio tentatorem vocauerat, vt ostendat se scire illum non esse filium Dei quem se esse simulabat, sed diabolum, quem dissimulabat. Est hæc vox imperantis simul & increpantis.

Dominum Deum tuum adorabis.] Non sinat Christus Verba, sed sensum. Nō enim est תשתחוה adorabis, sed תיראה timebis. Sed apud Hebræos timere Dominum, est illum adorare & colere, & timor Domini significat omnem diuinum cultum, sicut homines religiosi, cæstique Deum colentes, timentes Deum appellantur Iob. 1.1.8.9. & 2.3. & Psalmo 21.24. 25. 26. & 24.14. & 30.8. & 65.16. & 113.11. & 127.4. & 117. 4. & fere vbique de his dicitur, qui ad populum Dei pertinebant. Nec est, *illi soli seruire, sed illi seruire.* Septuaginta tamen interpretes & Latinus addiderunt *soli*, vt sententiam exprimerent. Cum enim Deus nubet adorare se, sibique seruire, vetat alios adorare Deos, & seruire illis. Itaque idem est, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi seruies*, ac si diuisset, Dominum Deum tuum solum adorabis, illique soli seruies. Has tantum tentationes Christi tres Euangelistæ exposuerunt: non est tamen opinor existimandum has tantum tribus modis fuisse tentatum, cum ideo in desertum exisset, vt tentaretur, & Marcus scribit, capite 1.13. *Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana*, quali totos quadraginta dies tentatus esset. Certe Auctor operis imperfecti homilia quinta, & Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarū capit. quarto, Beda, & Remigius ita senserunt. Cur ergo Matth. dixit verbulo 3. *Accessit tentator*, quasi ante non accessisset? Interpretari possumus, accessisse, vt exploraret, an filius esset Dei, aggressus est apertoMarte, cum videret se nihil per cuniculos effecisse, & Euangelista noluerunt bellum, & singulas pugnas, sed prælia narrare. Hoc tamen non pro vero, sed pro simili vero haberi volumus.

12. *Cum autem audisset.*] Hæc non statim post Christi tentationes acciderunt. Aliquāto enim tempore, antequam in vinculo Ioannes conjceretur, Christū baptizasse, & Euangelium prædicasse Ioannē etiam baptizante atque prædicante, & ita quidem, vt inter vtriusque discipulos æmulatio aliqua nasceretur, manifestum est, Ioann. 3.22.23. & 4.1.

Secessit in Galilæam.] Causa recessū Christi facile ex verbis Euangelistę colligitur, qui idzo indicat secessisse, quod Ioannes traditus esset, ne videl cet & ipse traderetur. Quo autē modo in Galilæam recesserit, cū Ioannes in Galilæa traditus fuerit, mirum potest non exercitatus in scripturis lector dubitare. Ioannem in Galilęa traditum fuisse certum est. Traditus enim est ab Herode infra. 14.3. & Mar. 6.17. Lucæ 3. 19. Erat autem Herodes Galilææ Tetrarcha, Lucæ 3.1. Omnes hæreticorum interpretes hoc loco pueriliter errarunt, existimantes eandem esse Galilæam, in quam Christus recesserit, & ex qua prius venerat, vt à Ioanne baptizaretur, *supra* capite 3.13. ideoque, *ἀναχώρησιν* vertunt, *reditū in Galilæam.* Atqui Galilæa, vnde antea venerat, illa ipsa erat, in qua Ioannes traditus est. Venerat enim ex Nazareth, Marc. primo, nono, Nazareth autem in ea fuisse Galilæa, vbi Tetrarcha erat Herodes, quis ignorat? Propterea enim iussus est Iosephus, cum infante Christo eo diuertere, *supra*, capite 2.22. Itaque Christus non fugisset periculum in eam Galilæam recedens, sed se in periculum conjecisset. Secessit ergo ex Galilæa Iudæorum, cuius Tetrarcha Herodes, qui inferior dicebatur in superiorem Galilæam, quæ extra Herodis iurisdictionem erat, & Galilæa gentium vocabatur, quod magnæ ex parte à gentibus habitaretur. In ea enim Salomon Hiram Tyriorum regi viginti vrbes olim donarat. 3. Regum 9.11. quod non solum ex Strabone vulgari nostro auctore: sed ex ipso etiam Euangelista intelligere potuerunt. Addit enim verticulo decimo tertio, Christum discessisse ex Nazareth, post iejunium, & tentationes in Galilæam Herodis, vbi habitare in Capernaū, quam in finibus alterius Galilææ esse constat, & vtriculo 15. *Terra Zabulon & terra Nephthalim via maris trans Iordanem Galilæa gentium.* Itaque melius nostri interpres vertit, *Secessit*, quā illi *recessit*; quamuis verbum virum quis significet. Ex his perspicuum est, non esse eandem historiam, quæ hoc loco Matthæus, & quam Lucas capite 4.14. commemorat: sed Lucam illic agere de reditu Christi statim post ieiunium, & tentationes in Galilæam Herodis; Matthæum vero hic de eius recessu ex Galilæa Herodis in Galilæam gentium; quod non alios solum minores auctores: sed magnum etiam Augustinum videtur latuisse, libro secundo de consensu Euangelistarum capite decimo octauo.

14. *Vt adimpleretur.*] Prophetiam Isaiæ, quam de liberatione trium tribuum Zabulon, Nephthalim, & Aser, quæ eam partem incolebant, quidam interpretantur, suo more ad Christum accommodat, vt alias capite 2. 15. 18. & capite 3.3. Locus est apud Isaiam difficilis, quia Hebraei non solum aliam sequuntur sensum, sed aliter etiam legunt, aliterque verba coniungunt. Illic docuimus veram lectionem, vtrāque esse sententiam quam & noster interpres, & Euangelista secutus est. Nec enim illam prophetiam ante Christi aduentum & prædicationem propriè legatus impletam.

15. *Terra Zabulon & terra Nephthalim via maris.*] regio tribus Zabulon & tribus Nephthalim: hæ enim duæ tribus in superiore Galilæa sortem acceperant, Ios. 19.10.32. *regio maritima.* Erant enim tres illę tribus vicinæ mari Phœnicio, vbi Tyrus dominabatur. Graecus dixit *ὁδὸν θαλάσσης*, viam maris accuratius ad verbaliter posito, id est versus mare, imitatione, vt opinor Septuaginta, qui ita solent vertere, quod Hebraei dicunt דרך via id est, versus, vt 2. Par. 6.38.

Trans Iordanem.] Terram Zabulō & terrā Nephthalim non esse trans, sed citra Iordanem respecta Ierosolymæ nemo ignorat. Quo maiorem hic locus difficultatem interpretibus peperit. Ego quod sentio breuiter dicam, aliorum non aspernatus sententiam, sed breuitatem sequutus. Solebant Hebræi ex Aegypto venientes, antequam Iordanem traijcerent, terram Chanaan, quæ vltra Iordanem erat, vocare ארץ מעבר הירדן terrum trans Iordanem. Nu. 32.19. Deu. 3.20. 28. & 11.30. Quam consuetudinē etiam in Palestina ingressi retinuerūt, ita loquentes, quemadmodum ante loquebamur, cum essent vltra Iordanem, sicut è contrario, antequam Iordanem transiecissent, regionem, quę illis citra Iordanem erat, trans Iordanem appellabant, ita loquentes, quemadmodum si iam essent in terra Chanaan. Quius rei quæque res in libro Iosue sunt exempla, eaq; facilius lector reperire poterit, quam ego moneare. Hoc fuō placet, breuius veritusque dici potest, Hebraica phrasi ארץ מעבר לירדן eam citra, quam vltra significare, vt 1. Par. 20.2. מעבר לירדן a regione quæ est citra eam.

17. *Appropinquauit regnum cœlorum.*] Quid sit, regnum cœlorum appropinquare, diximus capite tertio, secundo. Hic tantum notandum illidem verbis Christum & Ioannem Euangelij prædicationem inchoare, vt intelligamus Ioannem legatum fuisse Christi, qui non luis: sed eius, à quo missus fuerat, verbis vius fuerit, & exordium Euangelij esse pœnitentiam.

18. *Iuxta mare Galilææ.*] Non erat mare, sed lacus, quem Iordanis in lumdiorem locum incidens efficiebat. Vocatur autem mare Habitarium, more, qui vt Hieronymus ait, omnem aquarum congregationē mare appellant. Gen. 1.10. Galilææ vero dicitur quia in finib. vtriusque Galilææ situs erat, olim Tarichea, vt auctor est Plin. & mare Tiberiadis propter Tiberiadem vrbem in eius ora situm, quam non multo ante Herodes ædificauerat, & amplissimæ gratiæ Imperatoris Tiberii de cuius nomine Tacitus, vt Iosephus plus scribit libro 18. Antiquit. capite 3. & lacum Genesareth, quia tota regio, vt Hegesippus ait, Genezara vocabatur. Lacum describit Strabo libro 16. Plinius libro quinto capite 15. & Hegesippus libro 3. capite 20.

Petrum & Andream.] Petri & Andreæ vocationē diuersis Euangelistæ diuersis modis narrant, Mar. ca. 3.13. & Luc. cap. 6.13. videntur significare omnes Apostolos simul vocatos fuisse, Ioann. capite 1.40.41. Andream primo, deinde Petrum vocatum. Præterea Lucas capite 5.1.10. alia ratione Petrum vocatum scribit: non enim Christum præcessisse, sed in Petri nauicula cum constantem, & incredibili piscium multitudine capta obstupescentem Petrum vocasse, nulla de Andrea facta mentione. Prima illa dissensio facile explicatur, Mat. capite 3.13. & Luc. cap. 6.13. non agere de Apostolorum vocatione, vt Christianis sequerē tur, sed vt Apostoli fierent. Prius enim discipuli deinde Apostoli ex discipulorum numero, id est, magistri, vt alios docerent; electi sunt: sicut nunc ex presbyterorum numero Episcopi eligūtur. Secunda quæstio paulo est difficilior, quam quisquis nec tantum Petrum & Andream vocatos fuisse existendant, non video qua ratione probabiliter explicare possint. Contendit autem hæreticorum interpres, timens ipse apostata, ne Apostoli, sicut vocati, ad pœnitentiam dicantur etiam redisse, apostatare fuisse videatur. Facile vero explicant, quo duas fuisse dicunt Petri & Andreæ vocationes: alteram, qua, non vt discipuli & comites, sed vt familiares amatores admissi sunt, de qua nunc, sed vt familiares audiores, admissum, de qua Lucas capite quadragesimo, quarto agit. alteram qua verum sunt, vt nunc ita relictis rebus, Christum persequerentur, vt Aug. in tractatu Ioan. 7. Chrysostomus 14. in Matthæ, Euthym. & Theophylact interpretantur. Facilius quo tres, primam, quam Ioannes: secundam quam Lucas, tertiam, quam hic Matthæus describit. Sed duas priores non ad perfectum discipulorum officium, sed ad familiarem tertiam ad Discipulorum & Apostolorum officium factam esse. In qua sententia Lyranus fuit: quam ego vehementer probo, tantum aliter loqui velim. Nec enim credibile mihi videtur, quamquam alia de causa à Christo vocatum fuisse, quam vt verus esset discipulus, sequeretur statim omnibus, fecisseque itaque duas priores nullas vocationes, sed admonitiones & quasi futuræ vocationis præparationem appellare, ne duo maximi Apostoli parum obfuisse vocati Christo fuisse videantur: cum cæteros Apostolos ad primum Christi se vocantis verbum omnia reliquisse, ipsumque secutos legamus. Et quidem vocationes Euangelistarum duas priores vocationes appellat. Nam apud Ioan. cap. 1.42. tantum prædicit Christus Petro, quod futurum erat. Ita sequi. *vocabis Cephas.* Luc. 6.5.14. non dicit à Christo vocatos fuisse: sed viso miraculo capturum piscium, subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secutos fuisse Christum, quod interpretari possumus, non relicta, id est abdicata, quæ mado modum, cum à Christo vocati sunt, abdicata, abdicatisque omnibus rebus, Christum secuti sunt, vt Petrus posset dixit Matth. 19.27. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*: sed relictis omnibus, id est, deserto naribus & rectibus sicut mulier illa Samaritana, relicta hydria abiit in ciuitatem, dixit quæ populatibus fuit. *Venite, & videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque fecit, numquid ipse est Christus?* Ioan. 4.28.29. Matthæus autem hic vocatos fuisse dicit, quia veram narrat vocationem, qua, omnibus abiectis rebus Christum secuti sunt.

19. *Venite post me.* Hebr. לכו לחרי id est, sequimini me, vt Deut. 6.14. & 11.28. & 1. Regum 7.2. & 4. Reg. 23.5.

Piscatores hominum.] Alludit ad præteritum officium, sic enim Dauide, Psalmo 77.70.71. *Sufficiens de gregibus ouium, de pariens accepit eum pascere Iacob populum eius, & Israel hæreditatem eius.* Simulque Apostolorum describitur officium, homines piscari, & ad Christum fluminum pisatorem trahere. Ille enim est, qui segenam mittit in mare, ex omni genere piscium congregantem, infra cap. 13.47. illius verbo atque virtute pisces capiuntur, sine eo frustra tota nocte laboratur Lucæ. 5.5. Christiani sunt pisces, nam propterea in baptismi aqua nascimur. Propterea Christus à veteribus illis *ἰχθὺς* piscis appellabatur, cuius anagramma mirabilius erat, *ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ* Iesus Christus Dei filius saluator, de quare extat carmen Erythrææ Sibyllę. Tertullianus libro de Baptismo, Augustinus libro 18. capite 23. Prosper li. de Promission. & Prædict. par. secunda capite vigesimo nono.

23. *Totam Galilæam.*] Galilæam gentium, in quam secesserat, *supra*, vers. 12. & 15.

In synagogis.] Hebraï congregando locum vbi conciones habemus, vocant עדות congregationem, Græci *συναγωγὴν*, synagogam, proprium vocabulum Septuaginta interpretum. Exod. 34.31. & Numerorum 16.2. & 35.24. Psalmo. 73.8. & 81.1. quibus Apostoli mutuari sunt, cum Hebræorum congregationem, aut congregationum locum significant. Nam Christianorum differentiæ causa, *ἐκκλησίαν* Ecclesiam appellant, infra, capite 18.17. quod nomen non solum congregationem, vt nunc hæretici eredo superciliosi dicere solent, ridentes nos hominem inducto, quod templa Ecclesias appellemus: sed locum etiam vbi ecclesia congregatur, quemadmodum synagoga significat, non tantum apud Eusebium & cæteros Theologos Græcos sed etiam apud Diuum Paulum 1. Corinth. 11.18. 34. & 14.28. 34. 35. Erat autem apud Iudæos synagoga, sicut apud nos Ecclesia locus ad docendum designatus, & horum decimo quinto, vigesimo primo.

Euangelium regni.] bonum nuntium, quo prædicabat regnum cœlorum appropinquare, vtriculo decimo septimo. Vide præfationem capite primo, & *supra* cap. 3.1.

Et transi Iordanem.] reprehendas est *ἀναχώρησις* præpositio *ἀπὸ*. Et de cessit *regione, quæ erat trans Iordanē*, id est, citra, vt vers. 15. Quod ante diximus dicturum, dicit nunc vnius rei. Simili phrasi vius est Seneca lib 3. de benef. c. 16. Trans Alpes eccium hostis, id est, è regione, quæ trans Alpes est.

CAPVT

CAPVT V.

VIDENS autem turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, 2 & aperiens os suum docebat eos, dicens: 3 Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. 4 Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. 5 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. 6 Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. 7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. 8 Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. 9 Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. 10 Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. 11 Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter me. 12 gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. 13 Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. 14 Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. 15 Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. 16 Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. 17 Nolite putare quoniam venerim soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. 18 Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. 19 Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. 20 Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. 21 Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. 22 Ego autem dico vobis quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. 23 Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, 24 Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. 25 Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro: & in carcerem mittaris. 26 Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. 27 Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. 28 Ego autem dico vobis quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. 29 Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. 30 Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. 31 Dictum est autem: Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. 32 Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. 33 Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. 34 Ego autem dico vobis, non iurare omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est: 35 neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis. 36 Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. 37 Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est. 38 Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. 39 Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. 40 Et si quis vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. 41 Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. 42 Qui petit a te, da ei: & volenti mutuari a te, ne auertaris. 43 Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. 44 Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. 45 Vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos. 46 Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? 47 Et si salutauerint fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? 48 Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.

IN CAPVT V.

VIDENS autem. Non potest bene hic locus intelligi, nisi prius intelligatur, an eadem sit cœtio, quæ hic à Matthæo, & à Luca, ca. 6. 17. narratur. Multis enim in rebus in eius narratione videtur Matthæus, Lucæque dissidere. Matthæus significat Christum concionandi causa in montē fuisse: Lucas ascendisse dicit, vt oraret: Matthæus non dicit oratse, sed docuisse. Lucas dicit, totam orando noctem duxisse: Matthæus non dicit, Christum post orationem discipulos vocasse, & ex iis duodecim Apostolos elegisse: quin eorum electionem, quasi loge post factam, narrat, capite decimo, ver. 2. Lucas dicit Matthæus hanc à Christo concionem in monte habitam scribit; Lucas in loco campestri, cum ex more tam descendisse. Matthæus octo, vt vocant, beatitudines ab eo explicatas tradit, Lucas non nisi quatuor. Quibus rebus magni auctores addicti sunt, vt existimarent non eandem hic à Matthæo, & illic à Luca concionem recenseri, sed Christum, vt solet concionatoribus accidere, eadem in diuersis concionibus, vel additis, vel detractis paucis, repetiisse. In qua sententia fuit Augustinus lib. 2. de consensu Euangel. cap. 19 & Auctor imperfect. homil. 9. Chromatius in hūc locum & Gregorius hom. 9. in Ezechiel. Alii eandem putant esse concionem, vt Tatianus in Harmonia, Hieronymus in cōmentariis, Chrysost. hom. 15. Origen. tractatu in Matth. 14. Euthymius & Theophylactus in commentariis. Quorum propterea iudicio probabilior est, sententia quam vtergue Euangelista in hac re ordines à Christi explicatos narrat, non quasi parua quædam præcepta ex aliena superiore concione repetita sed quæ summa concionis argumentum, in quo omnes eius concionis partes continentur, complectantur. Quod autem pauperum ex ordinum sumpsisse dicatur. Quod autem obiicitur multis eos rebus dissidere, non est tanti difficile soluere quam videtur. Dicit quidem Lucas, Christum orandi causa in montem ascendisse: Matthæus non dicit, an non negauerit hanc quoque de causa Apostolorum electionem præcessisse, de qua paulo ante egit, capite 10. quod verisimile nobis nunc commodius est cum pleraque dum loquimur, tum etiam propter turbam ascendere, id est, vt Matthæus fugeret, vt supra Augustinus hic, & de sermone Domini in monte, & Chrysost. hom. 15. Hieronymus in Commentar. Euthymius. Theophylactus. Locum homo id de omnibus semper, & de quibus aliquid scribere vult, triplex à turba est signum Christum fuisse in quatuor declarato, cap. 4. 25. cum ex Galilæa, Decapoli, & Ierusalem, & Iudæa, & trans Iordanem secuta est eum turba multa. Cap. 5. 1. cum videns turbas ascendit in montem. Cap. 8. 1. cum videns autem Iesus turbas multas circa se, iussit ire trans fretum. Cap. 13. 2. cum congregata est ad eum turba multa, ita vt in naviculam ascendens sederet, & omnis turba in littore stabat. Cap. 14. 13. cum audissent turbæ secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Cap. 15. 30. cum venisset Iesus secus mare Galilææ, ascendit in montem, & sedebat ibi. Et secuta eum turba multa habentes secum claudos, cæcos, debiles, mutos, & alios multos. Cap. 17. 14. cum venisset ad turbam. Cap. 19. 2. cum turbæ conuenirent ad eum iterum. Cap. 20. 29. cum exirent ab Hiericho, secuta est eum turba multa. Cap. 21. 8. turba autem plurima straverunt vestimenta sua in via. Cap. 22. 33. cum audirent turbæ. Cap. 26. 47. cum adhuc loqueretur, ecce turba multa. Cap. 27. 15. cum turba quem vellent. Cap. 27. 24. tumultus fieret. Cap. 27. 47. cum audissent quidam de illis. Cap. 27. 55. erant ibi mulieres multæ. Cap. 27. 64. & Luc. 6. 17. & 7. 11. & 8. 4. & 9. 11. & 12. 1. & 14. 25. & 15. 1. & Ioann. 6. 5. 22. & 12. 9. & 18. 40. Atque hunc arbitror veriorem esse sensum, quia vt paulo ante diximus, hanc concionem non ad turbam, sed ad discipulos habitam fuisse constat, & quia non solet Christus, cum turbam quærit, sic cum fugit, in montem ascendere, vt ex Ioanne cap. 6. 15. & 8. 1. manifestum est. Auctor imperfecti & Chromatius aliam rei huius causam, vt hanc prophetiam impleret, capite 40. 3. *Super montem excelsum ascendere, qui Euangelizat Sion exalta in fortitudine vocem tuam, in qui euangelizat Ierusalem.* Sed nec Euangelista eam causam si veram exiti malit, silentio præterijsset, qui tam diligens in quærendis & accommodandis ad Christum prophetiis esse solet: & aliquoties prophetia scripsit non enim iubet, vero montem vtrobique considerari: sed vtrique loquitur, vt longe lateque Euangelij prædicatio extendi posset, vt eorum vox, qui de summi montium cacuminibus clamant. Quæ autem mons fuerit in quem tunc Christus ascenderit, scire non possumus. Refert Hieronymus, Christianos aliquot simplices existimasse, fuisse montem Oliueti, non autem duo montes, Christum tunc in superiora fuisse Galilææ, montem autem Oliueti Ierosolymæ vicinum esse. Ipse Hieronymus probabilius putat fuisse Thabor.

Et cum sedisset. Hieronymi & aliorum interpretationes, quia allegoricæ sunt præteritio. Quod autem Augustinus lib. 2. de ser. Domini in monte, admonuit: sedere, ad magistri partinere disciplinam, quodque alibi hoc loco tradiderunt, mortem fuisse, sedendo docendi Matth. 26. 55. Luc. 4. 20. & Ioann. 8. 2. dubium non est: nefario tamen ausu properet hoc loco sederit Christus: cum prius sedisse dicatur, quam ad eum discipuli accessissent. Neque vero simile est, semper Christum sedendo docuisse. Nam cum in medio campo concionatus est, non, vt opinor, sedebat.

2. *Et aperiens os suum.* Præterissemus antiquum facilem huius nodum, nisi omnes fere interpretes obtenuissent, quod Christus eos suum dicatur aperuisse in aperuisse non solum non pleonasmum, sed aliquid etiam illis mysterij. Mysterium autem quod sit, non omnes conficiunt. Augustinus libr. 2. de serm. domini in monte, & Gregorius libr. 3. in Iob, capite 5. significari putant Christum, quia prius prophetarum ac creberat ora, nunc eadem eo tutum aperuisse, id est, ipsum per se locutum esse, vt

sin Deum Paulus Hebr. 1.6. Alii vt quodammodo A
nuntiat id est, verba fidei opponi putant, vendicat Euangelista Christum auctori exemplo, tum veriam verbo creatis. Caput enim *sacri sunt deducere.* Act. 1.1. Ita Chrysostomus, Euthymius & Theophylactus exponunt. Alii locum fuisse seruorum indicari ostendunt, quod erant Augustinus probat. Alii res magnas dixisse, quæ diuinæ sunt, sic enim dictum esse *secreta* ipsius, vt Cyrillus Euangelista, operta abyssum omnia scientes, & ignorantia sua. Sic Hilarius, Strabus. Alii simpliciter esse *sublimiora*, quasi dicat exordium est loqui. Hebræus enim, ערכה or, est loqui incipere. Ego aliquam hoc loco mysterium vim arbitror inesse. Igitur, vt multis alijs præteream, quæ apud Hebræos hæc phrasis significat, tantum dicam eos ad rem maxime videri pertinere. Quæ cum ita sint, nihil quamde libere & clare voce loqui, Barchel cap. 29 vers. 21. *Audite me principes eius, & omnis Israel, & nihil dolo exercitus es in multa verba, & dicam, quod ego Dominus, Exercituum dicit.* 15. *Qui multa fiducia aperis eorum*, id est, eorum omnibus libere loquentur, loquetur in conspectu regum & non confundetur, Psalm. 118.46. Et de mundo Christum os aperuisse, verum ostendit sententia. Quin enim dubitet eum libere locutum, nisi significare Euangelia voluerit, non Scripturam & Pharisæorum more, sed libere & tanquam potestatem habentem docuisse, vt infra cap. 7. 29. sed hic de his multa commentor, si Christus hanc concionem non ad solos discipulos, *sed ad præsentium multitudinem* habuisset. Aliquando aperire os, vel positum, continuumque silentium in verba prorumpere, vt Iob 3.1. *Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suæ*, et Ieremias est, *percussit.* Acres enim dictum fuerat: Ieremias hic non primum Iob *Iam suos vomere finitum quis contra Deum loctus est?* cap. 12 veritas. Sic mihi videtur Christus hoc loco os fuisse aperuisse, non quod ante locutus, sed etiam concionatus non esset: sed quod non quam ante sublimem illam de Euangelica perfectione doctrinam proponeret. Tunc ergo aperuit os suum, id est, diuina reuelauit, vesit Hilarius, quæ ante tacuerat, ne efficit sint magnus ille apud Ciceronem Orator Brutus, cum multis de Oratore perfecto disputasset, victus ad extremum precibus, & auditores ostius idoneos, *Dicam*, inquit, *quod sentire tecum, semperque secutibus perstat. Mihi quidem oratore dicendi, quoque id facillime fieri posse, nec institia quidem tantum sit, sed eloquentia videtur.*

3. *Beati.*] Exordiur Christus ab eo, quod omnes exoptant, sicut Dauid, auit 19. qui eius voluntatem volumen psalmos colligauit: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Psalm. 1.1. Beatitudinem enim eam solum nemo non appetit, sed nemo quicquam, nisi propter eam appetit. Beatos vero Christus in hac tota concione vocat, non eos qui re tam ipsa, sed qui se beati sunt, & qui per gradus, quibus ad beatitudinem itur, ad eam perueniunt. Nec beati dicuntur, quod certi sint ad beatitudinem se peruenturos, sed quod recta ad eam inierint via, & nisi quod vitium impediat, perueniant sint. Vno verbo beati pauperes appellantur, quantum ex parte paupertatis est, quia ad eam tendum ad beatitudinem, erait Gregorius, tenues & expeditis sunt, potest tamen morbus, potest aliquod peccatum currentes impedire. Nec desiderare in interprete prudens debet lector, vt plura hoc loco de beatitudine disputet, quam ab schola.

Pauperes spiritu.] Pauperes spiritu maior pars auctorum humiles interpretatur, Hilarius, cap. 4. Chrysost. hom. Matthæi. Auctor imperfecti homil. 9. Ambrosius lib. 5. in Lucam, Augustinus lib. 1. de

Qui pauperes spiritu.

serm. Domini in monte, Gregorius Nyssenus lib. de Beatitudinibus. Euthymius hæresi 56. Leo in homil. de omnibus Sanctis. Gregorius magnus lib. 30. in Iob, cap. 20. Itaque quamvis facultatibus diuites, modo humiles mente, pauperes spiritu vocari putant. Alii pauperes spiritu esse dicunt eos, qui sine pauperes hoc diuites sint, non habent tamen diuitiis additum animum, nec illi cor ploratum, vbi diuitiarum vsurum est, vt sæpe etiam Augustinus exponit. Alii vetera cauperes, qui eos non habent, significari scribunt, vt Tertullianus lib. aduersus Marcionem, capit. 4. Cyprianus libr. de mortalitate, Hieronymus in Commentariis. Nec mihi dubium est, quin vera pauperes significentur, & quia nomen ipsum, quo vsus Euangelista, manifestum pauperes est, sed, quod B
antiphrasis quidam est, mendicos significet, quem admodum Tertullianus verendum putauit: & quia in humilem paulo infra verbulo quarto dicat, *Beati mites*, & quia illa regnum cœlorum quasi pauperibus operæ promittantur, & quia Lucas vero illis diuites, non superbos opponit, Væ inquit, *vobis diuitibus*, capit. 6. 24. Cur autem ad spiritu, vera opinio. Qui humilis intelligitur, ideo additum putant, vt non vera pauperes, sed humiles, quæ pauperies spiritus est, significetur. Alii, vt non quidem etiam vera pauperes, sed voluntarie pauperes declarentur. Pauperes enim eos, virtus non est, sed miseria. Hanc ego veram arbitror esse sententiam. Spiritum enim sæpe pro voluntate poni animaduerto, vt Matthæi cap. 26. 41. & Marc. cap. 14 *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, Roman. 8. 9. *Cui ferunt spiritu vos*, id est, voluntate, 1. Corin. 7. 34. vbi Paulus virginem sibi sanctam, non solum *corpore sed etiam spiritu*, id est, cultam & sacro, & voluntate, & bonis mentis. capit. 12. *vt secundum spiritum renouamini spiritu mentis vestræ*, id est, voluntatis, & Ioannes est, *percussit.* Acres enim dictum fuerat: Ieremias hic non primum Iob *Iam suos vomere finitum quis contra Deum loctus est?* cap. 12 veritas. Sic mihi videtur Christus hoc loco os fuisse aperuisse, non quod ante locutus, sed etiam concionatus non esset: sed quod non quam ante sublimem illam de Euangelica perfectione doctrinam proponeret. Tunc ergo aperuit os suum, id est, diuina reuelauit, vesit Hilarius, quæ ante tacuerat, ne efficit sint magnus ille apud Ciceronem Orator Brutus, cum multis de Oratore perfecto disputasset, victus ad extremum precibus, & auditores ostius idoneos, *Dicam*, inquit, *quod sentire tecum, semperque secutibus perstat. Mihi quidem oratore dicendi, quoque id facillime fieri posse, nec institia quidem tantum sit, sed eloquentia videtur.*

3. *Beati.*] Exordiur Christus ab eo, quod omnes exoptant, sicut Dauid, auit 19. qui eius voluntatem volumen psalmos colligauit: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Psalm. 1.1. Beatitudinem enim eam solum nemo non appetit, sed nemo quicquam, nisi propter eam appetit. Beatos vero Christus in hac tota concione vocat, non eos qui re tam ipsa, sed qui se beati sunt, & qui per gradus, quibus ad beatitudinem itur, ad eam perueniunt. Nec beati dicuntur, quod certi sint ad beatitudinem se peruenturos, sed quod recta ad eam inierint via, & nisi quod vitium impediat, perueniant sint. Vno verbo beati pauperes appellantur, quantum ex parte paupertatis est, quia ad eam tendum ad beatitudinem, erait Gregorius, tenues & expeditis sunt, potest tamen morbus, potest aliquod peccatum currentes impedire. Nec desiderare in interprete prudens debet lector, vt plura hoc loco de beatitudine disputet, quam ab schola.

Pauperes spiritu.] Pauperes spiritu maior pars auctorum humiles interpretatur, Hilarius, cap. 4. Chrysost. hom. Matthæi. Auctor imperfecti homil. 9. Ambrosius lib. 5. in Lucam, Augustinus lib. 1. de

disserere. & eum aliarum inuidia paupertatem extollere. Tantum dico voluisse Christum rectissimam, & expeditissimam ad cœlum viam ostendere. Nihil autem esse quod magis quam diuitiæ eum tem impediat. Impossibile enim est diuitem intrare in regnum cœlorum: propterea Christum paupertatem primo loco posuisse.

Quoniam ipsorum est regnum cœlorum.] Qui regnū cœlorum hic pro Euangelii prædicatione sumant, quod pauperibus potissimum Euangelium prædicetur, vt Christus ait Matthæi undecimo. 5. *pauperes euangelizantur.* & Isai. 61.1. vt Hebræi legunt, *Euangelizare pauperibus misit me*: non animaduertūt regnum cœlorum, tanquam paupertati diuitias opponi, sicut in sequentibus semper contraria contrariis opponuntur: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: Beati qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur.*

4. *Beati mites.*] Hic est apud Græcos versus quintus, quæ autem versu quinto dicuntur. *Beati qui lugent*, ponuntur hoc loco. Et quidem Leo auctor Latinus hom. de omnibus sanctis, Græcorum morē legit, vt non temere videri possit, verba in Latinis codicibus per amanuenses fuisse transposita. Mites dicuntur, qui humiles sint & mansueti, Christoque similes, Matth. 11.29. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*: itaque non possunt non esse beati, Basilius in Regulis breuior. inter. 190. Qui non reddunt malum pro malo, sed vincunt in bono malum, Rom. 12.17.18.

Quoniam ipsi possidebunt terram.] Gr. κληρονομήσουσι C
hæreditatem possidebunt. Quam autem terrā intelligat, non satis constat. Alii istam, in qua viuimus, terram interpretantur, vt Chrysost. ho. in Matt. 15. Augustinus lib. 1. de ser. Domini in monte, Euth. & Theophylactus. Solere enim Christum non modo cœlestia & futura, sed etiam terrena & præsentia bona pollicieri, vt Matthæus 6.33. *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* & Marc. 10.29.30. *Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domū, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc, in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres. & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.* Alij per terram, cœlū intelligunt, quæ terra viuentium vocari solet, Psal. D
26.13. & 141.6. Sic Origen. homil. 26. in Num. Basilius in comment. in Psalm. 33. Cyrillus in capit. Isaiæ 58. Auctor imper. homil. 9. Gregor. Nyssen. in lib. de Beatitudinibus, Hieronym. in hunc locum. Quorum ego sententiæ magis accedo, & quia in tam seria concione vero simile non est, eam Christum promisisse terram, quā desiciendam docebat, & quia in aliis beatitudinibus nihil eum terreni videmus polliceri, & quia sententia vera non esset: nec enim solent mites terram hanc possidere: sed de eius potius possessione deturbari. At neq; domos & agros possidere solent, qui propter Euangelium domos agrosque reliquerit, & in Christus illis Mat. 19.30. etiam in hoc mundo pollicetur. Respondeo illic Christum non domos & agros, sed spiritualia dona, E
quæ domibus & agris meliora sunt, polliceri. Cur ergo domos & agros appellati vt domibus & agris sponte relictis opponeret. Quod hoc loco, cum terram ante non nominauerit, dici non potest. Cur igitur terram potius quam cœlum appellauit? Primum, varietatis causa, quia iam prius cœlum appellauerat, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Deinde, vt terrenæ, vt ita dicam, terræ, cœlestem opponeret, docereque, mites, qui huius terræ possessione excludi solent, aliam meliorem possessuros terram, sicut D. Paulus & Apostolus Ioannes cœlum Ierusalem appellare solet. vt terrenæ Ierusalem opponant, cuius habitatione Iudæi maxime gloriabantur, Gal. 4. 26. Hebræorum duodecimo, vigesimosecundo, Apocalypsis tertio, duodecimo, & vigesimoprimo, secundo & decimo. Nescio etiam, an ad terram Chanaan Christus alludere voluerit, in quam cum omnes contenderent Hebræi, non nisi pauci mites & patientes ingressi sunt.

5. *Beati qui lugent.*] Non omnes, qui lugent, beatos esse manifestum est. Itaque merito quæri potest, quos lugentes beatos appellet. Quidam eos dicunt, qui peccata sua lugent, vt Chrysostomus homil. 15. Ambrosius libr. 6. in Lucam. & Cyrillus libr. 5. in Isaiam, & Hilarius can. 4. Alij, qui vel sua vel aliena, sicut Christus luxit Ierusalem, Luc. 19. 41. & vt Samuel luxit Saul, 1. Reg. 16. 1. Auctor imperfecti homil. 9. Hieronymus in Comment. & Leo in homil. de omnibus Sanctis. Alij, qui earum rerum amissione lugent. Augustinus libr. 1. de serm. Domini in monte, & Gregorius Nyssenus in libr. B
de Beat. Potest sensus esse, vt lugentes Christus appellet eos, qui propter regnum cœlorum oppressi lugent, quod aliis verbis dicit vers 10. *beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Omnes enim qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur*, 2. ad Timoth. 3.12. *Vos* inquit Christus *plorabitis & flebitis, mundus autem gaudebit.* Ex iis sum, *In mundo pressuram habebitis*, Ioann. 16. 33. *Gloriamur* in Deum Paulus, *in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio autem spem: spes autem non confundit.* Rom. 5. 3. 4. Hunc autem esse sensum, intelligitur ex Luca. 6. 25. vbi lugentibus ridentes, quasi oppressis prossores, victis victores opponit. *Væ, in-* C
quit, vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.

Quia ipsi consolabuntur.] Gaudebunt, ridebunt. Græce παρακληθήσονται, consolationem accipient, vt Augustinus aliquando vertit. Noster interpres, vt verbum vnum Græcum vno altero Latino redderet, præter Latini sermonis consuetudinem locutus est. Hoc est quod Christus dixit Ioann. 16. 20. *Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: sed tristitia vestra vertetur in gaudium*, & Ioannis in Apocalypsi cap. 7. 17. *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* & 21. 4. *& mors vltra non erit, neque luctus neque dolor erit vltra.*

6. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.*] Luc. capit. 6. 21. absolute dicit, *Beati, qui nunc esuritis quia saturabimini.* Matthæus *iustitiam*, addens sententiam, non vt plerique putant, explicauit: sed longe difficiliorem reddidit. Ex hoc enim verbo ansam omnes interpretes acceperunt, vt hunc locum de fiti, id est, ardenti desiderio consequendæ iustitiæ intelligendum putarent. Ambrosius lib. 6. in Luc. Hieronymus in Comment. Chrysostomus ho. 15. Auctor imperf. hom. 9. Augustinus libr. 1. de serm. Domini in monte, Hilarius can. 4. Leo ho. de omnibus Sanctis, Gregorius Nissenus lib. de Beat. Cæsarius Arelat. hom. 22. Bernardus serm. 1. de omnibus Sanctis, Euthymius & Theophylactus in Comment. videturque eorum fauere Scriptura sententiæ, quæ per sitim vehemens solet desiderium significare, Psalm. 41. 1. 2. 3. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.* & Psal. 26. 2. *Sitiuit te anima mea.* Eccles. 24. 29. *Qui bibunt me, adhuc sitient.* Isai. 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Hos auctores tot ac tantos & honestū & tutum est sequi: sed mihi si liceat secundum eos meam dicere sententiam, faceor probabilius videri, Christum non de metaphorica, sed de vera fame, sicque loqui: & quia & si vehementi desiderium satis in sacris literis appellatur, fames tamen, quantum equidem memini, nusquam appellatur. His autem non solum, qui esuriunt, sed etiam qui esuriunt, beatos Christus pronuntiat. Deinde, quia Christus hoc loco nonnisi nisi de certis quibusdam & primis virtutibus, quæ malint, quam videntur adiumenti

ad beatitudinem habent, qualis est paupertas, humilitas, patientia. Desiderare autem, & appetere iustitiam non specialis: sed generalis est virtus, nihilque nouiauti magni dixisse videretur Christus, si eos, qui iusti esse vellent, beatos appellasset. Praeterea, quia manifestum est, voluisse in ista hac concione Christum mundi opinionem coarguere, iis extollendis rebus, quas ille maxime contemnit, propterea paupertatem, propterea humilitatem, propterea patientiam tantopere commendat: at velle iustum esse, mundus non damnat, sed laudat, quamuis iniustus: famem autem & sitim veram maxime refugit, eamque tolerare putat insaniam: de ea igitur loquitur Christus. Postremo Lucas esurientibus, ac sitientibus saturos opponit. Ve, inquit, *vobis qui saturati estis.* Saturos autem non vocat eos, qui iustitia satiati sunt: non enim eos miseros, sed beatos appellaret: ergo nec eos sitientes & sitientes dicuntur ij, qui iustitiam desiderant. Propius videtur mihi Rupertus ad sensum accessisse, vt esurire, & sitire iustitiam dicantur, quibus iustitia non administratur, quales sunt pauperes, viduæ, & pupilli, quorum iudicium à Deo tam sæpe: tamque diligenter commendatur, Psalm. 9. 18. *Iudicate pupillo & humili, vt non apponat amplius magnificare se homo super terram*, & Psalm. 81. 3. *Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate*, Isai. 1. 23. *Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingredietur ad eos* Ier. 5. 28. *Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, iudicium pauperum non iudicauerunt.* Hi ergo dicuntur esurire & sitire iustitiam, quia cum iustitia, id est, iuris administratione indigeant, eamque petant: nemo tamen illis præbuit. Sicut panem esurirunt, qui eum petant, nemo illis porrigit. Nihil essat, quod in hac interpretatio ne deliderarem, si Lucæ verba cum ea conuenirent. Sed quia videtur Lucas de fame panis & siti aquæ loquit: aliter explicari potest. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*, id est, qui propterea esuriunt & sitiunt, quod eas illis suum non tribuatur, quales sunt, qui iniuste damnati, bona sua perdiderunt, aut qui quod suum est, quia iusti sunt, recuperare non possunt: aut, quia iusti sunt. Ve iustitiam, *denarrato*, dictum sit, pro, *propter iustitiam hoc illo denarrato*, & propter iustitiam intelligamus, quia illi iniustitia non iudicatur, aut vt iustitiam sequentur. Sic enim Matthæus, Lucæque consuenit. Sed Lucas solam famem, Matthæus autem & famem & easdem fames exposuit. At non quicunque ita etiam esuriunt & sitiunt, beati sunt, sed qui id propter regnum cœlorum patiuntur: multi enim fame moriuntur: quia iis illis non administratur, qui non ideirco. Beati autem erant illi (ad quos hæc verba diriguntur) qui dicebant, *Vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus.* 1. Corinth. 4. 11. & in labore & ærumna & vigiliis multis in fame, & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate. 2. Corinth 11. 27. & *egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Hebræor. 11. 37. 38.

Quoniam ipsi saturabuntur.] *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, Psalm. 16. 15. *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei*, Luc. 14. 15. Et *ego disposuo vobis, sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.* Luc. 22. 29. 30. His enim rebus accommodate ad hominum opinionem, qui cibum & potum magnam felicitatem putant, vita beata & regnum cœlorum significatur, quod Diuus Paulus escam & potum esse negat. Simili sententia Isai. 49. 10. *Non esurient, neque sitient, nec percutiet eos sol, quia misericors eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos*, & Isai. 65. 13. *Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce serui mei bibent, & vos sitietis*, Et Apoc. 7. 17. *Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarum. Qui ex ea bibit aquâ, nũ sitiet in æternũ*, Io. 4. 13. 14.

7. Beati misericordes.] Hoc de omni misericordiæ genere potest intelligi, vt Hieronym. Chrysost. Auctor imperfecti, & Theophylactus, existimant, exemplo est Euangelica parabola Matt. 18. 28. 32. 33. *Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui sicut & ego tui misertus sum?* Gregorius tamen Nyss. in libr. de B. Augustin. lib. de ser. Domini in monte, & Leo in hom. de omnibus sanctis proprie de eleemosyna intelligendum putant: ea enim homines vere beatos facit: Matt. 25. 34. 35. *Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est à constitutione mundi: quia esurini & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere*, Luc. 16. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*, Psalm. 40. 1. *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, Psalm. 111. 5. *Beatus vir, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur*, Proverb. 14. 21. *qui miseretur pauperis, beatus erit*, Proverb. 19. 17. *fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, vicissitudinem suam reddet ei.* Iob cap. 31. Matt. 7. 1. Iacob 2. 13. Mihi, quia hæc Apostolis dicta sunt, miser cordes propriè videntur appellari non solum qui in dandis eleemosynis liberales sunt, quas Apostoli rel ctis omnibus dare non poterant: sed multo magis, qui iniurias facile condonant, quas Apostoli sæpe erant accepturi, vt per illam parabolam Matt. 18. 28. significatur.

8. Beati mundo corde, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, mundi corde, aut, vt August. & alij veteres Latini sæpe loquuntur, mundicordes, vel puricordes. Quidam mundos corde vocari putant, qui pura sunt conscientia, quos nullius peccati conscientia redarguit, vt Hilarius can. 4 Basil. in Regul. breuioribus, inter. 280. Gregorius Nyssenus lib. de Beat. Hieronymus in Commentar. Auctor operis imperfecti hom. 9. Leo hom. de festo omnium Sanctorum, Bernardus in ser. in de Cœnet. cap. 25. & in serm. de omnibus sanctis. Hoc licet à multis & magnis dictum auctoribus, difficultate non careat: quia nemo est qui de conscientia non accusetur: *Quæ enim gloriabitur, mundum se habere cor, & purum esse a peccato?* Proverb. 20. 9. Deinde quia non est priuata, sed generalis virtus, & vt iàdiximus, Christus hic de priuatis agit virtutibus. Alij per puritatem cordis simplicitatem intelligunt, vt Augustinus libro primo de ser. Domini: quod ideo mihi magis placet, quod ea virtus maxime in mundo est vitiata, qui *totus in maligno positus est*, 1. Ioan. 5. 19. & quia Apostolis erat maxime necessaria, qui mundum in sapientia sua non assecuti, sed simplicitate capturi erant. Ideoque cum eos Christus ad prædicandum mitteret, simplicitatem illis in primis commendauit, *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*, Matth. 10. 16. *Si oculus, inquit, tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit*, Mat. 6. 22. sæpe autem monuimus agi hic de virtutibus, quas maxime despicit, quæque Apostolis maxime erant necessariæ. Laudat Deus simplicitatem Iob. 1. 1. 8. *Et erat vir ille simplex, & rectus.* Vxor tamen eius, id est, mundus, & sapientia carnis irridet, *Adhuc tu permanes in simplicitate tua*. Iob. 2. 9 Accedit, quod mundis corde visionem Dei Christus promittit, quem admodum si cæteris lumen, ignorantibus scientiam, eamque beatissimam promittat. Mundus enim simplices cœcos, & ignorantes appellat. Interpretatio tamen Chrysostomi, Euthymii, & Theophylacti mihi non displicet, qui per cordis puritatem castitatem intelligunt: nam & eam virtutem mundus vix nouit: Christus à suis discipulis maxime requirit, *Sunt Eunuchi, inquit, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum.* Matt. 19. 12.

Quoniam

Quoniam ipsi Deum videbunt.] Accommodata reddidio. Nam, vt, qui purioribus sunt oculis, melius colores videre: ita qui puriore sunt corde, melius Deum videbunt. Vnde sequitur, Deum non oculis, sed corde à nobis esse videndum, vt Augustin. argumentatur.

9. Beati pacifici.] Pacifícos plerique intelligunt, qui dissentionum auctores non sunt. Alij, qui iniurias facile condonant, vt Hilarius in Comment. Alij qui in scripta pacem habent, id est, nullis conscientiæ fluctibus agitantur, vt Augustinus. Alij, quod asine est, qui nullas cum Deo gerunt inimicitias, vt Leo. Alij, qui & ipsi quieti, & pacati sunt, & alios, quantum in ipsis est, reconciliant, & vt vno dicam verbo, qui pacifiudent, vt Chrysostom. & Auctor imperfect. Enthym. & Theophylact. Hæc minus interpretatio magis placet, & quia Græcum verbum εἰρηνοποιοὶ, eos proprie significat, qui pacem conciliant, & quia aliæ interpretationes nimis sunt generales. Nam habere vel in se, vel cum Deo pacem, cum minime sit virtus, & quia mundus plura facere eos solet, qui fortiter & prudenter bella gerunt, quam qui pacem componunt, & quia hæc virtus maxime erat Apostolis commendanda: quia non armis, sed mansuetudine mundum erant expugnaturi. *In quamcunque, inquit, domum intrauerit, primum dicite, pax huic domui.* Luc. 10. 5. & quæ sequitur. *Quia filij Dei vocabuntur*, id est quia similes Deo erunt, duplici Hebraismo, altero in verbo *Filij*, quod apud Hebræos conformationem, similitudinemque significat, vt infra vers. 44. & 45. *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij*, id est, similes *patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*: altero in verbo *vocabuntur*, id est, erunt, Genes. 21. 12. *In Isaac vocabitur tibi semen*, quod Diuus Paulus per verbum substantiuum interpretatur, Romanorum nono septimo, octauo. *Non qui filij carnis, hi filij Dei sed qui filij sunt promissionis, assimmuntur in semine*, & quæ dicta erat cap. 16. 7. *Domina mea domina erat*, dicebatur, Lucæ cap. 19. 40. dicit *domus orat eum*, quam quidam mihi videtur, vocari, quam significare: nempe ita aliquid esse, vt appareat, [illegible] ore celebretur, itaque beati pacifici, quia [illegible] filij Dei erunt, sed ita erunt, vt mundi [illegible] qui eos ante fluctos reputabat, filios Dei confiteri cogatur, & appellare: *His sunt, quos ali quando habuimus in derisum & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.* Sapient. 5. 3. 4. Propterea autem eli Dei, pacem facere. *Non enim est Deus dissensionis, sed pacis*, 1. Corinth. 14. 33. Ideoque Deus pacis appellari solet, Romanorum. 15. 33. & 16. 20. & 2. Corinth. 13. 11. ad Philip. 4. 9. 1. ad Thessal 5. 23. 2. ad Thessalonic. 3. 16. ad Hebræos 13. 20. Chrysostomi autem, Euthymii, & Theophylacti interpretatio bona est, propterea pacificos filios Dei appellari, quod Christum filium eius naturaliter imitentur, cuius officium est homines Deo reconciliare, Romanorum. 5. 10. 2. Corinth. 5. 18. ad Colos. 1. 20. ad Ephes. 2. 14. 17. quam mundus dare non poterat.

10 Propter iustitiam.] Propterea quod iusti, propterea quod iustitiam sequuntur, quod Christiani sint. Actorum 5. 41. *Illi autem ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati.* & 1. Petr. 4. 15. 16. *Nemo vestrum patiatur, vt homicida: aut fur aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem, vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine*, & 1. Petr. 2. 20. 21. *Quæ enim est gratia si peccantes & colaphizati sufferetis? sed si bene facientes patienter sufferetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius*: & cap. 3. 14. *Sed etsi quid patiamini propter iustitiam beati.*

Ipsorum est enim regnum cœlorum.] Propter iustitiam patientibus, tanquam pugnantibus regnum ipsum, pro quo pugnant, pollicetur. Communis in scripturis consolatio. Ierem. 31. 16. *Quiescat vox tua a planctu & oculi tui a lacrymis, quia est merces operi tuo.* 2. ad Timoth. 4. 8. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* 1. Corinth. 15. 58. *Itaque fratres mei dilectissimi estote, & immobiles, abundantes in opere bono semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.*

13. Vos estis sal terræ.] Salis duas esse proprietates & saporem rebus infundis dare, & eas conseruare, ne corrumpantur, notum est. Quod est in cibis sapor, est in hominibus ab eodem verbo dicta sapientia: quod in rebus alijs conseruatio, est in hominibus in bonis moribus confirmatio, quam diuinas literæ ædificationem vocant. Apostoli ergo salterra vocantur, quia homines, & sua sapientia docere debent, & eos moribus ædificare. Quare ait hoc dicat, causam Augustinus reddit libro primo, de serm. Domini. Faciebat Christus Apostolos paulo ante, ad summam vitæ perfectionem. *Beati pauperes spiritu*, &c. Videtur probare eos tales esse oportere, quia sal terræ futuri sint. Per terram autem homines intelligi, & Diuus Augustinus admonuit, & certum est, & in scripturis vsitatum. Illud magis necessarium, quod Chrysostomus, & Theophyl. obiurgauerunt, propterea Apostolos salterræ dictos esse, vt non veritus aut paucorum hominum, sed totius orbis terræ magistri fuisse intelligerentur. Matthæi 16. 15. *Ite in mundum vniuersum & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marc. cap. 9. 50. & Lucas cap. 14. 34. aliter [illegible]tione narrant, Christum hanc similitudinem [illegible] passe. Sed facile est, & probabile solu[illegible]endum esse, non semel tantum Christum, [illegible], prout res postulabat, eadem simulitudinem fuisse, quod nobis etiam sæpe docendum vsu venit.

Quod si sal euanuerit.] Græce μωρανθῇ, infatuatum fuerit ad verbum id est, saporem, & acrimoniam amiserit. Infatuantur autem doctores, cum aut male docent, aut male ædificant.

In quo salietur? Ipsum sal. Mar. 9. 50. Non enim sal salis est. Si doctor male docuerit, à quo doctor ipse docebitur? si male vixerit, à quo corrigetur? Non enim doctor doctorum est. Non quod doctor & doceri, & emendari non possit, sed quod fieri non solet: aut difficile possit.

Nisi vt proiectum foras, & conculcetur ab hominibus.] Ab hominibus præterea omnibus fient, quæ in publicam viam eiiciuntur, conculcari solent. Hebræ simus: dicunt enim Hebræi שׁוּךְ virum aut hominem, id est, quem libet. Itaque septuaginta, vbi Hebraice est שׁוּחַ, aliquando vertunt *homo* vnusquisque, vt Iud. 11. 25. Latini dicerunt, vt vulgo conculcetur. Significat alias res, etiam si naturales in vilem amittant, ad aliquid tamen viles esse. Pactus est nummus aureus, non erit nummus, sed erit aurum: non seruiet commercio: sed feriet auribus. Corruptus est cibus, non dabitur homini: sed dabitur canibus. Trita est vestis, in sterquilinium mittetur: hominem fouere non potest, terram fouebit, id est, sal, si à natura sua degenerauerit, ne in sterquilinium quidem aliquid valet, terram non fœcundat: sed sterilem reddit. Possit, inquit Dauid, *terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea* Psalm. 106. 34. Hoc Lucas explicauit cap. 14. 35. *Nec enim terram nec in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur.* Solent, quæ vilissima sunt, cum à natura sua discedunt, vilissima fieri. Sacramentum ad tentandum ferendum vilissimum: si seruerit, nihil tamen os Ezech. 15. 2. 3. 4. *Quid fiet de ligno vitis ex omnibus*

ligum nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum ? Nunquid tolletur de ea lignum, vt ipsa opus sit aliud fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat ex eo quodcunque vas. Ecce ignis datum est in escam. Quod illic de vite, hic de sale dicitur. Vtrumque sententiæ summa est, degeneres doctores, quales in primis hæretici sunt, ad nihilum vltra quicquam valere, nisi vt pœnas luant, nisi vt reconcilientur, nisi vt erumpantur. Peiores enim ipsi infructuosum, quam lignum aridum sarmentum, barnici cimiebus, vt ait Augustinus, similes sunt. Vim mordent: mortui fœtent.

Hæretici sale infatuato & comuch. similes.

14. *Vos estis lux mundi.*] Qui vniuersum mundum doctrina, & exemplo debebat illuminare. Nullos honos propter vos, quos duos habet magistros. Quam vim habeat diuinum superiorum versum nomen tetrae, eam hoc loco mundi nomen habet, vt ipsam auctores Chrysostomus, & Theophylactus obseruarunt. Quod autem auctor operis imperfecti adnotauit, Apostolos sic temperari respectu sui eorum: sui vero respectu gentilium, quod fidei et veritatem iam cognoscentes in eodem statu consistere deberent, quod præcipuum est sibi: Gentiles autem docere, quod præsertim ad hoc loco vereor ne & nimis argutum sit, & non satis verum. Probabilius, voluisse Christum, tribus similitudinibus talis, locis & causis, rem vnam eandemque declarare. Hanc enim Syrorum, quorum vtebatur lingua, consuetudinem fuisse ait & Hieronymus admonuit. Itaque non hoc tantum loco, sed multis quoque aliis videmus Christum, vt eandem rem exprimat, multas similitudines alias super alias accumulare, cum res ei exemplo vnum caput Matthæi decimo tertio, multa superadiebat. Illud obseruandum, sic tum Christum veram esse lucem, quæ illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum Ioannis prima, nono, & Ioan. 3. 19. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem*, & Ioan. 8. *Ego sum lux mundi qui sequitur me, non ambulat in tenebris*, & cap. te nono, quarto. *Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi*, & capite duodecimo, 35. *Ambulate, dum lucem habetis*, & versiculo trigesimosexto. *Dum lucem habetis credite in lucem.* Lux autem in vera dicitur Christus, quia sine omnem & ex seipso lucem habet: cum quo, non modo Apostoli, cæteraque viri sancti atque doctores: sed ille quo ius Baptista Ioannes, quo inter natos mulierum maior non fuit exstitit, comparentur: vere alter Ioannes dicit. *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Etsi men de eodem illo Ioanne ille idem Ioannes scribit capite quinto, *erat lumen, illa erat lucerna ardens, & lucens.* Sicut hoc loco Apostoli lux appellantur. Omnes etiam Christiani lux vocari solent. Philip. 2. 15. *vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*, & Ephesiorum quinto, octauo. *Erato enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: sicut filij lucis ambulate*, & 1. Thessal. 5. 5. *omnes autem filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum.* Christus lux naturæ suæ: alii eius beneficio, quia ab eo illuminati sunt. Christus, quia nō solum extrinsecus doctrina, exemploque illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: sed etiam per gratiam interius. Apostoli, quia extrinsecus non solū exemplo, sed et & doctrina: Christiani q̄ exemplo alios lucēt.

Ita cap. 11. Matth.

cap. 12.

Non potest ciuitas abscondi.] Est prima pars sententiæ, vos estis ciuitas, aut similes ciuitati supra montem posita. Par montes fuisse Prophetas & Apostolos significari multis Hieronymus locis obseruauit, quos ed. com Ecclesia loco posita ab omnibus conspiceretur. Significari etiam per turres, vt ait Auctor operis imperfecti. *Fuit pax in turribus tuis & abundantia in turribus tuis* Psal. 121. 7. Quamquā hoc similitudinis genus est, literalis alius. Eadem ratione hic etiam, aut potius vrbi comparantur.

Non potest.] Illa non possit: vos non debetis. Non enim monet eos, vt bene viuant, ne quem offendāt, quod eorum exemplum, quasi vrbs supra montem sita latere non possit: sed exhortatur ne lateant, vt paulo post apparebit.

16. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio.] Quid verba significent, manifestum est: quæsiuerunt dicta, & studia. Hieronymus, propterea Christum dixisse putat, vt Apostolis fiduciam adhibere prædicandum Euangelium, & animum addere: quemadmodum & pugilem exhortaretur, vt strenue & fortiter pugnet: omnium enim oculos in eum esse conuersos. Alii monere eos voluisse, vt ante viuerent: ne quid facerent, quod quemquam posset offendere: non enim vrbem supra montem sitam latere posse, nec eos similes esse lucernæ sub modio, sed supra candelabrum positæ, (nec enim sub modio poni solere) quæ non possit non ab omnibus videri, quemadmodum Pisidæ Paulos admonuit capite secundo, 15. *Esse sine querela & reprehensione in medio natione prauæ atque peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*: & Petrus 1. epist. cap. 3. 16. *tam modestiæ & timore conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem.* Ad hunc modum Chrysostomus, & Theophylactus exponunt. Vera mihi ratio cur hoc Christus dixerit, videtur esse: vt Apostolos exhorteretur, vt graniter, & vehementer, & exemplo lucerent, ne labori parcerent. Propterea ne esse tam quam lucernam, accensam, id est, Apostolos extinxisse: propterea supra alios tanquam vrbem supra montem posuisse, vt aperuisse vt lucerent, vt docerent: non vt laterent. Nec enim vrbs supra montem ædificatur, vt non videatur, sed vt non videri non possit: nec accenditur lucerna, vt sub modio abscondatur: sed vt supra candelabrum posita, & lucerat omnibus, & cernatur ab omnibus, eadem prorsus fere ratione qua olim Christus *venit legem non soluere in terram, & quid voluerit intelligendum est*? Lucæ 12. 49. quia Dominus Paulum ad Timotheum exhortatur 2. Timoth. 4. 2. *Prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Confirmant hanc sententiam verba quæ sequuntur. *Sic luceat lux vestra coram hominibus.* Quod autem dicit *& ponunt eam sub modio*, haud aliam ob causam sub modio ponit, quam sub alia re dixisse videtur, nisi quia modus res erat apta, vt sub eo lucerna conderetur. Itaque Lucas capite octauo, decimo sexto, *paulo aliter dixit, nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit.* Vnde satis apparet Hilarii & Augustini interpretationes, qui in modio aliquid putant esse mysterii, quod Apostoli largiter & bene tolerare suam deberent doctrinam impertiri, mysticas esse, non literales.

Matt. 7. 16.

17. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.*] Contrarium videtur Christus alibi docere, infra cap. 6. 1. 2. 5. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, & alia in hanc sententiam eodem loco multa.* Facile soluitur, vt hoc loco non eadem sit, sed consequentiam significare, vt Ioann. 9. 39. & 1. Corinth. 11. 19. Chrysostomus hom. 10. in epistolam ad Romanos, & hom. 28. in 1. ad Corinth. & homil. in illud Pauli dictum, *oportet hæreses esse*, & Damascenus, aliique Græci Theologi solent dicere non esse *mala necessaria*, sed *consequentia*. Non enim iubet eos propterea bene agere, vt ab hominibus videantur, quod capit. 6. fieri vetat: sed vt viuere, vt quisque eorum actiones consideraret, glorificet non ipsos, sed patrem, qui in cœlis est. *Cum est gratia, vt bene viuat, quod c. 6. fieri non vetat. Quod ergo, an nō liceat aliquid aliquādo boni agere, vt ab hominibus videare, quod faciendum aliquādo nō esse? licet, si modo non propter te, sed propter Deum vi-*

Contra hæreses.

Vbi non sola fides iustificat.

*deri velis. Licet ergo sine, sed non vbique, bene agere. Licet eo pertendere, sed non tibi stare. Ad gloriam Dei accendamus est animus, qui antequam ad Deum perueniat fletur; non fletis; sed cecidit. Qui ab omnibus bene agens videri vult, non vt ipse sed vt pater qui in cœlis est, glorificetur; non se, sed Deum videri vult. Nemo enim, vt videatur, sed, vt visa aliquid consequatur gloriæ, videri cupit. Stultam gloriam non quærit, aut non sibi, sed Deo quærit, etiamsi videri cupiat, videri non cupit. Hoc sensu Petrus 1. epistola cap. 2. 12. Christianos bene viuere ex vobis Gentibus velle videri, *Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo, quod detrahunt de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis.* Hoc sensu videtur etiam mihi dicere Christus. *Sic lucet lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*, quo loco, vt non solū suum & consequentem, sed finem etiam eausamiq; significet. Cæterum enim Apostolos comparauit. Lucerna autem eo omnes accenduntur, vt videatur. Sed vt diximus, non ibi Christus mansit, porro progreditur. *glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est.*

Vt. Notat per vt, quoniam voti solere locum.] Primum videndum, quantum hoc nunc Christus dicentes quomodo eū susceperint. ita sententia coharet. Plerique putant, ideo hoc Christum addidisse, quod tam tumida laude accumularet, quam legem solueret, aut quod se certe aduersum illi fieret: quod videmus Matthæi septimo, vigesimo nono, & decimo quinto, nono, & Ioannis nono, decimo sexto euenisse. Alii, quia ad perfectorem legis interpretationem transmisso Baptista, tamquam vocis esset, vel ex eo mell gerem se non venisse, vt legem solueret: sed vt impleret, id est, vt magis attingeret & magis ad mentem legislatoris interpretaretur. *Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, ego autem dico vobis.* Ita Chrysostomus & Theophylactus. Veram mihi videtur causam, quā qua fuit Auctor operis imperfecti homilia 10. tangit. Deerat Apostolis Christus, *Ve regia tua mihi &c.* *Sic lucet lux vestra coram hominibus*, quod de vita simul & de doctrina intelligendum esse diximus: docet tone eos suo exemplo, quomodo viuere, & docere debeant, debere eos legem melius seruare, quam hactenus seruata esset; melius interpretari, quia a Scribis & Pharisæis interpretaretur, ne existimarent, licere sibi, quod Christi id est ipsius legislatoris discipuli essent, legem violare, sicut solent qui ex familia principis sunt, omnibus pene legibus solutos esse. Ego ipse qui legem condidi, non veni vt soluerem legem, sed vt adimplerem &, *nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum non intrabitis in regnum cœlorum.* Sic enim eius sententiæ connectuntur. Nunc de verborum sensu diligentiandum. Quomodo Christus dicit se non venisse, vt legem solueret, sed vt adimpleret, cum re ipsa soluerit, & abrogauerit? *Nam lex & Prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam.* Matth. 11. undecimo, decimoterno, & *translato sacerdotio necessarium fuit, & legis translationem fieri*, Hebræorum septimo, duodecimo. Adeoq; legi contrarius est Christus, vt legem seruantibus Christos, hi prosii Galat. 5. 2. Qui respondeo, ideo dixisse Christum se non venisse, vt legem solueret: quia etiam si soluturus erat, non per se, sed per Apostolos post ea ditum suum in cœlum soluturus erat, quemadmodum dixit se non venisse, *nisi ad oues, quæ perierant domus Israel*, Matthæi decimo quinto, vt gentes quarto, non quod non propter eas etiam venisset, sed quod alias non per se, sed per Apostolos suos ad finem adducturus esset: sic loquatur, non videntur animadvertere, quorsum Christus hoc dixerit. Verum enim, vt paulo ante dixi animus, Apostolos exhortari, vt legem perfecte seruarent quemadmodum ipse non venerat, vt legem solueret, sed vt adimpleret. Eodem ergo modo*

Legum quasdam Christum non soluisse.

Christum quoniam in legem non violando, sed perficiendo, sicut pictor (vt Theophylactus ait) inchoatæ, & extremis tantum vltimæ ætatis adumbratæ imagini, dum extremam apponit manum, & colores adhibet, priorem imaginem abolet: nouam inducit. Abolet autem non dissoluendo, sed absoluendo, non delendo, sed perficiendo. Quo autem sensu dicatur lex vsque ad Ioannem, tamen Baptistam durauisse, alia est quæstio, non hoc loco, sed infra capite, vndecimo, decimoterno, explicanda. Nunc tota est, fecit legem vsque ad Ioannem tamen Baptistam durauisse, non quia per Ioannem abrogata, aut fatum; sed illa prædicare corpit, mortua est, id quia ægrotare tunc cœpit, non multo post Christi mortem morim-

Lex quatenus per abrogata.

12. Abrogata lex est, quia per Euangelium perfecta, eodem tempore abrogari cœpit, quo Euangelium prædicari: quo magis Euangelium vigebat, eo magis illa languebat, cum Euangelium sit penitus prædicatum: illa est penitus abrogata.

Significatio & vis Vocis amen.

16. Amen.] אמן Hebraice veritatem significat, Isaiæ 65.16. Itaque *Amen dico vobis*, idem est, atque, In veritate dico vobis, vt Lucæ 4. 25. Ioannis 16.7. Duplicem habet vsum: alterum, vt sit confirmatio eorum, quæ à nobis, vel ab alio ante dicta sunt, vt Numero. quinto, vigesimo secundo. Deuteronom. 27.16. 1. Corinthiorum 14.16. alterum, vt sit affirmatio eorum quæ dicturi sumus, vt hoc loco, & alijs pene innumerabilib. Prior vsus in vetere Testamento frequentissimus: in nouo rarus: Pollerior frequentissimus in nouo, aut nullus, aut rarissimus in veteri. Causam esse arbitror, quod veteris Testamenti scriptores, Hebraice loquerentur, non Syriace. Hebraice autem אמן potius confirmantis, quam affirmantis: Syriace potius affirmantis, quam confirmantis sit. Græci, Latinique interpretes Hebraicum dictionem vsu notam retinuerunt. Quanquam Aquila ἀληθῶς. Septuaginta ἀληθινὸν aliquando verterunt, vt Hieronymus in Epistula ad Sophronium, & in secundum Marcellam scribit.

Donec transeat.] Donec pereat Psal. 101. donec dissoluatur. 2. Petr. 3.10. id est, donec immutetur Hebraismus עבר iapè etiam in nouo Testamento vsurpatus. Gr. ἕως ἂν παρέλθῃ Matth. 24.35. & 26.29. 42. Marci 13.31. Lucæ 21.33. ἕως ἂν μεταβῇ transferre pro hithpael התעבר Marci 14.36. Lucæ 22.42. & Hebræis ita vsu venit Heb. 7.12.

Cœlum & terra.] Totus mundus, qui firmissimis fundamentis creditur stare. Hilarius, *Cælum quidem & terram, maxima, vt arbitrantur, dimenta esse soluenda, cæterum, ne minimum quidem posse esse, de mandatis legis insectum.* Solet scriptura similibus vti comparationibus. Psalm. 71.5. *permanescit cum sole & ante lunam in generationem & generationem*, & vers. ficulo 7. *Oriatur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna*, & Psalm. 88. 38. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.* Ierem. 33. 20. 21. *si irritum poterit fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non fit dies, & non sit nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse poterit cum David seruo meo.*

Iota vnum, vel vnus apex.] Quidam interpretantur, Iotam minimam esse litterarum, apicem minimã eius particulã in capite eius expressam, quasi dicat, ne minima quidem legis mandata, aut minimam minimi mandati partem solutum iri. Sed hæc interpretatio in Græca & Hebraica lingua, qua Euangelium hoc scriptum est, itemque in Syriaca, qua Christus loquebatur, locum non habet, quia supra Iotæ apex non inscribitur. Apicem ergo vocat minimam literarum partem, vt caput aut caudam ipsius Iotæ: rem scilicet minutissimam. Nam ponctas tunc apud Hebræos & Syros non fuisse, nemo nescit. Genuit ex hoc loco litera Iota, licet omnium minima, maximam hæresim apud Iranæum lib. 1. c. 1. lege.

19. *De mandatis istis minimis.*] Quidam veteres auctores per minima mandata mortem volunt & crucem Christi intelligi: quod mors & crux res abiectæ contemptaque videatur, quam tamen qui erubescit, Christus esse non possit. Ad hunc modum Hilarius, & alij, quorum Theophylactus meminit. De cruce hic non agi manifestum est: quæ autem mandata Christus minima vocet, dubium. Quidam enim ad præcedentia referunt, vt Augustinus libro primo de sermone Domini in monte, quasi dicat, qui soluerit vnum de mandatis illis minimis, quæ ego veni non soluere, sed adimplere. Videtur enim pronomen, *Istis, illis*, de quibus Christus A locutus fuerat, demonstrare. Alij ad sequentia, vt Chrysostomus homilia 13. Auctor imperfect. homilia 10. & Theophylactus, quod est probabilius, quia minima legis veteris, mandata erant ceremonialia & iudicialia, quæ nolebat Christus posti Euangelij prædicationem seruari, sed aboleri: & quia sequitur, *nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, & audistis, quia dictum est antiquis, ego autem dico vobis.* Ergo pronomen illud, *istis*, non eadem de quibus loquitur Christus erat, demonstrat, sed similia: similia autem, quia vtraque minima videbantur. Minima vero mandata, de quibus dicturus est, vocat non quod re vera, sed quod Pharisæorum opinione minima, aut potius nulla essent, qui, vt ab oculis hominum tot pendebant, homicidium, quod oculis videbatur, peccatum putabant: hominis diuj parrandi voluntatem, quæ non videbatur, forte non putabant.

Et docuerit sic homines.] Sic vna est syllaba, sed magnam continet difficultatem, in eaque tota huius loci sententia versatur. Hieronymus & nonnulli interpretes noui exponunt, *& docuerit sic*, id est, quemadmodum ego dico, atque præcipio, quasi dicat: qui vnum ex mandatis hisce minimis non seruauerit, quamuis doceat alios ea esse seruanda; tamen minimum futurum in regno cœlorum. Cum qua interpretatione conuenit quod idem Christus dicit capite 23. 2. 3. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum autem opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.* Eosdem enim hoc Scribas & Pharisæos notare voluit. Sed ideo hic sensus videtur minus proprius, quia hoc loco Christus non solum Pharisæorum vitam, sed etiam doctrinam reprehendit, *Audistis, quia dictum est antiquis, ego autem dico vobis.* Itaque melius omnes alij interpretes, vt Chrysostomus homilia in Matthæ. 16. & Auctor imperfect. homilia 10. & Augustinus libro primo de sermone Domini, & Gregorius libro 19. in Iob, capite 5. exponunt, *Sic*, id est, quemadmodum ipse facit, qui nec ipse seruat, & alios docet, non esse seruanda.

Minimus vocabitur.] Minimum nonnulli nullum interpretantur, vt Chrysostomus, & Theophylactus, ideo vt opinor, quod absurdum iudicarent, eum, qui hæc Christi mandata non obseruasset, aliquem in regno cœlorum locum habere. Alij nonnullum, sed minimum in regno cœlorum futurum dicunt, quia non magna, sed minima mandata violauit, quorum transgressio veniale peccatum est. Quæ interpretatio inde refutatur, quod quæ Christus Pharisæorum opinione vocat minima, re ipsa maxima sunt. Nam qui homicidium non fecit, voluit tamen facere; & quia dolorem non admisit, vidit tamen mulierem ad concupiscendum eam, quia eius iustitia non abundat plus quam Scribarum & Pharisæorum, in regnum cœlorum non intrabit. Tota sententia ex eo pendet, quod vocetur hic regnum cœlorum, quod paulo post sumus explicaturi. Interim minimum, vltimum, nonnullum interpretor, ne emphasis huius nomnis pereat, quam de industria videtur Christus adhibuisse: qui ideo nonnullum, sed minimum fore dixit, quia minima violauit mandata, vtens elegante paronomasia. *Vocabitur* autem dixit, pro, erit: vt supra versiculo nono, nisi maluimus interpretari, vocabitur, id est, pronunciabitur, iudicis Christi sententia declarabitur, qua, quantus quisque sit, apparebit.

In regno cœlorum.] Augustinus libro primo de sermone Domini, & Gregorius libro decimo nono Moral. capite 5. & alij fere omnes regnum cœlorum, hoc loco Ecclesiam vocari dicunt, ne si verum regnum cœlorum accipiatur, illud sequatur absurde, vt aliquod ex his violauerit mandatis, aliquo in regno cœlorum loco sit; cũ paulo post dicat: *Nisi abundauerit*

abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Melius, vt mihi quidẽ videtur, Chrysostomus & Theophylactus, regnum cœlorum resurrectionis, & vltimum iudicij tempus vocari putant. Tunc ergo, qui vnum de mandatis illis minimis non seruauerit, minimus vocabitur, id est, sententia iudicis declarabitur. Nec erit nullo loco, quia & ipse resurget, & iudicabitur: sed erit vltimo, quia ejicietur in tenebras exteriores. Quæritur à quibusdam, cur de ijs qui magna mandata nec faciunt, nec docent: & de ijs qui docent, sed non faciunt; & de ijs qui faciunt, sed non docent, & de ijs qui minima docent, & non faciunt: aut faciunt, & non docent, Christus mentionem non faciat? Respondeo, causam eius rei fuisse, quod de solis Pharisæis quæstio esset, qui ista, quæ minima putabant, nec faciebant, & sic homines docebant. Si ergo, qui vnum ex mandatis istis minimis non seruauerit vltimo loco erit, id est, minimus vocabitur: qui non seruauerit maiora, vbi erit? & ipse vltimo loco. Erunt igitur pares, & impares: pares, quia vterque minimus, vterque vltimo loco id est, in inferno: impares, quia in illo vltimo loco, licet, & in primo, quod est cœlum, mansiones multæ sunt, & alij maioribus, quam alij supplicij afficiuntur; sicut qui in primo loco, id est, in cœlo erunt, omnes erunt pares, quia eundem omnes denarium accepturi sunt: Matthæi vigesimo, decimo, & impares: quia *in domo patris mei mansiones multæ sunt.* Ioan. 14. 2. & quia *alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum, & stella ab stella differt in claritate.* 1. Corinth. 15. 41. 42. pares honoris genere, impares specie: sicut omnes reges, pares dignitate, & impares opibus atque potentia.

Sic docuerit vos.] Reddit causam cur dixerit, *qui soluerit vnum de mandatis istis minimis*, quasi idem sit soluere, & non abundare eius iustitiam, plus quam Scribarum & Pharisæorum.

Nisi abundauerit.] nisi maior fuerit. Græcismus ἐὰν μὴ περισσεύσῃ aut Hebraismus אם־לא ירבה.

Iustitia vestra.] Legis obseruatio, quam Christus ipse iustitiam appellat, quia obseruatione mandatorum Deo iustificamur.

Quam Scribarum & Pharisæorum.] Qui ista minima esse dicunt. Nominat Scribas & Pharisæos, quia & doctores erant, & cæteris multo sanctiores habebantur. Vide cap. 3. 7.

21. *Audistis.*] Quæ sequuntur vsque ad finem capitis, intelligi non possunt, nisi illud prius intelligatur, de quo magna hoc loco inter interpretes versatur quæstio: num Christus veteri legi, an Pharisæorum tantum interpretationi aliquid addat, cum dicit, *ego autem dico vobis.* Omnes hæreticorum interpretes pro comperto habent (Spiritus enim sanctus illis opinor reuelauit) Christum non legem, Sed Scribarum & Pharisæorum traditiones, interpretationesque corrigere: eaque de re imprudenter veteres auctores, quod aliter senserint, reprehendunt. Idem scilicet olim alij hæretici Pelagiani docuerunt, vt libro aduersus illos primo Hieronymus scribit. Catholicus nescio an quisquam præter Strabum, & nostro tempore nonnullos, qui minore, quam Catholicos decet, cautione hæresiorum legerunt Commentarios. Nec inficior, aliqua esse argumenta huius sententiæ, quæ aut minus doctum, aut minus constantem lectorem mouere possint. Primum poneram illud in singulis mandatis repetitum verbum, *Dictum est*, quasi ideo dictum, non autem scriptum exstet, quia non de lege; sed de Pharisæorum traditione, explicationeque loquebatur. Deinde, quod se illis Christus opponat, quasi peruersis interpretibus bonum legislatorem veteri legislatori nequaquam opponituru: siue ipse siue Pater fuerit, qui Moysi veterem legem dedit. Præterea, quod hæc, quæ hoc loco Christus addit, vetere lege continebantur. Non enim solum adulterium: sed etiam concupiscentia prohibebatur, *Non concupisces*, inquit *vxorem proximi tui.* Exodi 20. 17. Testis Dimus Paulus, *Concupiscentiam*, inquit, *nesciebam nisi lex diceret, non concupisces.* Romanorum, septimo, septimo, non ergo Christus legi quicquam, sed interpretationi Pharisæorum suam interpretationem addit. Præterea lex non iubebat odio inimicos habere, sed potius amare, Exodi vigesimo tertio, quarto, *Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed leuabis eum.* Præterea, cum Christus ab adolescente illo interrogatur, *quid faciendo vitam æternam possidebo?* nihil aliud respondet, quam, *serua mandata.* Lucæ 18. 18. nihil ergo quod Christus adijceret, in legis mandatis desiderabatur. Denique tulit in Euangelio perfectio maior est, neque vero potest excogitari quam diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex totis viribus: atque id ipsum lex præcipiebat Deuteronom. 6. 5 Accedit quod Christus dixit versiculo 20. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*, quasi indicans se non legem: sed Pharisæorum interpretationem velle corrigere. Multa etiam Christus dixit, dicta fuisse antiquis, quæ in lege non reperiuntur, vt illud versiculi vigesimiprimi. *Reus erit iudicio*, & illud versiculi vigesimitertii, *non peierabis*, & illud vers. 43. *Odio habebis inimicum tuum.* Videtur ista, & opinor, veteres auctores, incredibili tamen omnes consensu docuerunt Christum legem ipsam veterem correxisse ad iustitiam ijs, quæ ad perfectionem Euangelicam desiderabantur, non quod lex in suo genere perfecta non fuerit: sed quod minus perfecta, quam Euangelium: pædagogum enim fuisse lodixis, tanquam pueris rudiores ad eruditionis ad hibitum, donec melior magister Christus firmioribus tam ingenijs perfectiora proponeret. Atque ad hunc modum præter alios, de quibus vers. 18. diximus, Christum legem implesse: quia addidit, quæ in illa desiderabantur. Sic Irenæus libro 4 cap. 27. Tertullianus libro de patientia, Clemens Alexandrinus libro 6. Strom. Hilarius can. 10 Matth. 4. Epiphanius aduersus Ptolomæitas hær. 33. Basilius hom. in Psalm. 14. Chrysostomus hom. 16. in Matth. Auctor imperfect. hom. 11. Ambrosius ser. 5. in Psal. 118. Hieronymus in epistula ad Geruntiam de Monogamia. Chromatius, Theophylactus, & Euthymius in Commentarijs ad hunc locum. Quorum sententiam non solum eorum fractus auctoritate: sed maioribus etiam in hanc partem argumentis impulsus verisimam iudico. Primum, vt hæretici expendunt verbum illud, *dictum est*, ego contra expendo, quod sequitur, *antiquis*, id est, illis, quibus Moyses legem dedit, quasi Mosaicis & legalibus hominibus Christianos & Euangelicos opponat, *ego autem dico vobis*: Enim vero si de solis Pharisæorum traditionibus, interpretationibusque loqueretur, non diceret *audistis, quia dictum est*, quasi ipsi ab eo, quid dixit, non audierint, sed ab alijs, qui audierant acceperint. Sed dixisset simpliciter, *Audistis, non occides*, aut, dictum vobis est, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Nec nomini Scribarum, & Pharisæorum eos reprehendens peperisset; sed disertè dixisset, auditis à Scribis & Pharisæis. Hac enim libertate semper vsum videmus Christum. *Cauete* (inquit) *a fermento*, id est, doctrina, *Pharisæorum & Sadducæorum*, Matthæi 16. 6. 11. 12. Nec antiquos vocare potuit eos, qui paulo ante fuerant; nec enim Pharisæi multo ante Christi tempora, vt ex Iosepho cuilibet liquet, exstiterunt. Deinde, quia multa Christus corrigit hoc loco, quæ constat non à Pharisæis introducta; sed in lege expressa esse, quale est illud versiculi vigesimiprimi: *Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repu-*

Christum an veteris legi, an Pharisæorum interpretationi aliquid addat.

dij

dij. Deuteronom.24.1. quid, quæso, hic Pharisæi corruperant? Christus tamen corrigit, *ego autem dico vobis*, & illud versiculo 33. *non peierabis*. Lex enim dicit, Leuit. 19.12. nec id Pharisæi corrumpebant. Nam quod dicunt, solitos docere Pharisæos non peccare, qui per cœlum aut terram iurarent, versiculo 33 refutabimus. Quod autem Christus, Matth. 23.16. Pharisæos reprehendit, quod dicerent, *qui iurat in templo, nihil est: qui autem iurat in auro templi, tenetur*, diuersum est. Nec enim Christus falsam in illis legis interpretationem reprehendit; quod si facere voluisset, non illo, sed hoc loco vique dixisset. Nec enim lex per templum iurare prohibebat; Christus primus prohibuit, sed reprehendit auaritiam, qua, qui per templum iurabant, absoluebant: qui per aurum, damnabant, quasi magis auro, quam Dei honore tangerentur. Præterea, vbi lex dicebat, vt, si quis te in vnam maxillam percuteret, illi alteram verteres, aut quæ Pharisæorum culpa erat, quod non ita, cum lex non diceret, interpretarentur; cum nunc Christo ipso dicente vix capere possimus; Vbi scriptum erat, vt tollenti nobis tunicam & pallium diuitem eremus; Non ergo legem tantum interpretatur Christus, sed nouam condit legem, nouum affert doctrinam. Propterea, illud, *Diligite inimicos vestros*, vbi lex dicit, Nam quod affertur ex Exodi vigesimotertio, quarto. *Si occurreris boui inimici tui*; nihil est, loquitur enim de lucro, cum quo lucrus inimicitias gerere prohibebatur. Itaque, qui illic inimicus dicitur, Deuteronom. vigesimosecundo, primo. frater appellatur, *non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces*. Cum autem de veris loquitur inimicis, non solū odio habere, verum etiam delere iubet, *Delebis nomen eius sub cœlo, cauc ne obliuiscaris*. Deu. 25.19. In Euangelio neminem omnino odisse licet, neminem priuata auctoritate delere. Denique videmus Christum hoc loco præmia, supplicia aque veteris legis amplificasse. Quam ob rem, nisi quia perfectionem legis auxit? Exijs quæ diximus, qui aliquo sunt ingenio, quo modo contrarijs argumentis respondere oporteat, non difficulter colligent, non pigebit tamen rudioribus respondendi modum ostendere. Quod obijcitur primo loco non dixisse Christum, scriptum est, sed *dictum est*, minium est leue. Nam aut nihil in eo verbo mysterij est; cum videamus Euangelistas his duobus verbis sine discrimine vti; *sicut dictum est per Prophetas, & sicut scriptum est*. aut si quid est in eo verbo mysterij, non id est, quod hæretici putant; sed quod Chrysostomus & Theophylactus adnotauerunt; ne si parrem, à quo id dictum erat, nocuerit, se illi aut opponere, aut etiam anteponere videretur; si se, qui etiam veterem legem dederat; inuidiam in se auditorum concitaret; aut, vt ego suspicor, non se sibi, aut patri, sed Moysi tacite opponit. Nam etsi lex vetus à Deo data erat, tamen quia populus non à Deo, sed à Moyse eam acceperat, eius auctor Moyses videbatur. *Lex*, inquit, *per Moysem data est*. Ioannis primo, decimo septimo, & *nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Ioan. 7.19. Denique Lex Moysis appellatur, Lucæ 2.22. & 24.44 & Ioan. 7.23. Actor. 13.38 & 15.5. & 28.23. & quæ in lege scripta atque præcepta erant; Moyses scripsisse, ac præcepisse dicitur Ioan. 8.5. & 1.45. Si igitur Christus tacite opponit Moysi, cum dicit, *ego autem dico vobis*, sed noluit eum ad vitandam inuidiam nominare: Atque hac ratione non solum primum, sed secundum etiam argumentum facile solutur. Tertium sic non dubium est, quin concupiscentia in veteri lege prohiberetur, sed multo minus expresse atque præcise, quam à Christo hoc loco prohibetur. Lex quippe vxorem diceba, non concupiscas vxorem proximi tui: sed non dicebat eum, qui impudicis oculis aspiceret, adulterij teneri. Quantum paulo ante aliud agentes obiter solimus. Ducimus enim legem præcepisse quosdam publicos non solum odisse hostes: sed penitus etiam abolere. Atque eo hoc loco Christus alludit, cum dicit, *ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos*, versiculo quadragesimoquarto. in quinto, solum probatur non omnia, quæ ad legem Christus adiecit, esse præcepta: quod negandum non est: pleraque enim, vt sino dicemus loco, consilia sunt Euangelica: ideoque Christus ab illo adolescente tantum exigit, vt mandata seruet: si tamen Euangelicam perfectionem sequi velit, vendat vniuersa, quæ habet, & det pauperibus, seque sequatur, hoc est quod hoc loco dicit, pallium etiam dimittere, vt nudum Christum, nudus sequare. At quæ maior perfectio, quam Deum ex toto corde diligere: respondeo, magis ex toto corde diligere. Nam qui sic diligit, vt nullius rei amori, Dei præponat amorem, ex toto corde Deum diligit: qui propterea relinquit omnia, quæ habet, & Christum sequitur, quemadmodum Apostolos fecisse legimus, magis ex toto corde diligit. Vno dicam verbo, diligere Deum ex toto corde, est eum ita diligere, vt non etiam idola: non aliud quidpiam ei contrarium diligamus, vt Deuteronom. 6.5. & expositiuus & probatiuus. Hanc perfectionem Deus ab Abrahamo requirebat, cum dicebat, *Ambula coram me, & esto perfectus*, Genes. 17.1. Quod autem Christus dicit, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*: non ideo dicit, vt eorum doctrinam, sed vt eorum vitam reprehendat cum alio loco dicat, *super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo, quæcunque dixerint vobis seruate & facite: secundum autem opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciūt*. Matthæi 23.2. Ideo etiam dicit, quia Pharisæi adeo se legi addictos esse profitebantur, vt si quid melius atque perfectius Christus doceret, longe reijcerent. Neque vero nego Scribas, & Pharisæos multis in rebus male interpretatos fuisse legem. Scio enim, monuisse discipulos suos alibi Christum, vt ab eorum fermento, id est, doctrina, cauerent. Matth. 16.12. Tantum dico, Christum hoc loco non id agere, vt Pharisæorum traditiones, aut interpretationes reprehendat, sed vt additis partim præceptis, partim consilijs Euangelicis, legem perficiat. Quod postremo loco obiectum est, multa hic, quasi antiquis dicta, à Christo recitari, quæ in lege non reperiantur, versiculo vigesimoprimo trigesimotertio & quadragesimotertio, refutabimus.

Reus erit iudicio] Adnotarunt quidam ex Thalmudicis traditionibus tria fuisse apud Hebræos tribunalia. Primum Triumuirū, in quo de minutissimis disceptaretur causis. Secundum, in quo viginti tres iudices de causis maioribus, itemque capitalibus cognoscebant. Tertium, in quo vnus & septuaginta lecti viri de rebus grauissimis, maximeque publicis, vt de pace, de bello, de falso propheta, de summo sacerdote iudicabant. Primum vocatum fuisse סנהדרי iudicium, secundum, סנהדרי *consessus* consessum, voce à Græcis vsurpata, tertium magnum consessum, sicut Galli magnum regis consilium appellant. Verum id quidem, quod de triplici tribunali tradunt, quod autem de nomine, & causarum cognitione, non omnino verum. Nam perspicuum ex hoc loco est, capitalium causarum cognitionem ad iudicium pertinuisse, cum homicida reus dicatur esse iudicij. Itaque alterutrum necesse est, aut in primo tribunali etiam capitales causas fuisse tractatas, aut quod est vero similius primū & secundum tribunal iudicium: tertium סנהדרין *Synedrium*, Synedrium appellatum. Confirmat hanc opinionem, quod postquam Christus Synedrū nominasset, quasi id esset apud Iudæos vltimum tribunal, non

Tria apud Iudæos tribunalia.

non habens aliud, quod pœnæ nominaretur, Gehennam igni nominat, id quod ante fecerat Esaias, interpretum consensione. Quidam idem esse putant, quod dogmum esse, vt in iudicio eius explorentur causa, vt Augustinus libro 1. de Serm. Domini in monte, & Gregorius lib. 1. de Iob. cap. 4. At; melius, vt Euthymius, & poena sequitur eum esse poenæ capitalis, quæ contra homicidam in iudicio decernebatur. Hanc interpretationem ideo præferō, quia capitalis humanidi generis inimicus iudicium deorum habeat arbitrio, sed iure conditionis erat, quam iudices mutare non poterant. Leuit. 24. 21. & Numer. 35. 16. 17. 30. Et quia videtur Christus significare voluisse, eum qui in Euangelio solis occidit voluntate, non minore dignum esse poena, quam qui re ipsa occidebat in lege, Iesu summaque Euangelij poenam grauissimam, id est, capitalis pœnæ legis aqualem esse. Vbi scriptum erat in lege, *Reus erit iudicio?* Respondeo, Christum non legis verba, sed sensum recitare. Scriptum autem erat, vt paulo ante indicauimus, vt homicida moreretur.

Qui irascitur] Constat, non omnem iram esse peccatum, nam non modo aliquando verum etiam Deus Psal. 18 Actor. 23.3. & Petrus Actor. 5.20. & Christus ipse Matthæi 16.7. & 21.18. & 23.1. 13. 14. 15. 23. 39 fuisse videntur irati. Quæret fortasse, vt interpretes varias horum sententiæ explicationes quærerent. Quidam Græci codices legunt, εικῆ τοῦ sine causa, quam lectionem qui secuti sunt, facile respondent, non omnem iram, sed eam quæ iniusta quæ causa, quæ ratione careat, esse peccatum. Christum vero, & Apostolos iratos quidem fuisse, sed non sine causa. Sequuntur autem Irenæum libro 5. capite 27. Iustinum in Epistola ad Zenam & Serenum de vita Christiana, Chrysostomum homilia 7. Auctor imperfecti, homilia secunda, Augustinum libro primo de sermone Domini, Theophylactum, Euthymium in Commen. Sed eam lectionem neque nolter interpres secutus est, & mirror mihi videri Hieronymus reprehendere. Primum quia non esset vera sententia. Si enim nemini iusta earum de causa priuata auctoritate licet occidere: ita nemini, quamuis iusta de causa licet irasci. Deinde, quia etiam si sententia fuisset vera, Christus tamen hoc loco non dixisset. Neque enim Iesus erat eam moderanda hac additione sententiæ, vt maxime volebat, tribuam aggerare. Deinde, quia, si quis erat adhibenda moderatio, potius ad illud verbum superioris versus accidit, adhibenda erat, quam ad verbum irascendi, quia grauius peccatum est sine causa occidere, quam sine causa irasci. Alij sic respondent, eum rationes irasci, nullam, siue ratione, venialē peccatum esse. At Christus dicit, eum, qui sic irascitur, reum esse iudicij, id est, capitalis poenæ, quam certe non mereretur venialē peccatum. Res ita expediri potest. Loquitur Christus accommodate ad homicidium de quo agebatur, & iram vocat non omnem appetitionem vindictæ, quemadmodum à Philosophis definitur, sed eam propriè, quæ reddit ad homicidium. Voluit enim dicere, non solum eum, qui re ipsa, sed eum etiam, qui sola occidisset voluntate, reum esse iudicij, huic versiculo vigesimoseptimo & vigesimooctauo dicit, non solum eum qui re ipsa adulterium patrauit, sed etiam, qui patrare voluit, adulterum esse. Voluntatem igitur occidendi iram vocat, quæ sine cum causa, siue sine causa sit, in priuata persona sine grauissima tamquam est culpa. Neque hoc modo Christus aut Apostoli vti quam irati sunt. Nam quod Petrus videtur Saphiram iratus occidisse Actor. 5.9. non ira, sed religione, non vt priuatum hominem, sed vt Dei ministrum seruile credendum est.

Reus erit iudicio. mortis æternæ, quam iudicium vocat, vt consummetur loquatur iudaorū consuetudini, qui רשעים dignum, aut rū iudicij appellabant eum, qui morte dignus erat, sed illi de corpore, Christus de animæ morte loquebatur. Auget enim Christus peccatorum sup plicia non ingendo, sed declarando. Nec propterea hunc pœnam legis lege graues. Quia nec peccata magis augere, sed maiora, quam in lege punirentur, esse declarat, nec minoribus peccatis minora irrogantur pœnæ, sed peccatorum sæpissa grauiora, grauiores, quam apparent esse, pœnas exigit. Quod multo lenius, quia est peccata magis indicat, tamen indicata emitat. Lex minus indicibus eodem modo eorum pœnas, quam &c.

Qui autem dixerit fratri suo, Raca.] Ignoratio linguæ varias hoc loco interpretationes peperit. Quidam graues etiam auctores Chrysostomus, & Theophylactus docent, *raca* Syriacæ linguæ idem esse, quod vas, ochiique aliud hoc significari, quam parum honoris, ficam & ejectam hominem, vt cum seruo dicimus, Abijt. Ioem enim vanum dicit, esse quod non Syriacum, sed Hebraicum dicimus facit. Hoc vsa te Gentes ad tribus, quibus Hebræos, & Syriacas linguas interpretatas fuisse, non audimus est, nec imprudenter credendum. Semini enim neque Hebraice, neque Syriace quidquam esse pronunciatum. Nullo vero modo quod Augustinus libro primo de sermone Domini in hoc monte dicit, esse vocem esse Græcam, hominemque pauperem & pannosum significare. Quod enim Græcis pannosus esse Matthæi 9.16. Probabilius, quod idem eodem loco dicit Augustinus se ab Hebræo quodam, quem ea de re consuluerat, accepisse, non nomen, sed rationem interrectionem esse, quidem apud Latinos, *Ilos*, quod que Gregorius libro 11 Mor. 31. capite 4. & Rupertus in Commentarijs probauerunt, quod que & Gratus & Latinus interpres videntur exiſtimasse, quia vt Augustinus adnotauit propterea credibile est, eos pro ipsa dictionem imaginem reliquisse, quasi nihil aliud, quam naturalem vocem ira commotum hominis significarent. Hoc inquam, probabile sed illud quod alijs radunt, meo iudicio probabilius רקא Chaldaicam aut Syriacam esse vocem, quæ ab Hebraica tantum lingua manauerit, רקי enim Hebraei leuem & inconstantem hominem appellant. Iudic. 9.4. 2. Regum 6.20 2. Paralip. 13.7. Vnde factum, vt רקים homines inanes indicat Talmudici, vt quidam notetur, eius vocis fulgat, quod proprie quidem hominem exinanem & inanem significet, qui quamuis idem esse atque stultus videatur, tantum ab illo differt, quantum Latine, Iesus. Ita sententia bene cohæret. Certum enim est, Christum peccatorum, & peccatorum gradus res distinguere voluisse, quorum primo secundus, secundo tertius maior esset. Primus est in verbis non erum pœna, secundus contumeliosum verbum ex ira prolatum, cui frater Iesus, tertius, magis contumeliosum quo famis, aut stultus appellatur. Quod autem inter preces Syriacum dictionem non consueuerint, non ideo factum esse existimo, quia interdictio fit. Nā contumeliones fuisse vertere vt אוֹת, 2.2.1 Ieremiæ 1.6. & 42.13. Ezechiel 4.14. & 20.49 & Iosue 1.15. sed, aut quod Iesu tio esse vulgo tunc adeo vsitata, vt si verterent, vim & gratiam amitteret, quemadmodum si verterent. Amen, aut quod non satis essent de sua significatione notuerint, præsidicium facientibus afferre. Quod Septuaginta sæpe interpretes, Latinum aliquando fecile in eorum locorum admouamus.

Reus erit concilio. [illegible] terno tribunali, quod consilium, aut omnium potest appellari, id verbum sanxit consilium: per consilium autem capitalem pœnam, quæ in eo latus fuisset, intelligit, vt versiculo vigesimosecundo dixit eandem interdictis capitis pœnam. Semper tamen ignem æternum inesse gehennæ, vt sæpe monuimus Iesu sermonem accommodate ad consuetudinem iuris. Dubitabit quis

quis quemodo per iudicium, & per concilium, ex-
pulsem eorum metu, ut eum manifestum sit, tres
praeterea gradus velle distinguere. Reipublicae,
prudentiam distinguere, non genus. Item vero-
bique capitalem, sed in eo tantum loco, in concilio
graviorem iudicem pecuniae constituebant, qua-
madmodum grauiores ad consilium, quam ad iu-
dicium eruditi deligebantur. Sensum est, quamvis
apud iudices cap talium poenarum fuisse genera,
illorum lationem gladium, hoc est decollationem, com-
plectentem, vt in libro מגלת יוחסין nostrum est. Sic et-
iam Christus & cum, qui iratus erit, & cum, qui
fratrem stulte lacessit, & cum, qui stultum appel-
lat, eadem in inferni poena, non eadem gehennae pu-
nitione dignum docet. Miratur, vt ait Chrysostomus,
multi hominum, qui fratrem stulti nomine condemnat, stul-
tum appellantem, sem per tamen mortis condemnat; stul-
to autem quoque verbo nihil aliud dicere Scriptura
dignatur, quam iudicium esse. Nam & eos, qui temere iu-
rant, damnare non miratur. Quod autem tam
vehementer? Augere, non leuiora constituendi pec-
candi poenam de metuque augendo non leue culpam. De-
inde, non omnis, qui irascitur, & qui fratrem stul-
tum leuem, sed stultum appellat, communi damnat
lege, sed qui ita irascitur, & appellat, vehementi
gradibusad homicidium accedit. De ijs enim,
non tamquam de affectu & verbis, sed eo quam de
initijs homicidij Iesus quae Christus. *Audistis, quia*
dictum est antiquis, non occides, qui autem occiderit,
reus erit iudicio. Non ergo, quoniam eo, non qui subita animi commotione sine exitio apprehenso, & sine voluntate grauem inferendi concupiscentia, fratrem stulte appellat, eodem animae mortis tenetur re-
atu.

Fuit enim gehenna. Reuerit gehennae ignis.] Gehennon, id est vallis filii Ennom, vt Ben Ennon, filij Ennom, locus erat amoenus, & fontis S. Iloe aqua irrigatus non procul Hierosolymam ad radicem montis Moria, vt Hieronymus scribit, & constat Iosue 15. 8. & 18. 16. vocabatur autem גיהנם alijs Hennom à poss. filius. Ex loco, vel quia amoenus erat, vel quia impium habebat cognomen, factum est locus ad colendum Molech nobile Ammonitarum idolum, quem nonnulli Saturnum fuisse putant, cuipiamque inferre crudeli impietate cremare 4. Reg. 16. 3. & 17. 17. 31. & 23. 10. & 2. Par. 28. 3. & 33. 6. Vocatus est postea locus Thopheth. 4. Regum 23. 10. Isaiae 30. 33. Ieremiae 7. 31. & 19. 6. 32. 35. ut ut quidam putant sacrificia esse, quod intra ea dum inferiores cremabantur, tympana pulsarentur, ne parentes eorum audirentur vagitus, & dolores gementium. Tympanum enim Hebraice תף appellatur. Inde factum creditur, vt infernus gehenna vocaretur, quod ignibus in ea semper aeternis damnatores mentur. Cognobile tum Christi aetate vocatum fuisse, vt ita vocaretur, vetuit enim Christus eo nomine, tamquam vulgo noto, uti, vt Hieronymus in capite Matthaei 10. obseruauit, nec memini in sacris literis auctorem aut Christum vlum legimus. Addit autem epithetum ignis, & vt penarum qualitatem declararet, & vt ad gravissimam omnium, quae apud Iudaeos esse dicimus, poenarum cremandi hominis alluderet, cum alias gehennam simpliciter vocare soleat, vt infra vers. 22. & capite 10. 28. & 23. 15. 33. & Marci 9. 43. & Lucae 12. 5.

23. *Si ergo offers munus tuum ad altare.*] Rem Deo maxime gratam inchoatam iubet relinquere, vt fratri reconciliatur, quia misericordiam Deus vult, non sacrificium, Osee, 6. 6. Matthaei 9. 13. & dilectionem quodammodo sit, proximi sanctionem anteponit.

Et ibi recordatus fueris.] Magnam emphasim habet illud, ibi, in ipso altari, coram Deo. Non fuit inter Iudaeos, sed etiam inter exteras gentes, inoperatum relinquere sacrificii magnam pacuiliis hoc datur,

A quod defecerant nescio quem Valerius laudat quod eum sacrificium Abrahae ita accepturum crederet, brachi illi exuri posset, ne interruptis sacrificijs re esset.

Habet aliquid aduersum te.] Sententia postulare videbatur, vt dicerem: Et ibi recordatus fueris quod habet aliquid contra fratrem tuum. Si enim frater meus habet aliquid aduersum me, id est, si me edit, non ego illi debeo reconciliari debet. Non nullis hinc verba vicissim idem significare putant, quae modo dum fratrem habet aliquid aduersum te, & tu aduersus illum, simbrymus. Alij malorem perfectionem prescribi, vellequis Christum, vt non solum, cum nihil iniuste sed etiam cum abillis lesi sumus, relicto sacrificio priores reconciliationem quaeramus. Melius Chrysostomus hominis 17. & Auctor imperfecti, Augustinus & Hieronymus fratrem habere aliquid aduersus nos, esse habere iustam contra nos querelam, quod à nobis iniuriam aliquam acceperit, quemadmodum in Apocalypsi Ioannes locutus fuisse capite 2. 4. iubet ergo prius iniuriam illatam tollere, deinde sacrificium offerre & Deum placato prius fratre placare. Referamus enim haec ad ea, quae paulo ante dixerat, *Qui dixerit fratri suo,*
raca, & qui dixerit fatue quasi dicat, si ibi recordatus fueris, quod dixeris fratri tuo, raca, aut fatue, aut aliquam aliam facetiis iniuriam, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, reconciliare prius fratri tuo, quod vt Augustinus ait, non ita intelligendi est, quasi semper ad fratrem ire debeamus. Sanctum id quidem consilium, & cum charitate fulgitur, praeceptum etiam necessarium: plerosque tamen effectibus parum, aut efficacibus, quam pedibus ire debemus affectus; iniuriam si quam nos abillo accepimus, condonemus, eamque remittentes effectu, iniuriae, liquam illi à nobis accepit, satisfacientes. Hoc est praeceptum, illud consilium. Loquitur autem Christus de veteribus Iudaeorum sacrificijs, quae iure etiam vigebant, sed quod de illis dictum est, multo magis de Eucharistiae sacrificio intelligendum, quod & vnicum cum sacrificijs significat, & reconciliationem cum Deo facit. Vnum enim corpus multi sumus, quicumque de vno pane participamus, 1. Cor. 10. 17.

25. *Esto consentiens.*] Bene consulit. Tertullianum libro de paenitentia, benesuadentium habeo. Hilarius canon. 4. benevolentia reconciliare.

Aduersario tuo. Quis hic aduersarius intelligatur, multa Hieronymus in commentarijs epistolae recensuit, omnes tamen enumerare, superuacuum hanc sententiam *cum eo*, id est, animarum in idem corpus remigrationem probabunt. Caeterum enim corpus, aduersarium bonum angelum interpretabantur, qui in hoc officium à Deo creatus esset, vt animae, quae officio suo in corpore bene non essent functae, in corpus reuocaret, quoad omnes offici sui partes explerent. Auctor Tertullianus libro de anima, Epiphanius haeref. 27. Haec somnia opus non refutare. Alij malum angelum intelligunt: duos enim cuique datos hominis: bonum alterum, qui ad bene; alterum malum, qui ad male agendum solicitet. Origenem hominia in Lucam 35. Alij carnem, quae repugnat aduersus spiritum, Athanasium, quaestion. 82. & Irenaeus peccata, quod & Hieronymus videtur approbare. Alij conscientiam, quae nos tamquam grauissimus aduersarius accusat, Athanasium eodem loco. Alij diabolum, vt Tertullianus in libro de anima. Alij Demn, aut eius legem, quae nos apud Deum accusat, vt Augustinus libro primo de sermone Domini, & Hieronymus in hunc locum. Alij tam per oculum, quam per manum dexteram eos omnes intelligunt, qui nos ac familiares, aut cognationis, aut familiaritatis vinculo contingunt, quos debemus, si nos à Deo alienant, à nobis repellere. Hi-

paulo ante dixerat, *vade prius, reconciliare fratri tuo.* Hilarius can. 4. Ambrosius libr. 7. in Lucam cap. 11. Auctor imperfecti homil. 11. Hieronymus in comment. Atque hic versus est sensus; id enim postulat consequentia sententiae, vt aduersarius appelletur, qui habet aliquid aduersum nos. Aduersarius igitur noster est ille, quem laesimus quem rapuimus, aut stultum appellamus, qui actionem apud Deum contra nos habet. Via est huius vitae tempus, iudex Christus, quid dicturus est, *quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis:* minister demon malus, qui in torquendis damnatis Deo ministerium praebet; carcer infernus; quadrans minime culpa. Erat enim quadrans minimus nummus, duo continens minuta: itaque ad vltimum quadrantem soluere, pro, summo more puniri, prouerbio dicebatur. Posteriri aliquis dubitare, quomodo frater à nobis laesus, sit nos iudici traditurus, cum & ipse sit iudicandus. Hae vna ratio mouit Augustinum, quo minus hanc interpretationem sequeretur, sed non debuit meo iudicio mouere. Loquitur enim Christus accommodate ad hominum morem, & forensem consuetudinem, vbi qui iniuriam accepit, aduersarium coram iudice sistit, non quod nos afficiis iniuria frater apud Christum sit accusaturus. Tradet etiam nos iudici, quia eius causa trademur; tradet non ipse, sed pro illo diabolus, qui etiam condemnatam nobis à fratre refricabit iniuriam. Quod autem dicit nos inde non exituros, donec vltimum quadrantem persoluamus, non significat, vt ait Augustinus, exituros posse, sed nunquam exituros, quia qui in inferno sunt, cum semper debitas poenas soluant, quia pro quolibet mortali peccato infinitas poenas debent, numquam persoluunt. Itaque eodem sensu hoc loco dictio illa *donec*, accipienda est, quo supra cap. 1. 25. Luc. c. 12. 59 pro quadrante minutum dixit, quae quadrantis media pars erat: sed sententia eadem est: vtraque enim phrasi minimi debitum significatur. Caetera etiam paulo aliter narrat, sed facilis solutio; non eadem erat concio.

28. *Qui viderit,*] βλέπων, qui aspicit: non enim significatur, qui casu in mulieris vultum oculis incurrit, sed qui impudico in ea animo oculos inicit.

Mulierem] vxorem alterius, quia sequitur *moechatus*
dero, moechatus est, quod non simpliciter, vt vocant, fornicationem; sed adulterium proprie significat. Quamquam per vnam speciem totum genus intelligit.

Iam moechatus est.] Iam adulterium commisit, minus tamen peccauit, quã si rem ipsam patrauisset.

29. 30. *Si oculus tuus dexter.* Quia si oculus, & manus proprie sumantur, & absurda & crudelia videtur esse sententia, plerique veteres interpretes metaphorice sumpserunt. Quid autem per oculum dextrum, quid per sinistrum; quid item per manum dextram, quid per sinistram intelligatur, ipse inter se non conuenit. Alij oculum dextrum mentem, sinistrum corporis sensum; manum dextram voluntatem; sinistram carnis appetitum interpretantur. Non solum igitur corporis sensum, appetitumque refrenandum; sed superiores quoque animae partes mentem & voluntatem, si rectae non sint, quodam modo resecandas, & à nobis abiciendas esse. Auctor imperfecti hom. 11. Alij per oculum dextrum, & manum dexteram idem significari, mulierem amicam; quia paulo ante dictum est, *qui viderit mulierem ad concupiscendum eam.* Chrysost. hom. 17. Alij oculum dextrum dilectum amicum, manum dexteram coadiutorem, & necessarium ministrum, Augustinus libro primo de sermone Domini, & Hieronymus in hunc locum. Alij tam per oculum, quam per manum dexteram eos omnes intelligunt, qui nos ac familiares, aut cognationis, aut familiaritatis vinculo contingunt, quos debemus, si nos à Deo alienant, à nobis repellere. Hi-

larius. Canon. quarto, Athanasius quaest. 70. Pacianus Epist. 3. aduersus Nouatianos, Cyrillus libro duodecimo in Ioannem capite vigesimooctauo, Anastasius quaestione septuagesimatertia. Salutianus libro tertio de prouidentia, Theophylactus hoc loco. Probat Pacianus ex simili sententia, quae legitur Deuteronom. decimoterti, sexto, septimo. *Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuae, aut filius*
vel filia sive vxor, qui est in sinu tuo, aut amicus, qui
diligit, vt animam vestram, dum dicens eamus & seruiamus
diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, ne acquiescas ei,
nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt misereris & re-
celes eum, sed statim interficies, sit primum manus tua
super eum. Alij animae affectus intelligi volunt, quos Dionys Paulus ad Col. 3. 5 Quia ex corpore proficiscuntur, membra corporis appellat, *mortificate.* in
quit, *membra vestra sunt quae supra terram, fornicatio-*
nem, immunditiam, libidinem, auaritiam, Hieronym. in comm. Mihi parce videtur sensus, & energia, gratiaque locutionis, si aliud, quam verum oculum, veramque manum intelligimus. Est enim elegans exaggeratio à chirurgorum arte desumpta, qui, cum per vnum membrum totum periclitatur corpus, vt corpus conseruent, membrum excindunt. Propterea duas partes corporis, & nobis carissimas, & maxime necessarias oculos & manus, & ex ijs dexteram ponit, quam sinistram, quam magis amamus, quaque magis indigemus, Christus nominauit. Nec absurda sententia est. Non enim vult, vt manus ipsi nobis amputemus aut oculos eruamus; sed vt in exaggerationibus fieri solet, intelligatur exceptio, si fieri posset, aut liceret. Quem admodum dixit Dionys Paulus ad Galat. quarto, decimoquinto. *Testimonium enim perhibeo vobis, quo-*
niam si fieri potuisset, oculos vestros eruissis, & dedisse-
tis mihi. Potest enim vtique, sed non licuit. Significat ergo Christus quidvis potius damnum debere nos subire, quam culpam. Eo quidem vsque, vt vel oculum dextrum, dextramque nobis manum resecandam, si aliter peccatum effugere non possumus, sed quia semper possumus, nefas est aliquã nobis corporis partem amputare. Origenem & alios, qui sese seruandae castitatis causa exciderunt, ab Ecclesia damnatos legimus.

31. *Quicumque dimiserit.*] Quod apud Theologos disputatur, num in veteri lege vxorem, quae grata non esset viro, dimittere, praeceptum, an privilegium fuerit, ex his paucis verbis finiri potest. Non enim dicit, dimittat vxorem; sed, si dimiserit, det illi libellum repudii; ne ipsa libertatis causa mariti fugae videatur; & vt alteri sine ignominia possit nubere. An autem repudium, tamquam bonum, concessum; an, tamquam minus malum, ad vitandum maius permissum fuerit cap. 19. 8. commodiore dicemus loco. Libelli autem repudii exemplum Deuteronom. 24. 1. ex Hebraeorum traditionibus exscripsimus, & multi hoc loco ponunt.

32. *Excepta fornicationis causa.*] Non ea excidit Christus etiam fornicationis causa libellum repudii dare, quemadmodum & verba ipsa, & perpetuus Ecclesiae vsus declarat. Nam neque Christus dicit, det illi libellum repudii, quam fornicationis causa dimittit; quod imprimis dicendum fuerat, vt repudiandi licentiam fraenaret; si quidem voluisset, fornicationis causa dimissam nubere posse, vt nouidecem haeretici: cum lex quae in concedendis eiusmodi rebus multo erat liberior, hos in ipsum licentiae fraenum inflexerit, vt multi graues auctores adnotauerunt. Et Ecclesia libellum repudii non nouit; vt quae de Iudaeis modis *ad duritiem cordis remissit hoc fas Vxor à*
vobis Moyses. Sed hunc Lutheranorum & Calui- *Cyprianus*
nistarum errorem cap. 19. 9. refutabimus. Illud hoc *dimittat pe-*
loco disputandum, num sola fornicationis causa *tit.*
vxorem dimittere Christo sit licitum? Quidam

ob omnia peccata, quę in scripturis fornicatio vocari solent. licere putant, vt sentire videntur Origenes tract. in Matthæum 7. & Augustinus lib. 1. de serm. Domini, & Strabus hoc loco. Sed illud est nimis dilatare sententiam, quam videmus Christum maxime restringere voluisse, & maiorem pæne Christianis dimittendarum vxorum, quam Iudæis dare licentiam; omnia enim fere peccata fornicatio vocantur, quia per ea à Creatoris auertimur amore, & ad creaturarum amorem conuertimur. Quare & ipse Augustinus libr. 1. Retract. cap. 19. hoc retractasse visus est, saltem de eo dubitasse. Quid ergo? nonne multæ sunt causæ, quibus iustius, quam ob adulterium vxor dimittatur? sunt plane: penes enim est hæreticam, aut parricidam, quam adulteram esse. Id etiam ex Diuo Paulo haud obscure colligitur: B cum enim iubet, vt, si mulier infidelis consentit habitare cum marito fideli, retineatur 1. Corinth. 7. 12. vult etiam, vt, si non consentit, eiciatur. Non consentit autem, quæ non vult cum marito salua religione habitare. Tunc igitur eruendus oculus, tunc dextra manus resecanda, proculque reijcienda, vt Pacianus interpretatur, sed ne liberum cuique esset causas fingere dimittendi, tres potissimum Ecclesia definiuit; primam, si vxor Sodomitem esset, maritus, de adulter. secundam, si hæreticam, quæ sum. de diuortiis: tertiam si maritum aliquid graue peccatum trahere conetur, eodem cap. Cur ergo Christus solam excepit fornicationem? Tribus, vt opinor, de causis, prima, quod propter solam fornicationem absolute, & in perpetuum vxor dimittatur, ita vt, etiam si fefe dimissa correxerit: maritus, si nolit, resumere eam non debeat. Non enim dimittitur, ne faciat: sed quia fecit mœrorem: non vt culpam corrigat: sed vt toto vitæ tempore culpæ pœnam luat. Cum autem aliis de causis dimittitur, nõ absolute nõ in perpetuũ, sed ad tẽpus dimittitur: dũ se dimissa castigata corrigit: dum insipiens respicit, vt ad maritum redeat, si ad mentem redierit. Secunda, quia adulteram voluerunt etiam cum marito manere, seseque corrigere, dimittere tamen maritus potest: quia, vt diximus, in pœnam violatæ coniugalis fidei, non in correctionem dimittitur: alias vero vitus dedicum, emendaturam volentem, marito dimittere non licet, id antiquæ eruditionis auctor Rupertus animaduertit. Tertia, quod aliæ dimittendæ vxoris causæ propriæ non sint matrimonii, sed omnis communes consortij. Nam siue vxor, siue familiaris, siue cognata, siue soror, siue mater sit: siue auctor nobis peccandi est, longe est à nobis remouenda: adulterium causa est vxoris dimittendæ propria matrimonij, quia coniugalem fidem violat, quæ nullis quodammodo matrimonij est, atque quia contractus ciuilis est, matrimonium solut. Is enim est maxime naturale: vt ei, qui contractus conditiones non seruat, contractus rescindatur. Restat, vt ait Augustinus sacramenti manus vinculum, quod non adulterium: sed sola mors soluit. Quid ergo dicet aliquis, Christus hoc loco addidit legi? Multa omnino. Primum, quod in lege propter adulterium vxor non dimittebatur, sed aut comburebatur veteri exemplo Genes. 38. 24. aut lapidabatur E Leuit. 20. 10. Ioan. 8. 5. certe tollebatur è medio Danielis decimoterzio, quadragesimoprimo. Hoc Christus sustulit: veterem enim abrogans legem non iussit adulteram mori: sed dimitti permisit. In quo Caluinistæ, dum se seueros impudicitiæ vindices volunt ostendere, & se hæreticos, & vxores suas sæpe adulteras ostendunt. Addidit præterea, quod nolunt etiam adulterij causa dimissa libellum repudij dare, quo segniores in dimittendis vxoribus essent viri, si essent, nec sibi, nec vxori licere alias tentare nuptias: sed sola, dum vterũ vinctæ, esse vxorem. Addidit, quod innumerabiles rau-

A sas, quibus in lege vxorem dimittere licebat, resecuit: nam quæcumque fere de causa vxor viro non placuisset, dimittere licebat Deuteronom. 24. 1. solam que formicationem excepit. Addidit quod cum in lege semel dimissum vir reuocare non posset: in Euangelio reuocari non quidem iussit: sed optauit: *Manent*, inquit Paulus, *inuipta, aut viro suo reconcilietur*. 1. Corinth. 7. 11. Addidit, quod cum in lege vxorem viro, non virum vxori dimittere liceret: in Euangelio parem viri, & vxoris causam esse volunt. Quod etsi ipse hoc loco non expresit, expressit tamen per illo Diuus Paulus 1. Cor. 7 10. 11.

33. *Non peierabis.*] Frustra à nonnullis laboratur, vt rationem inueniant, cur à præceptis secundæ tabulæ ad præcepta primæ reuertatur: nec enim eramus in dicendo iurare voluit sed rectè facere, vt occurrebat. Quarunt hæreticorum interpretes, vt hoc in lege scriptum sit, quod cum tandem scriptum verbis non mutarint, Pharisæorũ interpretationẽ, non legis sententiam fuisse dicunt. Scilicet non animaduertunt Christi in non verba, sed sensum legis reclamare. Quod enim quidam hæc ipsa verba *non peierabis*, ex Leuit. cap. 19. 11. sumpta esse putarunt, nec ipsi animaduertunt: Hebraice non ille לא תשבעו בשקרי, non peierabis, sed, לא תשבעו את שמי לשקר ולא תחלל את שם אלהיך non iurabis in vanum, vt Exod. 20. 7. & Deuteronom. quinto, vt decimo, dicitur, non assumes nomen Dei tui in vanum: assumere autem nomen Dei tui in vanum est iurare, quia שוא apud Hebræos, sicut vanum apud Latinos vtrumque significat, & quidem necessarium, & quod factum est. Atque ita non scribit R. Abrahæm Exodo 20 7. sed ea tam scribet inter prę. Leuit. 19. 12. & Christus hoc loco interpretatur.

Reddes autem Domino iuramenta tua.] Hanc etiam putant hæretici additionem esse Pharisæorum: sed verba ipsa præ se ferunt sententiam esse legis: quia tanquam antithesim præcedentium verborum legis recitantur, & in Numer. cap. 30. 3. cogente sensu, quamuis pluribus verbis, scriptum est, *Si quis virorum votum Domino voverit, aut se confirmauerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit.* Hoc est illud Psal. 23. 4. *Qui non assumit in vanum animam suam* (suam, Dei, id est, qui falsum per Deum vtentem non iurat) *nec iurauit in dolo proximo suo.* Cum autem duæ sint iurandi rationes, altera qua præterita confirmamus, altera qua futura promittimus, vtramque tetigit Christus, vt versu quarto admonuimus.

34. *Non iurare omnino.*] Multos hæc verba non intellecta fefellerunt, vt exiti marent nonnulli omnino Christiano licere iurare, vt hodie Anabaptistæ docent, & patrum nostrorum memoria Vvicleffitæ docuerunt. Error antiquus. Nam & Hilarius Syracusanus ille in epistola ad Augustinum, quæ inter Augustini epistolas 55. est, narrat quosdam Syracusis in ea hæresi fuisse, vt nunquam per Deum iurandum putarent; Pelagianorum genus fuisse & ex aliis ipsorum erroribus, qui simul in ea epistola recitantur; & ex Augustini responsione epistola octuagesimanona, quę sione quinta colligitur. Quin & Origenes tract. in Matthæum 35. propè eo errore videtur abesse. Errandi causa fuit, quod non animaduerterint illud aduerbium *omnino*, non genus, sed formam significare. Non enim prohibet vllo tempore, aut vllo casu, sed vllo modo, vllaque forma iurare, neque per Deum, neque per cœlum, neque per terram, neque per sanctos ciuitatem, neque per caput nostrum iurare, vt statim addit explicans, quod dixerat, *omnino*. Eodemq; modo lacebus c. 5. 12. exponit, *Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neq; per terrã, neq; aliud quod dum que iuramentum.* Aliam quoq; vim habet,

habet *omnino* quam paulo infra explanabimus. Licere autem Christianis vb, quando, & quæ ratione oporteat iurare, & perpetuus Ecclesiæ vsus, & sanctorum docent exempla. Iurauit enim Paulus Roma 1. 9. 2. Cor. 1. 23 Philippen. 1. 2. 1. Thessal. 2. 5. 10, iurat angelus Apocal. 10. 6. Quod enim Pelagiani illi docebant non iurasse Paulum, quia non dixit per Deum, sed coram Deo, aut teste est mihi Deus, quem ipsi, vt putabant, imitantes omnibus modis Dei nomen polluebant, maximeque iurantes non iurabant, modo ab vna syllaba, per linguã abstinerent; ridendum potius est, quam refutandum. Quid ergo Christus addidit legi? Quidemid, quod hic dicitur addi dissa, ered derunt, vt per Deum quidem, cum ratio, aquæ sque pasfuluret, per creaturas, per quas ladæis ne per Deum iurarent, iurare licuisset, nullo modo, nullo tempore iuraremus Hilarius can. 4 Cyrillus lib. 5. in Isai. c. 65. Chrysostomus hom. 17. Hieronymus & Theophylactus in commentariis. At non probatur id Iudæis licuisse. Itaque multi recentiores interpretes, non lege, sed Pharisæorum opinione, interpretationeque Iesum fuisse dicunt. Quod & ipsi nihilo magis probant, & non vertisul. vigesimo primo confutauimus. Credibilius non fictum sed consuetum Iudæis fuisse per cœlum, per terram, per sanctam ciuitatem, per templum iurare, vt colligitur ex c. 23. 16. Qui autem per templum iurauerit, nihil est. Nihil igitur hoc loco aliud Christus legi addidit, nisi quod expresit, quæ in lege expressa non erant. In lege enim tantum dictum erat. *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, Christus addit, non solum nomen Dei; sed neque nomen cæli & terræ, aut alterius creaturæ in vanum assumes. Addidit etiam, quod cum illis legis verbis, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, solum prohiberetur periurium; ipse non solum periurium, sed verum etiam; non tamen necessarium prohibuit iuramentum. Cur autem prohibuerit sine necessitate, licet vere iurare; non præteremittenda hoc loco quæstio est. Plerique veteres Auctores videntur in ea fuisse sententia, vt existimarint non propterea præcipue prohibuisse, quod sine necessitate verum iurare peccatum sit; sed ne sæpe iurando verum, aliquando falsum iuraremus, vt ait Sapiens Eccl. 23. 9. *Iurationi non assuescat os tuum: multus enim casus in illa: & verticulo duodecimo. Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga.* Sicut prohibetur garrulitas & multiloquium, quia *in multiloquio non deerit peccatum.* Prouerb. 10. 19. Sic Clemens Alexandrinus 7. Strom. Chrysost. hom. in Matth. 17. Auctor imperfect. hom. 12. Basil. hom. in Psal. 14. Ambros. serm. 14. in Psalm. 118. Augustin. lib. 1. de ser. Domini, & in Psal. 88 & 103. Hieronym. 2. 4. char. 8. videtur que ea sententia ex verbis Iac. 5. 12. confirmari. *Sit sermo vester est, est, non, non ne sub in dicia decidatis*, Gr. μὴ ὀμόσητε μήτε τὸν οὐρανὸν μήτε τὴν γῆν, ne in iudicio, (id est, condemnationem) incidatis; quasi dicat, ne sæpe iurando, aliquando peieretis, & in peccatum, quo condemnemini, incidatis. verum enim vero contrarius est sensus Ecclesiæ, & ex hoc ipso loco manifestum est, Christum non ad vitandum maioris peccati periculum, sed quia ipsum per se peccatum est, iuramentum non necessarium vetuisse: cur enim neque per cœlum, neque per terram iurare nos velit, rationem reddit non, ne frequenter iurando aliquando peieremus: sed quia ille thronus Dei est; hoc scabellum pedum eius; & reuerentiæ culpa est ponere in cœlum os nostrum, & linguam nostram tranfire per terram, vt, quod Psalmo 72. 9. alio sensu dictum esse non ignoramus, in hanc sententiam accommodemus. Atque hæc mihi videtur esse vis illius aduerbij, *omnino*, quasi dicat, *Audisti, quia dictum est antiquis, non peierabis*, id est, non iurabis falsum; *Ego autem dico*

A *vobis, non iurare omnino*, id est, ne verum quidem iurare; intelligunt autem sine necessitate, quia illudit ad alteram significationem verbi לשוא in vanum, id est frustra, sine causa, sine necessitate.

Neque per cælum, quia thronus Dei est.] Colligitur ex hac ratione Christi, etiam creatoris, quæ ceu ad Deum referuntur, aliquem non solum vt sanctitate, vt quasi de eum hæreticos, sed etiam religionis honorem deberi. Nam licut iurare per aliquem, quando, & quomodo non oportet, sine est religioni contrarius: ita quando oportet, & quomodo oportet iurare, actus est religionis. Propterea iussit Deus non per nomina falsorum Deorum, sed per nomen suum iurare, Deuteronom. quinto, decimotertio, propterea *Laudabuntur qui iurant in eo.* Psalmo 62. 12. Si ergo per cœlum & terram iurare religio est, quia illud thronus, hæc scabellum pedum Dei est, quanto magis per Petrum, per Paulum, per cæteros sanctos, & beatos viros, quorum templum Dei sunt? Quod ipsa illa religionis debitur honor; & cæteris eiusdem generis debetur, vt eos veneremur, vt infra Deum, vt Dei seruos, templumque colamus; nam neque colimus terræ religionis honorem tribuimus quod Deus sit aut aliquid Dei sint. Impius igitur & impietas Luciferanorum, & Calo-militarum error est, nullum, nisi Deo religionis honorem tribuentium.

35. *Neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis.*] Dei qui est *rex regum & Dominus dominantium.* 1. Timothæ 6. 14. Apocalyps. 19. 16. vocatur autem regem potius, quam Dominum ait Deum, quia alludit ad regem Iudæ, qui Ierosolymæ regnum habebat. Addit: *magni*, vt ab eo distinguat, quasi dicat quia ciuitas sancta est, vt supra capite quarto, quinto.

34. *Neque per caput tuum iurauerit, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.*] Quia de cœlo dixerat, *quia Dei thronus est*, de terra, *quia scabellum est pedum eius*, de Ierosolyma, *quia ciuitas est magni regis*; ne putaremus fatum per caput nostrum iurare licere, quia nostrum est; addidit, *neque per caput tuum iuraueris.* Reddit autem aliam, quam in cæteris rationem. Nam per alia iurare prohibet, quia aliquid habent ex ministerio, quod Deo exhibent, sanctitatis: per caput quia quamuis nostrum sit, nostrum non est, nostrum, quia à Deo quidem vtendum accepimus, & adtempus possidemus; non nostrum, quia non solum ipsum non fecimus; sed ne vnum quidem eius capillum aut album, aut nigrum facere possumus. Alio etiam sensu per caput, quam per cœlum & terram iurare vetat. Nam cum per cœlum et terram iuramus, tanquam per res aliquas sanctitatem habentes iuramus; cum per caput nostrum iuramus, non propriæ iuramus; sed tanquam rem nostram deuouemus. Hæc ipsum Christus prohibet, quia quod nostrum esse putamus; minime est nostrum, cum nequaquam in nostra sit potestate, & iniquum omnino est rem alienam obtestari. Est vero simile Iudæos per caput suum iurare ex Græcis & Latinis, quibus eum vsos fuisse, dicebamus. Nam apud illos illa iurandi forma vsitata erat, ναὶ τὴν κεφαλήν; apud hos, Per caput hoc iuro, vt ille apud Plautum ait, Christianus nunc, O impietatem, non per suum, sed per Dei caput, perque omnia eius membra iurare solent. Scilicet capiti suo parcunt, Dei capiti non parcunt.

37. *Sit autem sermo vester Est, Est, Non, Non.*] Græce ναὶ, ναὶ, οὒ, οὔ. Etiam, Etiam, Non, Non. Quod quidam nouæ dicerum interpretes per interrogationem & responsionem legendum esse, vt sensus sit, cum aliquis interrogauerit vos, sit ne aliquid, nihil aliud respondeatis, quam, Est. Cum interrogauerit, an non sit; nihil aliud quam non; hoc, inquam, ego nullo prorsus mo-

do probare possum. Quid enim si id, de quo interrogor, an sit, non sit? an mentiego respondebo, Est? Dixit Augustinus in Enchiridio capite 17. & 22. *Sensum* inquit: *esse dicamus, & est, vt semper vera loquamur.* Alij quod promiseritis vos factutos facite; quod non facturos, ne facite, vt loquitur Dixit Paulus 2. Cor. 1. 17. 18. *num quid leuitate vsus sum, aut quæ cogito secundum carnem cogito, vt sit apud me Est, & Non. fidelis autem Deus: quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo, Est, & Non.* Sed hæ duæ interpretationes ex materia sermonis refutantur. Non enim id hoc loco Christus agebat, vt aut vera semper loqueremur, aut constantes in promissis præstandis essemus, sed illud, vt ab omni iuramenti specie abstineremus. Itaque necesse est, vt hæc verba *Est, Est, Non, Non*, iuramento, non mendacio, aut leuitati opponantur. Sensus ergo est, cum dicendum erit, *Est*, id est, affirmandum, ne affirmetis iuramento, sed simplici affirmatione dicentes, ita est. Cum aliquid negandum, ne ita esse; sed simpliciter dicite, *non* id est, non ita esse. Ita Chrysostomus in hunc locum, & Hieronymus in epistola ad Celantiam de institutione matriafamilias, & Rabanus apud D. Thom.

B *Quod amplius est, à malo est.*] Quid hic appellet malum, magna etiam est interpretum dissensio. Alij à malo est, id est, ab eo proficiscitur, qui simpliciter affirmanti non credit, itaque incredulitatis eius vitium à loquente iuretenus extorquet, Augustinus libro primo de sermone Domini in monte. Alij à malo, id est, ab infirmitate Iudæorum, quibus, ne per Deum iurarent, per creaturas iurare concessum erat, Chrysostomus. Hanc opinionem versiculo trigesimo quarto confirmauimus. Alij à malo, id est, à Diabolo, qui iurandi consuetudinem induxit, Theophylactus. Atque hic mihi videtur germanus esse sensus, & quia non dicit ἐκ τοῦ πονηροῦ, sed τοῦ πονηροῦ à maligno, quo nomine diabolus vocari solet, vt infra cap. 6. 13. & capite 13. 19. & quia addidit articulum, quasi dicat, quod amplius est, à maligno illo introductum est: & quia tacita inter se & diabolum vtitur antithesi. Dixerat, *ego autem dico vobis, non iurare omnino*; sed simplici vti sermone, *Est, Non. Quod enim amplius est*, id est, iuramentum, quod ad simplicem affirmationem, vel negationem adiungitur; non ego dico, non ego doceo adiungere, diabolus est qui docet, quique ad iurandum infligat, eius hoc est inuentum tam sæpe, tamque temere iurandi.

38. *Oculum pro oculo.*] Reddat, qui alterius oculum eruit. Ipsa verba sunt legis Exodi. 21. 24. Leuit. 24. 20. Deuteronom. 19. 21. Sed non recitat, nisi legis initium, quod cætera nota essent, quod & hodie imperiti faciunt. Erat autem sex talionis maxime, vt Philosophi docent, naturalis, & omnium gentium opinione iustissima, vt quod quisque fecisset, idem pateretur. Itaque inter leges illas duodecim tabularum, quæ quasi naturæ erant documenta, vna hanc erat huiusmodi his concepta verbis, *Si membrum rupit manum, ex pacto talio esto.* Extat de hac re apud Aristotelem quinto de moribus ad Nicomachum libro, & apud Gellium libro vigesimo inter Sextum Cæsilium iureconsultum & Phauorinum Philosophum iubtilit, & bene longa disputatio. Hic etiam hæretici fallantur, quod existiment Scribas & Pharisæos docuisse, licere vnicuique suarum priuatim iniuriarum apud iudicem vltionem persequi, cum hæc talionis lex non priuatis hominibus, sed magistratibus, ne pœnæ modum aut excederent, aut non attingerent, quasi regula data esset. Nam priuatis quidem hominibus contra, dictum est Leuit. 19. 18. *non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* At neque probari potest hoc Pharisæos docuisse; nec, si docuissent, non licuisse priuatis hominibus iure

A suum apud iudicem persequi. Si enim ius erat, iustum erat, & vnicuique licet, quod iustum est, iuris ordine apud iudicem postulare. Nam & in Euangelio licet. Nec lex illa talionis solis iudicibus, vt regula; sed multo magis priuatis hominibus, vt pœna, qua ab homicidio & cæde deterrerentur, data erat, vt recte Chrysostomus, & Augustinus adnotarunt. Quid ergo Leuit. 19. prohibetur? non ius, sed vltionem quærere. *Mihi enim vindicta, & ego retribuam.* Quid igitur Christus adiecit legi? primum hoc ipsum, quod talionem sustulit, quæ Deut. 32. Item 32. hominem solo pœnæ metu continebat, ne alijs manus inferret, vt Hilarius, Chrysostomus homilia 18. Lex talio Auctor imperfecti, homilia 12. Euthymius, & quid Chr. Theophylactus obseruarunt; voluit enim nos *pro iudicio.*

Ambr. lr. Offic. c. 41.

non metu, tanquam seruos, sed amore, tanquam filios, benefacere. *Non enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepimus spiritum adoptionis filiorum Dei* Rom. 8. 15. Lex namque *per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est.* Ioan. 1. 17. Præterea addidit, quod non solum iuberet non non capitete vindictam; verum etiam patienter iniurias tolerare; nec tolerare modo, sed optare, sed illis gloriari; denique præuidens nos in vna maxilla, alteram obuertere; volenti tunicam nobis tollere & pallium relinquere. *Non solum*, inquit Dixit Paulus, *sed & gloriamur in tribulationibus nostris*, Romanorum 5. 3. vocibus vsus ait Hilarius. Addidit quod ex his tantum ramis, ipse vitiorum etiam radices excidit. *In lege* (inquit Hieronymus) *retributio est: in Euangelio gratia. ita impia emendatur: his peccatorum auferuntur exordia.*

C

39. *Non resistere malo.*] Hoc etiam loco Chrysostomus homilia 18. Theophylactus, & Euthymius per malum diabolum intelligunt. puto quod & eodem vtatur nomine, τῷ, & τὸ articulum adiungat. Quid ergo? docet ne nos non resistere diabolo, cui Iacobus capite quarto, septimo, & Petrus, prima epistole, capite quinto, nono, iubent, vt fortes in fide resistamus? Respondent resistendum quidem, sed non hoc modo; non vltionem quærendo: hoc enim non est resistere, sed manus illi dare. *Ignis*, inquunt, *non igne extinguitur, sed aqua restinguitur.* Alij interpretantur malo, id est, iniuriam faciensi. Alij putant malum non personam, sed rem malam significare. Et rex ijs alij se statum esse cafrum, quasi dicat, ne malum pro malo reddamus; sed vincamus in bono malum, Romanorum duodecimo, decimo septimo, vigesimo primo, & 1. Petri 3. 9. Alij tertium, quod ego iudico probabilius. Malum enim vocat iniuriam, qua nobis infertur; cui iubet non resistere, sed nos potius illi exscipiendæ paratos exhibere; & cum in vna maxilla plagam, aut colaphum accepimus, alteram vertere. Disputat Augustinus libro secundo, de sermone Domini in monte neque Christum, neque quemuis perfectos Apostolos hoc seruasse. Nam neque Christus vnam percutienti coram iudice maxillam, alteram verit; sed si non manu, lingua tamen restitit. *Si bene locutus sum, quid me cædis? si autem male, testimonium perhibe de malo*, Ioannis decimooctauo, vigesimotertio, & Paulus etiam iussu iudicis percussus non solum alteram malam non præbuit; sed, quantum potuit, vtique restitit, & iniuriam insuper addidit, *Percutiet te Deus paries dealbate*, Actorum vigesimotertio, tertio. Cæsus autem virgis, & in vinculis coniectus ius suum minaciter persecutus est, Actorum 16. 37. *Cæsos nos publice, & indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos ejiciunt? non ita, sed veniant, & ipsi nos ejiciant.* Hic exemplis intelligimus, aut, quod hoc loco Christus docet, non esse præceptum, aut non esse ita, vt verba sonant, intelligendum.

Nam

Nam si, aut præceptum esset, aut ad verbum intelligendum, & Christus, & Paulus ad verbum vtique seruassent. Partim ergo præcepti, partim consilij est. Præcepti hæc sunt; primum, vt vindictam non quæramus. Deinde, vt potius alteram maxillam re ipsa vertamus, id est, alteram accipiamus iniuriam, quam acceptam vlciscamur. Præterea, vt animo parati simus ad remittendum de iure nostro, quandocunque id caritas, & Dei gloria videbitur postulare. Consilij autem est, vt quamuis neque caritas, neque Dei gloria id à nobis exigat; mortificationis tamen nostræ causa ad verbum hæc omnia faciamus; non quidem irritantes aduersarium ad inferendam iniuriam, sed nos ipsos ad excipiendam inuitantes. Sic Laurentium dixisse traditur, *assatum est iam: versa, & manduca.*

Ambr. lr. Offic. c. 41.

B *Sed si quis te percusserit in dexteram.*] Quod dexteram potius maxillam, quam sinistram nominauerit, cum colaphus in sinistram prius, quam ad dexteram cædentis manum est, quam in dexterem impingi soleat, vt disputat Augustinus, nullum videtur aliud esse mysterium, quam quod cum vellet dicere, si quis te percusserit in vna maxilla, verte illi & alteram; pro vna, & altera, dexteram, & sinistram expresso manus nomine dicere maluit: & quia prius dexteram, quam sinistram solemus nominare; non cædendi, sed loquendi consuetudinem secutus est. Sicut Scriptura loqui solet, *Non declinabitis ad dexteram, neque ad sinistram.* Numero. 20. 17. & 22. 26. Deuteronom. 2. 27. & 5. 32. & 17. 11. & 28. 14. Neque vsquam legimus, ad sinistram & dexteram. Itaque Lucas capite 6. 29. simpliciter dixit, *& qui te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram.* Notanda autem est Christiana & elegans antithesis: legi enim talionis, oculum pro oculo; patientiæ, vt ita dicam, talionem opponit, vt pro accepta iniuria iniuriam alteram accipiamus. *Ego autem dico vobis, si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Hoc scilicet erat, quod Ethnici olim non intelligentes dictitabant hanc legem Christi omnem Rempublicam euertere; impunitatem enim perditis hominibus peccandi dari, vt Marcellinus ad Augustinum scribit epistola 4. Quasi vero Respublica non firmius stet patientia, quam vi; virtute, quam legibus. Præterquam quod Christus non legat hoc loco iudici manus, quo minus in homicidas & exteros sceleratos homines animaduertat; nec ita legem illam abrogat, vt ea iudex vti non possit; sed vt non cogatur. Nam & Christiani iudices oculum pro oculo, dentem pro dente exigunt, cum homicidas mori cogunt. Sed priuatis hominibus velut manicas injicit: ne, dum sua manu iniuriam repellere conantur, duplicent iniuriam; nec puniendi potestatem tollit, sed peccandi occasionem præcidit.

C

D

41. *Et quicunque te angariauerit.*] ἀγγαρεύσει, neque hoc Græcum, neque illum Latinum genere suo verbum est, vtrumque à Persis, vt nonnulli adnotauerunt, originem traxit, apud quos publici nuntij, aut cursores angari vocabantur. Iis publica persolui quoscunque homines ad ferenda onera cogere, quosuis equos, quasuis naues licebat vsurpare. Vnde factum, vt & Græci & Latini angariare dicerent, id est, aliquem cogere soluta mercede, vel ad onera portanda; vel ad viam præmonstrandam, quemadmodum Simonem illum Cyrenæum ad gestandam Christi crucem angariatum legimus capite 27. 32. Itaque merito id Christus numerat, aut inter beneficia, quæ alijs præstamus, si sponte faciamus, aut inter iniurias, quas ab illis accipimus, si coacti.

E

Vade tecum illo & alia duo.] ὕπαγε μετ' ἐμοῦ δύο, abi cum eo duo, sub. millia passuum. Noster interpres fortasse legit δύο τρία alia duo, quæ efficiunt tria millia, Nisi, vt nonnulli suspicantur, aut ipse aut alius quispiam addidit postea illud *alia*. Melius sententia constabit, si non legatur; manifestum enim est Christum dicere voluisse duplicem accipiendam iniuriam, vt cum dixit, *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.*

42. *Qui autem petit à te da ei.*] Id est, quisquis sit, qui petit à te da ei, vt apparet ex Luc. 6. 30. Omni *petenti te tribue.* Quibus verbis non iubemur nullum inter pauperes habere discrimen; præferendi enim sunt, qui magis egent. Neque bona nostra in omnes, qui quæcunque ratione petierint, effundere; neque facultatum nostrarum rationem non ducere, nec amicos inimicis; cognatos alienis patres facere. Habet caritas ordinem suum, qui postulat, vt parentibus potius, quam alienis, vt amicis, quam ignotis subueniamur. Quem ordinem perficere haud dubie voluit Christus, non euertere. Tamum ergo prohibetur προσωποληψία personarum, vt vocatur, acceptio, quæ iniuriæ, non caritati contraria est. Occurrit pater, & ignotus homo æqualiter egens; non possum vtrique dare; dabo patri, altero præterito. Id enim à me caritas exigit. Occurrit diues notus, & pauper ignotus, idem à me petentes, ille, vt iudex, hic vt viuat; vetat Christus diuiti dare, negare pauperi. Id illa parabola declaratur, quæ apud Lucam est 14. 12. Cum *facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte ipsi te reuocent, & fiat tibi retributio: voca pauperes, cæcos, claudos, & debiles.* Summa est; non personarum; sed paupertatis, sed caritatis habendam esse rationem. Habetur autem, vt Theologi docent, personarum ratio, cum in danda eleemosyna consideratur aliqua personæ qualitas, quæ aut eleemosynæ contraria est, vt cum do, quia diues est, quia potest mihi reddere; aut certe non propria, vt cum do, quia Græcus natione, aut Latinus est. Non enim nationi, seu paupertati eleemosyna datur.

In eleemosyna danda ratio personarum accepta.

43. *Audistis.*] Vbi hoc dictum fuerit, versiculo vigesimoprimo, disputauimus. *Proximum tuum* רֵעֲךָ amicum tuum, id enim Hebraicum verbum proprie significat, *amicum*, qui te aliqua, aut sanguinis, aut amicitiæ necessitudine attegit. Is etiam, non, vt multi putant, barbare, sed latine proximus dicitur; sic enim non alij solum auctores bene Latini, sed ipse etiam Cicero sæpe loquitur. Sensus ergo illius præcepti in lege erat, *Diliges proximum tuum*, id est, amicum tuum, vt ex vi verbi ὁμοιότητος, & ex antitheti, qua Christus vtitur, manifestum est. Amicus autem in lege vocabatur non solum, qui erat, sed qui debebat esse: esse vero debebat, is qui Iudæus erat. Itaque quod à quibusdam obijcitur, præsertim hæreticis, etiam Iudæis in lege præceptum fuisse, vt inimicos diligerent, quod Exodi vigesimotertio, quarto, scriptum sit, *Si occurreris boui inimici tui: aut asino erranti, reduc ad eum.* Si *videris asinum odientis te iacere sub onere, non prætereibis: sed subleuabis cum eo*: hoc iniquam, alienum abesse est. Ille enim ipse, qui illic inimicus vocatur, amicus erat. Amicus, quia Iudæus; inimicus, quia priusquo odio alterum prosequebatur. Itaque idem ille Deuteronom. vigesimosecundo, primo, frater appellatur. Illud difficilius, quod Christus apud Lucam capite decimo, vigesimonono aliter videatur, quia proximus esset, interpretari. Sed illa interpretatio non legalis, sed Euangelica est: qua voluit Christus disputa iam materia discrimen tollere nationum, quia in illo neq; Iudæus neq; Græcus est, sed nous creatura & Iudæorum populus ille iam peculiaris; sed erit vnū ouile, & vnus pastor. Præterquā q. ū subtiliter vellem de illa Christi parabola disputare; inde potius probaremus, Pharisæos in eius præcepti interpretatione nō errasse;

F 3 & nomine

& nomine proximi solos amicos, & eos qui bene de nobis merentur, intelligendos. Nã legis ille peritus idem, vt opinor, Scriba, vel Pharisæus, aut Scribarũ certe & Pharisæorum opinionibus imbutus, recte à Christo dicitur iudicasse, quod non sacerdotem & Leuitam, sed Samaritanum, qui amici erga illum, qui in latrones incideratꝫ functus erat officio, proximum appellauerit. Sed scimus alio intendisse Christum. Hoc tantum tenere volumus, ex eo loco probari non posse proximum in illo legis præcepto quemlibet hominem appellari.

44. *Diligite inimicos vestros.*] Hoc, vt omnes Auctores antiqui tradiderunt, & nos vers. 21. & 43. probauimus, proprium est Euangelii. In quo, licut in cæteris, quæ legi Christus adiecit, quædam præcepti, quædam consilii sunt. Præcepti hæc. ne odio habentes nos odio habeamus, ne reddamus malum pro malo, ne quid illis opremus mali, vt eos generali, vt Theologi docent, charitate complectamur, vt communibus orationibus, & eleemosynis, beneficiis, quæ in omnes fiunt, non excludamur. Consilii, vt eis etiam non ad extremam necessitatem indigentibus, bene faciamus; vt eos nominatim saluteмus, vt familiariter alloquamur. Sed hæc à Theologis copiose disputantur, à nobis propter huius explicationem loci attingenda modo fuerunt. Verba autem illa, quæ in Græcis nunc leguntur eo dicibus, *Benedicite maledicentibus vobis*, bene dicite iis, qui maledicent vobis, noster non legit interpres; nec sunt ad implendam loci sententiam necessaria: conueniunt tamen, & eo quidem magis, quod B. Paul. hucvideri possit alludisse. *Maledicimur, & benedicimus* 1. Cor. 4. 12.

45. *Vt sitis filii.*] Pleriqꝫ sic interpretantur, *vt sitis*, id est, vos esse filios declaretis. Quod vt non improbo, sic illud magis probo, vt Hebraismus sit, quo, qui alteri similis est, eius filius esse dicitur, sicut Hispani sua lingua solent dicere videtur illum genuisse, id est, adeo illi similis est, vt eius filius esse videatur. Hic sensus multo magis conuenit, quia dicere esse filios patris sui tautologia est; dicere autem esse similes virtutis loquutio; & quia statim declaratur, quomodo patris sui filij, id est, similes, si bene omnibus fecerint, erunt, quia Deus *solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*, & quia vers. 48. dicitur, *Estote ergo vos perfecti sicut pater vester qui in cælis est, perfectus est*, vbi non quomodo filij, sed quomodo similes esse possimus, declaratur. Non nego tamen datam esse potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine Christi, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Sed quis huius loci sit sensus expono.

46. *Quam mercedem habebitis.*] Non negat mercedem habituros quicunque amicos diligunt, cum amicos diligere charitatis sit. Sed negat mercedem habituros, si, vt publicani, tantum id faciant, id est, si non propter Deum, sed aut propter naturalem in amicos propensionẽ, aut propter suã vtilitatem faciant. Quisquis autem inimicos non diligit, satis declarat se amicos non propter Deum, sed propter se diligere. Si enim propter Deum diligeret, etiam diligeret inimicos, qui non minus, quam amici imago Dei sunt. Qui ergo amicos, non inimicos diligit, quia non propter Deum diligit, vt ab amicis mercedem naturalis amicitiæ habeat; à Deo caritatis mercedem non habet. Qui non solum amicos, sed etiam inimicos diligit, non solum caritatis erga inimicos; sed etiam erga amicos suæ mercedem habebit; quia Deus non naturam sed gratiam remunerat.

Qui publicani.

Nonne & publicani hoc faciunt.] Publicani à Latinis, τελῶναι à Græcis, גבאי ab Hebræis dicebantur, qui publica pro principe vectigalia colligebant, aurum hominum genus, & omni odio fusum populo, eo præsertim tempore, quo Christus illa dicebat, cum Iudæi non suæ gentis regi, sed Romano Imperatori tributa pendere cogebantur. Iode enim illa nata est quæstio, an liceret tributum Cæsari dare Mar. 12. 14. Luc. 20. 22. Publicanos pro publicis & peditis peccatoribus habitos fuisse, constat. Matth. 9. 10. 11. & 11. 19. & 18. 17. & 21. 32. & Luc. 5. 12. 13. Cui opinioni congruenter loquitur Christus. Fuit & noster Matthæus aliquando publicanus; & in telonio sedit capite 9. 9. sed ex publicano filium Dei, Apostolum, Euangelistam gratia Dei fecit.

48. *Estote ergo vos perfecti, sicut pater vester.*] Sicut, non æqualitatem, sed qualitatem, similitudinemque declarat; & eam quidem similitudinem, quæ inter Deum & hominem, non quæ inter hominem & hominem esse potest. Sicut Christus orat Ioan. 17. 21. vt *sint vnum, sicut ipse cum patre vnum est*: nec enim illam, quæ inter patrem & filium est naturalem vnitatem æquare possumus; sed possumus tamen imitari. Proponit nobis Christus signum ad collimandum, quo scit nos peruenire non posse; vt, quo possumus, perueniamus. Non vult nos eo vsque progredi; sed non stare. Vult autem nos omnibus in rebus quam simillimos esse patri, sed in ea maxime, quæ illi est maxime propria, misericordia. Itaque quod Matthæus dicit, *Estote perfecti*; Lucas cap. 6. 36. dicit, *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est*.

CAPVT VI.

1. ATTENDITE ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. 2. *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* 3. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* 4. *Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* 5. *Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* 6. *Tu autem cum oraueris, intrain cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* 7. *Orantes autem, nolite multũ loqui, sicut ethnici. Putant n. quod in multiloquio suo exaudiantur.* 8. *Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.* 9. *Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum.* 10. *Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* 11. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* 12. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* 13. *Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.* 14. *Si n. dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra.* 15. *Si aũt non dimiseritis hominibus: nec pater*

Luc. 11. 42. Inf. 18. d. 23. Mar. 12. 1. 27. Eccl. 28. a. 3. 4. 5.

ter vester dimittet vobis peccata vestra. 16. *Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.* 17. *Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lauа* 18. *Ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* 19. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur.* 20. *Thesaurizate aũt vobis thesauros in cælo, vbi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, & vbi fures nõ effodiũt, nec furantur.* 21. *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* 22. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit.* 23. *Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt: ipsa tenebræ quantæ erunt?* 24. *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.* 25. *Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: & corpus plus quam vestimentum?* 26. *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?* 27. *Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum?* 28. *Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent.* 29. *Dico autem vobis, quoniam & Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnus ex istis.* 30. *Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei?* 31. *Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* 32. *Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.* 33. *Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.* 34. *Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibipsi: sufficit diei malitia sua.*

Luc. 12. 13. 1. Tim. 6. d. 19.

IN CAP. VI.

ATTENDITE.] Ceuete. Dubitari potest an hæc eadem concio, quam Christus in monte habuit, quamque Euangelista superiore capite inchoauit, nunc prosequatur. Eandem. n. esse contextus orationis non eandem, argumenti dissimilitudo arguit. Hoc probabilius: quia illa superioris capitis ad solos, vt probauimus, Apostolos in monte dirigebatur: hæc ad omnes in cãpo. Illic de Euangelica tantum profectione Apostolis, hic de communi fugavitiorũ agitur omnibus necessaria: ita prorsus, vtũ propius vtramque inteueamur, ipsa oratio, orationisque materia de mõte in vallem deiecta videatur.

A

Ne iustitiam.] Omnes Græci codices pro iustitia ἐλεημοσύνην legunt, quemadmodum Chrysostomus hom. 19. Auctor imperfecti, hom. 13. Theophylactus, & Euthymius legit. Latini auctores omnes iustitiam, Hilarius, Hieronymus, Augustin' eraſt. 6. in epistolam Ioan. & serm. 59. de tempore, & lib. 1. de serm. Domini, & Gregorius lib. 8. in Iob. c. 30. & in Pastor 3. p. ad monit. 36. & poeta iuuencus. Etiam inter Græcos Origenes hom. 1. in Exod. Credibile est Græcum aliquem non intelligentẽ, quid hoc loco iustitiæ nomen significaret, legentẽq; proximo versu ἐλεημοσύνην, Cum ergo facis eleemosynam, mendum putasse, & pro iustitia eleemosynã potuisse. Ego nostram lectionem multo magis probo, & quia noster interpres, & veteres illi auctores Latini, qui eius versionẽ nõ vtebantur, ita legunt, & quia, vt pro eleemosyna scriptorum ignoratione iustitia poneretur, nulla fuit ratio: vt autem p iustitia poneretur eleemosyna potuit esse ea quam dixim', & quia vis dicendi postulat, vt primo loco generalis iustitia, deinde specialis eleemosyna ponatur, & quia iustitia nomen צדקה apud Hebræos sæpe pro misericordia, & eleemosyna vsurpatur, Psal. 102. 18. *Misericordia aũt Domini ab æterno & vsq; in æternũ super timentes eum, & iustitia eius in filios filiorum vt qui seruãt testamentum eius.* Repetitione enim etiã dem esse sententiæ perspicuum est. & quod priori loco חסד misericordia dicitur, posteriori צדקה iustitia appellari, & Psal. 111. 9. *Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculũ seculi cornu eius exaltabitur in gloria.* Dispergere. n. & dare pauperibus, hoc est eleemosynã, vocat צדקתו iustitiam eius, quẽ Hebraismum & D. Paulus imitatus est. 2. Cor. 9. 10. *Qui aũt administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.* Fruges enim iustitiæ vocat eleemosynas, de quibus agebat quas fruges in arua, sic ille in pauperes seminat; multiplicantur. Sic. n. exponit, *dispersit, & dedit pauperibus*, id est, seminauit in pauperes. Hinc factũ, vt Septuaginta interpretes nõ solũ vbi Hebraice est צדקה iustitia, p eleemosyna, sed vbi est iustitia couerterint, sed sæpe etiã, vbi est חסד misericordia, perinde ac si nomen צדקה iustitiæ commune vtriq; misericordiã & eleemosynam significaret, vt Gen. 20. 13. & 21. 23. & Deut. 24. 13. Sic & hoc loco ἐλεημοσύνην iustitia, p eleemosyna ponitur: vt factum explicatur. *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.* Quomodo hæc sententia cõueniat cum illa, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, c. 5. 16.* differarum'. *aliquin mercedem non habebitis, apud patrẽ vestrum.*] Quasi dicat habebitis quidẽ apud homines, quorũ respectu facitis, sicut infra dicit ver. 2. & 5. receperũt mercedem suam, id est, inanem gloriam apud homines, quam quærebant: apud patrem aũt vestrum non habebitis, cuius causa non facitis, quia æquum est, vt cui quisq; laborat, ab eo mercedẽ accipiat: & vt vobis labor non duplex, sed vna fit merces.

B

Iustitia pro eleemosyna.

2. *Noli tuba canere.*] Quod Euthymius refert dixisse quosdam, quodly Strabus probabile, Lyranus verum putat, consuetudinem aut commune ter Iudæorum, aut priuatim Pharisæorum fuisse, vt cum eleemosynas daturi erant, tuba pauperes conuocarent: nullo mihi intelligente nio, nullo probante exemplo, & vanos quidem fuisse scio, tamẽ berales fuisse nescio. Contra certe Chrysostom. ut homil. 19. Auctor imperf. homil. 13. & Theophylactus in commẽ rarijs tenit. Potius credo ad comitetudinem cõgregandi tuba populum, cum aliquid publice, aut faciendum, aut edicendũ erat. Christum allusisse, vt Ioel. 2. 15. *Canite tuba in Sion sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiã congregate senes, congregate parvulos sugentes vbera:* aut ad tragœdiarum & comœdiarum morem, quarum initio tubæ canitur, vt populus admoneatur histrionẽ exire, oculosque & aures attendat. Nam & hoc loco, quasi tragœdiam, aut comœdiam aliquam Pharisæorũ Christus inducit. Primum nomen ipsum ὑποκριτῶν, hypocrita, quo vtitur histrionem proprie significat, qui alia persona cũ sit,

C

aliam agit : vt Dium etiam Augustinus adnotauit. Deinde verbum quo superiore versu visus est θεᾶσθαι vt spectemini, theatrale est: nam & theatrum ipsum ab eodem dictum est verbo, & tuba canere proprium est etiam theatri. Significat igitur nihil in hypocritis esse veræ, solidæque virtutis: quicquid agunt, simulationem, laruam tragediam & comœdiam esse, ideoque spectari velle: nos solidam debere sequi virtutem, nec alios spectatores, quam Deum desiderare.

In Synagogis.] vide capitis quarti, vigesimũ tertiũ, Hæreticorum interpretet fere omnes conuenticula, aut conciliabula hoc loco reddunt, nimis eleuata exaggeratione sententiæ. Voluit enim Christus significare solere hypocritas loca quærere maxime frequentia, vt à pluribus videantur, qualis erat Synagoga, in quam, ficut nunc ad templa nostra, omnis populus conueniebat. Sensum minus quisquis de Synagoga conciliabulum aut conuenticulum facit: quod minus est, quam Synagogam, vel ipsa vocabulorum indicat diminutio.

3. *Nesciat sinistra tua.*] Quia sinistra nec scire potest, nec ignorare, dum metaphoram interpretes quærunt, incredibilem interpretationum varietatem pepererunt. Nonnulli dexteram intentionem seruandi præcepta diuina: sinistram delectationem humanæ laudis intelligunt, vt Augustinus libro secundo, de sermon. Domini, & sermon. de tempore 60. & Gregorius tertia parte pastor. vigesimoprimo. Alii dexteram superiorem voluntatem: sinistram inferiorem appetitum, Auctor imperfecti homilia decimaterția. Alii dexteram populum Christianum: sinistram Gentilem, quemadmodum idem auctor scribit fuisse in quodam Apostolorum canone declaratum. Alii dexteram te ipsum, sinistram vxorem tuam: quam etiam interpretationem Augustinus memorat. Alii dexteram nos ipsos: sinistram coniunctissimum quemque, & familiarissimum amicum. Ambrosi⁹ libro primo, de officiis capite trigesimo, & Euthymius in hunc locum. Rem mihi Chrysostomus homil. 19. & Theophylactus acu videntur rei tigisse, non metaphoricam, sed hyperbolicam esse locutionem, qualem illam superiorem capite quinto vigesimonono, trigesimo, esse diximus, si oculus tuus scandalizat te, &cæt. Sensus ergo est, adeo debere nos iustitiæ nostræ testes effugere, vt si sinistram manus nostra oculos haberet, videre tamen non posset, quid dextera boni faceret. Quod autem contra consuetudinẽ ij, capite quinto, trigesimoterțio, explicauimus, prius sinistram quam dexteram nominauit: & dexteræ actionem sinistræ cognitionem tribuit: ideo factum est, quod eleemosynam, de qua loquebatur, non sinistra, sed dextera porrigere soleamus: & cætera opera, quæ manu fiunt, dextera faciat: sinistra illi tanquam adiutrix assistat, ita vt si oculos haberet, quidquid dextera faceret, ignorare non posset. Eleemosynam ergo Christus ita vult fieri, vt ne sinistra quidem manus, quæ omnium operum dexteræ non modo conscia, sed adiutrix etiam esse solet, scire possit. Quod cum in omnibus rectè factis intelligendum est, tum in danda eleemosyna ideo potissimum commendatur, quod nec vlla magis in re gloriam hominis quærere soleant: nec in vlla minus quærere debeant. Eleemosyna quamuis parua magnum beneficium est pauperi: manus, si latet: si nemo, nisi qui accipit, nouit. Qui laudem hominum intuens dedit: sibi non pauperi dedit. Aut fiquid dedit vendidit, non donauit. Non potuit pauper pretium soluere, sed pro illo alij soluunt: cum dantem laudant, eum tantum spectant. Pretium est illi visteri. Apud Ecclesiasticum cap. 29. 15. similis est omnino sententia, *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa exorabit pro te à malo.* Non est culpa benefacientes videri: sed velle videri. Nec omnino videri velle: sed propter colligendam humanã laudem videri velle: hoc tantum hoc loco Christus prohibet. Nam velle propter Deum videri, non prohibet: sed iubet. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est*, c. 5. 16.

4. *In abscondito.* Deo, & tibi soli cognita.

Reddet tibi.] Græci codices adduat ἐν τῷ φανερῷ, in aperto, in propatulo. E contrario tempore Augustini Latini codices legebant, Græci non legebant, vt ille libro secundo, de sermon. Domini scribit. Itaque suspicio mihi est primos illos codices Græcos, ex quibus translatio Latina, qua Ecclesia ante Hieronymum vtebatur, facta fuerat, hæc verba legisse: post scriptorum vitio in Græcis abolita, in Latinis conseruata. Hieronymum vero, cum iam ipsius tẽpore in Græcis non legerentur: quia ad Græcorum, vt ipse ait, codicum veritatem Latinam editionem corrigebat, expunxisse de Latina, quod non mouerit in Græca. Nam legenda quidem esse ipsa indicat antithesis: In abscondito & in propatulo, & quod Lucas capit. 14. 14. pro ἐν τῷ φανερῷ, in propatulo dicat, *in resurrectione*, id est, in vltimo iudicio coram omnibus hominibus, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Postulat etiam æquitas, atque sententia, vt hoc ex nostris dixisse Christum nos multo maiorem etiam apud homines gloriam habituros, si clam eleemosynam faceremus, quam qui non alia de causa faciunt, quam vt gloriam apud homines habeant: quia illi non nisi in paucorum hominum conspectu facere possunt, quorum gloria in iudicio coram omnibus hominibus maximæ erit ignominiæ. Nos, qui, cum facimus, à nemine videri volumus, etiamsi nolimus, ab omnibus tunc videbimur, ab omnibus laudabimur. Solet se, & alios ita consolari, Diuus Paulus, vt ad Philippenses 2. 16. *Verbum vitæ continentes ad gloriam meã in die Christi, quia non in vanum cucurri, nec in vanum laboraui*, & 2. ad Timoth. 1. 12. 18. *Sed non confundor: scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem* & c. 4. 8. *De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Deus in illa die iustus iudex.*

5. *Qui amãt.* Gr. φιλοῦσι, quia amãt. Itaque aut noster interpres pro φιλοῦσι legit ἀγαπῶσι, aut aliquis in eius versione pro *quia*, scripsit *qui*. Facilius fuit ex *quia* facere *qui*, quam ex *qui*. Itaque hoc quidem loco nostram potius, quam Græcam versionem iudico corrigendam. ἐστῶτες autem secuti, verterunt *solent*. Melius noster interpres, quia non solam consuetudinem, quæ sine affectatione nata esse posset, sed multo magis studium gloriæ Christus reprehendit, vt capit. 23. 6. *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.*

In Synagogis.] Vide ver. 2.

Et in angulis.] Non significat hoc loco angulos abditos & secretos locum, vt solet plerumque significare, quemadmodum cum dicimus, abdere se in angulum, & Act. 26. 26. *Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror: nec enim in angulo quicquam horum gestum est*: sed potius significat locum maxime publicum, maxime conspicuum, maxime frequentem propter adiunctum, quod sequitur, *platearum*. Plateas enim vocat vicos & publicas vrbis vias: angulos, biuia, & trivia, vbi maior hominum concursus diuersis venientium viis esse solet: sicut Thamar, cum se meretricem esse fingeret, quæ à quamplurimis inueniri velle videretur, sedit in biuio. Gen. 38. 14.

Stantes.] Sunt, qui putent, Iudæorum more fuisse, vt stantes orarent, quod pluribus in locis, qui orant, dicantur stare Mar. 11. 25. *Et cum stabitis ad orandum, dimittite: si quod habetis aduersus aliquem.* Luc. 18. 11. *Pharisæus stans, hæc apud se orabat.* Non assentior, quia ex aliis locis perspicuum est, consuetudinem fuisse flexis genibus orandi. Act. 7. 40. *Petrus autem ponens genua orauit dicens, Tabitha surge.* Act. 20. 36. *& cum hæc dixisset* (Paulus) *positis genibus orauit cum omnibus illis.* & capite vigesimoprimo, quinto, *& positis genibus in litore orauimus.* Christus etiam flexis genibus orasse dicitur Luc. 22. 41. Natura quoque ipsa flexo genu orare docet: nec est vero simile Pharisæos, qui maxime volebãt videri sancti, aliter orasse. Stantes igitur hoc loco interpretor, manentes, fixi, immobiles, quasi homines animo in cœlum rapti, vt infra, capit. 20. 3. 6. & Mar. 3. 31. & 11. 25. & Luc. 18. 11.

Mercedem suam.] qua sola digni erant, aut quam quæ bant Hieronym. & Augustin.

6. *Intra in cubiculum tuum.*] Multas interpretationes, quas Augustinus, & Hieronymus, aliique multi auctores afferunt, quia allegoriæ sunt, prætermitto: & per cubiculum verũ cubiculum intelligo cum Chrysostomo homilia octaua, in 1. epistolam ad Timotheum, & Theophylacto in hunc locum. Atnon iubet nos ingredi retrea in cubiculum, & ostium claudere: sed tantum inanem hominum laudem fugere. Itaque, quin in publico orat, nolens ab alio quam à Deo audiri, aut videri, aut sub hominibus audiri, & videri vult, non propter suam, sed propter Dei laudem vult, is in cubiculo clauso ostio erat: quia non magis laudem suam quærit, quam si in cubiculo solus oraret. Contra qui in cubiculo clauso ostio solus erat, volens tamen, vt homines id sciant, is in plateis orat, & in banc se cariã & quo se magis abdit, magis prodit. Auctor imperfecti. Non abrogat ergo Christus morem in publico orandi laudabili & Iudæorum, & Christianorum vsu firmatum. 3. Reg. 8. 29. Act. 1. 24. & 31. & 4. 24. & 6. 6. & 12. 12. Tantum intentionem animi corrigit Diuus Paulus vult in omni loco nos orare leuantes puras manus. 1. Tim. 2. 8. Nostra factum est negligentia, vt oratio, quæ in publico fit, humanam laudem venari possit. Si enim omnes, & vbique oraremus: singulare non esset in publico quem quam orare: nec ex eo, quod ab omnibus fieret, laus vlla quæreretur, maioresque oratio haberet vires, nec humanæ expectatione laudis impedita: & simul orantium precibus adiuta. *Quæsit facta manus*, inquit Tertullianus in Apologetico, *hæc vt Deo grata sit.* De qua re Origenes homilia septima, in Iosue, & Chrysostomus homilia tertia de incomprehensibili Dei natura disputarunt.

Oratorium in libro Laudabilis.

7. *Nolite multum loqui.*] μὴ βαττολογήσητε, ne nimium loquamini, ne vtamini superuacaneis repetitionibus. Verbum est, aut à Batto quodam poeta, qui ineptis repetitionibus vsus dicitur quibusdam: aut à Batto nescio quo homine balbo, vt aliis placet, deriuatum. Illud probabilius. Non enim loquendi in orando habitudinem, & celeritatem Christus reprehendit: quãuis ea etiã merito sit reprehẽdenda: sed superuacaneam, & inanem studio affectatam verborum copiam: vt constat ex sequentibus verbis, *Putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur*, quod & Gregorius Nyssenus in libro de oratione adnotauit. Nec prohibet longas Christus orationes, qui alibi perpetuas imperauit, Luc. 18. 1. sicut & Diuus Paulus, 1. ad Thessal. 5. 17. & ad Colos. 4. 2. neque loqui, cum oramus, neque repetitionibus vti, cum & ipse orando locutus sit, & ter eundem sermonem repetierit infra capit. 26. 44. & Marc. 14. 39. sed prohibet eo animo multum loqui, vt hominibus bene orare videamur, de hoc enim agebat, & exultantes facilius Deum multa, quam pauca auditurum verba, vt statim exponit: Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nec Euchitæ propterea hæretici habiti sunt, quod multum orarent apud Epiphanium, hæres. 80. & apud Augustinum in libro ad Quodvult. capit. 57. sed quod existimarent neminem, nisi continenter orare, salutem esse posse, non intelligentes, quod Lucæ 18. 1. Christus dixit, *oportet semper orare & non quam deficere*: quod non significat debere nos perpetuo, & sine vlla intermissione orare, quod sciebat Christus à nobis fieri non posse: sed cum semel aliquid à Deo postulauimus, nec obtinuimus, non debere propterea fagirari, aut fiduciam abiicere, iterum atque iterum nullo definito modo idem orandum: hac enim ratione fore, vt tandem quod petimus, obtineamus. Hoc ille, quæ sequitur, parabola significatur, *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur*, &c.

Ethnici.] Errorem Iudæorum fuisse, vt ea vtilia rent quo plura, clariore que voce loquerentur, facilius se à Deo exaudiri, ex 3. Reg. 18. 27. colligitur, vbi Elias ludens ad Ethnicorum ritum, quem decem tribus Israel imitabantur, *Clamate*, inquit, *voce maiore, Deus enim est. & forsitan loquitur, aut in deuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur.*

In multiloquio.] Hebraismus, In pro propter, ב pro בשׁ vt Mar. 9. 38.

9. *Sic ergo vos orabitis.*] Incertum vtrum his, an semel tantum Dominicam orationem Christus docuerit. Dubitandi causa est, quod Lucas capite vndecimo primo, secundo, scribat eum à discipulis rogatum, *Domine, docenos orare sicut Ioannes docuit discipulos suos*, respondisse: *Cum oratis dicite, Pater sanctifi-ce-tur nomen tuum*, &c. Matthæus autem hoc loco non rogatum, sed sponte significare videtur eum concionantem hanc orationem tradidisse. Vix quispiam veterum auctorum hanc quæstionem attigit, & quitattigit, Rupertus, his putat Christum eandem orandi formam diuersa occasione docuisse. Contrarium tamen mihi videtur probabilius. Quorsum enim eosdem discipulos bis eandem orationem docuisset? Nisi forte dicamus, quod mihi omnino non displicet, apud Lucam solos discipulos, à quibus rogatus fuerat: hic omnem turbam auditorum, quæ eam orationem nondum audiuerat, docuisse. Si semel tantum tradisse dicamus, dicendum erit Matthæum non vnam solum Christi concionem recitare: sed quæ ille diuersis temporibus, multisque concionibus docuisset, in vnum locum conijcere voluisse, vt omnem fere eius doctrinam sub vnum ponere rem aspectum.

Sic ergo vos.] vos, qui laudem apud Deum, non apud homines, vt illi, quærere debetis. Vos qui melius docti à me estis, Deum non multitudinem verborum, sed magno orantis affectu, nihil nisi iusta, & ad eius gloriam conducentia petentis exorari.

Sic.] Non his necessario verbis, sed hac aut simili sententia Augustinus libro de magistro capite primo, & in epistola ad Probam 121. capit. 18. & Beda in hunc locum. Nam nec Apostolos orando his ipsis verbis vsos fuisse legimus: alijs legimus Act. 1. 24. *Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex iis duobus vnum.* Sed dum id ad propagandum Euangelium, & gloriam Dei illustrandam faciunt, si non verbis, re tamen ipsa dicunt, *Sanctificetur nomen tuum.* Et cum Dei voluntatem electionemque volunt cognoscere, quid aliud dicunt, quam *fiat voluntas tua!* Neque Christus his vnquam verbis orasse dicitur: in eandem tamen sententiam orauit. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis.* Matth. 26. 39. Luc. 22. 42. Sed tamen pauca verba omnia, quæ

Oratio pro libito.

quæ in hac oratione docuerat, dicit ex ea ipsa, quæ A *sin dubitet bona petentibus se?* Nomen ipsum patris pro
dicere non poterat. Nam & ipse patrem appellat, nobis erat: quia patris est filios necessaria prouidere, patris est filios ignoscere. & dum exordio perditus ille adolescens ad se rediens vsus est, *Pater peccaui in cælum, & coram te*, Lucæ 15. 18. Adnotatur Tertullianus in libro de oratione, & Augustinus libro secundo, de serm. Domini, Deum in veteri testamento non patrem, sed Dominum vocari voluisse, quia illi serui erant, nos filii sumus. *nec enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepimus spiritum adoptionis filiorum* Dei, *in quo clamamus Abba pater*. Romanorū octauo, decimoquinto. An autem hoc loco solam primam Trinitatis personam, an totam ipsam Trinitatem patrem appellemus: in vtramque partem disputari potest. Plerique ed solum patrem hæc verba dirigi putant, vt Cyprianus, Chrysostomus, & Rupertus sensisse videntur. Argumento est, quod Christus eundem suum, atque nostrum patrem, quamuis non eodem modo vocare soleat. *Ascendo* inquit, *ad patrem meum, & patrem vestrum*, Ioann. 20. 17. Magis aliorum probo sententiam, qui totam hic Trinitatem patrem à nobis vocari dicunt. Cur enim Deum patrem appellamus? primum, quia creauit: an non solus pater, sed tota nos Trinitas creauit. Deinde, quia conseruat: at non solus pater, sed tota Trinitas conseruat. Tertio quia redemit: at non solus pater, sed tota redemit Trinitas: tota agendo, solus filius patiendo. Itaque reliquetiu quidem tentationis solus potest filius, quam solus pater, pater nobis est appellandus. Quarto, quia per gratiam regeneratio tota Trinitas regenerauit.

Nostri.] Vnon suum quisque primarium: sed nostrum communiter patrem appellare mus, Christus ideo iubet, quia non priuata, sed publica totius Ecclesiæ oratio est: & cum Deum oramus tanquam vnum Ecclesiæ membrum oramus. Qui aliter orat, orare forsitan potest, ex orare certe non potest. Hoc non à me primum, sed à Cypriano libro de oratione Dominica, ab Ambrosio libro quinto de sacramentis capite quarto ab Auctore operis imperfecti hom. decimaquarta, ab Augustino libro secundo de ser. Domini, à Theophylacto, & Euthymio notatum est. Illud etiam à nonnullis illorū notatur indicari his verbis differentiam, quæ est inter nos & Christum: nos Deum non patrem meum, sed nostrum: Christum non patrem nostrum, sed meū appellare, quia eo modo, quo pater noster est omnium communiter pater est: omnes enim creauit, omnes conseruat, omnes nutrit, omnes quantum in ipso quidem fuit, etiam redemit. Eo autem modo, quo Christi pater est, non alterius est pater. Pater enim illius, non quia creauit, sed quia ex sua substantia genuit: ideo patrem peculiariter (inquit Ambrosius libro quinto, de sacramentis capite quarto) filium appellamus: quia illum genuit, nos creauit. Alia magis propria videtur esse ratio, cur & Deum patrem, & nostrum appellemus, quod illi regenerati per Christum simus. Manifestum enim est eos, qui nec baptizati sunt, nec in Christum credierunt, hanc orationem pronuntiare non posse, & tamen à Deo creari, & tamen conseruari, & tamen redempti sunt. Non ergo hoc loco ideo Deum patrem appellamus: quia tantum nos creauit, quia conseruat, quia redemit: sed etiam quia per fidem & gratiam baptismi regenerauit. Dedit enim *potestatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine eius*. alijs ergo non dedit: ab alijs pater vocari non potest. Hoc etiam Tertullianus & Cyprianus in libro de oratione Dominica obseruarunt. Quare cum dicimus nostrum, non solum à Christo: sed etiam ab in fidelibus hoc verbo distinguimur, & Deum patrem nostrum, id est, credentium, non infidelium appellamus. Quid? an nō est pater omnium? est enimuero, Ephes.

Septem petitiones orationis Dominicæ.

Ephes. 4. 6 sed eorum peculiari ratione, qui in Christum credentes vnum cum illo corpus facti sunt. Nos igitur inter Christum, & infideles medii sumus, Christus naturaliter Dei filius, infideles quodam modo spurii, quia ab eo creati, quia ad eius imaginem facti sunt, ex natura, quasi ex ancilla, non ex gratia, quasi ex libera geniti: sicut Ismael naturali virtute, non sicut Isaac supernaturali gratia. Nos filii nec naturales, vt Christus, nec spurii, vt infideles, sed tamen adoptiui, sed tamen legitimi, aliqui hæredes non essemus Dei & cohæredes Christi: Rom. 8. 17.

Qui es in cælis.] Quod multi hæretici, cœlestis, vno verbo dicere maluerunt, minime probo: non solum, quia mali sunt Auctores, & quia non tam breuitatis, quam nouitatis studio facere videntur: sed etiam quia veram horum verborum sententiam corrumpunt. Primum quidem: si Græca verba, vt nostri interpretes, secuti fuissent, vt *cæsti ægnois* verterent, *qui es in cælis*, errare non potuissent: & cœlestis dicitur non solum, qui in cœlo habitat: sed qui ex cœlo originem ducit, autqui de cœlo venit, vt Christus 1. Corinth. 15. 48. 49. & qui cœlesti constitutus materia, cœlestes globos appellamus. Hic autem certum est Dei habitationem significari, qui ideo in cœlis habitare dicitur, quod quamuis vbique sit, ibi tamen eius gloria potissimum eluceat, *quam sole possit tabernaculum suum*, Psalm. 18. 6. Sic Psalm. 2. 4. *Qui habitat in cœlis irridebit eos*. & Psal. 122. 5. *Qui sicut Dominus Deus noster, qui in alta habitat, & 122. 1. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.* Scribit Aristoteles omnium gentium quasi à natura insitam opinionem fuisse, Deum in cœlo habitare, vnde illud tam frequens apud Græcos poetas natum sit, *ἐς νέφεα καὶ πάντα θεὸν, superque habitare Olympi.* Ambrosius & Augustinus cœlos, Sanctos interpretantur, in quibus Deus peculiariter dicitur habitare: sed ille allegoricus, non literalis sensus est.

cæli cæli.

Hesiod. in Oper. dum.

Sanctificetur nomen tuum.] Nomen Dei dicitur, non hoc solum Deus: quo eum appellamus sed hominum de illo existimatio, & quidquid ad illum quoquo modo pertinet, quod tunc ab hominibus sanctificari dicitur, cum ab illis timetur, amatur, colitur, cum eius augetur gloria, cum bonitas, cum sanctitas, cum maiestas celebratur. Hebræi enim קדש sanctificare dicere solent, id est, celebrare, vt sanctificare sabbatum. Exechiel. 44. 24. sanctificare iejunium, Ioelis 1. 14. Aut sanctificari Dei nomen dicitur, cum tanquam sanctum colitur, & honoratur: sicut è contrario blasphemari dicitur, cum sine debita ab hominibus reuerentia tractatur, Isai. 52. 5. & ad Rom. 2. 24. & pollui, cum tanquam vile & sordidum habetur, Ezech. 20. 39. & 22. 26. & 36. 20. & 39. 7. & 43. 8. & Hierem. 7. 30. Atque ad hunc sensum Hieronymus in commentarijs, & Augustinus libro secundo de serm. Domini interpretantur. *Non sic petitur* inquit Augustinus, *Sanctificetur nomen tuum, quasi non sit sanctum nomen Dei, sed vt sanctū habeatur ab hominibus, id est, ita illa immittat Deus, vt non existimet aliquid sanctum, quod magis offendere timeant.* In eandem fere sententiam Gregorius Nyssenus in libro de oratione Dominica, Chrysostomus homil. 20. Auctor imperfecti homil. 14. Theophylactus & Euthymius, paulo longius à sensu Ambrosius discedit libro quinto de sacrament. capit. 4. *Sanctificatur*, inquit, *nos dicit in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri hos sanctificatio ea in nobis permaneat, oramus.* Cum autem non dicimus, à quibus Dei nomen sanctificari velimus: ab omnibus id sanctificari velle significamus. Ideo, inquit Tertullianus in lib. de oratione *suspensa enuntiatione, non dicentes sanctificetur in nobis: in omnibus dicimus.*

Ioan. 12. 28.

Adueniat regnum tuum.] Quid hoc loco regnū Dei appelletur, & quid sit aduenire, variæ sententiæ

Nonnulli regnum illud intelligunt, quo Deus in iustorum cordibus regnare dicitur: sicut è contrario in corpore iniustorum peccatum dicitur regnare, Roman. 6. 12. & sicut dicitur *regnum Dei intra vos est*, Luc. 17. 21. Ad hunc modum Ambrosius libro quinto de sacramentis capite quarto, Auctor imperfecti homil. 14. Hieronymus in commentarijs, & libr. contra Pelagianos. 3. Gregorius Nyssenus in libro de oratione Dominica, & Euthymius. Alii de illo regno accipiendum putāt: quo in beatis regnat, quasi petamus illud, quod tam aliis beatis aduenit, nobis etiam aduenire: quasi petamus *dissolui, & esse cum Christo*, Philippens. 1. 23. sicut dicuntur fideles digne adeuentum Christi, 2. ad Timoth. 4. 8. & ad Titum. 2. 13. & sicut animæ illæ, quæ subtus altare sunt, petunt, vt vindicetur sanguis fratrum suorum & corporibus suis iterum inductæ regno fruantur, Apocal. 6. 9. 10. Ita Tertullianus, & Cyprianus in libro de oratione, Chrysostomus homil. Auctor etiam imperfecti homilia 6. & Augustinus in Epistola ad Probam 121. Alii *Regnum tuum adueniat*, id est, gloria tua manifestetur hominibus, vt idem Augustinus libro secundo, de serm. Domini. Verus sensus mihi videtur esse, quem Theophylactus & Rupertus breuiter indicarunt, vt regnum Dei vocetur illud quo Deus potitis omnibus inimicis suis in scabellum pedū suorum, vbi quæ regnaturus est, & vt loquitur Dionysius *erat omnia in omnibus* 1. Corinth. 15. 28. Nam etsi nunc etiam vbique regnat, tamen quia non pacifice & sine hoste, ac bello regnat, & quia multi illi quasi rebelles resistunt, regnare non dicuntur: tunc ai tem subiugatis hostibus, & omnibus ex eratis inimicis damnatis plene regnare dicetur. Hunc esse sensum ex illo loco D. Pauli, quem notauimus, non obscure colligitur: tum etiam ex hoc ipso. Manifestum enim est nos hic nō nostrum, sed Dei regnum potiuare. Nam tres primæ, vt diximus petitiones ad Deum: reliquæ ad nos pertinent. Non est ergo sensus, vt Deus regnet in cordibus nostris: aut vt nos cum beatis regnemus: hoc enim ad nos maxime pertinet: sed vt Deus absolute, & sine adiectato regnet. Sic enim dicimus, *Adueniat regnum tuum*, quemadmodum si filij patri regi pacificum regnum & victoriam contra hostes precaremur: non vnos: sed vt ille regnet. Aduenire autem optamus: sicut illi dicuntur ad eum Christi, secundæ Timothei quarto, octauo, & ad Titum secundo, decimotertio, & animæ illæ Apocal. 6. 9.

B

C

D

Fiat voluntas tua.] Alias Cypriani, Augustini, & Gregorii interpretationes, quia allegoricæ sunt, prætermittendas puto. Inter literales illa communis est, vt petamus fieri Dei voluntatem in terra, sicut in cœlo, id est, vt ita illi homines obediant, sicut angeli obediunt, Hieronymus, Chrysostomus hom. 20. Auctor imperfecti hom. 14. Augustinus libro secundo, de serm. Domini, Theophylactus & Euthymius. Alii paulo aliter, *Fiat voluntas tua in terra sicut in cœlo*, id est, pacificetur terra: sicut olim cœlum pacificatum est. Nam, vt aliquando in cœlo inter bonos & malos angelos bellum fuisse dicitur Apocal. 12. 7. deiectoque in terram diabolo pax in cœlo consecuta est: itanunc in terra inter Diabolum & hominem bellum est: petimusque, vt victus à terra in abyssum deiciatur, &, vt ait Christus, vt eiiciatur foras, Ioann. 12. 31. vnde illa consequatur pax, quam angeli nato Christo hominibus annunciarunt, Luc. 2. 14. Sic Ambrosius libro quinto, de sacrament. capite quarto, Tertullianus vero prōptum in nobis, & paratum animum significari, putat: vt quidquid calamitatis, quicquid boni, vel mali Deus nobis immittat, patienter feramus, sicut Iob dicebat, *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, sit factum est sit nomen Domini benedictū*, 1. 21. Verum nō videmur restringenda esse generalis sententia, quod illæ omnes interpretationes faciūt: Nam

E

F

Nam de sola præceptorum obseruatione, aut de sola pace, vel patientia interpretari parum est. Ex omnibus si vna conflatur, æqualis erit. Perimus ergo, vt omnibus in rebus voluntas Dei fiat non solum à nobis, sed etiam in nobis: sicut Christus, cum peccare non posset, dicebat, *tamen non mea sed tua voluntas fiat*, Luc. 22. 42. vtique non tantum à se, sed etiam in se.

Sicut in cælo.] Vbi nihil est, quod Deo resistat, nihil quod non ad nutum obediat, Psal. 102. 20. 21. *Benedicite Domino omnes angeli eius potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendum vocem sermonum eius. & Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius.*

31. *Panem nostrum quotidianum.*] Fructuosus locus: agitur enim de pane nostro, sed & verborum obscuritate difficilis: & interpretationum varietate implicatus. Plerique veteres auctores pie & religiose, atque ad Ecclesiæ vsum accommodate dixerunt panem nostrum quotidianum, Christi corpus appellari. Nam & verus panis est, qui de cœlo descendit, & quotidianus, quia aut à Sacerdotibus, aut à tota quotidie sumitur Ecclesia, Tertullianus libr. de oratione. Cyprian* de oratione Dominica, Ambrosius lib. 5 de sacrament. capite quarto. Marius Victorinus libro tertio aduersus Arium, Athanasius in libr. de incar. Iouencus. Hieronymus in commen. & libro tertio aduersus Pelagianos. Est in hanc sententiam non minimum argumentum, quod vero similè esse videamur Christum in tam perfecta diuinaq; oratione nihil nos terrenum, nihil nõ diuinum petere docuisse. Obstat tamen, quod sequitur, *da nobis hodie*, quasi in crastinũ petere prohibeamur, vt ver. 34. explicatur. Obstat, quod tamquam rem quotidie singulis nobis necessariam postulare videamur: corpus autem Christi quotidie sumere perquam vile est: non est tamen necessarium, nec, vt ait Augustinus, ab Orientalibus Christianis eius tempore sumebatur. Quæ res eundem impulit Augustinum libro secundo de serm. Domini, vt panem quotidianum nostrum Dei voluntatem interpretaretur, sicut Christus dicebat Ioann. 4. 34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei*, & Ioann. 6. 27. *Operamini non cibum, qui perit: sed qui permanet in vitam æternam.* Quam interpretationem & Origenes homil. in Exech. 14. Ante illum adhibuerat. Arsitum cibum non in hodiernum tantum diem: sed in omnem omnino vitam petere Christus docuisse: sicut illi dixerunt, *semper da nobis hunc panem.* Ioann. 6. 34. & illa, *da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam hue haurire.* Ioan. 4. 15. Itaque probabilius est, quod idem Augustinus libro primo locutus in Gen. capit. 39. & Epistola ad Probam 121. capit. 11. Basilius in regul. breu. inter. 251. Chrysostomus homil. 20. Auctor imperfecti homil. 44. Gregorius Nyssenus in libro de oratione, & Theodoretus in comentar. in caput quartũ Epistolæ ad Philippenses dixerunt, panem hoc loco nostrum & quotidianum omnem necessarium cibum appellari: panis autem appellatione omnia ad sustentandam vitam necessaria in religi: debere, id ex omnibus huius loci circumstantijs manifestum est. Nam & quod nostrum, id est, nobis necessarium: & quod quotidianum, id est, non superuacaneum: & quod in hodiernum, non in futurum patimur: & quod verbulo tricesimoquarto, eodem sensu prohibemur in crastinum esse soliciti: omnia indicant de cibo corporis agi. At non est verisimile (dicunt quidam) Christum in tam cœlesti precatione quicq; terrenum postulare docuisse. Respondeo, non secus Christi consilium: vt panem reliquæ necessarias quærere iuberet, quod terrenũ est, quodque idem Christus ver. vigesimoquinto facere prohibet: & ad quod satis sumus natura nostra proclives: sed vt doceret vnde, & quatenus quærere deberemus*. Non ait terra, vt pecudes; sed à Deo, vt homines: non in omne tempus: sed in præsentem tantum diem petere docet. Hoc autem cœleste præceptum non terrenum est. Eo quidem vsque, vt etiam Christo docente pauci admodum faciant. Illud magis mouere potest, credibile non videri Christum, quantumuis moderatam corporis curam animæ curæ præposuisse. Id autem fecit, si inter ea, quæ nobis ipsis petimus, primo loco panem, secundo remissionem peccatorum: tertio liberationem, à tentatione petere docuit. Respondeo, Christum non tam ordinem dignitatis rerum: quam naturæ & infirmitatis nostræ sequi voluisse. Natura prius vult viuere, deinde bene viuere. Huius rei Christus rationem habuit. Adde quod cum panem docet petere, non tam corporis, quam animæ curam habet. Excindit enim maximum & vehementissimum affectum, ex quo maior peccatorum pars proficiscuntur: & vt dicam breuiter, hac petitione cauit, ne peccata fiant, sequente, quomodo facta remittantur.

Nostrum.] Qui panem Christi corpus intelligunt: ij nostrum, id est, fidelium, non infidelium interpretantur, vt Cyprianus. Alij nostrum, id est, qui nobis à te dari solet. Gregorius libro trigesimotertio, moral. capite quinto. *Esse & nostrum dicimus, & tamen vt detur, oramus: nostrum quippe fit, cum accipitur, quis tamen detestè, cum ab illa datur. Et Deus ergo est ex nouere, & nostrum sit per acceptionem.* Alij nostrum, id est, hominum, non pecudum. Alij volunt nostrum vocari illum etiam ipsum, quem iam habemus: quem nihilominus à Deo petere iubemur, quia eum Deus potius, quam noster re vera sit, non debemus eo prius vti, quam vtendi à Deo petamus facultatem. Sic Auctor imperfecti: quod verum quidem & pium, sed alienum esse arbitror. Vult enim Christus prauam hominum consuetudinem corrigere, qui nullum suarum suæ modum ponunt, vt ex versiculo decimonono, & sequentibus perspicuum est. Non solent autem homines, quæ habent, aut industria sua quærere, si mali: aut à Deo petere, si boni sunt: cum igitur panem petimus, quem non habemus, cur qui diuites sunt, petunt? Mouit quæstionem, idemque explicauit Augustinus, pauperes petere, vt habeant: diuites, vt non amittant. Et *quid eget* (inquit) *diues? laudeo dicere ipse pane quotidiano eget diues, quare enim abundantibus malis vndetenuis quia Deum debet? Quid habebit, si Deo subtrahat manum suam? nonne multi dormierunt diuites, & surrexerunt pauperes?* Sic igitur interpretari possumus, vt noster dicatur panis, qui nobis est necessarius. Hoc enim cum Christi consilio bene conuenit, qui tantum nobis vult potestatem facere in præsentem diem necessaria petendi.

Quotidianum.] Græcum verbum ἐπιούσιον magnam difficultatem peperit. Vetus interpres quotidianum reddidit, vt ex Hieronymo in hunc locum manifestum est. Atque ita omnes veteres auctores Latini legunt. Hieronymus supersubstantiale vertit, quanquam in eo veterem versionem noluit corrigere. Itaque incaute quidam nostro tempore in vulgata editione pro quotidiano supersubstantialem posuerunt: quod corporis cibo, quem à nobis peti postulamus, minime conuenit. Alij consubstantialem, id est, eiusdem nobiscum substantiæ reddiderunt, vt inde ὁμοούσιον, de quo tantopere aduersus Arianos disputabatur, confirmarent, vt Marius Victorinus libro tertio, aduersus Arium. Hieronymus scribit se in Hebræorum Euangelio pro ἐπιούσιον legisse מָחָר crastinum, quasi inter crastinum, & hodie antithesis quædam sit: & hodie in diem crastinum necessarium petamus panem. Et quidem verborum antithesis recte cõgruit: sententia vero non congruit: non enim docet, sed prohibet Christus in crastinũ esse sollicitos ver. 34.

Alij

Alij exponunt ἐπιούσιον substantiæ nostræ alendæ accommodatum, id est panem cibarium, non delicatum, non supervacaneum: quod non prorsus male conuenit. Sed nihil æque mihi videtur conuenire, atque vt noster vertit interpres, *quotidianum*: vt intelligatur ex eo, quod sequitur, *da nobis hodie*. Non enim est verborum antithesis, quam quidam, vbi non est, quærunt: sed cognatio, similitudoque sententiæ: quemadmodum si coniugatis etiam dixisset verbis, panem nostrum hodiernum, id est, nobis in hodiernum diem necessarium da nobis hodie. Sed vocauit potius quotidianum, quam hodiernum, vt generalior esset sententia, significaretque Deum singulis diebus seruis suis necessarium cibum dare solere. Diarium Latini vocant. Petimus ergo à Deo, vt ne patiatur diarium nostrum nobis hodie deesse. Loquimur enim tanquam filioli, qui mane in scholam proficiscentes primo loco eius diei statutam panis portionem postulant. Consonat huic sententiæ Syriaca translatio, quæ pro pane quotidiano legit להמארבויומקנן יומנא panem indigentiæ nostræ. Vnus adhuc angere potest scrupulus, quod ἐπιούσιος non à participio ἐπὶ εἶναι, sed à nomine ἐπὶ οὐσία, sicut ἐφήμερος & ὑπερούσιος Græcæ linguæ consuetudine cadere debeat. Quod si ita est, non præsentis diei cibum, sed substantialẽ, aut supersubstantialem, aut ad substantiam denique, quæ οὐσία dicitur pertinentem significare potuit. Respondeo Euangelistam, aut Euangelistæ interpretem nouo vocabulo, aut veteri nouo significatione vti potuisse, quemadmodum sæpe Apostoli vti solent. Deinde nisi me coniectura fallit, Hebraismum latere. Dicunt enim Hebræi עצבי היריחיתן substantiam diei huius, pro, hunc ipsum diem, vt Genes. 7. 13 & Leuit. 23. 14. Sic ergo vocare potuit Euangelista ἐπιούσιον panem, qui ad substantiam præsentis diei pertineret, id est, portionem panis nostri, quæ præsenti diei respondet. Nolo tamen meam valere coniecturam: nisi qui doctiores sunt approbauerint.

12. *Et dimitte nobis debita nostra.*] Peccata nostra debita vocamus, quia illis tanquam ære alieno obstricti tenemur Deo.* Id constat ex Lucæ cap. 11. 4. qui pro debitis peccata dixit: & ex parabola, quæ est infra cap. 18. 27. quid autem sit peccata remitti, ad Romanos quarto versu octauo disputauimus: nunc finem disputationi ne forte lector erret, admonemus, dimitti esse non imputari, non solum dissimulari, non solum regi, non solum non puniri, vt noui hæretici fabulantur, sed penitus etiam tolli, penitus deleri, & in profundum mare proijci, vt scriptura loquitur Ioann. 1. 9. Isai. 43. 25. Mich. 7. 19. Probarunt ex hoc loco veteres Catholici aduersus Pelagianos neminem in hac vita sine peccato esse, quando omnes dicere iubemur, *Dimitte nobis debita nostra*. Hieronymus libro tertio aduersus Pelagianos. Augustinus libr. 2. contra epist. Parm. c. 10. & li. 3. contra duas ep. Pelag. capite quinto, & libro tertio, de peccat. mer. c. 13. & epist. 89. & hom. 42. Duobus modis Pelagiani respondebant: primum viros sanctos, cum hæc dicunt verba, non pro se, sed pro alijs orare. Augustinus libro secundo de peccator. mer. cap. 10. Deinde non ex veritate, sed ex modestia & humilitate dicere Augustinum libr. 2. contra duas ep. Parm. capit. 10. quibus ijsdem locis respondet.

Homo sine peccato.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] Periculosam nobis videtur Christus regulã tradere. Mala. n. omnino nobiscum agetur, si non aliter nobis Deus, quam nostris nos debitorib. peccata dimittat. At nõ est regula, sed conditio. Nõ esse regulam manifestũ est: quia Deꝰ nobis, & multo plura, & multo maiora, & multo liberalius, & multo minus mercentib. remittit: quam nos debitorib. nostris, aut remittere solea. mus, aut etiam possimus. Itaque si regula esset, nõ sufficut

Quid inter affirmantes & negantes conditiones interfit.

lutem, sed damnationem potius nostram à Deo peteremus. Hoc per illam, quam diximus, parabolam capit. 18. 24. 28. significatur, vbi Dominus seruo decem millia talenta remittenti seruus conseruo centum denarios nolunt condonare: nec Dominus propterea dimisit, quod seruus debitori suo prius dimisisset, quasi eius exemplo prouocatus: sed prius Dominus dimisit, postea seruus dimittere noluit. Denique regula est, quam imitamur: non autem Deus nos sed nos Deum in remittendis peccatis imitamur: nõ ergo nos illi, sed ille nobis regula est. Nosilli conditio sumus, qi si nos debitorib. nostris non remittamus, neque nobis ille remittit, vt supra c. 5. 23. 24. significatur, *Si offeres munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade reconciliari prius fratri tuo & tunc veniens offeres munus tuum*, & Marci vndecimo versu vigesimo quinto. *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester, qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra.* Et Lucæ capite vndecimo, & quarto, non dicit: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: sed, *siquidem nos dimittimus omni debenti nobis*. Cur ergo Christus hanc non iam regulam, sed conditionem adiecit, cum potius impedire rei, quam petimus impetrationem quam iuuare videatur? Respondeo, duabus de causis appositam fuisse: & ad corrigendam orationem nostram, ne nobis à Deo peteremus, quod aliis ipsi nollemus dare: & ad communes faciendos nos, vt quod à Deo petimus, id nos aliis concedamus. Reliquum est, vt videamus, quomodo sit intelligenda. Nescio qui olim hæretici ita intelligebant, quasi quantumcunque homines peccarent, & quacunque ratione viuerent, modo acceptas iniurias condonarent, certi essent fore, vt peccata sibi à Deo remitterentur, vt scribit Augustinus libro vigesimo primo de ciuitate, capite vigesimo secundo & vigesimo septimo, quibus respondet, non vt fiant, sed quia fiunt peccata, ideo dicitur, dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non ergo est sensus fore, vt hac sola conditione nobis Deus debita nostra dimittat, si nos debitoribus nostris dimittamus: sed vt nisi dimiserim* alijs, nec ille nobis dimittat, vt ver. decimo quinto. *Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra*, quare quod paulo ante vers. decimo quarto dictum est, *si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester delicta vestra*, non absolute, vt Augustinus admonuit, intelligendum est, sed si cætera accedant, quæ sunt necessaria, si nos peccasse pœniteat, si animus sit non iterum peccandi, & si quid est aliud, quod ad peccatorum remissionem requiratur. Nam, vt semel dicam, hoc inter negantes, & affirmantes promissiones, aut conditiones differt: quod negantes absolute: & sine alia superadd dita conditione: affirmantes nunquam absolute, sed cum exceptione, nisi quid aliud impediat, intelliguntur. Vnus & idem locus Marci decimo sexto vers. decimo sexto illustre vtriusque regulæ præbet exemplum. *Qui*, inquit, *non crediderit, condemnabitur.* Hæc enim promissio, quia negans est, absolute, & sine vlla conditione est intelligenda, fore, vt quisquis non crediderit, quantumuis bene viuat, & quidquid aliud faciat, condemnetur. Quod autem ibidem dicitur, *qui crediderit, & baptizatus fuerit, salnus erit*: quia affirmatio est non absolute, & sine exceptione intelligendum, sed si cætera habeat necessaria. Sic hoc loco, quod dicitur versiculo decimo quinto, quia per negationem pronuntiatur, absolute: quod vero vers. decimo quarto, quia per affirmationem, non absolute, sed cũ exceptione intelligẽdum est. Alteram huius cõditionis explicationẽ, nimis tamen angustam Augustinus affert, vt nostris debitoribus debita remittamus, id à nobis petendum,

In scriptura exemplum.

G sicut

ficut nos à Deo petimus, vt nobis nostra dimittat: & sicut seruus ille conseruum suum rogabat, *patientiam habe in me*, Matthæi decimo octauo versu vigesimo nono. Hæc inquam interpretatio, & sensum nimis stringit, & consentiam nimis laxat. Iubemur enim Mar. 11. 25. non solum rogati, sed nostra etiam sponte, cum stamus ad orandum dimittere, si quid aduersus aliquem habemus: quanquam & generaliter ac sine restrictione de omnibus intelexisse videtur ipse Augustinus libro secundo de sermone domini in monte. Illa difficilior est quæstio, quatenus debitoribus nostris remittere debeamus, vt nobis Deus debita nostra dimittat. De ea re copiose Theologi disputant: ad eorum scholam auidum lectorem mittimus. Nos hic eatenus, quæ ad huius explanationem loci necessaria iudicamus, dicturi sumus. Hoc ergo non de omnibus debitis, sed de priuatis iniuriis intelligendum. Mille aureos nummos mihi debes: at, nisi condonauero Deus mihi peccata mea nō condonabit: neque quæ à me exegi, Deus mihi remittet. Si enim condono, beneficium confero: si non condono, peccatum non admitto. Nec illa obstat parabola Matthæi decimo octauo, versu vigesimo quarto, quod de pecunia debito loquatur. Nam per pecuniam peccata sint significata. Patrem meum occidisti: an necesse est, vt mihi à me exigas? Deus immune. Honorem mihi falsa criminatione detraxisti: an mihi repetere coram iudice non licebit? licebit. Quid ergo? iniuriam, non damnum remittamus, necesse est, si volumus, vt nostræ in Deum iniuriæ ab eo nobis remittantur. Iniuriam enim à damno subtiliter Theologi distinguūt. Cum patrem meum occidisti, & fecisti iniuriam, & damnum attulisti. Iniuriam, quia offendisti animum meum, quia contempsisti me: damnū, quia eum mihi eripuisti q me alebat, qui docebat, qui tuebatur: damnum repetere possum, iniuriam condonare debeo, ita vt nihil propterea velim mihi: vt nullas tecum geram inimicitias, & vindictam non quæram. Idem in aliis exemplis intelligendum.

Quales iniuriæ remittendæ & quomodo.

13. *Et ne nos inducas in tentationem.*] Duo hic explicanda sunt verba: quid sit tentatio, & quid in tentationem inducere. Pelagiani hoc loco non peccatorum contra nos pugnam, quam tentationem scriptura solet appellare: sed humanos casus, quos ipsi per nos, nisi Deus auertat, effugere non possimus, intelligebant. Auctor Augustinus epistola 94. Nempe, quia in eo errore versabantur, vt existimarent in nostra esse potestate: vt nulla Dei adiuti gratia omnia peccata vitaremus: & à Catholicis hoc loco premebantur, quod à Deo petamus ne nos in tentationem inducat, quasi non possimus sine eius auxilio superare, vt Hieronymus libro 2. aduersus eos. 3. & Augustinus multis locis argumentantur: hanc interpretationem, tanquam dubitandum, qua euadere rent, quæ fuerūt. Sed ex proximo verbo facile refelluntur: *sed libera nos à malo*, vbi per malum, vt paulo post docebimus, non potest, nisi diabolus intelligi. tum etiam ex capite vigesimo sexto, versu quadragesimo primo: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem: Spiritus enim promptus est, caro autem infirma*, vbi certum est de peccatorum tentatione ego quod ergo illic iubet exercere, hic docuerat. Quomodo autem nos Deus in tentationem inducat: facile Caluinistæ respondent quia nos ad peccandum impellit. Facile enim est hæreticum esse. Sed stat Iacobi sententia, quam nulla poterit hæresis abolere. *Nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est, sed vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus.* cap. 1. 13. 14. Vera ac firma omnium semper Catholicorum sententia fuit Deum, cum de peccatis agitur, non impellēdo, non inclinando, sed parum remisso tentare, vt Tertullianus & Cyprianus in libro de oratione Domi-

Deus quomodo dicatur tentare.

A nica, & Augustinus sermone 124. de tempore, & sæpe alias interpretatur. Hoc constat. Quid autem sit Deum non permittere, vt in tentationem inducamur, id non constat. Nam nonnulli interpretantur, non nos in tentationem incidamus, quod dum carnem circumferimus, fieri non putant posse: sed ne, cum incidimus, ab illa superemur, vt Augustinus libro secundo de sermone Domini, & epistol. 121. & Theophylactus in commentariis in hunc locum. Melius, vt mihi videtur, idem Diuus Augustinus in libro de bono perseuerantiæ capite sexto, Tertullianus, Cyprianus de oratione Dominica, Chrysostomus hom. 20. Auctor imperfect. 14. & Euthymius in hunc locum putant nos rogare, vt non incidamus in tentationem: nostræ enim infirmitatis memores non solum, vt vincamus petimus: sed etiam ne in certamen descendamus, ne forte vincamur. Hunc sensum Christus c. 26. 41. prorsus expressit, *Vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Pugnam ergo, licet Christus derectamus: sed nos cum Diabolo, ille cum morte, *pater si possibile est transeat a me calix iste.*

B *Sed libera nos à malo.*] Cyprianus omne generaliter malum intelligit: siue peccatum, siue quidquid aliud quod detrimentum nobis afferat. Alii ad tentationem referunt, quasi sensus sit, ne nos inducas in tentationē, sed libera nos ab illa, vt Augustinus libro secundo de peccatorum meritis capite quarto & libro secundo de sermone Domini in monte, & Auctor imperfecti homil. 14. quod cum altera Augustini opinione, de qua versiculo nono diximus, qui septem esse putat orationis Dominicæ petitiones non satis bene conficitur. Idem enim esset, *ne nos inducas in tentationem, & libera nos à malo*: nisi forte in priore rogamus ne in tentationem incurramus: in posteriore, vt si incurrerimus, ab ea liberemur, quod perexiguum & subtile discrimen est. Magis mihi Tertulliani placet interpretatio, vt per malum Diabolus intelligatur: *Ipse* (inquit) libr. de oratione) *a Diabolo tentatur præstidem, & artificem tentatio nis demonstrauit.* quod & Chrysost. ho. 20. & Chrysost. sectatoribus Euth. & Theophyl. placuisse video. In uat nomen πονηροῦ, quo Diabolus vocari solet, vt supra c. 5. 37. & infra c. 13. 19. & additus articulus quasi malignum illum dignō demonstrās. Adnotauit Augustinus lib. 2. de peccatorum merit. c. 4. quod ante eum Tertullianus indicauerat, eo artificio has petitiones esse dispositas, vt prima rogemus præterita nobis dimitti peccata: in secunda, vt ne in futurorū iruamemur prolabamur: in tertia, vt à præsentibus, qui busdam cōflictamur liberemur. Auiciit (inquit Tertul.) ad plenitudinem, tam expeditæ orationis, vt non de remittendis tantum, sed etiam de auertendis in totum delictis supplicaremus.

C

Quia tuum est regnum.] Hæc verba in Græcis codicibus adduntur ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. *quia tuum est regnum & potestas, & gloria in sæcula, amen*; quæ, quia in nostra versione non legimus, nec in precib. dicere solemus; relata aut hæreticis, & nobis partim ignorantiam, partim falsi crimen obiiciunt: quasi alias de nostro commenti. Dominicam mutilauerimus orationem. Sed vt alibi ante te me monuerunt: non nos hæc verba detraximus: sed Græci solemni precationi addiderunt: vnde credibile est in Euangelistæ contextum fuisse transl lata: quemadmodum angelica salutationi addiderunt: εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, *quia tu peperisti seruatorem nostrum*, & Psalmis, *Gloria patri, & filio & Spiritui sancto.* Estque id Græcorum ingenio & moribus valde consentaneum, qui ad finem concionum solent adsingere, ἐν εὐχαριστίᾳ ὑπὲρ τῶν δωρεῶν, aut tali quid simile, vt apud Chrysostomum, & alios Græcos concionatores sæpe legimus. Confirmat conjecturam, quod vetustissimi auctores non legant.

D

Et sole-

Et solebant tamen Tertullianus & Cyprianus Græcis potius vti exemplaribus, quam Latinis, maximeque cum Græca Latinaque dissidebant, & Hieronymus Latinam editionem ad Græcam corrigens veritatem, tamen nec vertit, nec in commentariis exponit. Nec vero simile est Christum in tam breui, præcisaque oratione non necessaria addidisse verba. Fatetur Græcos auctores Chrysostomum, Auctorem imperfecti, Theophylactum, & Euthymium legere: fatetur & in Hebraico, & in Syriaco Euangelio reperiri. Sed Græci legunt ex consuetudine Ecclesiæ suæ: Hebræus, quia Græce legit: quantum enim auctoritatis Hebraicum illud habeat Euangelium, in præfatione diximus. Syrus vero, quia credibile est eum ex Græco Euangelium transtulisse: nisi forte & Syri ex simili precandi consuetudine addiderunt.

A

B

14. 15. *Si enim dimiseritis hominibus.*] Quidquid est in his duobus versibus difficultatis supra versu duodecimo explicauimus. Nunc annihstis tantum inter homines & Deum notandum est, *Si*, inquit, *dimiseritis hominibus*, id est, æqualibus vestris, conseruis vestris, vt in parabola debitorum capite decimooctauo, vigesimooctauo, vigesimonono. Magis enim deber homo homini, seruus conseruo, quam homini Deus, seruo dominus iniurias condonare, quia mortalis eum sit, non debet immortales gerere inimicitias, & quia minus æqualis ab æquali: quam ab inferiore superior, præsertim ab infimo summus offenditur. Iubemur ergo facere quod est minus, vt obtineamus quod est maius: & centum conseruis nostris denarios remittere: vt decem mil lia nobis talenta à domino remittantur. Hanc vim habet *hominibus*. Simillis sententia Eccles. 28. 1. 2. 3. 4. 5. *Qui vindicari vult, a Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocentia te, & tunc deprecanti tibi peccata saluabuntur. Homo homini seruat iram, & a Deo quæritur medela? In hominē similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur ipse dum caro sit, seruat iram, & propitiationē petit a Deo? quis exorabit pro delictis illius?*

C

16. *Sicut hypocritæ.*] De hoc nomine diximus versu secundo.

Tristes.] σκυθρωποί, qui tristi sunt vultu: quod non de vera tristitia, sed de senectutis sanctitatisque, vt ait Hieronymus, simulatione est intelligendum.

D

Exterminant.] ἀφανίζουσι, sic vertit nō Hieronym⁹, sed vetus ante illum interpres, vt ex Hilario canone 5. & Augustino libro secundo de sermone Domini perspicuum est. Nam Hieronymus, de molliuntur, reddendum putat, veterem subreprehendens interpretem, quod nec ipsum est proprium. Melius Hilarius, conficiunt, & Chrysostomus, διαφθείρουσι corrumpunt, propius alij, obscurant. Sensus est, hypocritæ, vt ieiunare videantur, natiuum & vegetum colorē, aut tristitiæ simulatione, aut alicuius medicamenti artificio in pallidum tetricumque conuertere: contra quam mulieres faciunt, vt pulchriores appareant.

E

Mercedem suam.] quam quærunt, vt versu primo, secundo, & quinto.

17. *Tu autem.*] mutatio numeri, vt versu vigesimoprimo ex Hebræorum consuetudine, quarto Regū decimo septimo, versu vigesimonono. Solebant Palæstini, vt ait Hieronym. hoc loco, diebus festis vngi. Nec solū Palæstini, sed omnes Orientales in lætitia, & rebus prosperis vngebantur, vt ex his locis intelligimus Ruth. 3. 3. 2. Reg. 12. 20. & 14. 2. & 4. Reg. 4. 2. & Iodith. 10. 3. & 16. 10. & Esther 2. 12. Quomodo aūt intelligēdum sit, quod Christus iubet caput vngere, cum ieiunamus, Chrysost. homilia vigesimaprima, & Auctor imperfecti homilia decima quinta, Hieronymus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus recte exposuerunt: non iubere, vt reuera caput vngamus,

sed vt ieiunii fugiamus ostentationem, & hilaritatem potius atque lætitiam, quemadmodum qui caput vngunt, quam tristitiam præferamus: sirut intgl ligitur quod supra dictum est versu tertio, *nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua*, & versu sexto: *intra in cubiculum tuum*. Aliæ interpretationes, quas partim iidem auctores, partim Origenes, Hilarius Basilius, Augustinus, & fieda afferunt, allegoricæ sunt.

19. *Nolite thesaurizare.* μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν, ne thesaurizetis vobis, vt hoc verbum verbo. Vetus interpres in huiusmodi imperandi modis, qui per negationē dicuntur, addere solet verbum *nolite*, sententiā exprimens, non verba, vt infra versu trigesimoquarto, & capite septimo, versu primo & sexto. Quod autē quidam Augustinum transtulerunt, quod ex similibus locis in libr. de grata & liber. arb. liberum hominis arbitrium confirmat, parum benigne faciunt. Nam & in nonnullis locis est μὴ θέλετε, &, si non esset, nihilominus ex illis liberum probaretur arbitrium: quia nemo, præter hæreticos, tam est insanus, vt Deum nobis præcipere dicat, quæ facere non possimus. Et multo profecto illi magis ridicula & imperite exaliis locis ad tollendam, quam Augustinus ex ipsa adserendam libertatem arbitrij, argumentantur. Quid Christus per thesaurum intelligat, non satis compertum est. Hilarius humanam laudem intelligi putat, quam versu secundo, quinto & decimo sexto mercedem appellauit, quam qui consectātur, ij thesaurum non in cœlo apud Deum, sed in terra apud homines ponunt. Melius alij omnes auctores, quos legisse memini, de terrenis opibus interpretantur. Quod ex ver. 24. confirmatur, *non potestis Deo seruire & mammonæ.*

Liberi arbitrii arbitrium asserunt.

21. *Thesaurus tuus.*] Græce θησαυρός vester, sicut paulo infra καρδία ὑμῶν cor vestrum. Melius mihi videtur legisse noster interpres: nam & Chrysostomus & Auctor imperfecti Græci scriptores ita legunt: & hæc numeri mutatio in concione maiorem habet vim, vt supra versu decimo septimo. Apparet autem hoc fuisse proverbium sumptum de medio: qualia multa & in hoc, & in sequente capite reperiuntur, vt illud ver. 24. *nemo potest duobus Dominis seruire.*

22. *Lucerna corporis tui.*] Græci non legunt, tui. Quod quidam maiorem vim habere putant. Ego contra eo pronomine vehementis auditorem ferriarbitror, præterquā quod versu præcedenti iam cœperat secundā aliq; personā & versu huic proximo sequente addit, ἐὰν οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ, *si oculus tuus fuerit nequam.* Arquenta legit Hilarius, & Ambrosius in libro de dignit. facer dotali capite sexto, & Augustinus libro secundo de sermone Domini, & inter Græcos Auctor operis imperfecti. Dubitare autem aliquis posset, quorsum hæc verba pertineant, & qua consequentia superioribus adhæreant. Chrysostomus & Auctor imperfecti ita coniungūt. Dixerat paulo ante, *vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum*: cor est in animo, quod oculus in corpore: declarat ergo ex similitudine oculi corporis non posse se animum bene habere, cum cor est in thesaurum intentum, & auaritia obcæcatum.

Si *ergo.*] ἐὰν ergo hoc loco non est, vt grammatici loquuntur, illatiua coniunctio, sed inceptiua, aut continuatiua sententię.

Oculus tuus fuerit simplex.] Purus, mundus, non prauis infectus humoribus.

Totum corpus tuum lucidum erit.] Erit velut oculatum. Nam oculus perexiguus orbiculus ita toti corpori necessarium lumen præber, vt cum oculus purus est, totum omnino corpus oculatum esse videatur: omnia enim membra ad fingendas actiones illas per oculum vident.

23. *Si autem oculus tuus fuerit nequam.* πονηρὸς, malus

effectus, vitiatus, immundus. Opponit enim simplicitati est, mundo. Si ergo, *supra v. 22. enim*: redditur enim causa.

Lumen, quod in te est, tenebræ sunt. Quomodo lumen tenebræ esse possunt? aut si tenebræ sunt, quomodo lumen vocat? non quia est: sed quia esse debuit: vt *filij autem regni ejicientur foras*. Matt. 8. 12. id est, qui filij regni esse debuerunt. Et *iustificata a sapientia a filijs suis*. id est, a bonis, quos filios sapientiæ esse oportebat, Luc. 7. 35.

Ipsæ tenebræ quantæ erunt? Reliqua corporis membra, quæ natura sua tenebræ sunt, quia nullum nisi ex oculis lumen habent.

24. *Non potestis duobus dominis servire.*] Quæ sum hoc? Respondet Chrysostomus homilia vigesima secunda, & Auctor imperfecti, decima sexta, quia B dixerat versiculo decimo nono, *nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*, quod probat non esse faciendum, quia non possumus Deo seruire, & mammonæ. Probabile est, vt ante diximus, vulgare hoc esse proverbium: quale illud apud Latinos est, *nemo potest simul sorbere & flare*. Quo autem modo intelligendum sit Chrysostomus homilia vigesima secunda, & Theophylactus exponunt, neminem posse duobus dominis seruire contraria præcipientibus, quales Deus & mammona esse solent: quod est verum est, tamen aliam Christi rationem affert. *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet*: quibus verbis non solum contraria, sed etiam diuersa præcipientibus seruire possunt. C quia natura ipsa probat, vt vnus seruus multos dominos habere non potest, vnus seruus multos dominos habere potest, vnus seruus multos dominos habere non potest, quia domini est seruum non regere, sed amare, & imperium dandi potest, amor non potest. Itaque indicat Christus diuitias non solum, cum iniquæ parantur, & iniuste dispensantur: sed etiam cum non iniquæ, non iniuste: si tamen amantur, ab amore Dei hominem auocare, quia nemo potest deos amare duos, sicut alibi dixit, *impossibile est diuitem intrare in regnum cælorum*, capite decimo nono, versiculo vigesimo sexto. Obseruauit Auctor imperfecti, homini decimas sexta non dixisse, nemo potest duos dominos habere: sed *nemo potest duobus dominis seruire*. Dominum autem vocat omnem rem, cui enim deditus sumus, cui quodammodo seruimus, vt Rom. 6. 16. *seruos, quos exhibetis vos seruos ad obediendum, seruis estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam*. & 2. Petri 2. 19. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Sic Basilius in moralibus reg. 2. c. 1.

Aut enim vnum odio habebit.] Cum sententia sit facilis, locus est difficilis: videtur enim opponere vnum vni, alterum alteri: & cum dicit in secunda parte, *aut vnum sustinebit, & alterum contemnet*, incipere à posteriore membro prioris partis, & vnum dicere quem ante alterum dixerat: nec videtur oratio & consuetudo loquendi postulare. Quod si ita est, apparet in hoc esse repetitionem, quemadmodum si diceret, aut Petrum odio habebit, Paulum diliget: aut Paulum sustinebit, & Petrum contemnet, & tripliciter acceperunt: quod eum ita absurdum esse animaduerterent, dixerunt, vnum non eorum, sed vnam aliquam quam designare velit, personam demonstrare: alterum abarum. Mihi facile hunc locum explicari videtur esse, adeo vt pigeat alias interpretationes hoc operæ pretio retinere. Vnus enim hoc loco accipitur pro primo, alter pro secundo, notissimo omnibus etiam, qui Hebraice nescierunt. Hebraismo. Itaque nomina duo: quos vel Iudas nominos, Petrum & Paulum aut vnum, id est, primum Petrum odio habebit, & alterum, id est secundum Paulum diliget: aut vnum, id est primum Petrum sustinebit: & alterum, id est secundum Paulum contemnet. Vno dicã verbo, non opponit personam personæ sed odium personæ eiusdem amori. Similis est locutio apud Lucam capite decimosexto, decimotertio.

Non potestis Deo seruire & mammonæ.] Mammon Chaldaice, mammona Syriace diuitiæ dicuntur, vt Hieronymus hoc loco, & Eliae in Thesb. docent. Consonat Punicæ linguæ, quæ Hebraicæ affinis aliq; Chaldaicæ, lucrum mammonæ appellat, vt Augustinus lib. 2. de ser. Dom. in m. & ser. 31. de verbis Domini secundum Lucam adnotauit.

25. *Animæ vestræ.*] Animam hoc loco pro altera hominis parte opponi, sitam esse ex alterius partis oppositione manifestum est, *nec corpori vestro, quid induamini*: sed quia ea pars vitalis, anima pro vita ponitur Hebræorum consuetudine, vt etiam Augustinus admonuit, vt infra capit. decimo vers. trigesimo nono, & c. 25. Ioan. 10. 11. & 12. 25. & 13. 37. 38. & 15. 13. & alibi locis pene innumeris.

Nec corpori vestro.] Nominauit duas res homini charissimas, & eas quibus maxime solet esse solicitus; quia tota intelligitur constare: vetatque etiam de illis solicitudinem habere. Non autem omnem prohibet solicitudinem: sed eam quæ ex diffidentia erga Deum proficiscitur, vt apparet ex vers. vigesimo sexto, vigesimo octauo & trigesimo, & ex eis quæ à Deo seruante hominem dicit, vt constat ex vers. vndecimo quarto, *non potestis Deo seruire, & mammonæ*. Denique non omnem improbat solicitudinem: sed eam quam seruus erga Dominum habet. loquitur enim conuenienter iis quæ vers. vigesimo quarto dixerat, *nemo potest duobus Dominis seruire.*

Nonne anima plus est, quam esca?] Merito dubitari potest, quorsum spectet hæc ratio. Hieronymus Augustinus libro secundo de sermone Domini. Chrysostomus homilia vigesima secunda Auctor imperfecti 16. Beda, Theophylactus, Euthymius & Strabus huiusmodi argumentum esse putant, *nonne anima plus est quam esca & corpus plus quam vestimentum?* Quia vobis animam & corpus dedit, nisi Deus qui ergo quod maius est dedit, & quod minus est, dabit. Sic vult Petrus, vt omnem in illum nostram solicitudinem proiciamus, ceu nos illi curæ esse. epistola prima, capite quinto versiculo septimo. Confirmatur hæc ratio vers. 26. 27. 28. 29. 30. Quod autem nonnulli quondam monachi hoc loco ad otiũ & desidiam abutebantur: ideo non laborantes, vt victum quærerent, quod Dominum omnẽ corporis solicitudinẽ prohibuisse dicerent: ex iis, quæ paulo ante docuimus, non omnem solicitudinem prohiberi, refutari potest: & D. Aug. integro libro de opere monachorum copiosius refutauit.

26. *Respicite volatilia.*] Quidam olim per volatilia angelos intellexerunt, vt in commentariis refert Hieronymus. Contra Hilarius, mundos spiritus intelligit, fortasse allegorice. Sed perspicuum est, nos intelligi debere, nisi velimus non solum vim argumenti, sed omnem etiam sententiam prorsus perire. cur autem aues potius, quæ ex alia animalia nominauerit, res potest itaque causas fuisse arbitror: Primam, quod voluerit in toto quod ammodo mundo exempla nobis diuinæ prouidentiæ proponere. Incipit ergo à cælo *respicite volatilia cæli*: & definit in terram vers. vigesimo octauo *considerate lilia agri*. Secundam quod cum mobilissima sint, longius à cibo absunt: & tamen Deus pascit illa. Tertiam, quod terrestria animalia plus quærendo, & recondendo cibo habere soleant in dustria: itaque Salomon, vt prouidi & laboriosi esse discamus, mittit nos ad formicam, Prouerb. 6. 6. & 30. 25. *formica*, inquit *populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.*

Cæli.] Eodem hoc epithetum pertinet: sunt enim & domesticæ aues, quæ hominum aluntur prouidentia: cœlestes autem solus Deus alit. Lucas capite duodecimo, vigesimoquarto, coruos nominatim dixit ideo, vt quidam putant, quod corum rum pulli simul, vt exclusi sunt, à patre & matre deseruntur: ita vt ex Dei sola pendeant prouidentia: ideo de coruis nominatim dictum esse, *quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagantes eo quod non habeant cibos* Iob. 39. 3. *& qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis corui ore inuocantibus eum*, Psal. 146. vers. 9.

Et pater vester cælestis pascit illa.] Non dicit pater eorum: sed pater vester, quasi dicat, si Deus illa, cum & vilissima sint animalia, & eorum ipse pater non sit: tamen prouidentissime pascit: quanto magis pascet vos, qui & hominer, & eius filij estis: Poterat, inquit Chrysostomus homilia vigesima secunda, in Moyse, in Elia, & Ioanne diuinæ prouidentiæ exempla proponere, quorum Moyses quadraginta dies à Deo sine cibo sustentatus est, Exodi 24. 18. Elias & per coruum alitus autum voracissimum, & C quæ maxime cibo eget. 3. Regum 17. 4. 6. Ioannes in solitudine sine vlla victus & vestitus solicitudine vitam egit, supra cap. 3. 4. Sed voluit ostendere diuinam prouidentiam ad minimas quasque atque vilissimas etiam res pertinere, nec vt stulti illi dicebãt: cœlo claudi, Iob. 22. 14.

Nonne vos magis pluris estis illis? Maluit noster interpres à Latini sermonis consuetudine, quam à Græcis verbis discedere, οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; nõne vos longe illis antecellitis? Aut, nonne vos longe illis estis præstantiores?

27. *Quis autem vestrum cogitans.*] Quantumuis intendat neruos ingenii, quantumuis sese cogitando discruciet, οὐδεὶς δύναται προσθεῖναι D

Cubitum vnum.] Quorsum hoc dicat, non facile dictu est Hieronymus, Augustinus libro secundo de sermo. Domini: Beda & Strabus in cõmentariis existimant: sicut paulo ante probauit animam pluris esse, quam escam: ita nũc probare vellе corpus pluris esse, quam vestimentum: & Deum, qui illam nobis corporis staturam dedit, conueniens illi vestimentum daturum esse: nos, qui staturam facere non possumus, nec vestimentum illi accommodatum, nisi Deo concedente, reperire posse. Ad id non hoc loco, sed vers. sequenti facit. *Et de vestimento quid solliciti estis?* quasi nondum cœpisset de vestimento disputare. Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus. Si non potestis, quantumuis edatis & bibatis, ad staturam corporis vestri vel vnum cubitum adjicere, nisi Deo augeat, quid de cibo & potu solliciti E estis? *neque enim qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.* 1. Corinth. 3. 7. Hunc nõ esse sensum constat ex Luca capite duodecimo vers. vigesimo sexto *si ergo, quod minimum est non potestis, quid de cæteris solliciti estis?* Ex quo loco necesse est, vt hũc, si recte volumus intelligere, interpretemur. Ex Luca autem manifestum est, voluisse Christum abeo, quod erat minus, ad id quod maius erat, argumentari. Vocat ergo minimum, cubitum vnum ad staturam corporis adijcere, non comparatione indumenti, aut cibi, aut potus. Nec enim dubium est, quin maius sit, atque difficilius, non dico vnum cubitum: sed vel vnum pilum corpori nostro addere, quam victum & vestitum inuenire. Sed vocat minimum comparatione totius corporis & animæ, vt recte Auctor imperfecti animaduertit. Probatigitur Christus his verbis minorem superioris argumentationis propositionem, quam suppressa-

ra. Si enim argumentatus fuerat: Anima plus est quam esca, & corpus, quam vestimentum. sub. sed animam & corpus non vos, sed Deus facit: ergo escam & vestimentum non vos deberis quærere, sed Deus. Illam autem partem minoris propositionis, animam & corpus vos facere non potestis, nunc probat. Non potestis vnum cubitum facere: ergo multo minus totum. Quod autem quidam Euthymium secuti putant, ideo parius cubitum, quam palmum, aliamue mensuram nominasse, quod cubitus propria humani corporis mensura sit: vnusquisque enim hominis corpus quamuis eiusdem B hominis constare cubitis: iudicent alij. Ego hoc tantum compertum habeo Christum, cum minimam corporis partem, vt argumentationis via requirebat, dicere vellet, cubitum appellasse, non quod nõ alia mensura minor sit: sed quod ea vna fit ex minimis. In his enim rebus non subtiliter, sed vulgariter loqui consuetumus: quemadmodum qui dicit se vnum quidem asinum habere, vt significet nullam se prorsus habere pecuniam: non ideo assem nominat, quod minima pecunia, sed quod ex minimis vna sit. Itaque qui Gallice dicit, ne vnum quidem assem habeo, & qui dicit, ne vnum quidem denarium habeo, quamuis asse denarius minor sit: idem tamen dicit. Simile exemplum supra ne tetigimus capit. quinto vers. vigesimo sexto. Nam quod Matthæus dixit, *non exies inde, donec solues nouissimum quadrantem*, Lucas ca. duodecimo vers. quinquagesimo nono dicit, *donec solues nouissimum minutum*, quod quadrantis media pars erat: idem tamen dicunt, id est, donec omne prorsus debitum solues. Sic quod hoc loco Matthæus dicit, *quis vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum*, id est, vel minimam partem. supra capite quinto, trigesimo sexto, dissimili argumento, simili sententia dixit, *non potes vnum pilum album facere, aut nigrum.* Quod autem Hilarius ad staturam corporis Christi hoc retulit, de qua loquitur. D. Paul. Ephes. 4. 13. satis apparet non esse litteræ.

28. *Lilia agri.* Eadem ratione, qua paulo ante non dixit, volatili a tantum, sed volatilia cœli: nunc non tantum dicit respicite lilia, sed lilia agri. vt ab hortensibus distinguat, quæ hominum cura & plantantur, & oluntur. Videtur autem Christus hoc exemplo docere voluisse Deum non solum necessitatis, sed etiam elegantiæ, & pulchritudinis nostræ curam habere, vt ne eius quidem causa solicitos nos esse oporteat. Quemadmodum parum non solum prouident, ne quid liberis suis ad vitam, & studia: sed etiam ne quid ad vsitatam elegantiam, & honestam recreationem desit. Huc spectat quod dicit, *nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis.* Porro quod nic verbis docet, tam olim re ipsa docuerat. Hebræos enim per quadraginta annos in solitudine vestiri Deuteronom. 7. 4. *Vestimentum* E *tuum, quo operiebaris, neque aquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus, en quadraginta annis est.*

29. *Nec Salomon.*] Proposuit Salomonis potius, quam alterius regis exemplum, quia & opibus, & potentia & sapientia omnibus, qui ante, quique post ipsum fuerunt, antecelluit. 3 Regum 3. 13. quibus rebus & excogitari, & parari solent ea, quæ ad ornamenta corporis pertinent.

In omni gloria sua.] Quod quidam noui interpretes vertunt, ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ cum omni gloria sua, vt capro *suo*, sicut Apud Hebræos, accipiatur, probare non possum: quia & à propria verborum significationis nulla coacti necessitate discedit: & vim sententiæ non exprimunt. Non. n. est sensus, ne Salomonem quidem, quantumus inclitus & gloriosus fuerit, tam eleganter vestiri potuisse: vt isti videtur existimare sedne Salomonẽ quidem sertum, cum in summo fastigio gloriæ suæ erat, ita potuisse vestiri. Est. n.

ens, quia ex regibus maximum nominat Salomonē: ex Salomonis vero temporibus, illud, quo eius gloria atque potentia maxime vigebat. Itaque melius noster vertit interpres.

30. *Si autem fœnum.* Duo oportuit contraria in lilio exaggerare, summam pulchritudinem: & infimam vilitatem. Pulchritudinem, vt eam Salomonis anteponeret elegantiæ: vilitatem, vt ostenderet nihil tam vile, nihil tam abiectum esse, cuius Deus summam non habeat curam. Cum de pulchritudine agebat, lilia, cum de vilitate χόρτον fœnum appellauit. Soler scriptura, quæ vilissima, & breuissimæ vitæ sunt, fœno comparare. Psal. 36. 2. & 72. 16. & 91. 8. & 101. 5. 12. & 102. 15. & 128. 6. & Ecclesiastic. 14. 18 Isai. 37. 27. & 40. 6.

33. *Quærite.*] Soliciti estote de regno Dei: sicut dixerat versiculo vigesimo quinto, *nolite solicitæ esse animæ vestræ, quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini*, & vigesimo octauo, *& de vestimento quid solliciti estis?* & trigesimo primo, *nolite ergo solicitæ esse.* Illi enim solicitudini hanc opponit, quæ nec ancipitem necessariam, malæ bonam. Ergo. Gr. ζητεῖτε autem id est, quærite non illa, sed regnum Dei.

Primum.] Non videtur dicendum fuisse primum, sed tantum: non enim significat illa secundo loco quærenda, cum paulo ante omnino quæri prohibuerit. Scio quosdam aliter respondere. ego tamen ita respondeo: Christum non omnino vetuisse cætera quærere: sed ita quærere, vt eorum solicitudo à Dei regno quærendo nos nō auertaret: quærere vt illis seruiere, videamur: non enim possumus duobus dominis seruire, vers. vigesimo quarto. Quærere autem secundo loco, id est, propter regnum Dei, non vetuit: sed docuit. Nam in oratione Dominica postquam præcepit dicere, *adueniat regnum tuum*, præcepit etiam, vt diceremus, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quasi reipsa ostendens, quid esset, 33. hoc loco dixit *primum quærite regnum Dei*, vt Chrysostomus humilitatem vigesimæ tertiæ, & Euthymius obseruarunt. Obnectit quod statim sequitur, *& hæc omnia adijcientur vobis*, quasi non quærentibus, quasi non solertis, quasi non petentibus. Respondeo adijci, quia non primo loco quærantur: quod autem non primo loco, ac propter se, sed secundo, & propter Deum quæritur, quæri non videatur, quia non ipsum, sed Deus in ipso quæritur. Tum etiam quod hæc sæpe etiam à Deo non quærentibus, neque sognantibus, adijciantur, vt paulo infra dicemus.

Regnum Dei.] Quidam illud regnum intelligunt, de quo versiculo decimo dixit, *adueniat regnum tuum*, vt Chrysostomus & Euthymius, quod verbelle quidem conueniret, nisi constaret hic non agi de his, quæ Deo, sed de his, quæ nobis ipsis petenda sunt: & nisi sequeretur statim, *& iustitiam eius*, quam certum est, nobis quærere debere, non Deo. Alii beatam vitam interpretantur, quasi dicat, studere primum ad regnum Dei peruenire, vt Auctor imperfecti, homilia decima sexta, & Beda, idemque Euthymius in commentariis. Possimus etiam regnum Dei, Dei gratiam accipere, quam in primis tanquam animarum nostrarum vitam quærere debemus sicut Lucæ decimoseptimo, vigesimoprimo, dicitur, *regnum cælorum intra vos est.*

Regnum Dei non Græce est summum, generum & aliarum rerum.

Et iustitiam eius.] Dei, quod hæreticorum patriarcha Calutinus non animaduertens, scripsit hūc genitiuum vel ad Deū, vel ad regnum referri posse, quod est puerilis error. ea est, tanquam præterissem, sciens, animo di potius in consideratione, quam ignorationem in viros quidē doctos cadere posse, nisi certus essem illū, si quis id dixisset Charholeorum insolenter more suo fuisse risurū. Vocatur autem Dei iustitia, quam Deus nobis præscripsit, quasi dicat, curate imprimis Dei facere voluntatem: curate eius obseruare mandata, sicut Zacharias & Elisabeth dicuntur in omnibus iustificationibus, id est, mandatis Dei ambulasse, Luc. primo, decimosexto. Possumus etiam intelligere ipsum regnum Dei, per expositionem *iustitiam eius* appellari: sicut ait Diuus Paulus Rom. 14. 17. *non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, gaudium, & pax in Spiritu sancto.*

Hæc omnia adijcientur vobis.] videtur mihi metaphora esse sumpta à rebus vilibus, quæ in rerum pretiosarum emptione, non computantur in pretium: sed dantur pro corollariis. Illustre Salomonis exemplum est, qui cum non opes, non gloriam, non potentiam: sed sapientiam ad regendum populum Dei, id est, solum Dei regnum quæsisset: extra etiam illi, quæ non petiit, data sunt. 3. Regum 3. 13. Similis sententiæ sæpe in Psalmis occurrunt. Psalm. 33. 11. *inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*, & 110. 5. *escam dedit timentibus se.*

34. *Nolite ergo.*] Hanc vim habet volatilia cœli & lilia agere: sol cuia non sunt, & tamen Deus pascit, ac vestit ea: non ergo vos, qui eius estis filii, deberis esse solicitiores. cum hæc, de quibus vos maxime estis solliciti, enim de illis non solicitis, sed tantum regnum Dei quærentibus adijciantur, nolite pro illis esse solliciti, nolite vobis vllo necessitate solicitudine cruciare, pareite vobis ipsi. *Sufficit enim diei malitia sua.*

Sua.] Indicat in hoc rerum aliquam nos sol citudinem habere posse, sed petendi potius à Deo, quam industria nostra quærendi: videtur enim alludere ad illud, quod versiculo vndecimo docuit petere, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Lucas capite duodecimo versiculo vigesimo nono dixit, *nolite quærere*, ne stis longa futuri solicitudine suspensi, ne philosophemini apud vos de rebus longe remotis, sicut Mathematici cum de eo Io disputant: vt ille qui apud Iacobum capite quarto versiculo decimo tertio dicunt, *hodie aut in crastinum ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus.* Crastinum pro futuro accipi ex Hebræorum consuetudine Hilarius & Hieronymus admonuerunt, vt Genes. 30. 33. *& respondebit mihi cras iustitia mea.*

Crastinus enim dies, solicitus erit sibi ipsi.] *suæ malitiæ*, solicitus erit de ipso, quæ ad ipsum pertinent: id est, satis vobis solicitudinis afferet ad quærenda ea, quæ cum venerit, erunt in ipso necessaria. Ioquitur, vt ait Chrysostomus hominis vigesimæ tertiæ, de die, ea inanimota per prosopopœiam, quasi solicitus esse posset, aut, vt ego arbitror, eadem metonymia, qua mors dicitur pallida, quia homines pallidos facit. Sic enim dies dicitur ero rebus suis esse solicita, quia nos pro illis solicitos reddit.

Malitia sua.] Solicitudo, de qua agebat, quam κακίαν, id est malitiam, id est afflictionem & vexationem appellat, vt Tertullianus libro secundo contra Marcionem, Hieronymus in commentariis, Chrysostomus homilia vigesima tertia, Augustinus libro secundo de sermone Domini, Euthymius, & Theophylactus exponunt. κακίαν autem dixit pro κακοπάθειαν Hieronymus monuit. Superest quæstio de veritate sententiæ, quomodo nos in crastinum solicitos esse prohibeat, cum Christus ipse loculo habens Ioan. 12. 6. & 13. 29. vsque non solum in crastinum, sed in plures etiam dies solicitus fuisse videatur. Certe Ioseph Euangelicæ vir sanctissimus septennium magna etiam laude prudentiæ solicitus fuit. Genes. 41. 39. 48. & Apostoli ad futuram famē nonam parandam curauerunt. Act. 11. 29. & Salomō nos, vt dilecamus de futuro solicitos esse, ad formicam mittit proverb. 6. 6. & 30. 25. & si in crastinum solicitos esse non licet; neque plantare, neque ferre licebit, quæ non nisi solicitudine futuri fiunt. Respondet August. per crastinum bona temporalia intelligenda quæ quærere non debeamus: at de bonis temporalibus nos solicitos esse posse, aliquando etiam debere, superioribus probatur exemplis. Auctor imperfecti in crastinum esse solicitum, interpretatur pro rebus non necessariis solicitudinem gerere. At etiam loquitur Christus de necessariis, de victu, atque veste. *respicite volatilia cœli*, vers. vigesimo sexto, & *de vestimento quid solliciti estis?* vers. vigesimo octauo. &, *nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur* vers. trigesimo primo, &, *scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis*, ibidem. E superioribus ergo eliciendus est sensus. Non omnem in futurum solicitudinem prohiberi, superiora docent exempla; quæ autem prohibeatur ex his, quæ toto capite dicta sunt, colligendum est. Primum ea prohiberi, quæ impedit, quominus quæramus regnum Dei, versiculo trigesimo tertio. Deinde ea, quæ nascitur ex diffidentia aduersus Deum *si autem fœnum agri quod hodie est & cras in clibanum mittetur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei*, versiculo trigesimo, postremo ea, quæ non sequitur, sed præcedit solicitudinem regni Dei, quod primo loco quærere debemus; & quæ tanta est, vt illi seruiamus, quia duobus dominis seruire non possumus, vers. vigesimo quarto.

Qua malitia sua solicitudo prohibetur.

CAPVT VII.

NOLITE iudicare, vt non iudicemini. 2 In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. 3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? 4. Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? 5. Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. 6. Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis & conuersi dirumpant vos. 7. petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. 8. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. 9. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? 10. Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? 11. Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? 12. Omnia ergo quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ. 13. Intrate per angustam portam: quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. 14. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. 15. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: 16. a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: malа autem arbor malos fructus facit. 18. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. 19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. 21. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. 22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23. Et tunc confitebor illis: Quia numquam noui vos: discedite a me, qui operamini iniquitatem. 24. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suā supra petram. 25. & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. 26. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. 27. & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. 28. Et factum est: cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. 29. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.

Luc. 6. f. 37. Rom. 2. a. 1. Marc. 4. c. 24. Inf. 25. c. Marc. 11. a. 24. Luc. 11. b. 9. Ioa. 14. b. Iac. 1. a. 6. Luc. 6. e. 31. Tob. 4. a. 16. Luc. 15. a. 21. Luc. 6. g. 44. Inf. 3. c. 10. Inf. 25. d. Act. 19. c. 13. Inf. 21. d. 41. Luc. 13. f. 27. Luc. 6. g. 48. Rom. 2. e. 11. Iac. 1. d. 22. Marc. 12. 22. Luc. 4. a. 32.

IN CAPVT VII.

NOLITE.] Primum hoc loco quærendum, quo vinculo hæc cum superioribus copulentur. Augustinus libro secundo de sermone Domini existimat, propterea quod superiore capite temporalium rerum solicitudinem Christus prohibuerat, nunc eos qui eas non quærunt, commenefacere; ne male de quærentibus iudicent, cum bene & male quæri possint; & ex æstimare debeant eos, qui quærunt, bono animo quærere; sicut Diuus Paulus eum idolothyta vesci prohibebat. 1. Corinth. 8. tamen non vult, vt qui illa non velcuntur, de vescentibus male iudicent, quia possint, aut per ignorantiam, aut bono animo vesci. Qui, inquit, *non manducat, manducanti non iudicet.* Roman. 14. 3. Auctor imperfecti vult cum oratione Dominica iungi. Dixerat enim capite sexto versiculo decimo *dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* & versiculo decimo quarto. *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cœlestis peccata vestra: nolite ergo iudicare, & non iudicabimini.* Ego iam moniui non esse anxie quærendam in Euangelistis sententiarum connexionem, quia res non eo ordine scribere voluerunt, quo factę à Christo, vel dictæ sunt. Quod præcipue in eius concionibus obseruatur, in quibus nec omnia, quæ dixit, nec eo, quod dixit, ordine recensent, contenti præcipua eius doctrinæ capita commemorare. Quod si quam nobis hīc ex argumenti similitudine constituram ducere

ducere ; credibile est hæc verba non in communi ad populum concione, sed in illa ad Apostolos priuata, quam Matthæus quinto capite recitauit, dicta fuisse, esseque cum versiculo quadragesimo octauo capitis quinti iungenda. *Estote ergo perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est*, & quia hoc modo sententia sententiæ, verba verbis bene cohærent ; & quia Lucas capite 6. vers. 36. 37. ita coniungit.

Iudicare.] Interpretatio est Hilarii cap. 5. Ambrosij libro de paradiso capite quinto, nolite iudicare de iudicijs & promissis Dei, neab eo iudicemini: sic ut Iacobus capite quarto, versiculo vndecimo ait, *qui detrahit fratri, iudicat legem : si autem iudicas legem : non es factor legis sed iudex.* Alij interpretantur, *nolite iudicare*, id est, seueri esse in proximos, & iniurias ab illis acceptas animo conseruare ; vt Auctor imperfecti homilia decima septima. Alij *iudicare*, pro condemnare accipiunt, vt Euthymius & Theophylactus. Alij non condemnationem tantum aliorum, sed etiam iudicium prohiberi putant, Augustinus libro secundo de sermone Domini, & sermone 102. de tempore, Basilius in Reg. breu. 164. Hieronymus in commentarijs, Chrysostomus homilia vigesima quarta, Anastasius quæstione 83. Beda, & Rupertus. Quod ego etiam verum puto ; credo tamen non solum iudicium, sed etiam curiositatem in alienos mores inquirendi prohiberi, quia sic condemnationi iudicium, sicut sententiæ iudiciali inquisitionem anteponit. Nam quod sequitur, *nolite condemnare, & non condemnabimini*, vt paulo post docturi sumus, non eosdem, vt multi existimant, expositio sententiæ, sed alia sententia est. Quærit Hieronymus, Chrysostomus, Anastasius, Augustinus, Beda, & Euthymius, quomodo Christus de aliis iudicare prohibeat, cum aliquando adeo manifesta eorum peccata sint, vt non possimus de illis non male iudicare. Video patrantem eadem, videoque alienam vxorem contrectantem, an non iudicabo peccare ? Legimus etiam Dium Paulum non iudicasse modo, verum etiam Corinthium illum condemnasse. 1. Corinthior. 5. 3. legimus quosdam alios Satanæ tradidisse, vt discerent non blasphemare. 1. ad Timoth. 1. 20. Legimus Petrum Ananiam & Saphiram interemisse. Actor. 5. 1. Legimus Christum Apostolis iudicandi de peccatis tradidisse potestatem infra. capite 16. 19. & capite 18. 18. Ioan. 20. 23. & 21. 15. Legimus nobis omnibus præcepisse, vt rectum iudicium iudicemus. Ioan. 7. 24. Argumentatur etiam Hilarius, si omnino iudicandum non est, quomodo dicit, *in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini?* Recte Hieronymus respondet ; non prohibuit Christus iudicare, sed docuit. Primum certum est non prohibuisse eos, qui non solum publicam potestatem, sed publicam etiam habent obligationem de aliis iudicandi ; quales sunt iudices & magistratus, cuiusmodi & Apostoli fuerunt. Illud etiam certum, non prohibuisse de apertis iudicare, de quibus D. Paulus dicit, *quorundam peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium.* 1. Timoth. 5. 24. Præterea neque de dubijs, modo non vltra quàm quo nos decent indicia iudicemus. Quæ omnia recte sunt à Theologis definita. De aliis, quæ bene & male interpretari possumus, reale iudicare prohibet : id enim à nobis caritas exigit, quæ *non cogitat malum.* 1. Corinth. 13. 5. Sic Basilius, Augustinus, & Beda ita locis quos paulo ante designauimus ; nisi quod Augustinus nimium videtur sensum restringere, *hoc*, inquit, *loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi vt ea facta, quæ dubium est, qua animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* Non enim de animo solum alterius, sed etiam de rebus ipsis dubijs iudicare prohibemur. Rom. 14. 4. 10. 13. & 1. Corinth. 4. 5. Iacob. 4. 11. 12. Illud autem maxime vetat Christus, ne cum ipsi iidem aut maioribus forte peccatis obstricti simus, curiose de aliorum numeribus iudicemus. Hoc enim sequitur, versiculo tertio, *quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Et Roman. 2. 1. *Propter quod, ô homo inexcusabilis es omnis qui iudicas : in quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas : eadem enim agis, quæ iudicas,* vt Basilius, Chrysostomus, Auctor operis imperfecti, & Euthymius monuerunt. Multo vero magis, ne de alijs detrahendo iudicemus : duplicem enim illi de quo detrahimus, facimus iniuriam : & quod ipsi bonam de illo, vt caritas postulat, opinionem non habemus, & quod quam alij habent, denigramus. Iacob. capite quarto, versiculo vndecimo. *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi.*

Et non iudicabimini.] Ἵνα μὴ κριθῆτε vt non iudicemini. Notter interpres videtur legisse, ὅπως μὴ κριθῆτε eodem sensu, sed Hebraismo כְּדִי & pro vt, & futuro tempore indicatiui pro præsenti coniunctiui. Quidam, & non iudicemini, ad homines referunt, quasi dicat, si vultis, vt alij de vobis non iudicent, ne iudicetis de illis ; sicut dixit, versiculo duodecimo, *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis*, & capite vigesimo sexto versiculo quinquagesimo secundo. *Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt*, & Isai 33. 1. *væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis! væ qui spernis, nonne & ipse spernetur!* Videtur hunc sensum confirmare verbum hoc loco, & apud Lucam capite sexto, versiculo trigesimo octauo fine certa persona positum, *qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Alij melius. vt mihi videtur, ad Deum vt Chrysostomus homilia decima quarta & Auctor imperfect. 17. Augustinus libro secundo de sermone Domini, Beda, & Euthymius. Credibile enim est Christum iudicium potius Dei, quam hominum iis, qui de alijs temere iudicant, comminari voluisse ; multo enim est terribilius. Hoc ipsum postulat antithesis, nolite de hominibus iudicare, ne à Deo iudicemini. Adde quod, vt docuimus, hæc sententia cum fine quinti capitis hæret. *Estote ergo vos misericordes, sicut pater vester cælestis misericors est* ; Ibi autem, vers. septimo dictum erat, *Beati misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur*, non dubium, quin à Deo ; aut vt alij putant, cum cap. 6. ver. 15. *si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra* ; vbi non hominum, sed Dei iudicium nobis proponitur.

Nolite condemnare, & non condemnabimini.] Hæc verba nunc Græci non legunt ; nec videntur veteres Latini legisse. Tertullianus libro de patientia, Hilarius in cõmentarijs, Ambrosius in libro de paradiso, capite vndecimo, Augustinus libro de sermone Domini 2. Beda, Strabus, Rupertus, Chrysostomus certe homilia vigesima quarta, Auctor imperfect. decima sexta, Euthymius & Theophylactus non legunt, & putant recentiores interpretes ex margine, vbi forte aliquis, vt illa verba, *nolite iudicare*, exponeret, scripserat ; *nolite condemnare*, in contextum fuisse translata. Ego mihi legenda esse certo persuadeo, nosterque mihi interpres instar omnium auctorum est. Magnum etiam argumentum, quod apud Lucam. capite sexto, versiculo trigesimo septimo eadem verba legantur, & credibile non sit idem vtroque loco vitium accidisse. Accedit, quod singuli versus singulis constant sententijs, & fere pares sunt : si autem hæc verba tollantur, mutilus remanebit versus, & tam breuis, quam nescio an vllus alius in toto nouo testamento reperiatur. Condemnare autem alios non idem est hoc loco, quod iudicare, vt Theophylactus & Euthymius existimant : sed iudicando condemnare. Hoc enim sententiæ gradus postulat, quæ ex communi consuetudine sumpta est, qua iudicium condemnationem antecedit. At quomodo possumus nos, dicet aliquis, cum

cum publicam non habeamus auctoritatem, alios condemnare ? Respondeo, solere nos quantum in nobis est, damnare alios ; id est, æterna aut temporali pœna dignos iudicare, quod Christus vetat facere. Sic Simon ille Pharisæus mulierem illam peccatricem damnauit. Luc. 7. 39. Christus absoluit, *remittuntur tibi peccata tua*, vers. 48. Sic Pharisæi publicanos damnabant, & extra omnem spem salutis ponebant, Matth. 9. 11. Christus autem ex illis Apostolos fecit vers. 9. Denique prohibemur his verbis Dei, qui solus verus est iudex, officium occupare, vt 1. Cor. 4. 5. *Nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

Quomodo de aliis iudicare liceat.

In quo enim iudicio.] Hebraismus בַּמִּשְׁפָּט אֲשֶׁר תִּשְׁפְּטוּ pro בְּמִשְׁפָּט secundum iudicium, quo de alijs iudicaueritis, de vobis iudicabitur. Quod Hilarius argumentatur, quomodo in quo iudicio iudicabimur, iudicabitur de nobis, si omnino non licet nobis iudicare ? explicari potest ; non enim omnino, sed male iudicare prohibemur. Quod si fecerimus, male quoque, id est, facere de nobis iudicabitur. Illud difficilius quod multis locis Augustinus quærit, vt libro secundo de sermone Domini, & epistola 49 quæstion. quarta, & libro secundo quæstionum Euang. capit. octauo, & Beda, Chrysostomus, & Euthymius in hæc verba ; quomodo, in quo iudicio iudicabimur, de nobis iudicabitur ? an si nos de alijs temere, iniuste que iudicauerimus, temere de nobis Deus, iniuste que iudicabit ? Augustinus & Beda respondent sensum esse, non Deum, sed iudicium ipsum nostrum temerarium, & iniustum de nobis iudicaturum, id est, casum futurum, vt de nobis iudicetur. Respondeo dum potius videtur non spectari hic omnes iudicij qualitates, sed solam curiositatem, seueritatemque iudicandi. Quia enim curiositate atque seueritate de alijs iudicauerimus, eadem de nobis Deus iudicabit. Cum autem eadem dico, non re, sed proportione eandem intelligo ; nam eius misericordia & bonitas infinitis semper partibus maior est nostra ; sed tamen proportione quadam, quo nos ergà alios seueriores fuerimus, hoc etiã ergà nos seuerior ille erit.

Et in qua mensura mensi fueritis.] Videtur Lucas capite sexto, versiculo trigesimo octauo significare, non eadem nobis qua mensi fuerimus, sed maiore mensura remetiendum. *Mensuram*, inquit, *bonam & confertam, & coagitatã, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Vtrumque verum est, & eadem, & maiore mensura nobis remetiendum. Eadem, si proportione ; maiore, si rem datam consideres. Quomodo proportione eadem, ita exposuimus ; quomodo re maiore, facile intelligetur. Nam siue futuram gloriam, siue pœnam, quam nobis Deus adiudicet spectemus, multo maior est, quàm qua nos alios condemnando dignos iudicamus. *Non enim sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Rom. 8. 18. &, *quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2. Cor. 4. 17. Eodem modo Gentilium obiectioni respondendum est, qui hanc olim sententiam calumniabantur, quasi non eadem mensura futura esset, cum altera esset æterna, altera temporalis, vt scribit Augustinus epistola 48. & 49. & libro 21. de ciuitate cap. vndecimo, quanquam alter. Augustinus illis respondet. Et hanc & plerasq ; alias eius, quæ sequuntur prouerbiales fuisse sententias, opus non est lectorem admonere, quia & ipsum per se manifesta sunt, & multi tam interpretes monuerunt.

Euangelium ad omnem creaturam. indigum ad prædicandum.

6. *Nolite dare sanctum canibus.*] Quorsum hoc ? Auctor imperfect. homilia decimaseptima refert ad cap. quinti versum quadragesimum quartum, & vers. quadragesimum quintum, vbi Christus dixerat *diligite inimicos vestros, & benefacite eis, qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est, qui facit suum oriri sol super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos* ; adhibere nunc eius sententiæ moderationem ne ita diligant, vt sine iudicio & discrimine dent canibus sanctum, & margaritas porcis proiiciant. Alij, quia proximo vers. quinto de aliorũ correctione mentionem fecerat, *ejce prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejcere festucam de oculo fratris tui* ; admone re nunc ne dent sanctum canibus, porcisq ; margaritas, id est, ne vbi nulla profitendi spes est, correctionem adhibeant, quæ nunc Theologorum regula est ; sic Strabus. Alij, quia ca. 6. 23. simplicitatem docuerat. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit* : nunc prudentiam docere, *nolite sanctum dare canibus, nec proiicitis margaritas ante porcos, sitote alibi loco dicit. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*, cap. decimo vers. decimo sexto. Sic Augustinus libro secundo de sermone Domini. Ego partem sermonis in monte ad Apostolos habiti esse arbitror, quis ad eos proprie pertinet, qui alios docturi sunt : sed, vt sæpe diximus, Euangelistæ Christi sententias non quo ordine ab illo dictæ fuerant, sed quo sibi in mentem venirebant, recitauit. Quid vocet sanctum, quid margaritas, quos canes, quos porcos appellet, difficile non est non conuenire tamen omnibus. Quidquid sanctũ baptismum, Eucharistiam, cæteraque sacramenta, margaritas Euangelicæ prædicationis mysteria vocari putant : nam indigna nec Ecclesiastica sacramenta conferenda, nec nisi re ipsa mysteria patefacienda sunt, Auctor imperfect. homilia decima octaua. Hinc consuetudinem natam esse, vt iis qui baptizati non essent, nec videre, nec audire corpus & sanguinem Christi, cum nominabatur, licite reputarentur, vt multis locis Chrysostomus, & Augustinus indicare solent. Canes etiam, & porcos plerique distinguunt. Nam quidam, vt hoc loco Hieronymus scribit, porcos infideles, canes Christianos, qui post receptam fidem ad vomitum reuertissent, dixerunt appellari. Contra Chrysostomus, & Euthymius canes infideles, porcos carnales Christianos intelligunt. Nam & Christus infideles canes vocat, cum dicit, *non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus*, cap. 15. 26. Mihi Augustini placet opinio, idem per sanctum & margaritas, per canes, & porcos significari ; sicut apud Petrum epistola 2. cap. 2. 22. idem duplici metaphorico prouerbio, altero canis, altero porci significatur, *canem reuersum ad vomitum suum, & sumam suillata in volutabro luti.* Aut si quid est differentiæ, per sanctum omne mysterium, per margaritas, quæ inter mysteria maxima & quali pretiosissima sunt, intelligi oportere. Per canes autem, & porcos duo hominum siue Sadducæorum siue idololatrum genera notari, quibus tradenda mysteria non sunt ; eos, qui tantum contemnunt, vt canes nihil inter sanctum & profanum discernentes ; & eos, qui non solum contemnunt, sed insuper irritantur, & magis nocent, vt porci. Cur autem illi per canes, hi per porcos significentur, postea docebimus. Quærit Chrysostomus homilia vigesimaquarta, & Augustinus libro 2. de serm. Domini, quomodo veter Christus diuina mysteria indignos docere, cum alijs locis omnes sine discrimine doceri iubeat, vt cap. 10. 27. *quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. & quod in aurem auditis, prædicate super tecta*, Et Marc. 16. 15. *prædicate Euangelium omni creaturæ.* Respondent in hanc fere sententiam, illos agi de Euangelio ipso per se, quod cum omnib. ad salutem sit *prædicandum* necessarium, omnibus esse sine personarum exceptione prædicandum ; hic autem de idoneis auditoribus, & prudentia Euangelij cum illis communicãdi, quod si aut nulla ipsa voluntas, aut timor etiam certus damnationis fit, prædicandum illis non esse, ne non solum opere precium, sed ipsa etiam opera perdatur. Ste Christi Apostolis dixit Io. 16. 12. *multa habeo*

vobis dicere, sed non poterit portare modo. Sic Paulus 1. Cor. 3. 1. 2. queritur se non potuisse Corinthiis tamquam spiritualibus, sed tam quam carnalibus loqui, & vt paruulis in Christo loc. non solidum dedisse cibum. Sic ad Hebræos 5. 12. scribit, *Cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, vt doceamini, quæ sint elementa sermonum Dei, & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo.* Sic Paulus & Timotheus prohibentur à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, quia non erant audituri receperi Act. 16. 6. Scilicet vt in Antiochenis, quia non modo verbum Dei non recipiebant; sed pedibus etiam conculcabant, id est, contumelia afficiebant, & conuertisi Apostolos discerpere conabantur, id est, mortis illis periculum concitare populo creabant. Paulus & Barnabas dicunt, *vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes.* Act. 13. 46. Sic Hymenæum & Alexandrum, qui verbum Dei conculcabant, idem Paulus Satanæ tradidit, vt discerent non blasphemare. 1. Tim. 1. 20. Sic eos figunt os, non docendos mouet, qui quia madidum lammes & Mambræ resistebant Moysi, ita ipsi veritati resistebant 2. Tim. 3. 8. Sic Alexandrum ærarium vitare iubet, quia valde ipsius verbis contradicebat 2. Tim. 4. 15. Sic Ioannes Diotrephem 3. Ioan. 9. & 10. Denique non vult Christus canibus & porcis sua genuini mysteria, id est animalibus hominibus, quibus non percipiunt, ea quæ sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2. 14. Obiicit potest Iudæ, cui quamuis indigno, quamuis canis & porco, corpus & sanguinem suum omnium mysteriorum maximum Christus tradidit, vt maior veterum auctorum pars existimarunt. Sed primum, Christi consilia, quia eorum nos sæpe latent causæ, non semper nobis imitanda sunt. Deinde, fuerit peccator quidem erat, sed occultus, nec negotio singulariter sacramento indicendus, ne mors Christi omnium mysteriorum caput impediretur. Cur sanctum, non margaritas caput impediretur. Cur sanctum, non margaritas canibus: margaritas, non sanctum porcis dare vetuerit, quæstio est, quæ non omnino caret operæ pretio. Puto cum sanctum dicit, ad vetera respicere sacrificia, quorum carnes sanctæ erant, nec licebat canibus dare, aut in alium, quam in Dei, & sacerdotum, eorumque qui sacrificium obtulerant vium conuertere. Carnes autem non solum porcis, sed canibus dari quoque inter sanctas & profanas minime discernunt. Propterea dicit, *nolite dare sanctum canibus.* In porcis & margaritis contraria est ratio: non enim propterea dicit, *nolite proicere margaritas ante porcos*, quod porcis margaritæ proiici soleant; sed quod minime soleant; nihilque porco fœdilinæ, & sporcissimæ pecudi minus, quam margaritæ pretiosissimus & congeniat ornatus. Circulus inquit, *aurem in naribus suis mulier pulchra, & fatua.* Proverb. vndecimo, vers. vigesimo secundo. Nili forte aliud id ad continuitudinem glandes porcis proiiciendi, quem ad modum in caldioribus fit regionibus; & respicit similitudinem quæ inter glandes & margaritas videtur esse, quasi dicat, videte ne porcis pro glandibus margaritas proiiciatis, sicut versu nono & decimo dicit. *Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius eius panem, numquid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei?* Lapis enim panis, serpens piscis similis est. Alia fuperest dubitatio, cur de porcis dixit, & conuersi dirumpant vos, de canibus non dixit? cum non porci soleant dirumpere, sed canes. Respondeo ingratam porcorum stolidita-tem notare voluisse, qui in eum, qui cibum porrigit, impetum solent facere, & nisi taciat, dirumpere. Fideliores canes, qui non mordendo, sed blandiendo; non dentibus, sed cauda cibum petunt. Porcis ergo stupidi quidam homines similes sunt, qui conculcata vera doctrina falsam vi armorum exigunt.

A *7. Petite & dabitur.*] Sæpe monuimus, cum Euangelista Christi continues recitant, non esse laborandum, quo modo inter se sententiæ cohæreant. Sed non sunt bonorum auctorum interpretationes contemnendæ. Hilarius tam. 6. Chrysostomus homilia vigesima quarta, Auctor imperfect. 18. Euthymius & Theophylactus existimant, propterea nunc Christum hæc dicere, quia supra valde difficilia docuerat, ne offendat, quæ ratione teneri possint. Alij hunc sensum esse putant. Si feceritis quæ hactenus dixi, petite & accipietis, quemadmodum Ioannes ait 1. epistola. capi. tertio vers. vigesimo primo. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo:* quam sententiam idem Auctor operis imperfect. refert ac probat. Augustinus autem libro se cundo de sermone Domini sic, *Petant auditores fiducianter inconcusse dicere, quid facilium mihi dare canibus vetas, tam adhuc ea me habere non videam: ideo oportune petendo, quærendo & accipiendo.* Ego cum orationi Dominica contingendum hoc membrum existimo: & quia de oratione agitur, & credibile est Christum, cum Apostolos orare doceret, illa dixisse; & quia Lucas capite vndecimo, verisimile nono cum illa coniungit. De sensu nunc disputandum: Quomodo ei sit hæreticiad probanda sua, vt ipsi putabant, mysteria: vt res erat, delira hoc loco abusi fuerint, scribit Irenæus libro 2. cap. 13. & 26. & 57. Augustinus hæc tria petere, quærere, pulsare, non idem putauit significare libro secundo de sermone Domini; sed libro primo retract. cap. decimo nono, sententiam doctior correxit. Exaggeratio igitur est, qua fit accumulatione verborum. Maior quæstio est, quo modo sententia vera sit, cum experientia quotidiana doceat multa nos, quæ petimus non accipere, cap. 6. 12. docuimus affirmantes promissiones numquam esse simpliciter, & sine exceptione intelligendas; ad eam regulam hic locus explicandus est. Non enim omnis, qui petit accipit; sed qui in petit, vt debet. Primum non accipimus, cum mala, id est, non petenda petimus. Iniuriam enim Deo facit, qui ab eo, quod malum est, petit, quasi malum eum auctorem faciat. Deinde non accipimus, cum non mala, tamen in malum finem petimus. Iacob. 4. 3. *petitis, & non accipitis, eo quod male petatis, vt in concupiscentiis vestris impendatis.* Non accipimus, cum ipsi, qui petimus, mali, indigniique fitmus; Deus enim *peccatores non audit*, Ioan. 9. 13. Non accipimus, cum aut nulla, aut infirma, & vacillante fide petimus. Iacob. 1. 5. 6. 7. *Si quis vestrum indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur. non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino.* Non accipimus, cum id quod petimus, quamuis aut non malum, aut etiam bonum sit, tamen quia maius impedit bonum, salua Dei gloria fieri non potuit. Non accipimus aliquando, quia vult Deus, vt sæpe petamus, vt duabus illis parabolis, altera importuni amici panes intempestæ nocte ab amico mutuo petentis, Lucæ 11. 8. altera iudicis & viduæ Luce 18. 3. declaratur. Augustinus ser. 3. de verbis Domini secundum Matth. *Cum aliquando* (inquit) *tarditas datur, commendat dona, non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur, cito autem data vilescunt, pete, quære, insta petendo, & quærendo crescit, vt capias. Seruat tibi Deus, quod non vult cito dare, vt tu desiras magna magne desiderare.* Non accipimus aliquando, vt meliora, quam petimus, accipiamus. Augustinus lib. 2. de Ser. Domini, & epist. 34. ad Paulinum, *Bonus autem Dominus, qui non tribuit sæpe quod volumus, vt quod malle mus, attribuat.*

9. *Aut quis est.*] Gr. *ê* an quisquam est ex vobis homo, qui est, non Deus, vt pater vester cœlestis: opponit enim homini Deo, & ex vobis, qui maligni estis.

Quem

Quem si petierit, &c. numquid.] Duritiei orationis A Latinis auribus insolens, Hebraïs vsitata. Filio panè petenti dicit patrem lapidem non porrecturū, quia vna ex parte nihil panì lapide magis est simile; altera nihil dissimilius. N hil similius colore & forma; nihil dissimilius natura & vsu, sicut cap. quarto ver. tertio. Diabolus dixit, *dic, vt lapides isti panes fiant.* Eadem ratione pisci serpentem oppositi. Dubitari potest, quam ob rem Christus hoc dicat; plus enim videtur respondisse, quam opus erat. Ita omnino est; non enim solum probat Deum nobis petentibus opem latum esse; sed bona etiam daturum, panem non lapidem, piscem non serpentem porrecturum Chrysostomus homil. vigesima quarta, Auctor imperfec. decima octaua & Theophylactus.

11. *Si ergo vos cum sitis mali.*] Non natura, sed Dei comparatione, Hieronymus, Chrysostomus, Euthymius, vel naturali proclivitate Genes. 8. 21. *Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua*, vt idem etiam Hieronymus inter pretatur; aut quod ego magis credo, non solum comparatione Dei, quod nihil esset dicere, cum & in angelis suis reperiat prauitatem, & stellæ non sint mundæ in conspectu eius; nec ista naturali propensione; sed voluntate etiam, & moribus malos appellat; quia videtur eos obiter perstringere voluisse.

Nostis.] id est, consuetistis: *vt sol cognouit occasum suum.* Psal. 103 19.

Quanto magis pater vester.] Comparat patrem patri, cœlestem terreno, Deum hominì, bonitatem nequitiæ: vtà minori ad maius argumentetur. Non absimile illud est Isa. 49. 15. *numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.*

12. *Omnia ergo.*] Eadem hoc loco, quæ in multis superioribus, quæstio est: quorsum illa pertineant. Chrysostomus vigesima quarta, Euthymius, & Theophylactus compendiose, & quasi epilogum omnium, quæ tribus h ſce capitibus dicta sunt, esse existimant. Alii referunt ad verticul. primum, *nolite iudicare*, quasi cætera in parenthesi dicta sint, vt Auctor imperfect. homilia decima octaua, non omnino male. Alii ad verticul. septimum *petite & accipietis*, quasi modum doceat, quæ petimus, impetrandi, si alias fecerimus, quod nobis abillis fieri velimus, vt Augustinus libro secundo de sermone Domini. Alii ad c. sextum. vigesimum secundum *Lucerna corporis tui est oculus tuus*, quasi doceat eadem ergo alios simplicitate vti, qua erga nos alios vti volumus, vt idem quoque Augustinus exponit. Ego hæc verba post illa capitis quinti vers. 42. Christum dixisse arbitror, *qui petit à te, da ei, & volenti à te mutuare, ne auerſare*, & quia cum illis bene ista cohærent, *Et omnia, quæ vultis, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis*, & quia Lucas cap. 6. 31. cum illis ista coniungit. Lucam ergo dictorum Christi in hac re ordinem seruasse: Matthæum vero non seruasse, &, quæ apud illum est cohærentia: &, quæ apud hunc, indicat dissonantia.

Hæc est lex & prophetæ.] Id est, hoc principio summa omnium, quę in lege & prophetis præcepta sunt, continentur: legem autem, & prophetas totam vetus testamentum appellat: legem quinq; libros Moysis: prophetas reliquos omnes, Hebræorum more qui etiam libros Regum, Paralipomenon, & Psalmos Prophetarum nomine vocare solent, vt infra 11. 13. & 22. 40. & Luc. 16. 16. & Actor. 24. 14. & 28. 23. Quærit Augustinus libro secundo de serm. Domini, & libro octauo de Trinitate, cap. 7. & Euthymius in commentarius, quo modo dicatur hęc esse lex, & prophetæ: cum cap. 22. 40. non in hoc vno, sed in duobus illis præceptis consistere dicatur. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut te ipsum.* Augustinus lib. secundo de serm. Domini respondet hic, non dicit totam legem, sed legem in hoc principio sitam esse; illic autem dici hãc totam esse legem, quasi hic vbi de solo diligendo proximo agebatur; alteri mandato de diligendo Deo locus sit reseruatus. Melius libro octauo, de Trinitate citam hic, quamuis non dicatur, totam legem intelligi, quia qui diligit proximum, non potest non ipsum diligere dilectionem; dilectio autem est Deus, quia *Deus caritas est.* 1. Ioan. 4. 16. Facdius dixerimus non de quacunque proximi dilectione hoc loco ag, sed de ea, qua proximum nec propter nos, nec propter illum, sed propter Deum diligimus. Sic enim præceptum de diligendo proximo intelligitur. Qui autem propter Deum proximum diligit, Deum magis diligit. Nam & Aristotelica illa regula scripturæ seruit. Qua propter D. Paulus vnico præcepto de proximo diligendo totã dicit legem conti nuri, Rom. 13. 8. *Qui diligit proximum, legem implenit, & plenitudo legis est dilectio*, ibidem vers. 10. loquitur autem de proximi dilectione. Et ad Galat. 5. 14. *Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum, sicut teipsũ*, & ad Gal. 6. 2. *alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Simile quiddam est apud Tobiam cap. 4. 16. *quæ ab alio oderis tibi, vide ne in aliquando alteri facias.* Merito philosophi hoc primum naturæ, & moralis philosophiæ principium esse putauerunt. Lego in Romanorum historiis Alexandrum Seuerum Imperatorem, qui animo ad Christianam religionem propensus fuisse creditur, solitum dicere, ideo Christianos tibi placere, quod, quæ tibi fieri vellent, aliis id ipsi facerent. Non dixisse fortasse, si nostra vix set ætas; neque mores nostros, sed legem laudare potuisset.

13. *Intrate per angustam portam.*] Illiipsi auctores, quos superiore versu nominauimus, varie illa cum præcedentibus nectunt. Videat qui voler. Me enim tam piger in re non magnopere necessaria tot opinionibus recitandis immorari. Ego hæc postilla, quæ capite quinto de beatitudinibus tradita sunt, dicta esse suspicor. Ea enim angusta est porta: aut certe non concionando: sed cum à quodam admirante præceptorum ipsius severitatem interrogatus fuisset Christus, *Domine si pauci sunt, qui saluantur*, respondens dixit, *contendite intrare per angustam portam*: sic enim Lucas narrat. c. 13. 23. 24. qui in recensendis Christi sententiis nobis ordinis seruare solet. Quærunt Chrysostomus & Euthymius, quo modo præceptorum suorum viam arctam & portam angustam esse dicat, cum capit. vndecimo verset. tricesimo, iugum suum suaue esse docerat, & onus suum leue. Caluinista facile ista conciliabunt, qui suaue & leue importabile, & vt, ipsorum etiam vtar verbo, impossibile interpretantur. Sed nos, qui tam subtiles non sumus artifices, scripturas interpretandi, aliã quærere debemus explicationem. Respondet igitur Chrysostomus, & Euthymius iugum Christi durum esse carnalibus & terrena quærentibus. suaue & leue spiritualibus, & prospicientibus in futura. *Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, Rom. 9. 18. *Et quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2. Corinth. 4. 17. Sic Diuus Paulus illa, quæ veteres illi sancti perpessi sunt, gladios, ignes, & cætera quæ narrat eiusmodi, quamuis per se grauia, leuia tamen illis fuisse dicit, quia *aspiciebant*, inquit, *in remunerationem* Heb. 11. 26. Sic ipsemet cum plus cæteris Apostolis laborasset, *in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* 2. Cor. 11. 23. omnia tamen propter Christum leuissima duxit, quia, quæ retro erant oblitus, in anteriora sese extendebat Philipp. 3. 13. Angustam ergo Christus portam, & arctam viam vocat, partim quia natura sua difficilior virtutis quam vitii via est: illa enim ardua, hæc prona, illa vna, hæc multiplex: illa vix vllis & notabilibus, hæc multis

Propter quid Deum quærig. &c. propter. de malo c. 2.

Mandata Dei non impossibilia.

Ieb. 27. 18. & 25. 5.

Cur non sit per angustam quia à Deo petimus.

Hesiod. ἴχνεσι δ' ἴχνος ἐπιγνὺς multit & alte impressis calceata vestigiis, *ἴχνεσι δ' ἴχνος ἐπιγνὺς ἴδοιτο* pedum, dixit Græcus ille poeta; partim etiam, quia nostra eam segnities difficiliorem reddit. Nihil enim est, non conantibus facile.

14. *Quam angusta.*] Gr. *Τι στενὴ*, quoniam angusta est, vt suspicio esse possit in nostra versione pro. *quã*, quoniam esse legendum, aut quod quidam putant nostrum interpretem *ὅτι* pro *τὶ* legisse. Nautrum credo. Potius legisse *τίνος*, quemadmodum Euthymius & Theophylactus legunt, illud etiam monentes *τί* accipi pro *ὅτι quam*, vt noster vertit interpres. Est autem, vt ego quidem opinor, Hebraismus מה quod idem significat *τί* quid, &, *ὅτι* quam vt Psal. 8. 1. 10. *quam admirabile est nomen tuum* אדיר שמך & Psalm. 30 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine* ביחך & Psal. 83. 1. *Quam dilecta tabernacula tua Domine* מה ידידות Quæsti potest, an idem per angustam portam, & per arctam viam intelligatur. Ita Chrysostomus existimat. Sed vero similius mihi videtur esse, vt viam præcepta, portam præceptorum finem, id est, ingressum in regnum cœlorum intelligamus. Est enim porta finis viæ.

15. *Attendite à falsis prophetis.*] Quidam hæc referunt ad cap. 6. 1. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis*, quasi hypocritas illos, qui iustitiam suam coram hominibus faciunt, falsos nunc prophetas appellat, vt fugiendos esse doceat, Auctor imperfect. homilia decima nona maiore verborum, quam sententiæ similitudine in hanc opinionem inductus. Melius Augustinus libro secundo de sermone Domini, cum proximo copulat versu. Dixerat arctam esse viam, quæ ducit ad vitam; solemus autem, cum arcta & obscura via est, qui monstret, aut ducem, aut indicem præbeant, vestimentis ouium, quasi viatorum induti habitu.

A falsis prophetis.] Falsos prophetas non omnes hypocritas, vt nonnulli putant, sed falsos tantum Doctores, id est, omnes hæreticos intelligit, quos id eo prophetas vocat, quia prophetarum apud Iudæos officium fuit non tantum futura prædicere, sed etiam ex lege Dei populum docere, & salutis illi viam indicare. Agitur enim de arctavia monstranda. Quamquam & prophetas etiam veros possumus intelligere; veros inquam, qui vera prædicunt, qualis fuisse traditur Balaam: falsos tamen, quia nec à Deo missi sunt, & quia vera prædicendo falsa suadent. Nam vers. 22. de huiusmodi prophetis agitur, *multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus?* Qui venunt ad vos sponte sua, non missi à Deo, quales illi apud Ieremiam 23. 21. *Ipsi currebant, & ego non mittebam eos.*

In vestimentis ouium.] Sensus est facilis: vestimenta vocat quidquid extrinsecus apparet, verba, & opera, eleemosynas, omniaque officia charitatis, vt ait Auctor imperfecti homilia decimanona. Curautem dicat ouium, incertum, verum velit dicere eos habitu ouium venire, i. veras se oues esse fingentes, quo minus timeantur; quemadmodum lupum aliquando se ouina indutum pelle veram esse ouem simulasse traditum est fabulis, sine habitu pastorum, quod mihi magis placet: agitur enim de populo docendo, quod ecclesiastici pastoris officium est, & iolet Christus illos, qui docent, pastores appellare. *Pasce*, inquit, *oues meas.* Et, *Ego sum pastor bonus.* Ideo autem dicit in vestimentis ouium venire, quia solent pastores ouinis vestiri pellibus. Falsi propheræ sunt omnes hæretici, omnium vero maxime Caluinistæ. Primum quia non missi venerunt. Deinde quia ouina induti pelle; nihil enim in eorum erat ore, nisi Dominus, nisi Pater noster cœlestis, nisi Christus, nisi fides, ieramentum maudi-

Io. 21. 17. & 10. 14.

Caluinistæ falsi prophetæ.

A tum; nihil in eorum factis apparebat, nisi eleemosyne, nisi temperantia, nisi modestia. Quo habitu pastores ementiti magnam in grege Domini fecerunt stragem, fecissentque multo maiorem, nisi homines eos ex ipsorum tandem fructibus cognouissent, vidissentque istam nonnatiuam, sed appositiuam fuisse pellem.

17. *A fructibus eorum.*] Quia dixerat à falsis prophetis esse cauendum, necesse fuit tradere ad eos dignoscendos aliquod indicium. Certum tradere non potuit, quia magna esse solet eorum simulatio, & solus Deus humani scrutator est cordis: tradidit ergo probabile, quodque ad humanum ingenium accommodatum est, quod non potest, nisi ex fructibus homines noscere, & plerumque verum esse solet. A *fructibus*, inquit, *eorum cognoscetis eos.* Lucas capit. sexto vers. quadragesimotertio ad alium sensum, & alio loco dictum hoc fuisse, videtur significare. Coniungit enim eum illa sententia, quam ver. quinto Matthæus commemorauit. *Hypocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo & tũ videbis eiicere festucã de oculo fratris tui.* Quã est n. arbor bona, quæ facit fructus malos: quasi sensus sit, hypocrita, quid vis arborem te bonam simulare, cum facias fructus malos? quantum cumque enim malitiam tuam dissimules, ex fructibus cognoscetris, quia non est arbor bona, quæ facit fructus malos. & omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Quo etiam sensu Matthæus capite duodecimo vers. trigesimo tertio eandem à Christo similitudinem vsurpatam scribit, *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum, ex fructu enim arbor cognoscitur:* quasi dicat, ii vultis boni videri, ne simulatis bona, sed facite. Simulario folia sunt, opera fructus, non ex foliis, sed ex fructibus arbor cognoscitur. Quare manifestum est, Christum non semel hac simulitudine vsum fuisse. Itaque Lucas aut non eandem, quam hic Matthæus, recitat, aut dictorum ordinẽ, connexionemque non seruat. Nam apud Matthæum quidem tam apte adhæret proximæ sententiæ, vt duelli ab ea non possit, nisi altera, aut vtraque rumpatur. Videndum nunc, quid arborem, quid fructus appellet. Tertullianus libro primo contra Marcionem fidem putat arborem appellari. Quod eatenus bene conuenit, quia de dignoscenda vera & falsa agitur fide. Augustinus vero in Enchirid. cap. 15. & libro 1. contra Iulianum cap. 3. & Beda in hunc locum arborem humanam voluntatem, terram hominem inquam. Nam, vt ex eadem terra bona & mala arbor nasci potest, ex eadem autem arbore bonus & malus fructus nasci non potest; sed bonus ex bona, malus ex mala, sic ex eodem homine nunc bona, nunc mala volũtas, g. ingi põt ex eadẽ aũt voluntate bona & mala opera proficisci nõ possunt. Impulit in hanc sententiam Augustinum studium Manichæos refutandi. Timuit enim, ne si diceret hominem arborem esse, quemadmodum dicebant Manichæi, primum eorum loqui more, deinde eorum errorem confirmare videretur, alios esse homines natura bonos, qui male; alios natura malos, qui bene agere non possent. Has duas, alteram Tertulliani, alteram Augustini sententias illud refellit, quod versiculo decimo nono sequitur, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Non enim fides aut voluntas mala, sed homo malus est, qui mittitur in ignẽ. Idem Aug. li. 1. de gratia Christi c. 18, & 19. Auct. imperfect. homil. 19. Chrysostom. homil. 24. Theophylactus & Lyranus, hominem bonam habentem voluntatem arborem bonam, malam habentem malam esse dicunt. Quorum sententia per se vera huic loco conueniret, si non de vera fide, sed bona volũtate cognoscẽda ageretur; at de fide agit. *Cauete*, inquit, *à falsis prophetis.* Arborẽ ergo hominẽ bonam aut malã fidem habentem appellat: arborẽ quidem

B

C

D

E

quidem bonam, si bonam: malam, si malam fidem habet. Obiici potest, sæpe qui bonam habet fidem, malos fructus facere, id est male viuere. Non nego, & qui negant, hæreticos puto: sed Christus non dicit, quid aliquando: sed quid plerumque: neque quid hominum peruersitate, sed quid natura fidei soleat accidere. Fides autem natura sua neque mala bonos, neque bona malos generat fructus. Fructus vero nostri temporis hæretici non solum opera, sed etiam doctrinam intelligunt: ita, vt opinor, doctrina confidentes sua, vt ex ea fidem probari velint: nihil enim nisi purum, &, vt ipsi solent dicere putum, vt ego, putidum verbum Dei docent: sic Ioannem admonere, ne omni spiritui credamus, sed vt probemus spiritus vtrum ex Deo sint 1. Ioan. 4. 1. Athic de fide, id est de ipsa falsorum prophetarum doctrina cognoscenda agitur: & absurdum dictu est, doctrinam ex doctrina probari. Omnes igitur veteres auctores per fructus opera intelligunt, quæ doctrinam natura sua malam mala, bonam bona consequuntur.

18. *Non potest.*] Quia videtur his verbis experientia quotidiana repugnare, dum multos ex malis bonos, aut ex bonis malos fieri videmus, multæ quæstiones sunt in hunc locum interpretationes. Quidam sic exposuerũt, arborẽ bonam dum bona est, non posse malos, & arborem malam, dũ est mala, non posse bonos fructus facere, vt Augustinus, Chrysostom. Auctor imperfecti, & Beda in is locis, quos paulo ante notauimus. Alii viderunt non satis hac ratione veritati, experientiæque satis fieri. Nam etsi bona arbor, id est homo iustus, manens bona non posset malos fructus facere: tamen mala manens mala bonos aliquos fructus facere potest. Nec enim sequenda illa opinio est, quam Tridentinum Concilium nuper merito damnauit, omnia peccatorũ, aut etiam infidelium opera esse peccata, quamuis maximũ auctorem D. Augustinum libro quarto cõtra Iulianum cap. tertio, & lib. tertio contra duas epistolas Pelagiani. cap. quinto & Prosperũ senten. 106. habuisse videatur, & ex Catholicis aliquando Theologis suos habuerit defensores: ideoq; dixerũt non posse arborẽ bonam, quatenus bona est, malos; nec arborẽ malam quatenus mala est, bonos fructus facere. q. & ego aliquando approbaui ac docui. Sed postea animaduerti non posse hac ratione arborem bonam; malamque cognosci, quod hic in primis agitur. Quomodo ergo non potest arbor bona malos; neque mala bonos fructus facere? Ego quid sentiam, priuatim dicam; quid probabilius sit, doctioribus iudicandum relinquam. Non solum arbor mala potest aliquos bonos; sed & arbor bona & manens bona potest aliquos malos fructus facere. Arbor enim bona hoc loco, vt ante probauimus, non est vir bonus, sed vir fidelis, id est, non qui bonam voluntatem; sed qui veram fidem habet: posse autem, qui bonam habet fidem mala habere opera, non est huius loci probare; sed & experientia, & ipsa de se fides docet. Non ergo dicitur arbor bona malos; aut mala bonos fructus facere non posse: quod omnino non possit; sed quod natura sua non possit; & quod non semper bona malos; aut mala bonos facere soleat; sicut cap. 12. 34. cum paulo ante Christus dixisset, *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut arborem malam & fructum eius malum*: addidit; *quomodo potestis bona loqui cum sitis mali?* Non enim significat omnino non posse. Nam Scribæ & Pharisæi, de quibus dicit cap. 23. 2. 3. *super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi omnia ergo, quæcunque dixerint vobis facite: secundum autem opera eorum nolite facere*: certe mali erant, quia mala faciebant: & bona loquebantur, quia quæ dicebant facienda erant: sed tantum significat contra naturam fieri, & fieri non solere. Natura enim sua *ex abundantia cordis os loquitur*, Matthæi 12. 34. &, *bonus homo de bono thesauro*

A

B

C

D

E

proferre bona, vers. 35. Obiiciẽt aliquis: si & bona arbor malos, & mala bonos fructus facere potest, quomodo docemur ex fructibus arborem dignoscere? Obiicium & ego idem, si Pharisæi, cum malos fructus facerent, bona tamen arbor, id est, non falsi prophetæ, sed veri Doctores erant, quomodo ex fructibus cognosci potuerunt? Nam si auditores hanc Christi secuti regulam ex eorum moribus de doctrina iudicassent: tanquam falsam reiecissent. Ego respondeo Christum hoc loco non certum indicium; sed probabile tantum signum tradere voluisse; docere que non posse falsos prophetas, qui simulatione sanctitatis falsam doctrinam probant, dio se ita ouina pelle tegere, quin aliquando qui sub ea latet lupus, appareat. Non enim potest diu simulatio veritatem imitari. Hoc in Caluinistis sumus experti; agni nati sunt, lupi moriuntur. Mirum quã multi errores ex hac bona & mala arbore nati sunt. Primum ille absurdissimus Manichæorum, alios homines natura bonos, qui nunquam mali; alios natura malos esse, qui nunquam boni esse possint, quem Hieronymus in commentariis ad hunc locum, & Augustinus libro primo contra Iulianum capite tertio, & in disputatione secunda contra Fortunatum, & libri primi contra aduersar. leg. & prophet. capite vigesimo secundo, multis sacrarum literarum exemplis refutarunt. Deinde ille Pelagianorum, qui ideo peccatum tollebant originale, quod dicerent coniugium, quæ bona vtique arbor est, nõ posse malos fructus facere; id est, peccatum originale generare, vt scribit Augustinus libro secundo de nuptiis & concup. cap. vigesimo sexto, & ille alter eorundem, liberum arbitrium quasi radicem quandam in nobis esse, quę possit ipsa per se, aut arborem bonam, id est bonam voluntatem, aut arborem malam, id est, malam voluntatem generare. Auctor Augustinus libro primo de gratia Christi cap. decimo octauo. Quartus quorundam etiam ex Pelagianis, quanquam Donatistarum potius hæresi conueniebat; neque bonum facere dotem male, neq; malum bene baptizare posse, sed similem esse baptizatori baptismum, quia non potest arbor bona malos, neq; mala bonos fructus facere, vt refert Augustinus lib. tertio contra Iit. Petiliani cap. quadragesimoquarto. Noluerunt minus ingeniosi videri Caluinistæ: nam & ipsi hinc cum Manichæis liberum tollunt arbitrium. Hoc etiam subtilius, quod illi in vtramque partem; hi in bonum, non in malum tollunt: non videntes homines errore suo execi non solum malam arborem bonos: sed nec bonam malos fructus facere posse. Itaque si ad bonum, cum malí sumus, liberum propterea non habemus arbitrium: quia mala sumus arbor, & non potest arbor mala bonos fructus facere: neq; ad malum, cum simus boni, liberum possumus arbitrium habere. quia bona sumus arbor, & non potest arbor bona malos fructus facere: neque illud cõsideratæ, quod idem Christus dicit c. 12. 34. *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum*: qui, si in nostra vtique sit potestate vel bonam, vel malam arborem facere. Nec ergo tantum hinc colligitur, quantum Pelagiani: nec tam parum, quã Caluinistæ colligi volunt. Nam non solum in malum: sed etiam in bonum liberum habemus arbitrium, contra quam Caluinistæ: & non æqualiter in vtrumque, sed in malum satis forte, in bonum, nisi Dei gratia adiuuetur: in firmum, contra quam Pelagiani sentiebant. Alterum hinc Caluiniani non minus absurdum errorem hauserunt: non posse operibus hominem iustificari: sed iustum declarari, atque cognosci, quia non fit arbor bona, quia facit fructus bonos: sed quia bona est, bonos fructus facit. Nam vt arborem fructu, ita bonam arborem bono fructu priorem esse necesse est. Nec arbor bona ex fructu bono, bona fit: sed bona esse cognoscitur.

Caluinistæ agni nati lupi moriuntur.

Contra Caluinistas hominem arbitrium tollentes.

Contra Caluinistas imputatiuam iustitiam.

H

scitur. Valde sibi illi, cum hoc dicunt, placere solent valde ego, cum audio, ridere soleo: & argumentum in illos, qui irrito conatu conferunt impetu, efficaci retorquere. Si iustis operibus non efficimur iusti, sed declaramur, quia arbor bona fit ex fructu bono bona, sed bona esse cognoscitur; ergo iniustis operibus non efficimur iniusti, qui arbor mala non fit ex fructu malo mala, sed mala esse cognoscitur. Ita efficitur istorum argumentatione Adamum, qui bona à Deo arbor factus erat, peccare non potuisse, quia non potuit arbor bona malos fructus facere: & si peccauit, non fuisse tamen iniuste agendo factum iniustum: quia arbor ex malo fructu mala esse cognosci potest, mala fieri non potest. Ita homines improuide foederunt ante faciem nostram foueam, & inciderunt in eam. Nec intelligunt imperiti, quod in nostris scholis etiam pueri docent, quid inter naturales & morales causas intersit. Naturales enim non ex bono vel malo effectu bonæ, vel malæ fiunt: sed quia bonæ vel malæ sunt, bonum vel malum effectum habent. Morales vero non solum, quia bonæ, vel malæ sunt, bene vel male agunt: sed etiam, quia bene, vel male agunt, bonæ vel malæ fiunt. Nec enim tantum, quia temperantes sumus, viuimus temperanter; sed etiam temperanter viuendo, temperantes efficimur. Arbor causa naturalis est, propterea nec ex bono fructu bona, nec ex malo mala fit: sed quia bona vel mala est, bonum vel malum gignit fructum: homo moralis, propterea non solum, quia bonus vel malus est, bene vel male agit, sed etiam quia bene vel male agit, bonus vel malus fit. Neque requirendum est, vt omnibus in rebus arboris similitudo homini conueniat, sed in ea tantum, qua de agebatur, & arborem ex fructu; & hominem ex moribus indicari.

Naturalis & moralium causarum discrimen.

21. *Non omnis, qui dicit mihi.*] Quidam hæc omnibus à Christo dicta fuisse putant, quia Lucas capite sexto versiculo quadragesimo sexto post illa verba, *Hypocrita eijce prius trabem de oculo tuo; & tunc eijcies arborem bonam, quæ facit fructum malum, &c., bonus homo de bono thesauro profert bona. & malus homo de malo thesauro profert mala*, hæc adiungit, *quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis, quæ dico?* Melius Hilarius, & Hieronymus in commentariis & Auctor imperfecti homil. decima nona, & Augustinus libro secundo de serm. Dominus soles falsos prophetas referri dicunt, quia & generalis sententia est, & in omnibus malis Christianis locum habet; tamen hic de A
B
C
D
E
falsis prophetis internoscendis agebatur, qui non ex verbis, quamuis nomen Domini semper in ore habeant, sed ex factis iudicandi sunt; quasi dicat nolite credere omnibus, qui dicunt mihi Domine, Domine; multi enim mihi dicent qui non intrabūt in regnum cælorum, quia falsi prophetæ sunt. Lucas ergo quid, non quibus, aut qua ratione Christus dixisset, commemorauit, & quia concionem narrabat, concionatorum more per secundam personam loquentem inducit, *quid vocatis me Domine, Domine?* Fieri etiam potest vt bis, aut sæpius diuersis personis & in diuersam sententiam idem dixerit, & Matthæus, quod de falsis prophetis, Lucas, quod de præsentibus auditoribus dixerat, recensuerit.

Domine, Domine.] Hanc repetitionem non solum ex linguæ Hebraicæ, vt quidam volunt, consuetudine dictam puto, vt illam apud Ieremiæ septimo versiculo quarto, *templum Domini, templum Domini*; sed multo magis ad significandam consuetudinem quasi dicat, non omnis, qui dicere solet, non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. Nam & apud Ieremiam geminatio illa *templum Domini, templum Domini*, frequentem loquendi apud Iudæos consuetudinem exprimit. Potest etiam hoc loco simulatum falsorum prophetarum in loquendo, vel orando affectum declarare. Solet enim vehemens affectus erumpentia verba geminare, vt infra capite vigesimo quinto, versiculo vndecimo. *Domine, Domine aperi nobis.* Quod autem dicunt falsi prophetæ, *Domine Domine*, plerique ad preces referunt; quod orantes Christum Dominum vocare soleant. Alii ad fidem, quasi fidem sit vocare Christum Dominum, & credere, velitque significare, non omnes qui fidem habent, saluos futuros, vt Hieronymus, Euthymius, & Theophylactus interpretantur. Alii ad verba, & consuetudinem eorum loquendi, quod de Christo ita loquantur, vt quasi in illum credant, Dominum appellent, vt Auctor imperfecti. Hoc probabilius. Iam enim docuimus agi hic de falsis prophetis, qui veram non habent, sed habere se simulant, fidem. Et quidē cum hæc scriberem, quidam ad me ex Caluinistis falsus propheta venit, qui nunquam aliter Christū inter loquendum, quam Christum Dominum nostrum appellabat, fecitque vt melius hunc locum intelligerem.

In *regnum cælorum.*] Multi hæreticorum interpretes errant existimantes Ecclesiam hoc loco regnum cælorum appellari; quasi dicat, non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, in mea Ecclesia censendus est, neque meus discipulus habendus. Multo prudentius omnes veteres auctores de hesta via in rem gendem potauerunt. Nam quamuis Ecclesia regnum aliquando cælorum appelletur; tamen cum dicitur, *intrare in regnum cælorum*, nunquam Ecclesia, sed vita semper beata significatur. Et hoc loco manifestum est agi de præmio, quod non in Ecclesia, sed in cælo datur; quasi dicat non itur ad cælum verbis, sed factis. Et ex versu sequenti de vltimo iudicio agi constat, cum alii in cœlum admittendi, alii ab eo excludendi sunt. *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus.*

Sed qui facit voluntatem patris mei.] Videtur dicere debuisse, sed qui facit voluntatem meam; ipsum enim non patrem Dominum appellabant, & eius voluntatem facere debebant, quem dominum suum confitebantur, sicut dicit apud Lucam capite sexto, versiculo quadragesimo sexto, *quid vocatis me Domine Domine, & non facitis, quæ dico?* Respondent Chrysostomus & Theophylactus hinc colligi eandē esse patris, & filii voluntatem, cum filius, vbi suam dicere debuit, pro sua patris sui dixerit voluntatem. At si eadem erat vtriusque, cur patris potius, quam suam dixit? Respondent, quod id auditoribus gratius futurum esset; & minus sibi conflaturum inuidiæ. Aliam ego rationem adiungo, quod patri vbique legislatoris personam tribuat; ipse vero se quasi eius legatum, gerat; ideoque sele in ijs numeret, qui patris sui voluntatem faciunt, vt capite 26 42. Ioan. 4. vers. 34. & 5. 30. & 6. vers. 38. propterea semper solet dicere voluntatem patris mei, non meam, vt infra. capite duodecimo, versiculo quinquagesimo.

22. *In illa die.*] terribili, & celeberrima; hanc enim vim habet pronomen demonstrativum *illa*, quasi die non aliis simili, sed certa, & singulari, & futuri iudicii fama, metuque infigni sermo fit. vt infra c. 24. vers. 36 & Mar. 13. vers. 32. vers. 24. 1. ad Thessalonic. 5. 42 ad Timoth. 1. 12. 18 & 4. vers. 8. Nominat autem illam diem, quia *in igne revelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit igni probabit*, 1. Cor. 3 13. & quia tum *illuminabuntur abscondita tenebrarum, & manifestabuntur consilia cordium*, 1. Cor. 4 5. *Caluinista.*

Prophetauimus.] Inepte Caluinus interpretatur, *prædicauimus*, id est docuimus. Nam vt dixi aliquando hoc verbum significare, sicut versiculo decimo quinto falsos doctores, falsos prophetas appellauit, tamen debuit animaduertere hic falsos illos prophetas allegare miracula, *nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* *prædicauimus.*

fecimus? Prophetare igitur non est docere, sed futura prædicere. Hoc enim miraculum est, illud non est. Atque hanc vim habet illud, *In nomine tuo*, id est, virtute tua. Non enim in nomine Christi, sed Christum docere dicimur: prophetare autem non Christum, sed in nomine Christi.

Virtutes multas.] Miracula multiplicis generis, aut sæpe. Quod enim ante per partes, & distributè dixerat, nunc in genere concludit, quemadmodum si diceret, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & alia multa fecimus miracula? Exiſtit ex hoc loco de miraculis quæstio, num etiam per malos fieri possint. Illud certum, cum duo miraculorum alia vera, alia falsa, genera sint, falsa etiam per malos fieri posse. Nam Antichristum falsa editurum esse prodigia testatur secundæ Thessalonicensium secundo versiculo nono Diuus Paulus. Et Magos illos Pharaonis, quamuis verane an falsa miracula fecerint, disputetur, tamen manifestum est, saltem falsa fecisse. De veris igitur, an per malos fieri possint, quæstio est. Hic etiam adhibenda distinctio. Nam vera miracula per malos, aut cum mali sunt, aut antequam incipiant, aut postquam desinunt malī esse, fieri possunt. Ante, vel post fieri posse dubium non est. Nam Saulem ante quam malus fieret, cum filius vnius anni esset, prophetasse legimus primo Regum decimo versu decimo & vndecimo, & Matthæus publicanus noster, postea quam publicanus, id est publicus peccator esse desiit; multa, vt cæteri Apostoli, fecit miracula. De iis, qui mali sunt; quamdiu mali sunt, magis est dubium. Alia rursus adhibenda distinctio. Nam aut de malis, sed fidelibus; aut de malis, & infidelibus quæri potest. De malis, qui fidem habent, scriptura docet vera eos miracula fecisse. Prophetauit enim Caiphas homo iniquus, quia Pontifex erat anni illius. Fecit Iudas miracula, dum in Christum credebat; nam & potestatem eum aliis Apostolis accepit Matth. 10. 1. & cum aliis gloriatus est, quod sibi dæmonia subiicerentur Luc. 10. 17 & tamen fur erat, & loculos habebat, Ioannis duodecimo vers. sexto. Saul postquam abeo Dominus discesserat in cuneo prophetarum medius, vt cæteri prophetauit 1. Reg. 19. 24. De iis, qui fidem non habent, propterea quod miracula fide potissimum fiunt; non an faciant, quia id scriptura testatur: sed an vera faciant miracula, dubitari potest. Chrysost. ho. 25. Hieron. Euthym. & Theophylactus multis probant exemplis etiam per homines infideles vera miracula facta esse. Nam Balaam falsus aliquin, & infidelis propheta vera prædixit Numer. 24. 17. & ex hoc ipso loco facile colligitur, falsos illos prophetas, de quibus loquitur Christus, vera miracula facturos, vere prophetasse, vere dæmonia eiecisse; nec enim respondet Christus mentiri eos; sed se eos, quamuis ista fecerint, non nosse, & sententia postulat, vt Christus significet vera eos miracula fecturos; non enim mirum esset, si illis, qui non vera; sed falsa miracula fecissent, responderet se non nosse eos, valde autem mirum, vtiis, qui vera fecerunt miracula, ita respondeat. Nec magnum esset, si moneret nos; ne falsa facientibus miracula crederemus; magnum omnino, & admirabile, quod moneat, ne falsis phophetis credamus vera etiam miracula facientibus; nec ex solis miraculis, sed etiam ex fructibus, id est, ex moribus ipsorum veros falsosque prophetas discernamus. Nullum ergo, dicet aliquis, ad probandam veram doctrinam ex veris miracuis argumentum sumi potest. Non sequitur omnino nullum, sed non omnino necessarium sumi posse. Scimus enim Christum ad confirmandam doctrinam suam potestatem faciendi miracula Apostolis tradidisse. Scimus vim miraculorum tum pene terrarū orbem ad fidem fuisse pertractū. Quod qui negant, vt disputat aduersus Gentiles Augustinus, malus ipsi miracula tollendo miraculum faciunt. Incredibilius enim miraculum est totum orbem terræ, id est, tot Philosophos, tot sapientes viros, tam paucis Apostolis, tam imperitis, tam incredibilia humanæ rationi prædicentibus, sine vllis miraculis credidisse, quam illa ipsa miracula, quę per eos facta narrantur. Probabile igitur fidei argumentum est, quod ex miraculis sumitur, quis per fidem sæpe, sine fide raro admodum fieri solent. Et cum fiunt, non ad probandam eorum, qui faciunt; sed eorum, qui veram fidem habent, fieri solent. Nec enim Balaam futura prædicendo suam ipsius; sed populi potius Dei, aduersus quem conductus fuerat, fidem confirmauit: & fere omnia miracula, quæ per hæreticos facta fuisse legimus, quæ pacatissima sunt, huiusmodi esse conitat: qualia ea, quæ in ecclesiasticis historiis, & apud Anastasium in quæstionibus scripturæ recensentur. Est etiam argumentum à miraculis ductum: si non omni, vna saltem, aut duabus etiam ex partibus necessarium. Nam etsi non necessario sequitur, eum qui miracula facit, veram habere fidem: tamen necessario sequitur, eam, in qua frequentia, & quasi ordinaria miracula fiant, veram esse Ecclesiam: quia etsi aliquando Deus per priuatos extra Ecclesiam suam homines miracula fieri permittat, sicut & per asinam fecit Balaam, quæ in Ecclesia certe non erat: tamen nulli generaliter hominum societati, nisi Ecclesiæ suæ ordinariam faciendi miracula concessit potestatem. Magis etiam necessarium est, quod altera ex parte per negationem ducitur, in qua miracula nulla fiant, eam veram Ecclesiam esse non posse, quia scimus Christum Ecclesiæ suæ potestatem ad faciendā miracula dedisse, itaque recte hinc probare possumus Caluinistarum, Lutheranorum, Anabaptistarum, & cæterarum eorum, qui hodie regnāt, hæreticorum congregationes non veras Ecclesias, sed synagogas esse Satanæ, quia in nulla earum vllum vnquam miraculum visum est. Obiicitur hoc loco Hieronymus & Augustinus neminem posse dicere *Iesu, nisi in Spiritu sancto*, primæ Cor. duodecimo versu tertio. Quomodo ergo possunt non solum dicere *Domine, Domine*, sed etiam nomine Christi miracula facere, qui Spiritum sanctum non habent? Respondent dicere Iesus eo in loco non significare verbis dicere: sed facinando est, Christum non solum fide confiteri, sed moribus etiam exprimere, quod manifestum est neminem sine Spiritu sancto facere posse.

Miracula an per malos fieri possint & quomodo.

Quomodo per miracula fidelis confirmetur & vera Ecclesia probatur.

Hæreticorum fere omnium miracula.

23. *Et tunc.*] In illa die, de qua dixerat versu præcedenti, coram omnibus hominibus, quando reuelabuntur abscondita tenebrarum, quasi dicat vsque ad illam diem patiar, ac dissimulabo: & quasi paleas granis in area mixtas relinquam: tunc discernam, tunc ventilabo, Hieronymus, Auctor imperfecti, & Beda.

Confitebor.] Auctor imperfecti homilia decima nona pro *confitebor, vere confitebor*, videtur legisse *iurabo*, quod bene admodum congruit. Iurare autem intelligit dicere, *Amen, Amen dico vobis, nescio vos*, vt capite vigesimo quinto vers. duodecimo. Alii interpretantur, *confitebor*, id est, publice profitebor me eos non nosse, vt Hieronymus, videtur autem simulatæ eorum confessioni veram suam confessionem opponere, quasi dicat illi me coram hominibus ficte confessi sunt, ego eos coram patre meo vere confitebor, sed me eos minime cognoscere, sicut è contrario de iis, qui vere eum, sincereque confitētur, dicit capite decimo ver. trigesimo secundo. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.*

Nunquam noui vos.] Theophylactus nec tum quidē cū miracula faceretis. Omnes veteres auctores obseruauerunt, inprimisque Origenes in c. 8. ad Rom. cognoscēdi verbū hoc loco, aliisque similibus non

cognitionem, sed affectum approbationemque significare, vt *ego cognosco oues meas* Ioan. 10. 14 &, *Cognouit Dominus qui sunt eius.* 2. Tim. 2. 19. & *nescio vos.* Matth. 25. 12 & Luc. 13. 25. Omnes enim Deus cognoscit, sed non omnes pro suis approbat. Sensus ergo multiplex huius loci esse potest, aut *nunquam noui vos*, id est, nunquam vos pro meis habui, nunquã in prædestinatorum numero posui, aut, nunquam pro vera habui Prophetis, quales vos esse simulabatis, quod videtur ad hunc locum, vbi de dignoscendis falsis Prophetis agitur, magis accommodatum.

24. *Omnis ergo.*] Disputauerat proprie de falsis Prophetis, concludit generaliter de omnibus hominibus.

Quia audit verba hæc.] Quidam ad ea referunt, quæ supra tribus capitibus dicta sunt, vt Auctor imperf. Certius est generaliter de omnibus Christi verbis intelligere, itaque interpretor *verba hæc*, id est, huiusmodi, hæc & similia autem hæc, id est mea, quia illa, quæ ante dixerat, ipsius erant verba. & solet ex vno aliquando inuiduo totum genus significari.

Qui ædificat.] Ædificare est in Christum credere 1. Cor. 3. 10. Huius ædificii duplex esse dicit fundamentum, arenam, & petram. Arenam vocat solam fidem operibus vacuam, ver. 26. *& omnis qui audit verba hæc & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam.* Petram vocat bona opera vers. 24. *Omnis ergo, qui audit verba hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram.* Vnde duo contra duos Calumniatorum errores colliguntur. Alterum, solam fidem ad salutem non satis esse; alterum, bona opera, quæ adiuncta sunt fidei non solum iustificare, & ad salutem plurimum valere, sed firmissimum etiam salutis nostræ esse fundamentum. Neque huic sententiæ illa contraria est 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Multi enim in eodem fundamento lapides sunt, summus & primus solus est Christus, & præter illud fundamentum aliud nemo potest ponere. Super illum autem alia etiam sunt, quæ eo nituntur fundamento; nam & Apostoli & Prophetæ fundæ entum appellantur, sed *ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Ephes. 2. 20 & Apoc. 21 14. Sic etiam fides & opera duo sunt fundamenta, vtrumque primo ac firmissimo fundamento nititur Christo. Sed sola fides arena super petram posita est, quæ quamuis stante, quamuis inconcussa petra facile per se ipsa dilabitur, & quidquid superædificatum est, in ruinam trahit; opera petra super petram, quæ nulla pluuia, nullo vento, nullius impetu fluminis labefactatur. Pluuiam autem, ventum & flumen, nonnulli ita distinguunt, quasi tribus rebus tres res aliæ significentur. Probabilius Christum tribus rebus, quibus potissimum ædificia labefactari solent eandem diem iudicii, quasi terribilem quandam tempestatem describere voluisse vt Psal. 49. 3. *Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit: ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Docet ergo Christus eos, qui bona habuerint opera, firmi ierin iudicio, staturos esse; alios quantumcunque fidem habuerint, casuros. Non enim resurgent in pii in iudicio, Hebræ אין קימין non stabunt, sicut orator ille Latinus loquitur, cum in scena pulcherrime flaremus.

De iustificatione contra Calumniat.

Cæt. ap. Gel.

CAPVT VIII.

Mat. 1. d. 40. Luc. 6. c. 12. Leuit. 14. a. 2. Luc. 7. a. 1. Luc. 7. a. 5.

CVM autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: 2. & ecce leprosus veniens: adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 3. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. 4. Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. 5. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, 6. & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. 7. Et ait illi Iesus: Ego veniã, & curabo eum. 8. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus. 9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alii: Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. 10. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: 12. filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. 13. & dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. 14. Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem: 15. & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. 16. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos demonia habentes: & eiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit: 17. vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem: ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit. 18. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. 19. Et accedens vnus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris. 20. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 21. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. 22. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 23. Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. 24. & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. 25. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine saluos nos fac, perimus. 26. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. 27. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? 28. Et cum venissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. 29. Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi, Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. 31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. 33. Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant. 34. Et ecce tota ciuitas exiit obuiã Iesu: & viso eo rogabant, vt transiret à finibus eorum.

Mat. 3. d. 38. Isa. 53. a. 4. 1. Pet. 2. d. 24.

Luc. 9. g. 54. Mar. 4. d. 36. Luc. 8. d. 22.

Mat. 5. a. 1. Luc. 8. d. 26. Mar. 5. a. 11. Luc. 8. d. 32. Mar. 5. b. 17. Luc. 8. c. 37.

CVM

CAPVT II.

CVm autem descendisset.] Hier. Chrysost. hom. 26. Auctor imperfecti 21. ita hoc interpretantur, quasi omnia, quæ tribus superioribus capitibus dicta sunt, in monte à Christo tradita fuerint. Id non ita esse cap. 6. 1. probauimus. Dicunt ergo Matthæus, *cum descendisset de monte*, non quod omnia superiora in monte dixisset, sed quod cum cap. 5. 1. scripsisset, eum, vt turbam hominum fugeret, in montem ascendisse, ibique ad Apostolos concionem habuisse: eiusq; concionis occasione alias quoq; eius concionesresciasse, volens nunc exponere, quid postea sequentibus iterum fecisset turbis, necesse habuit dicere eum de monte descendisse. Nec enim eum turbæ, nisi in campo, sequi potuerant. Dicet aliquis cur tum cap. 6. & 7. eas conciones retulit, quas ad easdem turbas Christus habuerat, non dixit Euangelista de monte descendisse, neque turbas eum secutas esse. Respondeo non fuisse necessarium dicere eum de monte descendisse, nisi vt redderetur causa, cur eum turbæ secutæ essent, nec dicere turbas eum concionantẽ secutas esse, quia non referebat quos auditores, aut doctrinæ suæ testes, eum concionaretur, habuisset: Referebat autem scire, quot habuisset miraculorum suorum testes, ne quis supprimere, aut obscurare vellet. Propterea eum Euangelista, postea quam de eius epistet doctrina, cuius etiam, vt ait Hieronymus, facta narrare vellet, dixit, *secutæ sunt eum turbæ.* Qua in re alium Matthæus, quam exteri Euangelistæ secutus est ordinem. Nam alii prius Christi miracula, quam doctrinam exposuerunt, quasi ex miraculis, ductrinam factum fidem.

Volo, mundare. Respondet isidem duobus verbis quibus leprosus visus fuerat, vt eius fidem esse eu confirmet, Ambrosius libr. 5. in Lucam, Chrysostomus homilia 17. ex variis locis Matth.

Mundare. Non esse infinitum, sed imperandi modum, Hieronymus & Chrysostomus monuerunt. Quod Hieronymum hominem Latinum fecisse non miror, quia Latinum verbum vtrumque modi esse posset, Chrysostomum Græcum fecisse miror, cum Græcum verbum καθαρίζειν non nisi imperandi modi esse possit. Quæ res fecit, vt Iuspicer id Chrysostomi interpretem addidisse. Recte ex hoc loco veteres auctores Christi diuinitatem probauerint, quod quasi propria non aliena vsus potestate volendo, imperandoque curauerit. Iniustus in expositione fidei, Tertullianus libro quarto contra Marcionem, Athanasius in libro de communi essentia P. & F. & Spiritus sancti. Idacius Clarius libro tertio contra Varimadum, Ambrosius lib. quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta & quidam diuinitatem simul & humanitatem probauerunt, vt Tertullianus, Cyrillus, & Ambrosius cuius hæc verba sunt, *Volo ergo, dixit propter Photinum, impetat propter Arium, tangit propter Manichæum.*

Christi diuinitas.

Nemini dixeris.] Dignum est quæri, cur Christus tantum beneficium prædicare vetet, & quodammodo eum, qui accepit ingratum esse iubeat. Respondet Hilarius capite septimo, vt salus hæc non offerretur, sed quæreretur, id est, ne ideo hoc miraculum, quasi iussu Christi, iactari videretur, vt alii etiam ægroti ad quærendam venirent curationem, & fidei meritum amitterent, si non sponte, sed miraculo impulsi venirent, quam etiam rationem indicauit Ambrosius. Hieronymus ideo prohibuisse, quia necessarium non erat, vt sermone iactaret, quod toto corpore præferebat. Alii, ne gloriam suam quærere videretur, Ambrosius libro quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta, Beda, Euthymius, Theophylactus. Mihi sententia Auctoris imperfecti valde placet, non omnino vetuisse Christum, ne quid vnquam diceret: sed ne diceret, antequam se sacerdotibus ostenderet: ne si sacerdotes vulgata fama factum cognouissent, calumniarentur non esse mundatum, cuius mundities, sicut lex Leui, decima quarta præcipiebat, non esset ipsorum iudicio comprobata.

Quam ob rationem vetuerit Dominus narrari factum suum.

Orandi ratio singularis.

Cur Christus leprosum tetigerit.

3. *Et extendens Iesus manum.*] Quod opus erat extendere, præsertim ad tangendum leprosum, cuius contactus in veteri lege immundus habebatur? Notarunt ex hoc loco, & aliis similibus veteres auctores, in quibus Cyrillus Alexandrinus, ideo Christum contactu carnis suæ aliquos ægrotos curare voluisse, vt ostenderet etiam carnem suam propter consunctionem cum diuinitate vim salutiferam, & vitificam habere. Ambrosius libro quinto in Lucam aliam rationem affert, vt humanæ naturæ quam habebat, probaret veritatem. Alii, vt ostenderet se veteri lege non teneri, quæ lepram tangere prohibebat. Leuit. 14. vers. 46. sed tanquam legislatorem superiorem esse lege, Chrysostomus homilia vigesima sexta in Matth. & homil. octoginta septima ex variis locis Matthæi, Auctor imperfecti, hom. 21. idem quoque Ambrosius eodem loco, Euthymius & Theophylactus. Alii, vt ostenderet se esse non alium qui curauisset, cum ipse non alius tetigisset, quod apud D. Thomam ex Chrysostomo citatum lego. Alii, vt doceret legem, quæ lepræ contactum prohibebat, ne contingens contaminaretur, in se non habere locum, qui nec contaminari poterat, & leprosum non contaminandi, sed curandi causa tetigisset, vt Tertullianus ait lib. aduersus Marcionem 4. Eodem modo nunc Euangelica & Ecclesiastica lex intelligenda, qua cum haereticis agere prohibemur 2. Tim. 3. 5. & 2. Ioan. 10. Non enim prohibemur cum illis agere, vt eos conuertamus: sed ne nos ipsi perueramus, quamadmodum eorum, sicut caneer serpit. Ergo qui Christus est, qui nec peruerti potest, & conuertere potest, & Ecclesiæ doctores, qui Christi personam gerunt, hæreticos tangant, confiderantes tamen secum, ne & ipsi tententur: exteri quam longissime fugiant. Proxime vero Caluinistas, quorum & pernicies insinuat, & maxime contagiosus est morbus.

Volo, mundare.] Respondet isidem duobus verbis quibus leprosus visus fuerat, vt eius fidem esse eu confirmet, Ambrosius libr. 5. in Lucam, Chrysostomus homilia 17. ex variis locis Matth.

Mundare. Non esse infinitum, sed imperandi modum, Hieronymus & Chrysostomus monuerunt. Quod Hieronymum hominem Latinum fecisse non miror, quia Latinum verbum vtrumque modi esse posset, Chrysostomum Græcum fecisse miror, cum Græcum verbum καθαρίζειν non nisi imperandi modi esse possit. Quæ res fecit, vt Iuspicer id Chrysostomi interpretem addidisse. Recte ex hoc loco veteres auctores Christi diuinitatem probauerint, quod quasi propria non aliena vsus potestate volendo, imperandoque curauerit. Iniustus in expositione fidei, Tertullianus libro quarto contra Marcionem, Athanasius in libro de communi essentia P. & F. & Spiritus sancti. Idacius Clarius libro tertio contra Varimadum, Ambrosius lib. quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta & quidam diuinitatem simul & humanitatem probauerunt, vt Tertullianus, Cyrillus, & Ambrosius cuius hæc verba sunt, *Volo ergo, dixit propter Photinum, impetat propter Arium, tangit propter Manichæum.*

4. *Nemini dixeris.*] Dignum est quæri, cur Christus tantum beneficium prædicare vetet, & quodammodo eum, qui accepit ingratum esse iubeat. Respondet Hilarius capite septimo, vt salus hæc non offerretur, sed quæreretur, id est, ne ideo hoc miraculum, quasi iussu Christi, iactari videretur, vt alii etiam ægroti ad quærendam venirent curationem, & fidei meritum amitterent, si non sponte, sed miraculo impulsi venirent, quam etiam rationem indicauit Ambrosius. Hieronymus ideo prohibuisse, quia necessarium non erat, vt sermone iactaret, quod toto corpore præferebat. Alii, ne gloriam suam quærere videretur, Ambrosius libro quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta, Beda, Euthymius, Theophylactus. Mihi sententia Auctoris imperfecti valde placet, non omnino vetuisse Christum, ne quid vnquam diceret: sed ne diceret, antequam se sacerdotibus ostenderet: ne si sacerdotes vulgata fama factum cognouissent, calumniarentur non esse mundatum, cuius mundities, sicut lex Leui, decima quarta præcipiebat, non esset ipsorum iudicio comprobata.

cognitionem, sed affectum approbationemque significare, vt *ego cognosco oues meas* Ioan. 10. 14 &, *Cognouit Dominus qui sunt eius.* 2. Tim. 2. 19. & *nescio vos.* Matth. 25. 12 & Luc. 13. 25. Omnes enim Deus cognoscit, sed non omnes pro suis approbat. Sensus ergo multiplex huius loci esse potest, aut *nunquam noui vos*, id est, nunquam vos pro meis habui, nunquã in prædestinatorum numero posui, aut, nunquam pro vera habui Prophetis, quales vos esse simulabatis, quod videtur ad hunc locum, vbi de dignoscendis falsis Prophetis agitur, magis accommodatum.

24. *Omnis ergo.*] Disputauerat proprie de falsis Prophetis, concludit generaliter de omnibus hominibus.

Quia audit verba hæc.] Quidam ad ea referunt, quæ supra tribus capitibus dicta sunt, vt Auctor imperf. Certius est generaliter de omnibus Christi verbis intelligere, itaque interpretor *verba hæc*, id est, huiusmodi, hæc & similia autem hæc, id est mea, quia illa, quæ ante dixerat, ipsius erant verba. & solet ex vno aliquando inuiduo totum genus significari.

Qui ædificat.] Ædificare est in Christum credere 1. Cor. 3. 10. Huius ædificii duplex esse dicit fundamentum, arenam, & petram. Arenam vocat solam fidem operibus vacuam, ver. 26. *& omnis qui audit verba hæc & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam.* Petram vocat bona opera vers. 24. *Omnis ergo, qui audit verba hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram.* Vnde duo contra duos Calumniatorum errores colliguntur. Alterum, solam fidem ad salutem non satis esse; alterum, bona opera, quæ adiuncta sunt fidei non solum iustificare, & ad salutem plurimum valere, sed firmissimum etiam salutis nostræ esse fundamentum. Neque huic sententiæ illa contraria est 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Multi enim in eodem fundamento lapides sunt, summus & primus solus est Christus, & præter illud fundamentum aliud nemo potest ponere. Super illum autem alia etiam sunt, quæ eo nituntur fundamento; nam & Apostoli & Prophetæ fundæ entum appellantur, sed *ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Ephes. 2. 20 & Apoc. 21 14. Sic etiam fides & opera duo sunt fundamenta, vtrumque primo ac firmissimo fundamento nititur Christo. Sed sola fides arena super petram posita est, quæ quamuis stante, quamuis inconcussa petra facile per se ipsa dilabitur, & quidquid superædificatum est, in ruinam trahit; opera petra super petram, quæ nulla pluuia, nullo vento, nullius impetu fluminis labefactatur. Pluuiam autem, ventum & flumen, nonnulli ita distinguunt, quasi tribus rebus tres res aliæ significentur. Probabilius Christum tribus rebus, quibus potissimum ædificia labefactari solent eandem diem iudicii, quasi terribilem quandam tempestatem describere voluisse vt Psal. 49. 3. *Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit: ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Docet ergo Christus eos, qui bona habuerint opera, firmi ierin iudicio, staturos esse; alios quantumcunque fidem habuerint, casuros. Non enim resurgent in pii in iudicio, Hebræ אין קימין non stabunt, sicut orator ille Latinus loquitur, cum in scena pulcherrime flaremus.

De iustificatione contra Calumniat.

Cæt. ap. Gel.

CAPVT VIII.

Mat. 1. d. 40. Luc. 6. c. 12. Leuit. 14. a. 2. Luc. 7. a. 1. Luc. 7. a. 5.

CVM autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: 2. & ecce leprosus veniens: adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 3. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. 4. Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. 5. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum, 6. & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. 7. Et ait illi Iesus: Ego veniã, & curabo eum. 8. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus. 9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alii: Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. 10. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: 12. filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. 13. & dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. 14. Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem: 15. & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. 16. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos demonia habentes: & eiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit: 17. vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem: ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit. 18. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum. 19. Et accedens vnus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris. 20. Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 21. Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum. 22. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 23. Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. 24. & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. 25. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine saluos nos fac, perimus. 26. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. 27. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? 28. Et cum venissent trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. 29. Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi, Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. 31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. 33. Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant. 34. Et ecce tota ciuitas exiit obuiã Iesu: & viso eo rogabant, vt transiret à finibus eorum.

Mat. 3. d. 38. Isa. 53. a. 4. 1. Pet. 2. d. 24.

Luc. 9. g. 54. Mar. 4. d. 36. Luc. 8. d. 22.

Mat. 5. a. 1. Luc. 8. d. 26. Mar. 5. a. 11. Luc. 8. d. 32. Mar. 5. b. 17. Luc. 8. c. 37.

CVM

CAPVT II.

CVm autem descendisset.] Hier. Chrysost. hom. 26. Auctor imperfecti 21. ita hoc interpretantur, quasi omnia, quæ tribus superioribus capitibus dicta sunt, in monte à Christo tradita fuerint. Id non ita esse cap. 6. 1. probauimus. Dicunt ergo Matthæus, *cum descendisset de monte*, non quod omnia superiora in monte dixisset, sed quod cum cap. 5. 1. scripsisset, eum, vt turbam hominum fugeret, in montem ascendisse, ibique ad Apostolos concionem habuisse: eiusq; concionis occasione alias quoq; eius concionesresciasse, volens nunc exponere, quid postea sequentibus iterum fecisset turbis, necesse habuit dicere eum de monte descendisse. Nec enim eum turbæ, nisi in campo, sequi potuerant. Dicet aliquis cur tum cap. 6. & 7. eas conciones retulit, quas ad easdem turbas Christus habuerat, non dixit Euangelista de monte descendisse, neque turbas eum secutas esse. Respondeo non fuisse necessarium dicere eum de monte descendisse, nisi vt redderetur causa, cur eum turbæ secutæ essent, nec dicere turbas eum concionantẽ secutas esse, quia non referebat quos auditores, aut doctrinæ suæ testes, eum concionaretur, habuisset: Referebat autem scire, quot habuisset miraculorum suorum testes, ne quis supprimere, aut obscurare vellet. Propterea eum Euangelista, postea quam de eius epistet doctrina, cuius etiam, vt ait Hieronymus, facta narrare vellet, dixit, *secutæ sunt eum turbæ.* Qua in re alium Matthæus, quam exteri Euangelistæ secutus est ordinem. Nam alii prius Christi miracula, quam doctrinam exposuerunt, quasi ex miraculis, ductrinam factum fidem.

Volo, mundare. Respondet isidem duobus verbis quibus leprosus visus fuerat, vt eius fidem esse eu confirmet, Ambrosius libr. 5. in Lucam, Chrysostomus homilia 17. ex variis locis Matth.

Mundare. Non esse infinitum, sed imperandi modum, Hieronymus & Chrysostomus monuerunt. Quod Hieronymum hominem Latinum fecisse non miror, quia Latinum verbum vtrumque modi esse posset, Chrysostomum Græcum fecisse miror, cum Græcum verbum καθαρίζειν non nisi imperandi modi esse possit. Quæ res fecit, vt Iuspicer id Chrysostomi interpretem addidisse. Recte ex hoc loco veteres auctores Christi diuinitatem probauerint, quod quasi propria non aliena vsus potestate volendo, imperandoque curauerit. Iniustus in expositione fidei, Tertullianus libro quarto contra Marcionem, Athanasius in libro de communi essentia P. & F. & Spiritus sancti. Idacius Clarius libro tertio contra Varimadum, Ambrosius lib. quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta & quidam diuinitatem simul & humanitatem probauerunt, vt Tertullianus, Cyrillus, & Ambrosius cuius hæc verba sunt, *Volo ergo, dixit propter Photinum, impetat propter Arium, tangit propter Manichæum.*

Christi diuinitas.

Nemini dixeris.] Dignum est quæri, cur Christus tantum beneficium prædicare vetet, & quodammodo eum, qui accepit ingratum esse iubeat. Respondet Hilarius capite septimo, vt salus hæc non offerretur, sed quæreretur, id est, ne ideo hoc miraculum, quasi iussu Christi, iactari videretur, vt alii etiam ægroti ad quærendam venirent curationem, & fidei meritum amitterent, si non sponte, sed miraculo impulsi venirent, quam etiam rationem indicauit Ambrosius. Hieronymus ideo prohibuisse, quia necessarium non erat, vt sermone iactaret, quod toto corpore præferebat. Alii, ne gloriam suam quærere videretur, Ambrosius libro quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta, Beda, Euthymius, Theophylactus. Mihi sententia Auctoris imperfecti valde placet, non omnino vetuisse Christum, ne quid vnquam diceret: sed ne diceret, antequam se sacerdotibus ostenderet: ne si sacerdotes vulgata fama factum cognouissent, calumniarentur non esse mundatum, cuius mundities, sicut lex Leui, decima quarta præcipiebat, non esset ipsorum iudicio comprobata.

Quam ob rationem vetuerit Dominus narrari factum suum.

Orandi ratio singularis.

Cur Christus leprosum tetigerit.

3. *Et extendens Iesus manum.*] Quod opus erat extendere, præsertim ad tangendum leprosum, cuius contactus in veteri lege immundus habebatur? Notarunt ex hoc loco, & aliis similibus veteres auctores, in quibus Cyrillus Alexandrinus, ideo Christum contactu carnis suæ aliquos ægrotos curare voluisse, vt ostenderet etiam carnem suam propter consunctionem cum diuinitate vim salutiferam, & vitificam habere. Ambrosius libro quinto in Lucam aliam rationem affert, vt humanæ naturæ quam habebat, probaret veritatem. Alii, vt ostenderet se veteri lege non teneri, quæ lepram tangere prohibebat. Leuit. 14. vers. 46. sed tanquam legislatorem superiorem esse lege, Chrysostomus homilia vigesima sexta in Matth. & homil. octoginta septima ex variis locis Matthæi, Auctor imperfecti, hom. 21. idem quoque Ambrosius eodem loco, Euthymius & Theophylactus. Alii, vt ostenderet se esse non alium qui curauisset, cum ipse non alius tetigisset, quod apud D. Thomam ex Chrysostomo citatum lego. Alii, vt doceret legem, quæ lepræ contactum prohibebat, ne contingens contaminaretur, in se non habere locum, qui nec contaminari poterat, & leprosum non contaminandi, sed curandi causa tetigisset, vt Tertullianus ait lib. aduersus Marcionem 4. Eodem modo nunc Euangelica & Ecclesiastica lex intelligenda, qua cum haereticis agere prohibemur 2. Tim. 3. 5. & 2. Ioan. 10. Non enim prohibemur cum illis agere, vt eos conuertamus: sed ne nos ipsi perueramus, quamadmodum eorum, sicut caneer serpit. Ergo qui Christus est, qui nec peruerti potest, & conuertere potest, & Ecclesiæ doctores, qui Christi personam gerunt, hæreticos tangant, confiderantes tamen secum, ne & ipsi tententur: exteri quam longissime fugiant. Proxime vero Caluinistas, quorum & pernicies insinuat, & maxime contagiosus est morbus.

Volo, mundare.] Respondet isidem duobus verbis quibus leprosus visus fuerat, vt eius fidem esse eu confirmet, Ambrosius libr. 5. in Lucam, Chrysostomus homilia 17. ex variis locis Matth.

Mundare. Non esse infinitum, sed imperandi modum, Hieronymus & Chrysostomus monuerunt. Quod Hieronymum hominem Latinum fecisse non miror, quia Latinum verbum vtrumque modi esse posset, Chrysostomum Græcum fecisse miror, cum Græcum verbum καθαρίζειν non nisi imperandi modi esse possit. Quæ res fecit, vt Iuspicer id Chrysostomi interpretem addidisse. Recte ex hoc loco veteres auctores Christi diuinitatem probauerint, quod quasi propria non aliena vsus potestate volendo, imperandoque curauerit. Iniustus in expositione fidei, Tertullianus libro quarto contra Marcionem, Athanasius in libro de communi essentia P. & F. & Spiritus sancti. Idacius Clarius libro tertio contra Varimadum, Ambrosius lib. quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta & quidam diuinitatem simul & humanitatem probauerunt, vt Tertullianus, Cyrillus, & Ambrosius cuius hæc verba sunt, *Volo ergo, dixit propter Photinum, impetat propter Arium, tangit propter Manichæum.*

4. *Nemini dixeris.*] Dignum est quæri, cur Christus tantum beneficium prædicare vetet, & quodammodo eum, qui accepit ingratum esse iubeat. Respondet Hilarius capite septimo, vt salus hæc non offerretur, sed quæreretur, id est, ne ideo hoc miraculum, quasi iussu Christi, iactari videretur, vt alii etiam ægroti ad quærendam venirent curationem, & fidei meritum amitterent, si non sponte, sed miraculo impulsi venirent, quam etiam rationem indicauit Ambrosius. Hieronymus ideo prohibuisse, quia necessarium non erat, vt sermone iactaret, quod toto corpore præferebat. Alii, ne gloriam suam quærere videretur, Ambrosius libro quinto in Lucam, Chrysostomus homilia vigesima sexta, Beda, Euthymius, Theophylactus. Mihi sententia Auctoris imperfecti valde placet, non omnino vetuisse Christum, ne quid vnquam diceret: sed ne diceret, antequam se sacerdotibus ostenderet: ne si sacerdotes vulgata fama factum cognouissent, calumniarentur non esse mundatum, cuius mundities, sicut lex Leui, decima quarta præcipiebat, non esset ipsorum iudicio comprobata.

Propterea dicit statim *offende te sacerdoti*. Quod cur præceperit & inter interpretes disputatur. Pie igitur spondent ideo præcepisse, vt offerendo se legem seruare, vt Tertullianus lib. quarto contra Marcionem, Chrysostomus homilia vigesima sexta, Hieronymus & Euthymius. Alij, vt se sacerdoti non ostendisset, extra ciuitatem secundum legem manere cogeretur, nec accepto beneficio frueretur, quia curatis à lepra redire non licebat in ciuitatem, priusquam à summo sacerdote de eorum esset curatione iudicatum, Theophylactus. Alias præterea rationes duas Hieronymus affert; alteram, vt homi litatem suam doceret; alteram, quam & Beda probasse video, & ego omnium maxime probo, vt inexcusabiles esset sacerdotes, si in ipsum non credere-
B rent, cuius miracula probassent. Hoc enim est, quod statim adeat, *in testimonium illis*, quod, vt paulo post dicam, non solum ad oblationem muneris, sed etiam ad offensionem spectat.

In testimonium illis.] Quidam hoc referunt ad verbum, *præcepit*, vt sit sensus, & offert munus tuum, quod præcepit Moyses, vt esset in testimonium illis curationem non ex sacerdotibus, aut omnino ex hominibus; sed ex Deo profectam esse, ad quem fere modum Hilarius interpretatur. Non nulli ad verbum *offert*, vt Auctor imperfecti, hoc loco vigesima prima, & Theophylactus, quasi dicat, offert illi munus, ne, si non obtuleris, curationem tuam calumnientur, & vt munera accepto perpetuum contra illos veræ curationis tuæ testimonium sit. Nec enim dicere poterunt non vere fuisse curatum, pro cuius cognita, approbataque curatione munus accepe-
C rint. Aliud vtrumque, & ad verbum, *offende*, & ad verbum *offert*, vt Tertullianus, Chrysostomus, & Ambrosius his locis, quos ante dedigi animus, quod ego veritatem iudico. Reddit enim rationem non solum cur munus illum offerre debeat, sed etiam cur ad sacerdotes mittat, & cur quicquam prius dicere prohibeat. Sensus ergo est, *nemini quicquam dixeris, sed ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyses*, vt illi qui maxime mihi aduersantur, primi meorum miraculorum testes sint, & propria ipsorum testimonio eorum incredulitas arguatur. Quale autem munus offerendum esset, scribitur Leuit. decimoquarto, versiculo quarto.

5. *Accepit ad eum Centurio.*] Hominem fuisse Gentilem vel ex ipso nomine manifestum est, nec enim tum cum Iudæi Romani imperij vtrunde premebantur, Centuriones ex ipsis factos fuisse credendum est, vt Chrysostomus & Augustinus admonuerunt: & ex versiculo decimo, & Lucæ septimo versiculo tertio colligitur. D Quidam autem interpretes, an idem hic Centurio sit, & ille de quo Lucas scribit. Dubitandi multas causas affert, quo magna videantur inter Matthæum & Lucam in eius historiæ narratione esse discordia. Matthæus dicit Centurionem ad Christum accessisse; Lucas missile ad eum primum seniores Iudæorum, deinde amicos suos, excusasseque, quod ad eum ipse non venisset, nec enim se, vt veniret, dignum iudicasse. Matthæus dicit Centurionem rogasse Christum, ne in domum suam veniret; nec enim se dignum esse; Lucas rogasse, vt veniret. Quibus rationibus adducti nonnulli fuerunt, vt diuersam historiam esse dicerent, vt Chrysostomus homilia 27. & Euthymius meminerunt. Sed omnes veteres interpretes eandem esse putant. Ex vero quis credat duo miracula tam similia esse potuisse, vtrum ip in Capharnaum, vtrum que eodem tempore, vtrumque in seruo Centurio-
E nis, vtrumque in seruo paralytico, vtrumque Centurionem dixisse, *non sum dignus, vt intres sub tectum meum*. Illi ergo qui contra sentiunt, meo iudicio rem faciunt, quod dissimilia, non similia conferentes. Quod autem Matthæus Centurionem accessisse, Lucas so-
A niores Iudæorum misisse dicat, quidam respondent, vtrumque fecisse & principio seniores Iudæorum, & postea amicos suos, cum audisset Christum aduentare, ad eum misisse, quod Lucas; & ad extremum ingrauescente morbo ipsum etiam accessisse, quod Matthæus exposuit, vt Chrysostomus homilia vigesima septima, Theophylactus, & Euthymius. Alij per alios tantum non per se accessisse; accedere enim dicitur non solum qui per se, sed etiam qui per alios accedit, vt comparere eorum iudice, non solum qui per se; sed & qui per procuratorem comparet. Sic Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum capite 20. & libro 33. contra Faustum capite septimo & octauo, & Beda & Leontius hoc in loco. Nec obstat, quod Matthæus dicit vers. 8. Centurionem respondisse, *Domine non sum dignus*, & vers. 9. *Nam & ego homo sum*. Nam quem admodum qui per alium accedit, accessisse; ita qui per alium respondet, respondisse dicitur. Illud maius est argumentum, quod vero simile esse non videatur seniores Iudæorum, qui apud Lucam rogant, vt veniat hic rogare ne veniat. Sed facile respondeti potest, id apud Lucam seniores Iudæorum de suo addidisse. Nam Centurionem non dixisse illis, vt rogarent Christum ad se veniret, ex eodem Luca perspicuum est, ver. 6. & 7. *Domine noli vexari: non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres, propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt ad te venirem sed dic verbo, & sanabitur puer meus*. Ergo seniores Iudæorum munus quam Centurio fidei, plus vero habentes vanitatis non sunt functi fideliter legatione; sed partim non credentes posse Christum solo verbo absentem curare paralyticum, partim, vt ait Chrysostomus, ostendere volentes tantum se auctoritate valere, vt possent Christum adducere, contra quam in mandatis habebant, rogarunt, vt veniret. Sicut & illud de suo addiderunt, *Dignus enim est, cui hoc præstes: diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis*. Non enim Centurio illis mandauerat, vt se dignum esse dicerent, sed potius indignum. Vnde igitur Euangelista quid Centurio mandasset; aliter quod Iudæi dixissent, exposuit. Illud ego credo, ea verba quæ ver. octauo & nono sequuntur, à loco ita dicta non fuisse, nec enim tantum habebant fidei, vt tam plenis fidei verbis vti possent, præsertim cum, vt ex Luca constat, ante rogassent, vt veniret, sed dicta fuisse ab amicis Centurionis, quos, vt ait Lucas, cum audisset aduentare Christum, ad eum misit, quos ip credibile est Gentiles fuisse, quia eos Euangelista non Iudæos, vt priores, sed amicos vocat. Eos ergo tanquam magis familiares, videns priores in mandata sua peregisse, melius instruxit, vt se ho minem esse dicant sub potestate constitutum, tamen dicere huic militi vade, & vadere; alteri hoc, & facere; quod, vt erant fideliores, ijsdem, quibus acceperat verbis, recitarunt. Fuerunt, & qui dicerent hunc Centurionem illum fuisse regulum, de quo Ioannes scribit capite quarto versitu quadragesimo sexto, & miraculum, quod hoc & illo loco narratur idem. Leontius hic, & apud Ioannem, itemque apud eundem Ioannem Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius referunt, eorumque opinionem merito refellunt, nosque illi refutauimus. Itaque abi re est, quod ad marginem huius loci locus notatur Ioannis, quasi eadem sit historia.

6. *Puer meus.*] Seruus meus, vt constat ex Luca capite septimo vers. tertio.

8. *Non sum dignus.*] Non sufficiens, id est, dignus, vt supra cap. 3. versiculo tertio, vndecimo, & 1. Corinth. 15. 9. & ad Colos. 1. 12.

Vt intres sub tectum meum.] Non probo, quod quidam dicunt propterea se Centurionem indignum appellasse, quod Gentilis esset, & nõ liceret Iudæis in Gentis

Gentilium domos ingredi. Id enim non minus facile dimisisset, & non solum dicit se indignum, vt in domum suam intret; sed etiam, vt ipse ad eum adeat Luc. 7. 7. Non ergo, quia Gentilem, sed quia peccatorem se esse sciebat non superstitiose, sed nudis dixit se indignum esse, vt sub tectum suum intraret: sicut Petrus Luc. 5. 8. *Exi a me Domine, quia homo peccator sum*. Beda.

Sed tantum dic verbo. Hebraismus, אמר *dic*, id est, iube, *verbo*, vnico verbo: non enim solum opponit verbum facto, sed longo etiam sermoni, vt cum dicit, *verbo Domini cæli firmati sunt*, id est, vnico ac beatissimo verbo, *Fiant, & facti sunt*, Psalmo trigesimo secundo versicul. sexto. Credibile est audiuisse Centurionem, quomodo Christus leprosum, non multo ante vnico verbo curauisset, *vola, mundare inquit*, tantam concepisse fidem, vt idem in suo seruo facere posse nõ dubitaret. Refert Leontius dixisse quosdam propterea Centurionem seruum ad Christum non adduxisse, quia iam agebat animam, itaque timuisse, ne in via agitanti mors eum, quod ille Centurionis fide indignum putat. Quæ enim credit solo verbo mortem sanare potuisse: & illud existimandum est vt credidisse, posse Christum efficere, ne per vim moreretur.

In vulg. 1529.

9. *Nam & ego homo sum.*] Theodorus Caluinistarum interpretes pro *ego homo sum*, *sub potestate sum* legendum putat, ἐξουσίαν, in potestate, sensu prorsus contrario: quasi ita Centurio argumenteturr, non opus est, vt veniat, nam & ego homo sum sicut tu, quamuis minore, valiqua tamen potestate constitutus, & solo imperio facio, quæ volo: dubiusque in hanc opinionem ductus est coniecturis, altera quod non dicat ἐγὼ γὰρ ego enim homo sum, indicans Christum plus esse quam hominem, sed ὡς καὶ ἐγὼ *ego homo sum*, quasi dicat, vt tu. Altera, quod statim adiciat *& habeo sub me milites*, quibus volens explicare, quod dixerat se esse in potestate constituti. Nolo testis mihi mea conscientia est aduersarium inuidia grauare, sed lectorem moneo eam fuisse Arianorũ interpretationem. Sic enim Auctor operis imperfecti, homo, vt ex multis locis commentationis ipsius manifestum est, Arianus. Quo consilio non solem cum, vt mihi facium, Chrysostomi nomine citare, ne sanctissimi & eruditissimi viri auctoritati spuri & hæretici operis attributione pollui mus. Hoc omnino citare mus, nisi hæ illi & antiquitas, & eruditio, & subtilitas interpretandi auctoritatem tribuisset, vt etiam hæreticæ à Catholicis citari posset, sicut Tertullianum, & alios nonnullos, quos hæreticos fuisse scimus, sæpe citamus. Sensus igitur est omnino contrarius. Non enim à pari, sed à minori ad maius argumentantur. Si ego homo cum sim sub altissima potestate, id est, sub Cæsarea, & sub Imperatore constitutus, tamen quia sub me milites habeo, dico huic vade, & vadit, & alteri veni, & venit: quanto magis tu, qui sub nullius es potestate, poteris solo tuo imperio seruum meum curare? id est, per alios facere, quod per te facere potes, vt omnes veteres auctores Catholici exposuerunt, Augustinus sermone sexto de verbis Domini secundum Matthæum, Chrysostomus homilia vigesima septima, Beda Strabus in commentariis: omnium autem optime Leontius *ex diuersis interpretatis hæc similia* subrogat: cuius interpretationem, si aliud non haberemus argumentum, quam quod hic sensus verior est, & ab tanta Centurionis fide magis dignus, hoc enim satis esse magnum existimare debere mus. Quis enim non videt, non esse tanto illi Centurionis fidei consentaneum, vt se & parere, & officio quodam modo æquare Christo: quod etiam si fingamus eum vere facere potuisse, tamen profecto nõ fecisse. Mali omnino fuisset oratoris se illi, à quo beneficium peteret, æquare. Potius se, quamuis superiorem diceret, inferiorem diceret. Et conjecturæ coniecturę non modo leues, sed etiam falsæ sunt. Nec enim est Grates ἐγὼ γὰρ dam & ego vt esse oportebat, vt ille, quem illi putant, esse sensus: sed καὶ γὰρ ἐγὼ etenim ego, quod sensum habet omnino contrarium. Etenim ego, cum non sim Deus, vt tu, sed homo vt cæteri, quibus impero, tamen quia sub me milites habeo, dico huic vade, & vadit, & alteri veni, & venit. Quod autem dicit se milites habere, non ideo dicit, vt probet se in potestate esse constitutum, sed vt reddat causam, quamobrem dicat huic vade, & vadat: illi veni & veniat, lego quidem apud Danielem capite tertio versu secundo καὶ οἱ ἐξηγηταὶ genus quoddam militarium præfectorum in Theodotionis editione nominari, qui ΚΤΤΤ Chaldaice vocantur, sed illos ipsos à potestate, sub qua non in quit esse, sic appellatos puto, tanquam si subpræfectos dicat.

10. *Admiratus est.*] Admirationem nemo ignorat ex aggressa ignorantione, & consecuta cognitione profluere. Admiramur enim, quæ videmus, aut audimus alias ratione cognouimus, cum ante nõ solum ignoraremus, sed nec cogitaremus quidem. Itaque hoc ipsum admiratum fuisse Christum, cum nihil ignoraret, multo vero minus illam ipsam Centurionis fidem, quam miirabatur. Cum vero Augustinus, ipse eam fecisset: merito miraremur. Quod quidam respondent, miratum, vt hominem non probo, quia ne homo quidem fidem illam ignorabat. Nihilo probabilius, quod alii dicunt, non propter notam cognitionem, sed propter nouam experientiam fuisse miratum. Putant enim Theologi recentium quandam in Christo quam experimentalem vocant, quam ipse illum nouis rebus acquirere posse dicunt, quem ad modum ait Diuus Paulus *discit ex iis, quæ passus est obedientiam*. Hebræorum quinto versu octauo. Cæterum experientia non potest admirationem asserre iis, qui quicquid experiuntur, animo præsumpserunt, cuiusmodi Christum fuisse certum est. Multo probabilius Augustinus non fuisse retuera miratum, sed vt nos mira remur, quasi admirando dixisse, *non inueni tantam fidem in Israel*, libro primo cõtra aduersarium legis & prophetarum capite septimo. *Quisquis* (inquit) *miratur, secundum consuetudinem qua homines loquuntur, inopinatum atque improuisum sibi esse significat, quod miratur. Sed ipse, qui omnia præscibat, quod miraturus alios commendabat, miraculo laudabat*, & libro 1. de Genes. contra Manich. capite 8. *Quo autem in illo faceret ipsum facere, nisi ipse, qui eum mirabatur? quod ei & alios eum fecisse, vt quod miraretur, qui præsciebat quod miraberetur? Os meum vester nobis mirandum esse significat, quibus adhuc ostopis sit manere. Omnes igitur tales motus cum in eo perturbari animi sunt signa, sed discentis magistri*. Credo ergo ita Christum miratu dici, sicut irasci dicitur Deus, non quod reuera irascatur, sed quod punat, quod homines irati facere soleant. Sic Christus miratus dicitur, non quod miratus, sed quod ad modum miranteis homini locutus sit, *O mulier, magna est fides tua*. c. 15. 28.

Admiratio quomodo in Christo.

Deus quo modo irasci dicatur.

Non inueni tantam fidem in Israel.] Gr. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ne in Israel quidem tantam fidem inueni. Quidam vt ait Chrysostomus homilia vigesima septima, ex hoc loco, & ex illo Lucæ capite septimo, quinto, & *synagogam ipse ædificauit nobis*, collegerunt hunc Centurionem Israelitam, non Gentilem fuisse. Ex quo vtrique loco contrarium colligere debuerunt. Nã & hic eum dicit Christus tanto in Israel quidem, vbi plus fidei esse oportebat, quod filius esset Abrahami, qui pater fuit omnium credentium, tantam inuenisse fidem, non obscure significat Centurionem fuisse Gentilem. & apud Lucam eo magis seniores Iudæorum eum cõmendant, quod cum Iudæus nõ esset, Iudæos tamen amaret, & Synagogam illi ædificasset. Quo ante eum modo dicat Christus, si ne in Israel qui-

rael quidem tantam fidem inuenisse, cum in Prophetis & Apostolis, certe in Beata Virgine credendum sit fuisse maiorem, merito quæritur. Quidam Patriarchas & Prophetas excludunt, vt Hieronymus, & Beda, quia non dicit, non fuit, sed *non inueni*, id est, nō sum expertus in Israel ex quo homo factus sum. Sed quid de Apostolis, & de Beata Virgine dicemus? Putat etiam Hieronymus non vnius Centurionis eum singulorum Israelitarum, sed Ecclesiæ Gentilium, quæ per vnum Centurionem significatur, fidem cum totius Ecclesiæ Iudæorum fide comparari, illique præferri. Sed vt hic fidus anagogicè fit, non est certe literalis: nam ipsius etiam Centurionis fidem Christus miratur. Auctor imperfecti homilia vigesima secunda, duas interpretationes non incommodas affert. Alteram reuera maiorem in Centurione, quam in Apostolis fuisse fidem. Nec id existimandum absurdum, cum Christus Centurionis fidem tantopere laudet. Apostolorum incredulitatem tantopere sæpe reprehendat, infra vers. 26. & cap. 14. 31. & 16. 8. & 17. 20. & Marci decimo sexto versiculo decimo quarto. Alteram, non simpliciter, sed proportione personæ fidem Centurionis Apostolorum fide maiorem fuisse, quia Apostoli Iudæi, Centurio Gentilis erat. Itaque maior erat in illo mediocris, quam in Apostolis summa fides, sicut hominem rusticum, siquid ex philosophia deliberauerit, magnum dicimus esse Philosophum, & Aristotelibus atque Platonibus anteponimus. Memini legere Traianum Imperatorem magnum habitum fuisse pictorem, quia quantuscunque pictor esset, magnus tamen Imperator magnus pictor ellis non debuit. Sic homines sumus, vt quidquid præter debitum & opinionem accedit, pro magno habeamus. Duobus ergo modis interpretor, altero, vt Christus non comparet Centurionis fidem cum singulorum etiam Apostolorum: sed cum populi fide: sic enim solemus aliquando generaliter loqui, vt eos de quibus dubium non est, excipiendos intelligamus. Dicimus aliquando coram doctissimo viro, illum vel illum omnium, quos vnquam nouerimus, doctissimum esse, nimirum eo excepto, quo cum loquimur, cum quo inuidiosum & inurbanum esset alterum comparare. Dicit rex illum, aut illum esse hominem totius regni sui potentissimū, haud dubie seipsum excipiens, quem longe scit esse potentiorem. Dicit Christus inter natos mulierum non surrexisse maiorem Ioanne Baptista, infra capvndecimo versu vndecimo non comprehendens seipsum, qui ex muliere natus, & longe maior erat. Sic hoc loco, cum dicit se in Israel tantam fidem non inuenisse, familiam suam, id est, Beatam Virginem & Apostolos non comprehendit. Altero modo sic, vt non de ipsa fide, sed de externis signis fidei Christus loquatur, quasi dicat, non inueni, qui ita mihi respondeat, qui tantam præ se fidem ferret. Priorem tamen interpretationem magis probo.

An maior Centurionis fides quam alterum Sanctorum.

11. *Ab Oriente, & ab Occidente.*] à toto orbe terrarum extra regnum Iudæ: possit enim duas remotissimas partes pro omnibus, Augustinus sermone sexto de verbis Domini secundum Matthæum, venient autem vocati: loquitur enim de gentium vocatione de qua Isaias capite quadragesimotertio, quinto, sexto, septimo, octauo, nono, vaticinatus fuerat, & de qua tota epistola ad Romanos, maxime vero vndecimo capite late disputat D. Paulus.

Et recumbent.] ad mensam, metaphora sumpta de conuiuio: solet enim regnum cœlorum per cōuiuium significari, quia satiabimur cū apparuerit gloria eius Psal. 16 15. vt Luc. 14. 15. *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei*, & Luc. 22. 29. 30. *Ego dispono vobis, vt edatis mihi super regnum meum, & bibatis super mensam meam in regno meo*: & Apocalyp. 19. 9. *Beati, qui ad cœnam nuptiarū agni vocati sunt*. Hoc ipsum per illā parabolam de nuptiis, & inuitatis significatur Matthæi vigesimo secūdo, vers. secundo. Lucæ decimo quarto, decimosexto. Nō solebāt Gētiles, nec licebat illis prius cū Iudæis ad mēsā accūbere: docet Christus in cœlo cū ipsis Iudæorū Patriarchis Abraham, Isaac, & Iacob, discubituros, & Iudæis ipsis anteponendos.

Cum Abraham, Isaac, & Iacob.] Cur hos tres potissimum nominauerit, multas causas interpretes afferunt. prima est, quod Deus eorum Deus vocabatur Exodi 3. & 15. 16. Hieronymus. Secunda quod illis promisso terra Chanaan per quam regnum cœlorum significabatur, facta esset, Genes. duodecimo vers. septimo, & 15. 13. Theophylactus. Tertia propter fidem, quæ in illis maxime eluxit, cuiusque imitatione gentes in bonam olim insertæ seruantur, quam etiam Hieronymus indicat. Mihi videntur hi tres tanquam Reipublicæ Iudæorum fundatores nominari, qui veluti in capite mensæ sessuri sint, vt significetur gentes cum illis, id est, proxime illos sessuras esse, Iudæisque præferendas. sicut illius Centurionis fides, cuius occasione hæc dicta sūt, propius ad fidem Abraham, Isaac & Iacob, quā Iudæorum fides accessit, sicut finus Abraham vocatus est, illud velum conclaue, vbi Abraham exsestium deliciarum gustu quodam expectatione fruebatur, Lucæ 16. 22.

12. *Filij autem regni.*] Filios regni, quasi filios regis id est, Dei, & proinde hæredes nonnulli vocari putant. Non approbo: eur enim non potius filios regis appellasset Alij, in quibus Deus ante regnauerat. *Notus enim in Iudea Deus*, Psal. 75. 1. Hieronymus & Beda. Alij, quod mihi magis placet, quibus regnum cœlorum promissum erat, & qui in eius quodammodo erant possessione: propterea enim dicuntur eiici forat quasi iam prius intus fuissent, vt ille, qui in conuiuio sine veste nuptiali inuentus est c. 22. 12. hic ferè Theophylactus. Dicuntur ergo filii regni Hebraismo, quia ad regnum nati destinatique erant: sicut filius mortis, qui ad mortem est destinatus, aut filij mortificationis Psal. 78. 11. בְּנֵי תְמוּתָה quos noster interpres reddit *filios mortificatorum*. Non displicet tamen, quod nonnulli dicunt, filios regni vocari, quod in regno Iudæorum nati essent, quod veluti vmbra quædam, & exordium erat regni cælestis, vt opponantur Iudæi gentibus, quasi indigenæ alienigenis, &, vt Galli, dicunt, naturales subiecti externis: & quod alij, filios regni appellari, non quod essent, nec enim foras eiecti essent, sed quod esse debuerunt, suaq; non fuerunt culpa: quemadmodū illi sapientiæ vocati sunt, non quia erant, sed quia maxime debebāt, esse sapientes, Luc. 7. 35. *iustificata est sapientia à filijs suis.*

Filij regni.

In tenebras exteriores.] Infernum significari dubiū non est, etsi Origenes tractatu in Matthæum vigesimo tertio Purgatorium, quod extra infernum sit interpretatur. Dubium tamen, cur tenebræ, & cur exteriores appellentur, eū & ignis illic sit, & maxime internæ, & abditæ esse videantur. Certum enim est ita Christum de inferno, sicut de carcere aliquo loqui, qui vt tenebrosus sit: tamen tenebræ internæ sunt, non externæ: & eo quidem magis internæ, quo maiores sunt. Cur tenebræ vocentur, multi rationem alij aliam reddiderunt: cur exteriores, admodum pauci. Hieronymus in commentariis, & Augustinus epistola ad Honoratum 120. c. 22. & Ambrosius libro septimo in Lucam propterea dānatos in tenebras mitti dicunt, quod à Deo vero lumine diſsentiant. Nescio an hoc, etsi verum est, potius sit allegoricum. Sicut & illa altera interpretatio, quam affert Augustinus in cōmentariis in Psalm. 6. exteriores tenebras extremā. & quæ vltra sanari nō possit, excitatem appellari, in quam omnes damnati mittuntur, quia nullam in inferno agere possunt pœnitentiam. Alij tenebras quidem dici, q̄ locus ille inferni

Purgatorij.

Infernum pro tenebris in scriptura accipitur.

ferni luce careat, vt ait Iudas versu sexto, *angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed reliquerunt suum domicilium ad iudicium magnæ diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Nam etsi in inferno ver' est ignis, tamen, vt Basilius & Damascenus docent, caliginosus est, lucidus non est, quia non solo calore damnatos, sed etiam obscuritate torquet; exteriores autem appellari non omnes, quæ in inferno sunt: sed eas, in quas dicuntur ejiciendi esse Iudæi. Multos enim illic esse pœnarum gradus, omnium grauissimas tenebras exteriores nominari: ita Theophylactus. Quod eo videtur magis conuenire, quo plenior est inter Gentiles, Iudæos ancithesis, vt quemadmodum dixerat Gentiles, cum Abraham, Isaac, & Iacob, id est, primo loco in cœlo discubituros: ita nunc dicat Iudæos vltimo in inferno loco futuros esse. Sed aliter tamen interpretari possumus: cum enim agatur de regno cœlorum, ex quo, qui excluduntur, in tenebras exteriores eiici dicantur, ratio postulat, vt inde causa petatur, quare loeus, in quem mittuntur, & tenebræ, & exteriores appellentur. Agitur autem hoc loco, sicut multis aliis, de regno cœlorum sub figura & similitudine conuiuii: nec prandii, sed cœnæ, quia antiquus mos est, vt conuiuia ad cœnam potius, quam ad prandium celebrentur, quia positis tunc negotiorum curis longius in noctem, quam in diem trahi possunt. Itaque recte dixit Diuus Paulus, *qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.* primæ Thessalonicensium 5. vers. 7. Quamobrem sæpe videmus conuiuia, nunquam prandium appellari Matthæi vigesimo secundo vers. secundo, Lucæ decimo quarto verso decimo sexto, Apocalypsis decimo nono versu nono: solent autem conuiuiales cœnæ, quæ de nocte fiunt, copioso tædarum lumine celebrari, quod non solum ad necessitatem, & vsum, sed etiam ad celebritatem, & ambitionem adhibetur. Itaque qui in conuiuio sunt in magno sunt lumine: qui extra in magnis versantur tenebris. Ideo, qui ex regno cœlorum extraeuntur, in tenebras exteriores eici dicuntur, quia quidquid tunc extra regnum cœlorum erit, si cum eo comparetur, tenebræ erit. Nam quibus eo erunt, *non egebunt lumine solis, neque lumine lucernæ, quoniam Dominus Deus illuminabit eos, & regnabit in æternum*, Apocal. 22. 5.

In scriptura vita æterna cur pœnæ cœna quæ prandium.

Ibi erit fletus & stridor dentium.] Quidam hæc duo ita distinguunt, vt duo supplicium genera, alterum ignis, alterum frigoris significentur, vt apud Iob vigesimo quarto versu decimo nono, *ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius*, Beda hoc loco, & Hieronymus, aut, si quis alius est auctor, in commentariis in caput: vigesimum quartum Iob. Duplicem enim esse Gehennam, alteram caloris, alteram frigoris: id eoque solere aliquando addito epitheto *Gehennam ignis* appellari, quasi vt ab altera, quæ nimis est, distinguatur, Matth. 5. 22. & 18. 9. Non disputo, an duplex Gehenna sit nec quomodo loeus ille Iob intelligatur, quia huius loci non est. Tantum dico eam opinionem nō esse aliorum auctorum approbatione receptam, & Christum hoc loco, & alibi similibus, non ideo fletum & stridorem dentium nominasse, vt duo supplicium genera notaret: quasi fletum calor, & fumus: stridorem frigus esse futurum sit: sed vnam & eandem rem, id est, maximam tormentorum vim fletu, & stridore dentium significasse, quia vtrumque qui vehementissime torquentur, facere solent, & flent, & dentibus strident. An autem & fletus, & stridor dentium verus futurus sit, an per hæc duo, quæ apud nos in supplicijs fieri solent, maxima illa Inferni supplicia per metaphoram declarentur, nihil adhuc in vnam, vel alteram partem affirmare: malim tamen verum fletum & stridorem, quam metaphoricum, & quia ita Hieronymus sentit, hinc futurum corporum resurrectionem probari: & qa

In inferno cur fletus & stridor dentium.

Hæretici pauperes alij Apostolorum hostes.

Petrum an domum habuerit.

9. proprie interpretari possumus, per figurā interpretari incredulorum hominum est, & quasi fidei diuerticula quærentium.

13. *Vade.*] Hebraismus est hominis concedentis, quod rogabatur, vt Iud. 11. 38. & 1. Regum 17. 37. & 2. Regum 14. 8. & Marc. 5. 34. Luc. 7. 50. & 8. 48. & Ioann. 4. 50. *Vade, filius tuus viuit*: quemadmodum Galli dicunt, vt significent se, quod petitur liberaliter & hilare concedere, *allez, vous autres*. Collegerunt veteres auctores, & hoc ex aliis conſimilibus locis, vt infra capite nono, secundo. & Marc. 2. 5. & Luc. 5. 20. fidem vnius alteri prodesse. Nam seruus Centurionis, aut fidem non habebat: aut si habebat: nec enim constat, non propter suam, sed propter Centurionis fidem sanatus est. Ita Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 5. Chrysostomus ho. 28. Amb. li. 5. in Lucam.

Fides vnius alt. prod.

14. *Cum venisset.*] Accidit hoc simulatque Christus in synagoga Capharnaum concionem illam habuisset, propter quam miratæ sunt turbæ, capite septimo versu vigesimo octauo, vt constat ex Marc. 1. 21. & ex Lucæ 4. 32. & postquā dæmon ū illi abiecisset, de quo Mar. 1. 24. & Luc. 4. 34. scripserunt. de quo Matth. mentionem nonfecit. Describitur autem tota hæc historia distinctius à Marco, vt Chrysostomus ho. 28. & Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum ca. 21. ad monet. narrat enim quatuor tantum Apostolos Petrum, Andream Iacobum, & Ioannem fuisse cum Christo, cum venit in domū Petri, eorumque indicto monitum fuisse Petri socrum ægrotare, rogatumque curasse.

In domum Petri.] Duplex ex vno verbo oritur quæstio, altera quomodo tunc Petrus domum haberet, cum omnia iam reliquisset, capite decimo nono versu vigesimo septimo. Hæretici autem interpretes respondere solent, non omnino Apostolos omnia sua reliquisse, sed curam ad ministrationem quæ suorum bonorum quam Christum sequentes & Euangelio seruientes gerere non poterant: sobrios tamen ad sua redire, cum Euangelij prædicatio non impediebat. Vellent, vt opinor, boni isti viri Apostoli videri: sed quia similes Apostolis fieri nolunt, volunt sibi Apostolos similes facere. Nonnul Iosmiror Catholicos interpretes, dum eorum commentarios minus caute legūt, in eundem errorē abductos. Respondeo ergo Petrum domum non habuisse: nec enim mētitus dixit, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, cap. 19. 27. Nec interpretari possumus reliquisse curam: quia dubium non est eo modo eum voluisse se & cæteros Apostolos omnia reliquisse, quo Christus paulo ante illi adolescenti dixerat versu vigesimo primo. *Si vis perfectus esse, vade, vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Ad hæc enim verba Christi ait Iudas Petrus dicit, *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Domus ergo Petri vocatur, nō quia tunc erat, sed quia aliquando Petri fuerat, quam credibile est, quia pauperes erant, vxori, & socrui suæ reliquisse: sed missi ipsarum fortasse erat, & Petri vocabatur, quia Petrus in ea, antequam, Apostolus esset, habitabat. Sed quia Mar. 1. 29. dicit fuisse domum Simonis & Andreæ, credibile est neutri fuisse: sed parti eorū q eorū dicitur, sicut dom' parentum dicitur etiam filiorum. Altera quæstio est, quomodo Petrus in Capharnaum domum haberet, cum Bethsaidæ ciuis esset. Ioannis primo vers. 44. Nam hæc in Capharnaum facta esse constat Mar. 1. 21. Luc. 4. 31. Hæretici interpretes fingunt eum duplicem habuisse domum, alteram Bethsaidæ, vbi natus erat: alteram in Capharnaum, vbi propter piscationis commoditatem habitabat. Erat enim Capharnaum ad oram Geneserethici lacus piscatione nobilissimi: aut certe quia Christus in Capharnaum solebat habitare, eo domum suam transtulisse. Sed illi et non errore vno contenti, quod Petrum bona

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS

sua negassent reliquisse, errorem alterum addiderunt, vt Petrum iam factum Apostolum altero tanto, quam vnquam priusquis piscator fuerat, locupletiorem facerent. Catholicos sane laudare non possum, qui hac in re hæreticorum, quam Catholicorum interpretationem sequi maluerunt, quasi non esset Deus in Israel: & viri docti, atque Catholici ad hanc quæstionem multo ante melius respondissent hanc domum Petri non fuisse in Capharnaum, sed Bethsaidæ, quæ vicinissima erat: ita vt Christus exiens ex synagoga Capharnaitarum Bethsaidam pransum, aut cænatum ire potuerit.

15. *Et tetigit.*] vt apprehenderet manum eius, ac leuaret, vt exponit Marc. c. 1. 13.

17. *Vt adimpleretur.*] vide c. 2. 15.

Ipse infirmitates nostras accepit.] ἐβάστασεν, accepit, dixit pro ἀφεῖλεν, tulit, portauit, vt est apud Isa. נשאתנו 53. 4. Hieronymus vertit ad verbum *infirmitates nostras ipse portauit.* Septuaginta sensum non verba reddiderunt, οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, ipse peccata nostra portat, more Sept. qui ἁμαρτίας accipere solent dicere pro ἐκφέρειν portare, vt Leuit. 17. 16. & 22. 9. Quod à Prophetæ de peccatis dictum erat, Euangelista ad morbos corporis accommodat, siue quia Christus corporis morbos, non nisi propter morbos animi curabat: siue, vt ait homilia. 28. Chrysostomus, quia morbi corporis peccati pœna sunt, & plerumque ex morbis animi nascuntur: siue quia ita solet Matthæus prophetias non ad eundem, sed ad similem sensum accommodare, vt cap. 2. 15. 18.

18. *Videns autem turbas.* Redditæ cuius causam, cur stagnum traiecerit, nempe vt fugeret multitudinem, vt capite quinto primo, *videns autem Iesus turbas ascendit in montem*, Marcus capite primo, trigesimoquinto *diluculo valde surgens*, Lucas ca. 4. 42. *& die facta*, id est, prima luce. vterq; significat: Christum clam subfugere voluisse, ne se hominum turba sequeretur, vt Ioseph capit. 2. 14. *Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & recessit in Aegyptum.* D. Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum ca. 21. putat non accidisse hoc profectidie, quam concionem illam c. 7. habuisset, & forum Petri euauisset, quia Marcus, & Lucas scribunt eum tunc in desertum secessisse. sed intelligendum est secessisse in desertum traiecto lacu: nam vitra lacum desertum & montes fuisse constat Mar. 5. 11. & ex Luc. 8. 32.

20. *Et dixit ei Iesus.*] Cur Christus illum Scribam volentem eius esse discipulum tam aspere reiecerit: mirum videri potest. Sed ex eius humilitate, & personæ, & ex Christi responso non est difficilis coniectura cognouisse Christum eum non tam perfectionis, quam lucri, aut gloriæ causa venire, ideoque proposita paupertate terruisse, sicut filios Zebedæi, qui honoris eum causa sequi volebant, exposita crucis ignominia deterret, *potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum* supra capit. 20. versicul. 22. & illum, qui satis sibi bonus esse videbatur, paupertatis proposita perfectione, *si vis perfectus esse, vade & vende vniuersa, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Chrysostomus homilia vigesimaoctaua, Hilarius, Hieronymus in commentar. Augustinus sermon. 7. de verbis Domini secundum Matthæum, Theophylactus, & Euthymius, in hunc locum.

Filius hominis.] ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Hinc olim Gentiles probare conabantur Christum virili semine natum fuisse, quod non ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, id est, filius hominis fœminæ: sed ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, id est, filius hominis maris diceretur, auctor Iustinus quæstione sexagesima sexta ad Orthodoxos. Quorum ille argumento, non tam respondet, quam ex aliis scripturæ locis, probat Christum ex viri semine natum non fuisse. Sed non est difficilis responsio, filium hominis Hebræo

Cur Christus filium hominis appellarit.

A rum idiomate nihil aliud quam hominem significare. Nam cum omnes filios hominum generaliter scriptura nominat, Adamum etiam primum hominem comprehendit, qui neque hominis maris, neque fœminæ filius fuit: sed tamen, quia homo fuit, filius hominis appellatur. Nisi fi quis malit dicere vocari filium hominis eo modo, quo eum filium Abraham, & filium Dauid scriptura vocat. Illa maior & difficilior est quæstio, cur solus Christus in nouo, solus Ezechiel in veteri testamento ita vocetur. Nec enim meminisalium quē præter hos duos, aut certe ram frequenter & proprie ita vocari, licet communiter, & in genere omnes homines filii hominum appellentur. Nam quod Daniel capite septi
B mo versu decimo tertio dicit: *& ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat*, omnes de Christo interpretantur, nec dubium est, quin de illo sit intelligendum. Cur Ezechiel ita vocatus sit, diximus in eius commentarijs capite secundo, versi. primo, cur Christus, hic dicendum. Deliria veterum hæreticorum præteramuto, quæ, si quem scire iuuat, Irenæum legat lib. 1. cap. 7. aliorum tantum opiniones recitabo. Quidam ergo sic appellari voluisse dicunt, vt ostenderet se eum esse quem prophetæ humanam naturam assumpturū prædixerant, quemque filium e
C iam hominis appellauerant. Daniel 7. 12. Hæc est Epiphanij sententia aduersus Noetianos hæres. 57. & Theodoreti in comment. in cap. 7. Danielis. Alii filium hominis quasi Adami vocari putant, vt ostendat se patrem hominem non habere, sed per virginem ex Adamo vsque genus traxisse. Hxc Gregorii Nazian erat. 4. de Theologo. Alii, vt ipso nomine in carnationis suæ magnum erga nos beneficium declararet. Augustinus libro secūdo de consens. Euāg. cap. 1. *Commendans (inquit) nobis, quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis.* Aliam aliis locis rationem affert, quia erat etiam filius Dei, voluisse humanam naturam ea appellatione à diuina distinguere, vt indicat epistola 174. & tract. 25. in Ioannem. Alii simpliciter dicunt voluisse se verum esse hominem significare, vt Tertullianus in libro de carne Christi. Mihi vera ratio, cur sese ita vocauerit, duabus ex rebus petenda esse videtur: altera, quod solus ipse & Ezechiel ita vocetur, vt Irenæus libro tertio capite decimo octauo notauit: altera, quod solus ipse se ita vo
D cet. Nam alii in nouo testamēto nunquam eum filium hominis appellant. Ex priore re intelligimus posse eadem, aut simili de causa, qua Ezechielem filium hominis appellari. Cur autem Ezechiel ita vocatos sit, cum multas illic opiniones recenseremus illam R. Abraham maxime probauimus, vocari eum filium hominis, quia semper cum angelis loquebatur: qui cum, vt à se, qui homines non erant, sed videbantur, distingueret filium hominis appellabant. Nec enim ipse se, sed eum angelii ita vocant. Simili fortasse ratione Christus, quia Deus erat, & filius Dei, quasi antithesi quadam cum de se, vt homine, loquitur, filium hominis vocat: non quod alius, sed quod aliter filius Dei, quia Deus, & filius hominis, quia homo esset, quemadmodum Augustinus indicauit. Ex posteriore probabilem coniecturam
E ducimus eum se non honoris, sed abiectionis causa ita vocare, sicut apud prophetam vermem, & opprobrium hominum appellat, Psalmo vigesimo primo vers. 7. Nisi enim abiectionis nomē esset, alii etiam eum aliquando eodem modo vocauissent. Sed obseruamus Ezechielem nunquam à se, sed ab alijs: Christum nunquam ab aliis, sed à se filium hominis appellari. Ideo ergo se filium hominis appellat, vt significet se, cum in forma Dei esset, nec rapinam ar bitraretur se esse æqualem Deo, exinaniisse tamen semetipsum, formamque serui accepisse, & habitu inuentum, vt homi en Philip. 2. 6. 7.

Cur Ezechiel filium hominis appellatus.

21. *Alius autem.*] Prius Christus illi dixerat: *sequere me*, quod Matthæus tacet, Lucas dicit. capite nono

59. ideo

59. ideo petit à Christo facultatem patrem prius sepeliendi.

Permitte me primum ire: & sepelire patrem meum.] Sunt qui putent: nondum fuisse mortuum: sed sensum esse permitte me ire, & adesse patri meo iam senti, donec moriatur: eo mortuo & sepulto te sequar, quemadmodum Lyranus interpretatur. Multo magis opinionem probo veterum interpretum Chrysostomus homilia vigesimaoctaua, Basilius in lib. de const. monastic. c. 21. Theophylacti, & Euthymii, iam eius patrem fuisse mortuum. Mortuum enim fuisse nomine sepulturæ declaratur: mortuum autem non fuisse, non declaratur. Et verisimile non est eum, quem Christus cognoscensvo
A mo enim nescit illum, & Asphaltitem lacum mare propter magnitudinem vocari. Tria autem videntur hic non casu, neque natura, sed consilio, & prouidentia Christi facta esse. Primum quod Christus solus cum discipulis nauim vnam conscenderit, vt explicatur à Luca capite octauo, versiculo vigesimo secundo, vt posset liberius eorum reprehendere diffidentiam, *quid timidi estis modicæ fidei?* versiculo vigesimosexto. Secundum, vt tempestas exorta fit: excitat enim nobis ipse aliquādo Deus tempestates, vt probet, sicut excitauit Iob. Tertium vt Christus dormiret, quem etsi verum & naturalem: nō simulatum, vt quidam putant, somnum fuisse putādum
B est, tamen credibile fuisse etiam voluntarium & procuratum, vt tempestas eo dormiente, & quasi sine eius consilio oriretur.

Imperauit.] Forte legendum increpauit *increpauit*, vt Marc. 4. 39. & Luc. 4. 39. & 8. 24. Sic enim alibi locis solet vertere, & propius abest à Græco. Loquitur autem Christus ventis, tempestati & morbis, aliisque rebus similibus, perinde atque si malis spiritibus loqueretur. Neque enim res naturales, sed rationales increpamus vt infra capite decimoseptimo, & Luc. 4. 35. 41. & 9. 42. Ideo, vt opinor, quia morbi & tempestates sæpe per malos spiritus immittuntur: vt ait Dauid immissiones per angelos malos. Psalm. 77. 49. & sicut Satan immittit ventum validum à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, vbi filij filiæque Iob conuiuabantur, ita vt eos domus obruerit, Iob 1. 19.

Permittite mortuos sepelire mortuos suos.] Qui homines? Hieronymus Apostolos intelligit. Beda alios, qui in eadem erant naui, Sed nec Apostolos mirabor fuisse credendum est tot iam Christi miraculis assuetos & alios in naui non fuisse versu vigesimo quarto probatum à nobis est. Quare reliquum est, vt alios homines intelligamus, qui in alius erant nauibus. Nec enim tam clam Christus potuit discedere, quin multi etiam conscensis nauibus sequerentur, vt scribit Marcus capite quarto, trigesimosexto. Est autem vt ego arbitror, Hebraismus, quo nomine hominū vulgus significatur, vt supra c. 5. 13. *Ad nihilum valet vltra, nisi vt ejiciatur ab hominibus*, id est, vt Galilæi quintur, ab omnibus præteruntibus. Et infra c. 16. 13. *quem dicunt homines esse filium hominis?* id est, quem vulgo dicunt.

Duo habentes dæmonia.] Marcus capite quinto, versiculo secundo, & Lucas cap. 8. 27. vnius tantum meminerunt. Eadem tamen historia. Sed Matthæus de duobus mentionem fecit, quia duo erant: Marcus & Lucas de vno tantum, siue quia persona erat nobilior, vt Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum capite vigesimoquarto, & Beda & Strabus in commentarijs existimant: siue, quod magis credo, quod alter senior esset, multoque magis vexaretur, quippe qui ab integra legione dæmonū obsideretur, Marc. 5. 9. & Luc. 8. 30. vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus arbitrantur. Voluerunt enim Marcus & Lucas miraculum illud de integra legione dæmonum, quod singulare erat singulariter persequi, ideoque alterum in hoc occupati silentio præterierunt: de hoc autem multa recensent, quæ Matthæus prætermisit.

Dæmonium exeuntes.] Quia in monumētis habitabant, vt declarat Marcus cap. 5. 3. & Lucas ca. 8. 27. Quo autem modo potuerint in monumentis, id est, in sepulchris habitare facile ex forma veterū sepulchrorum intelligitur. Erāt enim sepulchra cauernæ aut in rupibus excisæ, aut lapideo, vel lateritio opere camerata. quales nūc sunt cellæ vinariæ: vt ex Christi sepulchro manifestum est, quod excisum erat in petra cap. 27. 60. & in quod Ioannes, & Petrus intrarunt Ioan. 20. 6. & tres illæ mulieres portantes aromata ingressæ sunt Lucæ 24. 3. Quæri propter hunc locū solet, quare dæmoniaci illum sepulchris habitarent.

tarent. Chrysostomus homil. 28. Euthymius & Theophylactus id à dæmonibus factum fuisse dicunt, vt homines in eum errorem inducerent, quem Chrysostomus indicat suo tempore viguisse, mortuorum animas in dæmones commutari. Eam Platonicorum fuisse sententiam, Diuus Augustinus libro nono, de ciuitate, capite vndecimo, auctor est. Eandemque Tertullianistarum scribit in libro de hæresi ad Quoduul. capit. 86. Alii putant dæmones eos, quos torquebant, ideo in sepulchris habitare coegisse, vt magis horrore loci, fœtoreque vexarent. Alii libenter in sepulchris versari dæmones, vt odio generis humani mortuorum corporibus illudant. Nam & de Moysi corpore Michaelem Archangelum cum diabolo contendisse legimus in epistol. Iud. 9. Vnde, vt opinor, laudabilis Ecclesiæ consuetudo nata est in sepulchris ponendi cruces, & sacratam exorcismis aquam aspergendi. Veram caulam mihi videtur obscure Lucas cap. 8. 27. indicasse, *neque vestimento*, inquit, *induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis*. Quod ideo dicit, vt probet suum admodum fuisse dæmonium: vnde colligimus idcirco in domo non habitasse, quod nemo dæmoniacum propter suum in domo recipere auderet: exclusus autem communi hominum habitatione in sepulchra, quia, vt diximus, qua si camera erant, sese recipiebat.

29. *Quid nobis & tibi.*] Antequam hoc dæmones dicerent, iusserat eos Christus exire, vt ait Marcus c. 5. 8. *dicebat enim illi. Exi immunde spiritus ab homine isto*, & Lucæ ca. 8. 27. *præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine.* Ideo Christum deprecabantur. Matthæus factum narrat. facti causam tacet.

Quid nobis & tibi.] Non videtur mihi esse sensus, quid nobis tecum commune est, vt plerique interpretantur. Hoc enim fuisset iniuria potius Christum afficere, quam exorare, quasi negarent se seruos, illum dominum esse, sicut Israelitæ dixerunt, cum se à regno Dauidis eximerent, *quæ nobis pars in Dauid?* 3. Regum duodecimo, decimo sexto, sed sensus potius est, quid tibi mali facimus, quam obrem nos eiicis? Astos præterea nunc Iudæi solemus, te non attingimus, non inuadimus, sed veneramur, sed adoramus, sed Dominum confitemur, vt 2. Reg. 16. 10. *quid mihi & vobis est filij Saruiæ?* id est, quid feci vobis, cur me huius tentationis Dæmonis fructu priuetis? Nec enim negat sibi quidquam cum illis esse commune, cum eorum rex & dominus esset, & 2. Par. 35. 21. *Quid mihi & tibi est rex Iuda?* ait rex Aegypti. aliquid enim illis erat, cum prius amici essent: sed quid tibi feci mali, quam occasionem dedi, vt contra me in prælium exires? An dæmones isti, & alij Christum cognouerint à Theologis quæritur. Vetustam quorundam opinionem, qui existimabant dæmones cognouisse, diabolum vero dæmoniorum princepem ignorasse merito in commentariis Hieronymus refellit. Hieronymus vero ipse & Augustinus libro nono de ciuitate capite vigesimo primo, Remigius apud D. Thomam, & plerique ex posteriotibus Theologi, non certa quidem scientia, sed probabili coniectura, & suspicione cognouisse dicunt. Si enim certo cognouissent, conati vtique essent eius mortem impedire. At qui non impediuerunt: sed procurarunt. Miserunt enim in cor Iudæ, vt eũ traderet: Ioan. 13. 2. sicut paulo post cũ eo gnouissent, per vxorem Pilati impedire voluerunt infra c. 27. 19. *Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.* Quid ex literis sacris colligatur in Theologicis scholis explicauimus. Primum antequam prædicare inciperet, non fuisse à dæmonibus cognitum, an filius Dei, & verus Messias esset, quia si cognouissent: non tentassent, & quia in hoc tentarunt, vt id explorarẽ cognoscerent, *Si filius Dei es, dic. vt lapides isti panes fiant, & si filius Dei es, mitte te deorsum* supra capite quarto, tertio, sexto.

An dæmones Christũ cognouerint.

Post tentationem vero certo cognouisse dæmones illum verum filium Dei, verumque Messiam esse, & ex hoc loco non obscure colligitur, & ex alijs etiam perspicuum est Marci primo versiculo trigesimo quarto. *Et non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum*, & Luc. 4. 41. *Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es Christus filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christum.* Mysterium tamen mortis eius, quod ea ratione hominem esset ab ipsorum tyrannide liberaturus, credibile est non bene cognouisse, quia si cognouissent, nunquam Iudam ad proditionem incitassent. Somniat tamen vxoris Pilati, vtrum à dæmonibus: vel ab angelis, vel à natura profecta fuerint, incertum. Illud credendum, quod insignis Theologus Diuus Thomas admonuit, diuinitus impeditum fuisse dæmonem, quo minus multa de Christo cognosceret, quæ non impeditus natura sua facile cognouisset.

Venisti hoc ante tempus torquere nos.] Dubium, quæ quibus sint verba iungenda. Quidam enim illud, *ante tempus*, cum verbo, *venisti*, coniungunt, quasi querantur dæmones Christum ante tempus in hũc mundum *venisse*. Quorum sententiam nullo modo probare possum: nec enim dæmones ignorare poterant tempus aduentus Christi à Prophetis designatum iam fuisse transactum, cum id homines mediocriter docti scirent. Nec aduerbium illud *ad huc* mundum, sed regionem illam Gerasenorum, in quam Christus tunc venerat, & vbi antea dæmones liberi, & veluti impune grassabantur, significare arbitror. Illud ergo, *ante tempus*, cum sequentibus copulandum est, quid venisti torquere nos, antequam tempus sit, vt torqueamur. Cur autem ante tempus se torqueri dicant, maior est quæstio. Mirũ quanto consensu plerique veteres auctores, quorum nomina in Theologicis scholis recitamus, & hic recensere & longum esset, & non necessarium: docuerint dæmones ante diem iudicij non torqueri, quod Petrus scribat epistola secunda capite secundo, versiculo quarto. *Si angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari*, & Iudas versu sexto. *Angelos, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magnæ diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Sic ergo interpretantur queri dæmones *ante tempus*, id est, ante diem iudicij se torqueri, quemadmodum can. octauo Hilarius exponit. Sed tenenda opinio, quę in Ecclesia iam inualuit, etiam nunc torqueri dæmones, & quocunque eant, vt scribit Strabus in capite tertio epistolæ ad Philippenses, sua secum supplicia circumferre: minus tamen puniri nunc, quia & vagari per mundum hunc, & hominibus nocendi potestatem habent, quam non sunt post iudicii diem habituri. Atque ita fortasse antiquorum illorum sententiam interpretari possumus. Illud non dubito sensum huius loci esse *ante tempus*, id est, ante diem iudicii, quia Lucas 8. 31. scribit rogasse dæmones Christum, ne sibi imperaret, vt in abyssum iret, quasi eodem modo, quo post iudicii diem, ante tempus exercuciandi. Ex hac quæstione alia suboritur, an diem iudicii nouerint? Si enim non nouerunt, quomodo dicere potuerunt *ante tempus*, id est, ante iudicii diem se torqueri. Augustinus in ea sententia est, vt existimet, putasse dæmones, cum Christum viderent, iudicii diem, quem nondum expectabant, instare. Sic enim interpretatur *ante tempus*, id est, antequam putabamus. Quam interpretationem plerique secuti sunt. Sed Dæmones diem iudicii ignorare, dubium esse non debet, cum de angeli, qui in cœlis sunt, eum ignorent ca. vigesimo quarto v. 36. sciebant tamen tunc nondum venisse. Deo cõqueruntur *ante tempus* se torqueri. At quomodo torquebantur? quia inuiti ex iis, quos obsidebant, expellebantur:

An dæmones ante diem iudicij torquentur.

Cur dæmones timent ne in infernũ mittantur.

Dæmones an diem iudicij nouerint.

lebantur; & incredibile non est aliquem illis cruciatum, vt exirent, Christum addidisse.

30. *Erant autem non longe.*] G. ἦν δὲ μακρὰν, erat autem longe, sensu contrario. Græcam lectionem nonnulli magis probãt, & Latinam corrigunt, homines alio qui minime Græci. Non faciunt tamen sine argumentis, primum quod omnes Græci codices affirmationem, non negationem habeant. Deinde quod vero simile esse videatur Christum dæmones quam longissime ab eo loco, quem infestum habebant, pepulisse. Sed non dubito Latinam lectionem incorruptiorem esse, quia omnes etiam veteres & noui Latini codices, & quia omnes antiqui interpretes præter Euthymium ita legunt, & quia Marcus capite quinto, vndecimo, & Lucas capite octauo, trigesimo secundo, dicunt, *Erant autem ibi*, id est in eo loco, quod Matthæus dicit, *non longe*, & quia Lucas dicit ἐν τῷ ὄρει *in monte*, Marcus πρὸς τῷ ὄρει iuxta montes, quos prope lacum fuisse certum est, & quia, vt paulo infra dicturi sumus, propterea Christus concesserit, vt in porcos irruerent, vt qui illic aderant, & qui curati fuerant, ex porcorum interitu cognoscerent, quam multi, & quam sæui dæmones fuissent; quod neque cognouissent, si porcos non vidissent; nec vidissent, si procul fuissent. Quæritur à quibusdam quomodo porci illic esse potuerint, quibus nefas esset vesci Iudæos? Nonnulli putant Iudæos eius regionis contra legem porcos habuisse, ideoque Christum eos, in qua re peccabant, in ea multare voluisse. Rupertus. Probabilius mihi alii dicere videntur Gadarenum, & alias ibi vicinas ciuitates Græcę fuisse religionis, vt Iosephus libro decimo septimo antiq. capite decimo tertio, auctor est, ideoque porcos habuisse. Cur ergo Christus eo ibat, cum non voluisset nisi ad oues, quæ perierant domus Israel? capite 15. 24. Respondet non solum in Græcis, sed etiam in Latinis ciuitatibus multos tunc fuisse Iudæos, quorum causa Christus eo ibat. Præterquam quod Gadara propriè ad regnum Iudææ pertinebat, sed, vt ait Iosephus, à Cæsare fuerat Græcis adhabitandum attributa.

31. *Dæmones autem rogabant eum dicentes.*] Duo dæmones petiuerunt alterum ne in abyssum mitteretur, vt Lucas c. 8. 31. expresserit; alterum, vt mitterentur in porcos. Cur rogauerint, ne mitterentur in abyssum ver. 29. declarauimus. Cur rogent, vt mittantur in porcos; multas causas apud varios Auctores lego. Chrysostomus hom. 29. *Iudæme Domine, quia homo peccator sum.* Alii timore, ne alios etiam dæmones ab hominibus electos in ipsorum greges immitteret, quod ex Marco quinto, decimo quinto, & Luca 8. 37. confirmatur, qui scribunt eos valde timuisse. Ita Theoph. Euthym. quod de hominib. Gadarenis, id est Græcorum cõsuetudine nimis sapientibus, quos nũc vulgo politicos appellamus, factitus esse creditu. Nam & nunc multi sunt, qui Christum potius, id est eos, qui Christum sequuntur, quam porcos, atheos, hæreticos, & omnibus vitiis inquinatos homines simul specie humanæ prudentiæ ex suis ciuitatibus expellunt.

c. 15. Cur Christus dæmones in porcos immiserit.

CAPVT IX.

1 ET ascendens in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. 2. Et ecce offerebant ei paralyticũ iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorũ, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. 4. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? 5. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula? 6. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuũ, & vade in domum tuam. 7. Et surrexit, & abiit in domum suam. 8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. 9. Et, cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentẽ in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgẽs secutus est eum. 10. Et factum est discumben-

Mar.2.a.5 Luc.5 f.18. Mar.2.b.14 Luc.5 f.27 Ose.6 c.6 Inf 12.a.7. 1. Tim 1. c.17. Mar.2.c.b Luc 5 f.33.

te eo in domo. Et ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. 11. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? 12. At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. 13. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. 14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? 15. Et ait illis Iesus: Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. 16. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento: & peior scissura fit. 17.

Mal.3.b.22 Luc.5 f.41.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres noues mittunt: & ambo conseruantur. 18. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. 19. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. 20. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius. 21. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. 22. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. 23. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: 24. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. 25. Et cum ejecta esset turba, introuit: & tenuit manum eius. Et surrexit puella. 26. Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam. 27. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri, fili Dauid. 28. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vtique, Domine. 29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. 30. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. 31. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. 32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. 33. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & mirati sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israel. 34. Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones. 35. Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. 36. Videns autem turbas, misertus est eius: quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. 37. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. 38. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

Inf 11.b.22 Luc 11.b.14

Marc 3.

Luc. 10.a.2.

IN CAPVT IX.

ET *ascendens.*] Marcus cap. 2. 3. & Lucas c. 5. 18. hæc prius narrant, quam quę superiore capite à Matthæo dicta sunt. Sed ex ipsis illis patet ordinem eos non seruasse temporis. A

In ciuitatem suam.] Nonnulli Nazareth Christi ciuitatem vocari putant, vt Luc. 2. 39 Hieronymus in comment. quod non improbat Aug. libr. 2. de consensu Euangelistarum c. 25. monet tamen si hanc sequamur opinionem, dicendum esse Christum primum iuisse in Nazareth ciuitatem suam, deinde ex Nazareth reduisse ad Capharnaum, vbi hæc quę sequuntur, acciderunt. Alij, quod longius à vero distat, Bethlehem intelligunt, vt Sedulius lib. 3. carm.

Intrauit natale solum, quo corpore nasci.
Se voluit patriamq; sibi pater ipse dicauit.

ibidemq; paralyticum sanatum putat. Melius eodē loco idem Augustinus & Chrysostomus, Beda, Strabus, Hugo, & Lyranus existimant, ideo eius vocari ciuitatem, quia Galilææ metropolis erat, cui subiecta erat Nazareth ciuitas Christi, sicut Romanus appellatur non solum, qui in ipsa vrbe Roma, sed etiam qui in oppidis, quæ sub eius iurisdictione sunt, aut habitat, aut natus est. Chrysostomus vero, Theophylactus, & Euthymius, quod in ea vrbe Christus frequenter habitaret. Tres enim illum ciuitates habuisse. Bethlehem, in qua natus; Nazareth, in qua educatus: Capharnaum, in qua frequētius commoratus est. Hoc probabilius. B

Tres Christi ciuitates.

2 *Et offerebant.*] Tacuit Matthæus necessariam ad intelligendum hunc locum circumstantiam, quam Marcus ca. 2. 3. & Lucas c. 5. 19. expressērunt, tantam confluxisse in domum, vbi Christus erat, multitudinem; vt nemo ingredi posset, ideoque in tectum eos, qui paralyticum gestabant, ascendisse, eoque aperto paralyticum ante Christum demisisse. Hanc enim fidem videns Christus dixit paralytico. *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.*

Fidem illorum.] Quidam & ad paralyticum, & ad eos, qui gestabant, referendum existimant, vt Euthym. Si enim, inquiunt, paralyticus fidem non habuisset, neque se efferri passus esset in tectum, neque peccata illi Christus remisisset. Quod nullo prorsus modo probare possum. Nam etsi non dubito, quin magnam paralyticus fidem habuerit, tamen ita omnes Euangelistæ loquuntur, vt dubium non sit fidē tantum eorum, qui portabant, notare voluisse; sicut omnes significarunt fide Centurionis eius paralyticum seruum fuisse curatum supra c. 8. 10. 13. & Lucæ 7. 9. Atque ita omnes boni auctores interpretantur, Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. 5. Ambrosius lib. 5. in Lucam, Hieronymus, & Chrysost. hom. 50. C

Confide fili.] bono animo esto, plus enim, quam petis impetrabis. Petis corporis, impetrabis etiam animi sanitatem. Quod autem, quem Matthæus & Marcus filium, Luc. c. 5. 20. hominem à Christo vocatum dicit, leue est. Nam, vt sæpe alias, alij verba, alij sensum retulerunt. Magis autem conuenit benignitati Christi, vt filium, quam vt hominem appellauerit, vt infra hæmorrhoissa, dicit, *Confide filia* vers. 22.

Remittuntur tibi peccata tua.] ἀφίενται, ad verbū, remissa sunt. Sed meli⁹ noster interpres per præsens tempus, quam noui quidam per præteritū, reddidit: quia quia & multa alia Hebræorum more; & hoc ipsum iure quodam proprio pro præsenti poni solet, vt ex versic. 5. & ex Lucæ capit. 7. 47. 48. manifestum est. Meritò quæri potest, cur Christus peccata illi remittat, cum non peccatorum remissionem, sed corporis curationem quæreret. Respondēt Hieronymus, Euthymius, & Theophylactus morbi originem & indicare, & prius quam morbum ipsum, tollere voluisse. Solent enim plerumque morbi & effecta, & pœnæ esse peccati. Probabile etiam est, quod homil. 30. Chrysostomus putat, Christum occasionem Scribis calumniandi præbere voluisse, vt ipse quoque ex eorum calumnia occasionem sumeret suam probandi diuinitatem. Fieri etiam potest, vt ea ratione docere voluerit, quid primo loco paralyticus petere debuisset. Iam enim dixerat, *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis* capite 6. 33. Colligunt ex hoc loco Caluinistæ sola fide peccata remitti. Non enim, inquiunt, dixit Euangelista, videns opera eorum, aut laborem confidentes, quod paralyticum in tectum extulissent, quod tecto disrupto eum demisissent; sed, *videns fidem eorum.* Quod multis similibus locis confirmare solent, vt infra vers. 22. *Confide filia, fides tua te saluam fecit*, & Marc. 5. 34. Lucæ 7. 50 & 8. 48. & 50 *Noli timere, crede tantum*, & qua ex. & capit. 17. 19. *Surge, & vade, quia fides tua te saluum fecit*, & 18. 42. cæco dicit, *Respice, fides tua te saluum fecit.* Ideo Christum ab iis, quos sanare vult, fidem exigere, vt infra vers. 28. 29. *Creditis quia hoc possum facere vobis? Secundum fidem vestram fiat vobis*, multaque alia nullo prorsus iudicio eiusdem generis accumulant. Mirum enim, quam diligentes sint in testimoniis stultitiæ suæ colligendis. Quibus ne sæpe per singula loca cogamur respondere semel hoc loco respondendum est. Ita tamen respondendum, vt non de tota de fide & iustificatione quæstione; sed de huius & similium locorum interpretatione disputemus. Possem dicere, quod omnes hactenus Catholici responderunt, nos non negare; sed docere, primam iustificationem, de qua in omnibus locis agitur, propter opera non fieri. Eos tamen non continuo probare sola fieri fide; nam inter fidem & opera caritas est, quam Petrus affirmat peccatorum multitudinem operire 1. epistola cap. 4. 8. & Christus, *remittuntur illi peccata multa, quia dilexit multum* Lucæ 7. 47. nam istorum in eum locum interpretamentum illic refutabimus. Itaque cum peccata non nominata caritate fide remitti dicuntur, caritate etiam remitti ex aliis locis intelligendum est; vbi dicuntur non nominata fide remitti caritate. Nam sicut ex illis, vbi fides non nominatur, colligi non potest sola caritate sine fide remitti; ita ex his, vbi non nominatur caritas pertinere colligitur sola fide remitti fine caritate. Præsertim cum illi doceant, sicut caritas sine fide esse non potest, ita sine caritate esse non posse fidem; vnus enim eorum error errore altero refutatur. Fides autem potius, quam caritas in iustificatione nominatur, non quia dignitate, aut efficacitate maior, sed quia ordine naturę prior est. Possem, inquam, ita respondere, vt omnes Catholici respondent, & satis superque factum esset. Sed contentus non ero; nisi effecero, vt omnes, qui communi sensu non carent, istorum non solum ignorantiam, sed etiam stoliditatem, & stultitiam intelligant. Triplicem isti magni Theologi fidem faciunt, historicam, qua credimus omnia, quæ à Deo dicta sunt, vera esse; miraculorum, qua credimus nihil esse, quod à Deo fieri non possit; iustificantem & Christianam, qua credimus meritis Christi remissa nobis esse peccata. Has tres in nobis fides (fides enim isti, tanquam in lyra, non tanquam in religione fidem faciunt) tribus in Deo proprietatibus respondere, historicam veritati; miraculorum potentiæ; iustificantem bonitati, non omni, sed illi proprię, qua cum adhuc peccatores essemus, vt ait Diuus Paulus, *Christus pro nobis mortuus est*: nos nec prima, nec secunda, sed sola tertia iustificari. Quod etsi absurdum est, tamen & eorum errorem refellit, & cæcitatem mirifice declarat. Nam in istis omnibus locis, quæ tanta accumulant diligentia, nulla prorsus de fide eorum iustificante mentio fit. *Videns Iesus fidem illorum.* Quam fidem? vtique miraculorum, qua credebant paralyticum à Christo posse curari; non iustificantem, de qua ne cogitauerant quidem, cum nec ipsi vnquam audiuissent, nec Christus vnquam dum dixisset se pro peccati hominum moriturum. Nec respondere possunt implicite ista credidisse, quia apud illos nulla implicita fides est (ac ne explicita quidem) nosque homines acuti rident, quod implicitam quandam faciamus fidem. Dixit de Centurione. *Vade, & sicut credidisti fiat tibi, & non inuenti tantam fidem in Israel.* Quam fidem? non vtique iustificantem, de qua Centurione suspicari quidem poterat; sed miraculorum, qua dixerat, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus* capite 8. 8. Dicit mulieri, quæ fluxu sanguinis laborabat, *Vade, fides tua te saluam fecit*, infra vers. 22. Quæ fides? miraculorum, qua dixerat intra se, *si tetigero tantum vestimentum eius salua ero*, versiculo vigesimo primo. De qua & in cæteris, quæ proferunt, testimoniis, agi perspicuum est eamque Christum ab iis, quos curat, requirere solere. vt vers. 28. *Creditis, quia hoc possum facere vobis?* Cur ergo istos non pudet tam multa testimonia tanto studio congerere, vt nos sola fide iustificari probent; cum in nullo prorsus eorum de ea agatur fide, qua sola nos docent iustificari? Hæc fatis magna impudentia, & cæcitas erat; sed illa non minor, quod non videant; aut videre non pudeat, vt alia præter mittam argumenta; non posse in his locis de ipsorum iustificante fide agi, etiamsi de fide miraculorum non ageretur, quia in plerisque non de propria, sed de aliena agitur fide, hic de fide eorum, qui paralyticum per tectum demiserunt; supra capite 8. 8. de fide non serui ægrotantis, sed pro seruo rogantis Centurionis. Luc. 8. 50. non de fide filiæ iam mortuæ, sed Archisynagogi. Marc. 9. 23. non de fide filij, qui mutum dæmonium habebat; sed de fide patris, qui pro filio rogabat, cui Christus dicit, *si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Istorum autem opinione, qui adulti iam sunt (nam de infantibus contrariam sunt hæresim fabricati) non possunt aliena fide, sed propria iustificari, quia ideo, inquiunt, iustificamur, quia Christi iustitiam apprehendimus, & apprehendendo nostram facimus; facta nostra iustificamur, id est tecti, ac vestiti Christi iustitia iusti apud Deum videmur, ac reputamur. Fallimus enim Deum, non placamus. Quod si ita est, sua quisque, non aliena fide iustificetur necesse est: nec magis vnus potest fide, qua alter pro eo induit, aut ornari, aut calefieri. Per fidem enim, vt aiunt, Christi iustitiam induimus, qua ornati non sumus iusti, sed apparemus. Quæ igitur est amentia ad probandum nos sola fide iustificari, ea producere testimonia, in quibus nō de propria, sed de aliena, & de aliena non iustificante, sed miraculorum fide agitur; & tamen soli hodie multorum iudicio, maxime vero suo, isti sani sapiunt, soli doctissimi sunt, soli verbum Dei purum docent: præsertim in quæstione de iustificatione, quam illi omnes doctrinæ suæ caput, ego omnium hæresum ipsorum seminarium puto. Appellamus quidem doctos, quia tantopere volunt: sed ita doctos, vt iustos; non quia sunt, sed quia reputantur. Quid igitur nos de his locis dicemus? an qui corpore, non iidem animo esse sunt? De plerisque non communiter de omnibus ita credendum. Nam Malchum illum seruum Pontificis, cui Petrus auriculam abscinderat, à Christo sanatum legimus; iustifica-

Romān. cap. 5. 8.

De iustificatione per fidem.

Matthæi 8. 10. 13.

Fides sine caritate non iustificat.

Hæreticorū cæcitas, & impudentia.

Triplex hæreticorū fidei genus.

Hæretici docti vt iusti. Christianū omnes aut nouit, aut nouisse putant.

stificatum non credimus Ioann. 18. 10. noo enim fidei sua, sed Christi benignitate, qui nolebat arundinem quassatam confringere, sanatus est. Cæteros vero, qui fide curati sunt, non sola, sed eadem tamen fide, qua corpore sanati sunt, animo etiam credimus esse sanatos. Non ea, quam isti solam iustificantem, & Christianam appellant, quaque fingunt Christi iustitiam apprehendere; sed illa, quæ Apostolorum symbolo continetur, quæ eadem & historica, & miraculorum, & iustificans est. Nam ista triplex fides, quam isti nuper inuenerunt, figmentum est, somnium est, portentum est, chimera est, & si vnam haberent fidem, omnem haberent; quia triplicem habent, nullam habent. Quomodo ergo propter alienam portantium fidem peccata paralytico remittuntur? Veteres, vt supra c. 13. diximus, auctores absolute dixerunt, aliorum fide aliorum aliquando peccata remitti, quod huius loci exemplo potissimum probant. Quod quidem verum est, sed ita tamen intelligendum, vt non solum aliena in adultis fide, sed etiam propria remitti credamus, dū propria ab aliena iuuatur. Nec enim credendum est iis, qui nullam fidem habent, aliorum fide peccata remitti; sed iis, qui tam imbecillem habent, vt nisi Deus in eorum qui pro illis orant, fidem intueretur, non esset illis peccata remissurus. Quanquam hunc, de quo agitur, paralyticum non minorem; quam eos, à quibus gestabatur, id est satis magnam fidem habuisse verosimile est; sed dicitur illi Christus propter gestantium fidem peccata remisisse: quia tantam fidei eorum rationem habuit, vt etiam si paralyticus minorem, quam necesse erat, habuisset; tamen illis eorum motus fide remissset. Alio etiam modo aliorum fide aliis peccata remittuntur: dum aliorum orando fides, aliis aut nihil agentibus, aut male agentibus, certe non credentibus fidem impetrat, vt sepe dicere Augustinum meminisTe phanum Paulo fidem impetrauisse.

Quomodo aliena fide aliorum peccata remittantur.

3. *Quidam de Scribis.*] Qui fuerunt Scribæ, diximus c. 2. 4.

Intra se.] Ἐν ἑαυτοῖς quidam interpretantur *inter se*, quasi inter se alij cum aliis de Christi facto murmurarent. Sed ex versicu. 4. manifestum est sensum esse non inter se, sed intra se murmurasse, id est cogitasse Christum blasphemare. Non enim dicit Euangelista, cum audisset, aut cognouisset sermones eorum: *sed cum vidisset cogitationes eorum.* Et non dicit Christus, quid murmuratis; *sed, quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Dicere enim intra se Hebraica phratis לאמור בקרבי dicere in medio sui, est cogitare, vt supra ca. 3. 9. & infra hoc capite, ver. 21. & Luc. 7. 39. 49. & 16. 3. & 18. 4. quod simili phrasi dicunt, dicere in corde tuo לאמור בלבו Psal. 4. 5. & 10. secundum Hebræos 11. 13. & innumeris aliis locis, quod etiam Diuus Augustinus libro de Trinitat. 15. capite 10. notauit.

Christi diuinitas confirmatur.

Hic blasphemat.] Blasphemare Christum dicunt, quia quod Dei proprium est, sibi attribuebat, remittere peccata: legerant enim, quod dixerat Isaias cap. 43. 25. *ego sum, ego ipse, qui deleo iniquitates tuas*, sed non legerant, aut non intellexerant, quod idem dicit c. 53. 6. *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Nec meminerant, quod Ioannes dixerat; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* c. 1. 29. Alij Euangelistæ causam, quam afferebant blasphemiæ, expressérunt, *quia potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* Mar. 2. 7. & Luc. 5. 21.

Christus ostendit se hominem, peccata remittere.

4. *Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum.*] Vtrumque magno consilio expressit Euangelista, & quod non obloqui sint, sed intra se tantum cogitauerint, & quod Christus eorum cogitationes non solum coniectura cognouerit; sed quasi oculis viderit, vt Christi diuinitatem declararet. Expressius etiam Marcus ca. 2. 8. *Quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis, quid ipsa cogitatis in cordibus vestris?* Solum Deum hominum corda, cogitationesque cognoscere tota scriptura testatur 1. Par. 28. 9. & 2. Par. 6. 30. Ierem. 17. 10. Rom. 8. 27. 1. Cor. 2. 10. Itaque recte ex hoc loco Christi diuinitatem veteres Theologi probauerunt.

Quomodo homines peccata remittant.

Quid est facilius dicere.] Sententia meo quidem iudicio, nisi nimio inquirendi studio difficilis fiat, per se ipsa facilis est. *Dicere* hoc loco, nec pro solis verbis, nec pro solis rebus positum est. Nam si verba quidem solum spectes, æque est facile dicere, *Remittuntur tibi peccata tua*, & dicere, *Surge & ambula.* Si res, multo est difficilius peccata remittere, quam dissoluta paralytici membra curare. Nam quod nonnulli dicunt interpretes corpus propria, non aliena auctoritate sanare æque esse difficile, atque remittere peccata, ne audiendum quidem est. Vera enim est Augustini sententia tractat. in Ioan. 72. difficilius esse hominem iustificare, quam cœlum & terram creare. Sed ponitur pro verbis externa effectus probatione coniunctis. Hoc enim modo difficilius est dicere, *Surge & ambula*, quam, *remittuntur tibi peccata tua*: quia an peccata vere remittantur, qui audiunt, videre non possunt; an autem paralyticus surgat, & ambuler, non videre non possunt. Itaque illic dicentis auctoritas quia mendacij argui non potest, non periclitatur; hic quia oculis conuinci potest, in periculum adducitur. Quemadmodum si quis diceret sibi difficilius esse de rebus proximis atque recentibus, quam de remotissimis & incognitis historiam scribere, aut de plantis, de terra, de animantibus; quam de cœlo, quam de concentricis, & excentricis, de cyclis, & epicyclis philosophari: non quod difficilius nō sit hæc scire, quam illa; sed quod facilius hæc, quam illa probare; vbi dicere auditori incredulo possumus. Non credis? ascende in cœlum, vide, mensre. Si ita non est, mendacij doctoram argue. Ad hunc sensum Hieronymus, Chrysostomus, Beda, & Theophylactus exponunt: & perdere mihi videntur operam non solum qui aliam quærunt; sed etiam qui aliam inueniunt interpretationem. Quod autem Hilarius & Ambrosius de resurrectione corporum interpretantur, quasi per hunc paralyticum mortui significentur, & difficilius sit mortuos suscitare, quam peccata remittere; ingeniosa & elegans est allegoria; sed nos, vt sæpe diximus, aliud quærimus. Illud quamuis magnis auctoribus non concedo, difficilius esse mortuos suscitare, quam peccata remittere, quia qui fecit te sine te, suscitabit te sine te; sed non iustificabit te sine te, vt loquitur Augustinus. Poterit autem aliquis merito dubitare, quomodo Christus, quod probandum erat, concludat. Nam si remittere peccata erat re vera difficilius, dum experientia curati paralytici docet se, quod re ipsa facilius est, posse facere; non bene probat posse, & se peccata remittere, quod erat difficilius. Respondeo, Christum tantum probare voluisse sibi esse credendum, quod bene probat ab eo, cuius probatio erat difficilior: quasi dicat, si non fallo, cum dico paralytico *Surge, & ambula*, vbi difficilius est probare me verum dicere; cur credis me fallere, cum dico *remittuntur tibi peccata tua?* Demūg ex re, quæ effectu probari potest, in re, quæ probari non potest, sibi fidem facit.

Difficilius peccatum suscitare quam remittere, 13. de ciuit. Dei.

6. *Vt autem sciatis.*] Quidam hæc verba Euangelistæ esse putant. Quod ne simile quidem vero est, & quia sententia ipsa postulat, vt Scribis Christus hoc dixerit, vt probaret se potestatem habere peccata remittendi; & quia omnes Euangelistæ, Marcus capite 2. 10. & Lucas capite 5. 24. eadem ponunt, quod profecto non fecissent, si ipsorum fuissent verba, non Christi. Plerique interpretes existimant Christum probare voluisse se esse Deum, ac proptere a non blasphemare, cum dicit se remittere peccata. Ego nihil me, si cum illis conferar, iudicio, & auctoritate valere scio; sed tamen & singula verba, & totum

Quid telonium.

Ad telonium.] Ad mensam publicanorum, ad quam publica Cæsaris vectigalia referebantur, ἀπὸ τῶν τελωνίων, quod vectigal significat, τελώνιον telonium dictum est, id est locus vbi vectigalia reponuntur. Sed quia plerumque vectigal pecunia erat, quæ super mensam numerari solet, mensa etiam appellatur, ideoque ad telonium, id est ad mensam sedere dicitur. Sicut vsque ad hodiernum diem in Hispania vocatur *La mesa del real*, id est mensa magistratus, locus, ad quem vectigalia Magistri equitum Dalatorum

& totum argumentum perpendenti videtur probare Christus non solum Deum potestatem habere peccata remittendi. Credibile enim est contrarium eius, quod Scribæ putabant, probare voluisse. Putabant autem illi & solum Deum posse peccata remittere, & Christum vtique non esse Deum. Christus probat & se Deum esse, & etiam, vt hominem, remittere peccata, non vt qualemcunque hominem, sed vt hominem Deum. Deum esse non tam argumentando probat; quam experientia demonstrat, dum illis, quid cogitent, exponit; se vt hominem, remittere peccata probat eo, quod verbiculo quinto, explicauimus, argumento. Atque hanc vim hæc duo verba, *Filius hominis, & super terram* habere mihi videntur. Non enim dixit, vt autem sciatis filium Dei habere potestatem; *sed filium hominis*; & non dixit in cœlo; *sed super terram*, vt ostenderet se etiam, vt hominem remittere peccata. Abutebantur hoc loco Nouatiani, vt probarent non posse sacerdotes remittere peccata; quemadmodum hodie eorum hæredes Caluiniani in eundem errorem abuntur. Vtrisque D. Ambrosius duobus de pœnitentia libris abunde respondit: & ex his, quæ modo diximus, facilis est responsio, quemadmodum potestas remittendi peccata cum natura etiam humana Christi à diuinitate communicata est; ita fuisse à Christo, tanquam à capite, cum quibus voluit membris, id est cum sacerdotibus communicatam. Quod & in potestate faciendi miracula factum videmus, quæ cum propria Dei sit, à diuinitate Christi cum humanitate; & à Christo cum Apostolis communicata est, nisi quod Christus sua, cæteri Christi vtrumque auctoritate faciunt.

Surge, tolle, & vade.] Hæc tria verba ad euidentem curationis probationem Christus adiecit. Nec enim videri poterat simulata, aut imperfecta curatio, qua impotens membrorum paralyticus surrexisset, insuper lectum suum in humeros sustulisset, & in domum suam portasset, vt Chrysost. admonuit.

Timuerunt.] Ἐφοβήθησαν admirati sunt, quidam ἐθαύμασαν timuerunt legendum putant, non intelligentes hæreticorum scholiastem, quem sequi voluerunt. Nam ne ille quidem ita legendum existimat, sed id verbum significare, nostrumque interpretem parum proprie vertisse. Vtique erant; nam noster interpres sensum, non verba respexit. Et quamuis θαυμάζω proprie sit admirari, tamen hoc loco positum est pro timere. Est enim admiratio quædam, quæ ex gaudio, alia quæ ex timore proficiscitur. Itaque Lucas capite quinto, vigesimosexto, quod hic Matthæus τοὺς πάντας admirationem vocat, τοὺς περὶ αὐτὸν stuporem appellat, & vehementem timorem interpretatur. Et *super* (inquit) *apprehendit omnes, & magnificabant Deum, & replebantur timore.* Timor autem intelligendus est, non ille, qui ex odio, sed ille, qui ex magna alicuius opinione & reuerentia nasci solet, cuius lib. 3. Reg. c. 3. 28. plenum exemplum est, vbi cū populus in illo iudicio inter duas meretrices Salomonis sapientiam perspexisset, timuisse dicitur Salomonem. Quemadmodū ergo illi timere, pro admirari, ita hic admirari, pro timere positum est.

Scriptura idioma nobile.

9. *Transiens inde.*] Redienti mihi mare, vt explicat Marcus capite secundo, decimooctauo, De Apostolorum vocatione, quæ hoc loco dici poterant, diximus supra c. 4. 1.

Ad telonium.] Ad mensam publicanorum, ad quam publica Cæsaris vectigalia referebantur, ἀπὸ τῶν τελωνίων, quod vectigal significat, τελώνιον telonium dictum est, id est locus vbi vectigalia reponuntur. Sed quia plerumque vectigal pecunia erat, quæ super mensam numerari solet, mensa etiam appellatur, ideoque ad telonium, id est ad mensam sedere dicitur. Sicut vsque ad hodiernum diem in Hispania vocatur *La mesa del real*, id est mensa magistratus, locus, ad quem vectigalia Magistri equitum Dalatorum cohi apportantur. Constat enim tributa olim non ostiatim colligi solita, sed à subditis ipsis in eorum locum referri. Sicut decimæ in Hispania non solum non extorquentur, sed ne petuntur quidem; ac sponte ab iis, à quibus debentur, afferuntur. Hanc mensam, ad quam sedebat Matthæus, credibile est non in ipsius fuisse domo, sed in loco aliquo publico iuxta mare, vt facilius mercium, quæ mari adducebantur, tributa in eum colligerentur. Nam Marcus capite secundo, decimoquinto, & Lucas capite 5. 29. significant inde Christum in Matthæi domum fese contulisse, vbi magnum illi Matthæus conuiuium apparauit.

Matthæum nomine.] Marcus capite 2. 14. & Lucas capite 5. 27. 29. Matthæum nomine, id est cognomento Leui. Apparet autem honorificentius fuisse cognomen Leui, quam nomen Matthæi, quia animaduertimus nunquam se Leui, sed semper Matthæum modestiæ, alios eum non solum Matthæum, sed etiam Leui honoris causa vocare, vt Hieronymus obseruauit.

10. *In domo.*] Eiusdem Matthæi, Marc. 2. 15. & Luc. 5. 29.

13. *Euntes.*] Hebraissmus לכו ראו *ite, & dicite*, vt Iud. 10. 14. *Ite, & inuocate Deos, quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ.* Eadem phrasi dicum Gallice, *Allez, apprenez ce que est.*

Discite.] Missi ad scholam doctores legis, vt eius rei, cuius scientia maxime gloriabantur, maximam exprobret ignorantiam, vt Euthymius admonuit.

Quod aliis quoq; locis facere solet, vt c. 12. 3. *non legistis, quid fecerit David quando esurit, & qui cum eo erant.* & ibidem ver. 5. *non legistis in lege, quia sabbatho sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt?* & c. 19. 4. *non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos*, similia ca. 21. 16. 42. & 22. 31. & Mar. 12. 10. 26. Pharisæos legis doctores fuisse diximus c. 5. 4.

Misericordiam volo.] Primum quærendum, quorsum Christus hoc dicat; nec enim hic de sacrificio, aut misericordia agebatur. Respondeo, magnam fuisse misericordiam peccatores ad pœnitentiam vocare, vt paulo post dicit: quam probat à maiori ad minus omnibus esse rebus præferendam. Si enim sacrificio, quod Deo offertur, telle Propheta præferenda est, quibus non erit rebus anteponenda? Sicut supra dixit c. 5. 24. 25. *si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Ad hunc ferme sensum Euthymius exponit.

Et non sacrificium.] Non negat se sacrificium velle, cum ipse instituerit, sibique iusserit offerri, sed dicit se misericordiam malle, quam sacrificium, id est sacrificium internum, quam externum, &, si alterutrum defuturum est malle externum, quod in carnalibus hostiis quam internum, quod in corde consistit, deesse sacrificium. Est enim Hebræorum idioma, quo solent illi, cum vnum alteri præferunt, non illud magis, hoc minus affirmare: sed illud affirmare omnino, hoc omnino negare: vt, *doctrina mea, non est mea*, id est non tam mea, quam patris est; ab eo enim ego accepi Ioan. 7. 16. *Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, id est non tam vos, quam ille infra ca. 10. 20. *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*, id est non tam volentis hominis, quam miserentis est Dei Romanorum 9. 16. sic Chrysost. explicat hom. 31. Itaq; Ambr. libr. de pœnitentia ca. 2. ita legit, *misericordiam malo, quam sacrificium.* Augustinus vero lib. 20. contra Faustum c. 18. & lib. 1. de consensu Euangelist. c. 27. *misericordiam volo, quam sacrificium*, forma loquēdi apud veteres Theologos vsque ad Gregorij tempora frequenter vsurpata, &, vt suspicor, ex veteri nata editione, qua ante Hieronymum Latina vtebatur Ecclesia, cuius Au-

ctorem credibile est Hebraismum imitatum solitum dicere וה המצרי מזוח hoc volo, quam hoc, id est hoc malo. Idem Augustinus libro 10. de ciuit. capite 5. & Caesarius homil. 36. legunt, *mi ergo ariam magis volo, quam sacrificium*, ad sensum fortasse, non ad verba respicientes. Hunc autem esse sensum ex eodem loco Prophetæ, ex quo hæc sumpta sunt verba, Osee. 6. *manifestum est; sequitur enim, & scientiam Dei magis, quam holocausta.* Per sacrificium autem, quia externus erat cultus, omnis cultus externus, per misericordiam omnia, caritatis opera intelligenda sunt.

Non veni vocare iustos, sed peccatores.] Duæ hoc loco quæstiones sunt, vna, an aliquos, cum Christus venit, iustos inuenerit; altera, an propter illos etiam si qui erant, venerit. Hæretici huius temporis Lutherani, & Caluiniani non solum, cum Christus venit; sed etiam post quemquam vere iustum fuisse negant. Quem errorem etsi alio loco copiosius iuimus refutaturi; hic etiam obiter perstringemus. Certe Zacharias, & Elisabeth iusti erant; quocunque tandem modo iustos intes precentur. Propterea enim negant non solum esse quenquam, sed etiam esse posse iustum, quia nemo totam (inquiunt) legem seruare potest. De Zacharia autem & Elisabeth capite 1. 6. Lucas scribit, *Et erant iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Iustos non reputatos, vt isti commentantur, sed fuisse dicit, & fuisse non apud homines tantum, sed ante Deum, & non, quia peccata illis non imputabantur, sed quia peccata non habebant, id est, quia legem obseruabant, quod illi boni Euangelistæ, vt eorum etiam verbo vtar, impossibile esse dicunt, *incedentes* (inquit) *in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela*, id est, ita vt nihil in eis desiderari posset. Si ergo talis Elisabeth, qualis Maria de qua illa dicit, *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Luc. 1. 43. Alios quoque de quibus scriptura mentionem non fecerit, iustos fuisse credendum est, quando ex his constat esse potuisse. Nam & Nathanael Christus verum Israelitam appellauit, in quo dolus non esset Ioann. 1. 47. qua phrasi solet scriptura hominem perfecte iustum significare, vt Psalm. 144. *Qui non egit dolum in lingua sua*, & 31. 2. *necessi in spiritu eius dolus.* Denique de Christo ipso ad magnam laudem dictum est, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Alia ex parte scriptura docet omnes fuisse peccatores Roman. 3. 22. 23. *Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum; non enim est distinctio: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.* & 2. Cor. 5. 14. 15. *Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & vnus pro omnibus mortuus est Christus.* Ita etiam omnes veteres Auctores sentiunt, Christum eum venit, neminem iustum reperisse: sed dixisse, *non veni vocari iustos* non quod aliqui iusti essent, sed quod se aliqui iustos esse putarent, quales illi ipsi erant Pharisæi, quibus ista dicebat. Propter eos autem non venisse, non quod propter omnes non venerit, sed quod illi, qui se iustos putabant, vt, qui eum a gressum se sanos esse dicunt, medicum non quærent. Ideo illis Christus dicit Ioann. 9. 41. *si cæci essetis, non haberetis peccatum; nunc vero dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet.* Ita Hilarius & Chrysostomus homilia 31. Hieronymus, Beda, Theophylact. Euthymius quoque per ironiam iustos appellasse intelligunt. Scripturæ autem, quæ hac in re videntur esse contrariæ, ad hunc modum conciliandæ sunt. Inuenit Christus veniens, vt probamus à nobis est, aliquos iustos, & tamen neminem, vt a fixæ scripturæ docent, iustum inuenerit; aliquos, qui re vera iusti erant, neminem qui per se, id est sine ipso Christo iustus esset. Nam ipsi illi, qui ante quam Christus veniret, iusti vnquam fuerunt, non nisi per eius gratiam, & fidem, & vi futuri aduentus eius fuerunt iustificati, vt Petrus testatur Act. 15. 11. *per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.* Ita ipsa Christi mater B. Virgo Maria omnium iustorum hominum iustissima, quam a peccato etiam originali præseruatam credimus, inter eos numeratur, qui gratia Dei indiguerunt, & propter quos, etiam Christus venit, quia si Christus non venisset eius gratia præseruata non fuisset. Superest quæstio secunda, quomodo dicat Christus se non venisse, vt iustos vocaret, cum nemo sine eius vocante gratia iustus fuerit. Quomodo veteres Auctores responderint, paulo ante commemoranimus; non venisse, vt vocaret iustos, id est, qui se iustos esse existimabant, non quod ille vocare nollet, sed quod illi etiamsi vocaret, venire nollent. Hoc probabile est. Illud autem quod Euthymius dicit, nisi aliqua benigniore interpretatione molliri possit, per iustos Pelagianum, Christum non venisse propter iustos, quia iusti ipsi sibi ad salutem sufficiebant. Quanquam non Auctorum, qui & Catholicus, & pius, & eruditus est, sed Auctoris minus eatum loquendi modum damno. Ego, si quid tamen meum valet iudicium, sic intelligo Christum non venisse, vt iustos, sed vt peccatores vocaret, quemadmodum nonaginta nouem oues, quæ non erraverant, vt vnam quæreret errantem, in deserto dicitur reliquisse infra capite 18. 12. Non enim significat, vt quidam interpretantur, angelos reliquisse, vt hominem quæreret, nec nonaginta nouem homines, qui non erraverant, vt vnum quæreret aberrantem, quasi non nisi nonaginta nouem iusti quisque homo iniustus esset. *Omnes enim in viam suam declinauerunt. Isaiæ 53. 6. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt.* Psalm. 13. 3. & 52. 4. Ideo significat se accessisse bonum & misericordem, vt si non fuissent, nisi centum homines, nonaginta nouem iusti & vnus iniustus; nonaginta nouem iustos reliquisset, vt vnum iniustum quæreret, & se propter illum solum in hunc mundum venturum, & mortem suscepturum fuisse. Similiter hoc loco non significat aliquos sine gratia aduentus sui iustos esse, ad quos vocandos non venerit; sed se ita peccatores quærere, vt si aliqui fuissent iusti, non propter eos, sed propter peccatores venturus fuisset. Hic, nisi valde fallor, verus est sensus. Itaque illa quorundam Theologorum opinio, qui existimant, etiamsi homines non peccassent, Christum fuisse venturum, non soluta huic loco, sed scripturæ mihi videtur esse contraria: & dum incertum Christi beneficium fingit, certum illud, quo maius esse non potuit, redemptionis nostræ extenuare. Et vero, nisi scirem etiam non nullos Catholicos, & eruditos viros in eo esse sententia, multo eam grauioribus notare verbis. Sed nolo, dum sententiam reprehendo, Auctores quoque videri velle reprehendere. Tantum dico non posse me eos, qui eam etiam nunc defendunt, non mirari.

14. Tunc accesserunt.] Cum Pharisæi in priore altercatione victi fuissent.

Discipuli Ioannis. Lucas capite 5. 33. ipsos Pharisæos accessisse dicit; quod D. Augustinus, lib. 2. de consens. Euangel. cap. 23. ita conciliat: vt eos accessisse, sed Lucam solos Pharisæos, Matthæum solos discipulos Ioannis nominasse. Sed videtur ita Matthæus locum, vt significare velle videatur Pharisæos iustos nō fuisse ad Christum accedere. Nam & paulo ante ver. 11. non Christo, sed eius discipulis dixisse ait, *quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester?* Quare probabilius est Ioannis discipulos à Pharisæis fuisse missos accessisse, quod eo illi libentius fortasse fecerunt, quod inter Ioannis & Christi discipulos aliquam fuisse conflet æmulationem. vt infra Ioan. 3. 26. *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.* Propterea Lucas Pharisæos accessisse dicit, quia Ioannis discipuli instigatibus Pharisæis accesserunt.

Dissi-

Discipuli autem tui non ieiunant.] Lucas capit. quinto, trigesimo tertio, dicit, *discipuli autem tui edunt & bibunt*; quasi immoderatum cibi, & potus vsum notare voluerint, & quidem credibilius est, & Pharisæorum ingenio magis consentaneum ita dixisse. Nam per hæc verba *edunt, & bibunt*, discipulorum intemperantiam, per discipulos autem magistrum ipsum Christum notare voluisse, Christus ad hunc locum alludens significat capite 11. 18. 19. *venit Ioannes Baptista nec manducans nec bibens, & dicunt demonium habet; venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus.* Homines opinione sui inflati, & se laudant, *quare nos ieiunamus?* & ne te laudare videantur, discipulos Ioannis laudis socios assumunt. Christum autem, & eius discipulos non solum tanquam parum religiosos, sed etiam tanquam intemperantes & ebriosos accusant. *Quare nos*, pluraliter, dicunt his verbis significant. Quare nos & non tu nisi quia nos sancti, ac iusti, & ex Deo sumus; tu peccator, & ex hominibus, cum interim, dum nos ieiunamus, tu peccatorum hominum comessationibus defecteris?

15. Nunquid possunt filii sponsi, &c.] Sponsus thalami, aut cubiculi nuptialis Mar. secundo, decimo nono, idem noster inter pres vertit nuptiarum. Qui autem dicantur filii sponsi, aut thalami in anisetum est, loquitur enim Christus de discipulis suis, de quibus obiecta illi quæstio fuerat. Cur vero ita vocentur, de eo interpretes dissident. Ambrosius libro quinto in Lucam, Hieronymus, & Beda in commet. ideo filios vocari docent, quod ab eo ipso aliter nari essent, his potius assentior, qui Hebraismum esse dicunt, quo filii thalami, aut nuptiarum appellantur, qui familiares sponsi sunt, qui eius vari s lætitiæ argumentis celebrant nuptias, quod nunc corrupto apud nos moribus, comuniis saltationibus, ludis neris solet, tunc saltem communis; vt ex nuptiis in Cana Galilææ celebratis Ioann. secundo, primo, perspicuum est: ideoque dicit ieiunare non posse, quia repugnat nuptiarum celebrationi ieiunium. Quemadmodum enim filii regni vocantur capite octauo, duodecimo, qui sunt ex regno, ita nuptiarum, qui celebrant nuptias, quod significauimus Galli dicunt, *ceux qui sont de la feste des noces* Amici sponsi, vt vocat se ipsum Ioannes Baptista Ioann. tertio, vigesimo nono, sponsus autem est Christus vt in illa parabola nuptiarum adumbratur capite 22. 2. & capite 25. 1. 6. 10. & Apocal. 19. 7. 9. Cuius, vt ita dicam, ipsa hac celebrantur Matthæi 22. 2. & 25. 1. nuptiæ autem in cœlo, vbi matrimonium quodammodo cum Ecclesia eius sponsa consummat Apocal. 19. 7. 9. quia tunc eam in cubiculum suum, id est in cœlum introducet, vbi perpetuus eius fruetur amplexibus.

Lugere. cur non dicit ieiunare, non enim de luctu sed de ieiunio quæ rebatur. Ideo vt opinor, vt in genere non solum ieiunium, sed omnes alias luctus species cōprehendat & plus quam ab aduersariis interrogabatur, respondeat; & vt à negatione generis ad negationem speciei fortius argumentetur. Si enim animal esse non potest, quomodo homo esse poterit? Si filii sponsi lugere non possunt, quomodo ieiunare poterunt? Lugere enim hoc loco non significat lacrymas fundere, aut plangere, sed tristem esse, & vt Latini loquuntur in luctu, foedibusque vestibus esse; sicut dicuntur sentire cerso tempore lugere, non quod eos vnu perpetuo ilcant, sed quod pro illis luctus ejus vestem gerant. Quare hoc loco merito potest, si non possunt filii sponsi, quam dum sponsus cum illis est, ieiunare. cur Ioannes Baptista, cuique discipuli ieiunarent, non ipse filius, id est amicus erat sponsi, qui vocem eius audiebat vnde ita ait Ioann. 3. 29. Respondeo id factum necessario, vt omnibus modis ad salutem homines alliceretur, & singulari, qualis fuit Ioannis; & communi, qualis fuit Christi, more viuendi; vt Christus capite 11. 18. 19. significat. *venit Ioannes nec manducans, nec bibens, & dicunt, demonium habet; venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, ecce homo vorax, & potator vini, & iustificata est sapientia a filiis suis.* Præterquam quod Ioannes, etsi amicus erat sponsi, filius tamen, id est, discipulus proprie non erat; parabat enim viam, qua alii ad nuptias venirent, ipse non venit. Qui veniebant, aspera venturi erant via; cum venissent, non asperam, sed hilarem, & iucundam, quam dum cum sponso essent, aduri vitam, vt nuptiarum festiuitas celebratio postulabat. At cur Christus falsem ipse, si non eius discipuli, non ieiunabat? Eadem ratione reddi posset, quia sponsus erat, & sponsalia sua celebrabat, sed ipse aliam rationem reddat, *quia nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus*, versiculo 16.

Venient autem dies.] Dies pro tempore Hebræorum more quasi dicat, suus temporis ad ieiunandū habebunt cum ablatus illis fuerit sponsus. Non dicit, cum ab illis discesserit, nec cum mortuus fuerit; sed cum ablatus fuerit, significans miserabiliter ab illis ipsis Pharisæis, quibus cum loquebatur, de medio tollendum. *Tunc*, inquit, *ieiunabunt*, id est, tunc lugebunt. Nam, vt paulo ante lugere posse pro ieiunare genus pro specie ita nunc ieiunare pro lugere, speciem pro genere ponit, quasi dicat, tunc mihi nec lebrant meas nuptias, adeoque non ieiunant, ac tamen meam lugebunt mortem, adeoque ieiunabunt. Alludit enim ad veterem morem lugendi mortuos, ad hibitu ieiunio. solent enim, qui lugent, cibo abstinere. Euentus hanc Christi sententiam non probauit modo; sed etiam declarauit. Legimus enim quam assidui post ascensum in cœlum Christi in ieiuniis, & orationibus Apostoli fuerint Actorum decimo tertio, secundo, tertio, secundæ Corinth. sexto, quarto, in plagis, in carceribus, in tedisionibus, in laboribus, in vigiliis multis, in fame, & siti, & ieiuniis multis. Ineptus erat Montanus, Priscilla, & Maximilla, qui, vt ait hoc loco Hieronymus huius occasione serenitatem Quadragesimam post Pascha celebrabat. Intemperantes Caluinistæ, qui nullam omnino Quadragesimam amant, nolique, homines valde inepto iudicio sapientes, irridem, quasi ex hoc loco Quadragesimam colligamus. Nos vero hinc non tam Quadragesimam colligimus, quam eorum argumentū refutamus; qui ideo Quadragesimam reiciunt, quod Christum cum discipuli suis Quadragesimam non ieiunauerit; quibus idem, quod Christus hoc loco Pharisæis, reipondemus, non potuisse fieri sponsi, neque filios sponsi, quamdiu cum ipso iucundi erat, ieiunare; ablato autem sponso sepultum, & resurrectione, & ascensione, & volumtate ac verbis Christi confirmatos Ecclesiam feciisse quod ieiunium instituerit Quadragesimæ.

16. Nemo autem immittit.] Hoc ideo dicit Christus, vt probet prudenter se facere, quod non cogat suos discipulos ieiunare, vt Hieronymus, Chrysostomus, homilia trigesima prima, & Remigius, indicauerunt. Id autem duobus probat exemplis, altero panni rudis & vetustamenti veteris; altero vini noui, & vtris veteris, quorum neutrum cum altero bene conuenit. Sensus est facilis; verborum tamen explorumque accommodatio difficilis. Nec enim dubium est, quin velit Christus docere esse genus vitæ rudi ad discipulorum captum, cōsuetudinemque accommodandum, ne si nimio præter consuetudinem cogamur ieiunare, inde illis nos deterreri à religione. Itaque eorum est discipulos suos vestimentis, viribusque veteribus, genus autem vtendi subtilium, & asperū panno ad hoc rudi, vinoque nouo comparari. Atque hanc esse sententiam, quemadmodum vestimentis veteribus adiicitur assumentum ex pānō rudi, quia fit adiectum, vetere vestē magis dirimit

neque vinum nouum mittitur in vtres veteres, quia A si mittatur, vtres iam astricti vetustate feruente crepãt vino, ita non conuenire, vt discipuli faciliori vi uendi rationi assuetis genus vitæ difficilius, prorsusque dissimile subito præscribatur, ne difficultati succumbant, & à bene cœpto vitæ instituto desistant. Ita Euthymius, & Theophylactus interpretantur; nec melior meo iudicio interpretatio desideriari potest. Quanquam Tertullianus libro tertio, & quarto, contra Marcion. veterem vestem, & vtres veteres legem veterem; pannum rudem, & vinum nouum Euangelium esse dicit, aut dicentibus Marcionistis ipse non negat. Ambrosius vero libro in Lucam octauo, vestimentum vetus, & veteres vtres ieiunium. Hilarius Hieronymus, Chrysostomus & Beda Pharisæos. Augustinus serm. de tempore 186. omnes homines carnales. *Spiritualia*, inquit, *non capit carnalis, carnalitas vetustas est, gratia nouitas est.* Quæ omnia, quamuis acute eruditeque dicta sunt, tamen in prima, vt diximus, interpretatione standum est. Obiicit autem aliquis discipulos etiam Ioannis vetus vestimentum, & vtres veteres fuisse; ieiunium tamen illis, & vitæ genus asperrimum Ioannem propositisse. Iam verisimile decimo quinto, respondimus id eum fecisse necessario, quia viam ad Christum præparabat; quam asperam & difficilem, id est lacrymarum, ieiuniorum, & omnis pœnitentiæ generis plenam esse oportebat. Dicebat autem Dominum mitiorem, humaniorem que esse, quam seruũ, & quodammodo vngere, quos ille vulnerauerat. Obsci propterea potest, discipulos Christi nouos adhuc B fuisse, non ergo potuisse vestimento, vtribusque veteribus comparari. Respondeo aut propter infirmitatem, vt vult Euthymius; aut propter veterem consuetudinem omnino dissimilem, vt ego potius credo, veteres appellari. Adhuc enim sicut vestis attrita, & veteres vtres vetere vitiendi consuetudine nondum exuta imbecilles erant, nec vinum nouum capere poterant. *Multa*, inquit Christus, *habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modo*, Ioannis decimo sexto, duodecimo. Potest adhuc occurri, ieunium rem fuisse veterem, & vsitatam; propterea Ioannis discipulos, & Pharisæos Christo obiicere, quod nec ipse, nec eius discipuli ieiunent, quasi veteres non seruent traditiones. Respondeo quædam fuisse in veteri lege præcepta ieiunia, de quibus Dius Lucas in Actis capite vigesimo septimo, nono, mentionem facit; C sed Pharisæos non de illis loqui quę & vetera erant, & ab omnibus sicut nunc Ecclesiastica ieiunia seruabantur; sed de suis, & discipulorum Ioannis ieiuniis, quæ præcepta non erant, neque communia, sed voluntaria, & illis propria, quibus se Pharisæos id est singulares, cæteris que sanctiores esse gloriabantur; sicut Pharisæus ille Lucæ 18. 11. 12. in templo orans dicebat, non sum sicut cæteri hominum, sicut etiam hic *publicani*; *ieiuno bis in sabbatho*. Quod autem Marcion ex hoc loco suam hæresim confirmabat, quasi interveterem, & Euangelicam legem tanta fit dissimilitudo, vt vnus vtriusque auctor esse non possit, vt Tertullianus libro aduersus illum tertio, & quarto, & Epiphanius hæres. quadragesima secunda tradiderunt, & ab illis est satis refutatum, & adeo futile est, vt operę pretium facturus non sit, qui refutauerit. Similis Manichæorum error, contra quem Augustinus libro octauo, aduersus Faustum disputauit. Diximus de sententia, dicamus de verbis, vbi plusculum est difficultatis.

Commissuram. ἐπίβλημα additamentum, vt quidã vertunt, aut potius, si Latinitas pateretur, adiectamentum. Quidam hæreticorum interpretes existimant non significari additamentum panni, quo ad sarciendam plagam veteris vestis adnitur, quam *pacium*, vulgo vocant; sed partem panni, quæ, quando ad conficiendam vestem satis panni ex veteri non est, ex nouo in supplementum assumitur, sententia prorsus corrupta. Et quis id cui adnitur, vocat ἐπίβλημα ῥάκους vestem veterem, significans iam fuisse confectam vestem, ante quam additamentum assumeretur, sed veterem detritam, & plagas habentem, & quia dicit, *peior scissura fit*, peior scilicet, quam ea, quæ ante facta fuerat. Loquitur ergo de veste iam facta, sed scissuras habente, ad quas resarciendas dicit non esse rudem pannum insuendum, ne prior scissura fiat. Tertullianus & Augustinus plagulam vocant.

Tollit enim plenitudinem.] αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου verba sunt ambigua, quia τοῦ πληρώματος & nominandi, & accusandi casus esse potest. Si nominandi sit, sensus erit plenitudo eius, id est commissura illa, quæ ad implendum, quod deerat, adiecta est veteri vestimento, tollet (*aliquid*) ab illo, id est auferet, & lacerabit illud. Quem sensum Theodorus hæreticorum interpres, & in vertendo & in exponendo secutus est, parum recto, vt mihi videtur, iudicio. Si sit accusandi casus, duplex sensus esse potest, alter, vt suppositum verbi, *tollit*, repetatur ex verbo, *immittit*, quasi dicat, alioqui, quicunque id facit, tollit plenitudinem eius à vestimento. Quam interpretationem Erasmus inuenit, in eo prudentius quam Beza, quod τὸ πλήρωμα non primum, sed quartum facit casum; in eo non bene quod verbum, *tollit*, refert ad eum, qui commissuram adiecit. Verum sensum nemo potest melius, quam noster interpres, exprimere. πλήρωμα enim plenitudinem vocat Euangelista eam partem vestis, quæ cum illi commissura immitteretur, adhuc integra erat, quam ipsam non ille, qui commissuram adiecit; sed commissura ipsa panni rudis rigore suo tollit. Plenitudinem autem vocat Hebræorum more מְלֵאָה, quod integrum & sanum est, quemadmodum in altero, quod sequitur exemplo, non ille qui vinum nouum in vtres veteres immisit; sed vinum ipsum nouum, quia fortius est, quam, vt vtres ferre possint, vtres corrumpit, id est vtrium plenitudinem tollit. Et, qui aliter interpretantur, & veterem fastidientes vestionem nouam quæsiuerunt, mihi nullo modo videntur sententiæ vim proprietatemque perspexisse; quæ in eo maxime obseruatur, vt si pannus rudis vesti veteri assuatur, aut vinum nouum in veteres mittatur vtres, id quod vestem conseruare debuit, perdat; & vinum, quod, vt seruaretur, in vtres missum est, efficiat vtres rumpendo, vt seruari non possit. Sic enim nimia rigidum vitæ genus si discipulis, vt meliores fiant, adhuc infirmis, & veteribus assuetis moribus præscribatur, illud ipsum, quod eos meliores facere debuit deterrendo, auertendo, fugando peiores faciet. Et quod illis, vt conseruarent, exercerẽque, tanquam vtribus vetustis vinum nouum committeretur, dũ ferre non possent, eos desperatione quadam perderet, & ipsum quoque periret. Vinum exemplum Iudas præbuit, cui cum non satis idoneo Apostoli cõmissum esset officium, & quasi veteri vtri vinum nouum infusum, non solum moribus sed corpore etiam ipso, tanquam nimis inflatus vter crepuit medius, & perditum est, id est, quodam modo ignominia affectum Apostolicum officium.

18. *Princeps vnus Synagoge.*] Nomine Iairus Marc. quinto, vigesimo secundo, Lucæ octauo, quadragesimo primo. Princeps autem Synagogæ vocabatur, qui Synagogæ præsidebat; quemadmodum in schola, qui Decanus facultatis appellatur.

Modo defuncta est.] Magna inter Matthæum & cæteros Euangelistas videtur esse dissensio. Nam Marcus capite quinto, vigesimo tertio, non mortuam puellam, sed *in extremis fuisse* dicit. Lucas vero capite octauo, quadragesimo secundo, & *has moriebatur*. Chrysostomus homilia trigesima secunda, Beda, Euthymius, & Theophylactus ita enodilant, Principem vltum non ideo dixisse mortuam esse

esse filiam suam, quod vere mortua esset; sed vel A quod adeo grauiter, cum ipse domo discessit, ægrotaret; vt iam mortuam esse coniceret: aut quod orationem dolor exaggerauerit. Augustinus libro secundo de consens. Euangel. capite vigesimo octauo, Matthęum non recitasse, quod princeps dixerat, sed quod cogitabat. Probabilius est, quod quidam putant, vtrumque dixisse, & in extremis esse, & iam esse mortuam. Initio quidem dixisse eam in extremis esse, postea venisse familiares, qui mortuam esse nuntiarent, vt Marc. 5. 35. & Luc. 8. 49. exposuerunt; tum principem Christo dixisse, quod Matthæus narrat, filiam suam iam esse mortuam. Illud ego mihi persuadeo non dixisse principem Synagogæ simul, quę Matthæus simul narrat, *filia modo defuncta est, sed veni, impone manum tuam, & viuet*, sed hæc verba, *veni impone manum tuam super eam*, dixisse, antequam mortuam esse sciret. Morte autem audita potius rogasse Christum, aut rogare cogitasse, ne veniret, cum mortua iam esset, & quia Marcus, & Lucas ita narrant, & quia accepto nuntio de morte Christus illi dixit, *noli timere, crede tantum & salua erit*, quasi iam time re cœpisset, ne Christus, qui moribundam sanare poterat, mortuam suscitare non posset, & quia hominem Iudæum, eumque Synagogæ principem credibile non videtur tantam habuisse fidem, vt crederet posse Christum mortuam iam puellam tactu manus suscitare.

20. *Et ecce mulier.* [Cnem fuisse Cæsareæ Philippi, quæ Christo statuam ante domum suam posuerit accepti beneficii monimentum, scribit Eusebius libro 7. capite 18. & Sozomen libro 5. capite 21. cuius & Theophylactus hoc loco mentionem facit. Iratior minus est probabile, quod in libro de Salomone cap. quinto, Ambrosius scribit fuisse Martham Lazari sororem.

Quæ duodecim annis.] Facit hoc ad miraculi probationem, sicut quod Marcus c. 5. 26. & Lucas c. 8. 43. expresserunt, eam omnes suas facultates in medicos expendisse, nec profecisse quicquam. His enim circumstantiis docent non solum inusitatum, sed etiam incurabilem fuisse morbum, vt magis curationis miraculum appareat.

Accessit retro.] Non est causa palam accedere, siue, vt quidam putant, humilitate, siue, vt Optatus libro quinto contra Parmen. & Ambrosius libro de Salomone capite quinto, pudore, quod turpi laboraret morbo, siue quod, vt alii dicunt, lege à consortio hominum arceretur Leuit. 15. 24. Fluxum autem sanguinis, multi fluxum seminis fuisse putant, qui honestiore vocabulo fluxus sanguinis appelletur, vt Chrysostomus homilia trigesima secunda, & Theophylactus in commentariis.

22. *At Iesus conuersus, & videns.* στραφεὶς καὶ ἰδὼν, conuersus & aspiciens, quasi ignoraret, & quæreret, quis esset, qui se tetigisset, vt alii narrant Euangelistæ. Quod ideo fecit, & mulier videns se latere non posse, proderet se ipsa, & miraculũ non ex eius, qui contulerat, sed ex eius, quæ beneficium acceperat, ore cognosceretur. Quod autem Lucas capite 8. 45. ait, dixisse Christum, *Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exisse*, humano locutus est more, quasi ea ex illo virtus exisset, quemadmodum solet ex corpore secta vena sanguis exire. Narrat Lucas dixisse discipulos Christo: *Turba comprimunt te, & dicis, quis me tetigit?* In quæ verba Diuus Augustinus multis locis notare solet, non omnes, qui sequuntur, & tangunt Christum, vere tangere, sed potius comprimere eos vere tangere, qui fide ad Christum accedentes fructum percipiunt. *Fide*, inquit Ambrosius, *tangitur Christus* lib. 6. in Lucam.

Confide filia. [Apparet mulierem, cũ videret quæ rã Christo, quis se tetigisset, valde timuisse, quasi facrilegium patrasset, & clam sanitatem furata esset, vt Chrysostomus ait, pœnaque temeritatis suæ datura esset, vt Marcus capite quinto, trigesimo tertio, & Luc. 8. octauo, quadragesimo septimo, declarant. *Mulier vero timens, & tremens sciens, quod factum esset in se, venit, & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem*, ideo iubetur confidere, id est non timere, bono esse animo. Quod autem Marcus *mulierem*, Matthæus *filiam* à Christo vocatam dicit, leuis dissensio est; alter verba, alter sententiam recitauit. Vter verba? Matthæus opinor, quia magis conuenit benignitati, & consuetudini Christi, vt filiam quam vt mulierem appellauerit; præsertim quam tremen tem ac pauidam blandioribus verbis erigere volebat, vt supra versiculo secundo, *confide fili, remittuntur tibi peccata tua*. Quærunt nonnulli, cur Christus noluerit miraculum latere. Respondet Chrysostomus, & Theophylactus ideo noluisse, vt & Dei gloria magis eluceret, & fides principis Synagogæ, qui Christum sequebatur, confirmaretur. Quæ somnia Valentiniani ex hoc loco confinxerint, scribit Irenæus libro secundo, capite 36. Caluinus valde hunc locum sudat timens, ne hinc reliquarum vtium commodorum probemus, &, quibus teneris se videt, vinculis, quia soluere non potest, rumpit. Primum hanc mulierẽ indiscreto zelo, vt eius vtar verbis, Christi fimbriã tetigisse ait, & aliquid in ea fuisse superstitionis. Deinde quamuis tactu fimbriæ sanata sit, factum tamẽ fuisse singulare quod ad exempli imitationem valere non debeat, vt propter ea ex reliquis sanitatem petamus. O asinum, o cœcos homines, qui non vident hunc nõ tantum hæreticum, sed prorsus etiam diabolicum esse spiritum. Euangelistæ omnes summa diligentia hanc circumstantiam expresserunt, quod dixerit intra se, *si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius, salua ero*, vt singularem eius fidem declararent, atque commendarent; siue bonus Euangelista indiscretum zelum vocat. Christus eius fidem non solum effectu, sed verbis etiam approbat, *fides tua te saluam fecit*; Caluinus superstitionem fuisse docet. Tales hodie magistros mundus meretur.

Caluini impudentia reprehenditur & ridetur.

23. *Tibicines.*] Putat Theophyla. propterea quod innupta puella erat, & vt Marcus, & Lucas scribunt, duodecim tantum annorum tibias, quas in nuptiis fuerat habitura, de more gentis ad funus adhibitas. At eam fuisse consuetudinem alium auctorem non habeo. Verius, quod lib. in Lucam 8. Ambrosius scribit morem fuisse Gentilium, vt ad omne funus lamentatrices, & tibicines adhiberẽtur, qui lacrymas audientibus cantatis nænijs eliceremt, eamque consuetudinem ad Iudæos quoque permanasse. Et de lamentatricibus quidem Ieremias capite 9. 17. mentionem fecit; & memini ego, cum etiam in nonnullis Hispaniæ locis adhiberentur, nunc res exoleuit, de tibijs Euangelistæ satis est testimonium; nec enim aliud in sacris fieri habemus, sed profanus poeta dixit.

Tibicinis in funeribus.

Cantabat mœstis tibia funeribus.

Quid sit.

Hæc omnia ideo narrat Euangelista, vt miraculũ augeat, probans vere iam mortuam fuisse adolescentulam, cum iam tibicines acciti fuissent, vt tota planctu familia turbata tumultu ureretur. Eadem ratione Marcus & Lucas notauerunt venisse nuntios, qui affirmarent patri iam esse mortuam, nec esse cur Christum vexaret.

Recedite.] Cur turbam iubeat recedere, varias varii auctores afferunt causas. Chrysostomus homilia 32. Hilarius, & Theophylactus quod turba indigna esset, quæ miraculum videret, quia tumultuabatur, quia fidem non habebat, quia Christum dicentem non esse mortuam, sed somno oppressam deridebat. Alii quidam, ne multitudine miraculum obscuraretur, quod credibile non est; non enim solent miracula spectatorum multitudine obscurari, sed magis inclarescere. Vera causa, vt mihi quidem videtur, ex Marco capite 5. 43. & Luca 8. 56. facile colligitur. Vterque enim narrat Christum parentibus puellę vehemen-

vehementer præcepisse, ne quis id sciret. Propterea ergo turbam excludit, quæ continere secretum nescit. Propterea illi dixit, *non est mortua puella, sed dormit*, vt, cum postea ambulantem videret, non à morte suscitatam; sed à somno expergefactam putaret. Delusit enim Christus turbam ambiguitate verborum. Quam autem ob rem noluerit Christus miraculum diuulgari, versiculo vigesimo quartodecimo. Marcus & Lucas scribunt quinque tantum testes Christum admisisse, Petrum, Iacobum & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. Nam quod Caluinus dicit etiam comites principis Synagogæ introductos fuisse, puerilis est error hominis Grammaticam non intelligentis. Putauit enim homo suo iudicio valde acutus apud Marcum capite 5. 40. cum dicitur Christus assumpsisse patrem, & matrem puellæ, *καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, & eos qui cum ipso erant*, relatiuum *αὐτοῦ* ad patrem referri, cum vt constat ex versiculo 37. ad Christum referatur. Quod si caluinus veterē interpretem, quem tantopere contemnit, secutus fuisset, non errasset, quia non vertit, qui cum eo, aut cum ipso erant; sed *qui secum erant*.

Caluini puerilis error in harmon.

Cur Christus matrem cum patre vocarit.

24. *Non est mortua puella, sed dormit.*] Augustinus libro secundo de consens. Euangel. capite 28. non puellam, sed mulierem legit, aut errore memoriæ, aut quod magis credo, ex antiqua versione. Quæritur ab omnibus, quo sensu dicat Christus non esse mortuam puellam, sed dormire. Plerique putant scripturarum more loqui quę mortuos dormientes vocare solet, quia omnia Deo viuunt, vt Hieronym. Chrysostomus, Theophylactus hoc loco respondent. At Christus non solum dormire dicit, sed mortuam esse negat: scriptura autem etsi mortuos, quia resurrecturi aliquando sunt, dormientes appellat, mortuos non negat esse, & vt versiculo 23. diximus, manifestum est Christum turbam fallere voluisse, persuadereque non esse mortuam. Nec, vt alii existimant, ideo dormire, non mortuam esse dicit, vt significet paulo post esse à se suscitandam, sicut de Lazaro dixit Ioannis 11. 11. 12. *Lazarus amicus noster dormit*. Nam Lazarum non negauit esse mortuum, sed potius significauit, cum dormire dixit; quod cum discipuli nondum intelligerent, aperte dixit, *Lazarus amicus noster mortuus est*, versiculo decimo quarto. Hic autē & dicit, & credi vult puellam non esse mortuam, & non intelligentibus, sed potius deridentibus non explicat, quo modo dormiat. Voluit ergo significare vere non esse mortuam, sed dormire, vt quemadmodum versiculo præcedenti diximus, turba experfactam, non suscitatam putaret, & miraculum nō diuulgaret, quod pro miraculo non haberent. Dicit autem non esse vere mortuam, non quod vere mortua non esset, sed quod non esset mortua eo modo, quo turba putabat, ita vt ad vitam reuocari non posset. Nam si turba sciuisset paulo post surrecturam, vt vere surrexit, non mortuam fuisse, sed dormisse existimasset. Loquitur ergo Christus exeorū opinio ne non, quam habebant (credebant enim vere fuisse mortuam) sed quam eos habituros sciebat, si cognouissent paulo post fuisse surrecturam.

25 *Tenuit manum eius.*] Solo verbo suscitare potuit, sed ideo manum tenuit, quia à patre rogatus fuerat, vt manum illi imponeret versiculo 18. & vt ostenderet se non aliter mortuam, quam dormientem, vt paulo ante dixerat, prehensa manu suscitare. Solemus enim eorum, quos dormientes, aut ægrotantes excitare, & leuare volumus, manum apprehendere. Sicut idem Christus socrum Petri decumbentem apprehensa exsit manu cap. 8. 15. Alias causas, cur Christus solitus sit ægrotos, aut mortuos manu tangere ca. 8. 3. 15. exposuimus.

Et dixit. Imperat animę, vt redeat, quia ipse habet clauem mortis & inferni, Apocal. 1. 18. *ipse mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit* primo Regum secundo, sexto, Lucas versiculo quinquagesimo quarto, dicit elamasse; quod etiam in Lazari suscitatione Ioannis 11. 43. feciſſe legimus, non quod voce illi aut magna, aut parua opus esset, sed vt amore hominum loqueretur, qui eos, qui longe distant, clamando vocant, quasi volens significare non solum mortuam fuisse puellam, sed procul etiam eius animam abfuisse. Vbi? nescimus, sed tamen, si quid sciri potest, cōmodius apud Lucam capite decimo sexto, vigesimo secundo, inuestigabimus, vbi locus ipse & disputandi occasionem, & inueniendi argumenta suppeditabit. Scribunt Marcus, & Lucas Christum patri, & matri puellæ grauiter præcepisse, ne quis id sciret. Quod cur fecerit, ignoramus; scimus tamen Christum non sine summa ratione, & consilio feciſſe; & quantum ego assequi coniectura possum, ad vitandam Phariſæorum & Scribarum fecit inuidiam, qui si minora miracula ferre non poterant, quid facturi erant, si mortuos suscitatos audiuissent? Animaduertimus enim de solis mortuis suscitatis & curatis cæcis Christum, ne id sciretur, voluisse infra versiculo trigesimo, quia cæteri morbi curabiles rideri poterant; vitam, & visum nemo ignorabat non posse vlla arte semel amissum reuocari. Nam leproso, quem mundauerat capite octauo quarto, non absolute dixit, ne cui id diceret, sed, ne antequam se sacerdotibus ostendisset. At sciebat vtique Christus miracula, quamuis ipse præciperet, non esse celanda, sciebat futurum quod Euangelista factum narrat versiculo vigesimo sexto, *& exiit fama hęc in vniuersam terrā*; cur ergo præcipiebat? Vt faceret, quod in se erat. Sciebat Iudam futurum proditorem, cur elegit? sciebat homines mandata sua non facturos, cur dedit? sciebat peccaturum Adamum, cur fecit? sexcenta sunt eiusmodi. At si non expediebat, vt miraculum tunc diuulgaretur, & tamen diuulgandum sciebat, cur fecit? Quia non debuit Phariſæorum inuidia credenti principi fraudi esse, quo minus eius filia suscitaretur.

Caluinus in harmon.

Cur Christus miracula celari voluerit.

26. *Exiit fama hęc.*] Ad probationem miraculi hoc dicit Euangelista, ne quis à se factum putet: tellus enim tota fuit regio. Hoc enim significat ὅλην τὴν γῆν omnis terra illa, id est tota illa prouincia. Eodem consilio Marcus c. 5. 42. dixit facto miraculo omnes obstupuisse, & vterque Euangelista Marcus & Lucas dixisse Christum, *date illi manducare*, vt edendo ostenderet se non esse phantasma, sed vere suscitatum. Quemadmodum Christus ipse, vt se suscitatum doceret, post resurrectionem cum discipulis edit, & bibit Lucæ, 24. 41. 43. Ioan. 21. 5. Act. 10. 41. Scio non esse necessarium argumentum, est tamen probabile, vt apud Lucam disputabimus.

Eodem consilio omnia.

28. *Cum autem venisset dominus.*] Cur non in via curauit? Respondet Chrysostomus, Euthym. & Theophylactus, vt secretius domi curaret, doceretque se gloriam non quærere. Alii, quod probabilius videtur esse, vt eorum fidem experiretur. Est etiam vero simile Christum initio cognouisse eorum fidem nō satis esse perfectam, voluisseque, vt tempore patientiaque matureſceret. Nec mirum. Cœci enim erant, & miracula, quæ Christus faciebat, audire tantum poterant, non videre. Hæc autem vera fides est, vt Gregorius, & Augustinus ait, *Credere quod non videt. Beati enim, qui non viderunt & crediderunt.* Ioannis vigesimo, vigesimo nono. Qui vere fideles esse volunt, cœcos esse oportet, antequam credant; credentes videbunt.

Eodem sensu.

30. *Aperti sunt oculi eorum.*] Id est viderunt, nam & ante aperti erant, sed clausi esse dicebantur, si spectes effectum, quia non magis videbant, quam si fuissent omnino clausi. Ita Hebræi loqui solent Isaiæ trigesimo quinto, quinto. *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt*, & quadragesimo secundo, sexto, septimo. *Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum.* Ita infra capite vigesimo, trigesimo tertio, & Luc. vigesimo quarto, 31. Ioann.

Vulgata editionis desecta.

31. Ioann. 8. 10. 14. 11. 16. 30. 42. & 10. 21 Aliquando dicuntur aperiri oculi qui ante non modo non clausi, sed ne cæci quidem erant, quia non videbant, quod vident postea, sicut primis parentibus dicuntur sumpto cibo illo vetito aperti fuisse oculi, quia nudi tatem suam, quam ante nō cognoscebāt, cognoscere cœperunt Genes. tertio, septimo. Eodem sensu aures dicuntur aperiri Mar. septimo, trigesimo quinto.

Et commminatus est.] Male mihi videtur Euthymius hoc factum interpretari, & seeus omnino, quam Christi mansuetudinem deceat. *Interminatus*, inquit, *est auferre videlicet intuens, contracta superciliis commoto capite*, quos ego gestus alienissimos à Christi moribus fuisse credo. Nam etsi verbum ἐμβριμᾶσθαι, quod Græce Euangelista vsus est, interminationem cum increpatione, & vocis auctoritate, & veluti fremitu coniunctam significat; tamen Christo non ex hoc verbo, nisi quantū decet, tribuendum, eum serio & grauiter cæcis præcepisse, ne cui quid dicerent. Cur autem præceperit, veram nos causam paulo ante exposuimus versiculo vigesimo quinto. Aliam hoc loco Hieronymus & Beda & Gregorius libro decimo nono, moral. capite decimo quarto, rationem adferunt modestiæ & humilitatē id Christum fecisse. Hilarius vero, quod Christi miracula prædicare Apostolorum esset officium, quod alii non debebant vsurpare.

Interminatus est.

31. *Illi autem exeuntes diffamauerunt.*] Famam Christi, & facti miraculi diuulgauerunt, propria verbi significatione, & verbi Græci significatione ex quo respondente διαφημίσατε, quanquam apud Latinos auctores parum vsitata, apud quos non memini legere, nisi in malam partem, itique perraro; forsasse, si plures haberemus auctores, etiam in bonam apud aliquem legeremus. Nostrum interpretem constat in bonam partem posuisse. Quæritur à nonnullis, num cæci illi peccauerint, qui contra Christi, vt videtur, præceptum, miraculum diuulgarunt. Valde eos hæreticus interpres reprehendit, quod verbis Christi, quibus ipse eredere non solet, non obedierint. Omnes tamen veteres autores merito videntur excusare, quod non tam, vt non obedirent, quam vt grati essent, id fecerint, Chrysostomus homilia trigesima tertia, Hieronymus, Beda, Theophylactus. Fit etiam vero si nihil credidisse eos Christum non serio, sed modestiæ suæ causa, neid dicerent, vetuisse. Nec mirum, cum tam multi postea tam docti viri Hieronym. Gregorius, & Beda idem exisimauerint.

Caluinus in harmon.

32. *Ecce obtulerunt.*] Verbum sine suppositō Hebræorum more, quia ex ipso verbo solent desumere, *obtulerunt*, sub, offerentes. Primum hoc loco dubitari potest, num hæc eadem sit historia, quæ à Luca narratur capite vndecimo, decimo quarto. Nonnulli, quia apud Lucam alio loco positam vident, diuersam putant. Sed multo est probabilius eandem, & vnam esse, quia vtrobique dæmonium mutum erat, vtrobique ejecto dæmonio turbæ dicuntur admiratæ; vtrobique Phariſæi dixerunt, *in principe dæmoniorum ejecit dæmonia*; quæ omnia vix in diuersa miracula conuenire potuerunt. Sed Lucas nimirum ordinem reigeſſe non seruauit. Nam hoc miraculum statim post curatos duos cœcos accidisse aperte Matthæus dicit; Lucas vero non dicit, sed non negat.

Mutum.] Græc. quod nomen, vt hoc loco Hieronymus admonuit, magis surdum, quam mutum significare solet, vt Mar. septimo, trigesimo secundo, sed aliquando etiam mutum, vt hoc loco: sequitur enim, *& locutus est mutus*, & capite duodecimo, vigesimo secundo, & Luc. vndecimo, decimo quarto. Quod quidem etiam ex iis, qui nostram versionem ex Græca corrigere voluerunt adnotarunt, mutum posse vel cum dæmonio, vel cum homine coniungi, ridiculum est, nec enim Græce vlla est ambiguitas. *Δαιμονιζόμενον κωφὸν λαλοῦντα*. Quam apud Lucam capite vndecimo, decimo quarto, dæmonium ipsum mutum appellatur, *καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν, & erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Quod Theologis occasionem præbuit disputandi, & qui dæmones muti essent. Nam alios mutos, vt eo loco, alios *πνεύματα* seminutos vocatos legimus Mar. septimo, trigesimo secundo, sicut & Iunaticos infra capite 17. 15. & nos ipsi anno 1579. Aurici Biturigum mutum puellam vidimus dæmonium habentem, quæ inuocatione nominis Beatæ Mariæ Virginis ejecto dæmonio locuta est. Quæstio autem est, quo sensu quidam dæmones muti vocentur, & an omnes muti vocentur, & an omnes, cum volunt, muti sint. Quidam mutos dici volunt, quod natura sua eiusmodi sint. Alii quod in multis hominibus habitent. Alii, quod probabilius videtur, quod homines mutos efficiant. Credo tamen ego non omnes dæmones mutos aliquando esse; sed quemadmodum alii libidinę, alii auaritiæ, alii aliis modis homines vexandi delectantur; ita esse quosdam, qui ament homines, quos obsident, mutos reddere, alios qui, vt ait Hieronymus lunæ mutationes obseruent, vt homines vexent, & Dei creaturam infament. Colligo hoc ex capite. 17. 16. & Marc. 9. 18. *hoc genus*, inquit Christus, *dæmoniorum non ejicitur, nisi in oratione, & ieiunio*, quasi ipsorum naturæ hoc attribuens.

Dæmones qui muti, & quomodo.

Energumena Biturigibus exorta ao. 1578.

33. *Et ejecto dæmonio.*] Non exigit à dæmoniaco fidem vt à cæcis, quia mutus erat, & quia muti surdi esse solent, etiam surdus, vt nec audire, nec respondere posset, Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus.

34. *Phariſæi autem.* Turbis credentibus, & admirantibus Phariſæos non credentes, sed etiam murmurantes, & blasphemantes opponit, Chrysostomus homilia 33.

In principe dæmoniorum.] Tanquam vnus ex ipsis dæmonibus, tanquam diaboli minister, diabolica virtute. Lucas cap. 11. 15. *in Beelzebub principe dæmoniorum*, sic enim ex famoso idolo, vt illic exponemus, appellabant. Summa, vt notat Chrysostomus, cæcitas, solet enim inuidia sic homines obcæcare, vt quid dicant, non videant. Quomodo enim poterat Satanas Satanam eiicere, vt illos Christus coarguit capite 12. 26. Marc. 3. 22. Luc. 11. 18.

37. *Messis quidem multa.* Hoc est in multis antiquis libris, etiam apud Strabum, Hugonem, Lyranum decimi capitis initium. Et quidem nō absurde, hinc enim eius sententia dependet. Reddatur enim hoc loco causa missionis Apostolorum de qua agitur ca. 10. 1. nam propterea missi sunt, quia messis erat multa, operarii autem pauci. Messem vocat auditorum multitudinem verbū Dei audientium, audire. Exierat enim, qui seminat, id est Christus ipse seminare semen suum; creuerat feliciter semen, & seges matura iam erat ad messem propterea non iam semen, non segetem, sed messem vocat Luc. 10. 2. Ioan. 4. 35. 38. Chrysostomus, Euthymius.

38. *Dominum Messis.*] Chrysostomus, & Euthymius dominum messis Christum ipsum intelligunt. Et est ille quidem vere Dominus, sed probabilius tamen est patrem suum dominum messis appellare, sicut alio loco dicit, *pater meus agricola est*, Ioan. 15. 1. Vineæ quoque dominum non se, sed patrem facit, infra ca. 21. 33. 38. Mar. 12. 1. Luc. 20. 9. se filium familias esse significat, qui pro patre & semente facit, & metit; quemque pater, cum multos misisset seruos, vt à vinitoribus fructus acciperent, aliumque contumelii affectum dimisisset, alium lapidassent; ad extremum misit dicens, *verebuntur forte filium meum.*

CAPVT

CAPVT X.

Mar. 3. b. 13. Luc. 6 b. 13. & 9 a. 1 & 10. a. 1.

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. 2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, & Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus, 4. Simon Cananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. 5. Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: 6. sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. 7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cœlorum. 8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis date. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: 10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. dignus enim est operarius cibo suo. 11. In quamcumque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. 12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. 13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. 14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. 15. Amen dico vobis, Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati. 16. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 17. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos: 18. & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. 19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. 20. non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: 22. & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 23. Cum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. 24. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. 25. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? 26. Ne ergo timueritis eos: Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non scietur. 27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. 28. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. 29. Nonne duo passeres asse veneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? 30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. 31. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. 32. Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est: 33. qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo: qui in cœlis est. 34. Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. 35. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: 36. & inimici hominis domestici eius. 37. Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. 38. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. 39. Qui inuenit animam suam, perdet illam. & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. 40. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. 41. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. 42. Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Luc. 10. a. 3. Luc. 22 b. 35. Luc. 6 f. 40 Ioan. 15 b. 16. & 13. c. 20. Mar. 4 c. 22. Luc. 8 c. 17. & 12. a. 2. Act. 27 f. 35 2. Reg. 14. c. 12. Mar. 8 d. 38. Luc. 9 c. 26 & 12. b. 8. 2. Tim. 2. b. 12 Luc. 12 f. 51. Matt. 7 b. 6. Luc. 14 f. 26. Mar. 8 d. 34 Inf. 16. d. 24. Luc. 9. c. 24. & 14. f. 26. & 10. g. 37 Ioa. 12. d. 25 Luc. 10. c. 16. Ioan. 13. c. 20. Mar. 9. f. 34.

Mar. 6 a. 3. Luc. 9. a. 3 & 10 a. 4. Act. 13. g. 46.

IN CAPVT X.

ET conuocatis duodecim discipulis suis,] Ante hoc tempus, discipuli, non Apostoli vocabãtur. Qui, etsi multo plures Christus habebat, discipuli tamen absolute, & duodecim dici solebant, quia & magis erant Christo familiares, & ad Apostolorum officium fuerant designati. Nunc eos Apostolos. id est, missos mittendo facit, quasi ex discipulis magistros. Misit & alios Septuaginta duos Luc. 10. 1. sed hos solos duodecim, quia generaliter postea in mundum vniuersum missi sunt c. 8. 19. & Mar. 16. 15. Apostolos dicitur appellasse. Quanquam veteres auctores vim secuti nominis, etiam Septuaginta duos aliquando Apostolos vocant, vt Irenæus lib. 2. c. 37. & Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem. Dixerat c. 9. 37. *messis quidem multa, operarij autem pauci*, propterea mittit nunc operarios in messem sua prædicatione paratam, & veluti maturam Ioan. 4. 35. commemorat enim prædicatione & miraculis omnium hominum animos, vt leui momento trahi possent. Hoc est, quod dicit Ioan. 4. 38. *Ego misi vos metere, quod non laborastis; alij laborauerunt, & vos in labores eorum intrastis.* Quod autem non plures, non pauciores, quam duodecim miserit, certum est non casu, sed consilio, & mysterio fecisse, & Act. 1. 16. quasi necessarium esset duodecim Apostolorum numerum esse completum, in locum Iudæ proditoris Matthias electus est; & Apocal. 4. 4. vbi manifestum est per viginti quatuor seniores duodecim Patriarchas, & duodecim Apostolos intelligi. Hac ergo de causa duodecim Christus Apostolos esse voluit, vt duodecim Patriarcharum figuram impleret; & quemadmodum ex duodecim Patriarchis totus Iudaicus populus carnaliter propagatus est, ita totus populus Christianorum spiritualiter ex duodecim Apostolis propagaretur; venerat enim Christus, vt carnem in spiritum commutaret. Nam Apostolos patres fuisse eorum, qui per eos crediderunt, declarat illud Pauli primæ ad Corinth. quarto, decimo quinto, *nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui*, & ad Philem. 10. *quem genui in vinculis*. Hoc numeri mysterium omnes veteres auctores agnouerunt, Iren. libro quarto, capite trigesimo octauo, hinc etiam aduersus Marcionitas, & Valentinianos probat non alium noui, atque veteris testamenti auctorem fuisse, quando vtrumque duo de castylo, id est duodecim columnarum numero fundatum sit. Alias huius numeri figuras multi auctores recensuerunt. Iustinus in libro de verit. Christiana, Tertullianus libro aduersus Marcionem 4. Hieronymus in commentariis ad hunc locum, multisque alijs locis, Theodoretus in qq. in caput primum Iosue, Theophylact. hoc loco. Qui omnes volet collectas videre Rabanum apud Diuum Thomam in catena legat. Ego Tertulliani tantum verba ponam, Cur, inquit, *duodecim Apostolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Nec ex hoc meum Christum interpretari possem non tantum vocibus prophetarum, sed argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud creatorem deprehendo, duodecim fontes in Elim, & duodecim lapides ab Iesu in Iordane electos, & in arca testamenti conditos. Totidem enim Apostolis potentebantur, proinde vt fontes, & omnes vigaturi aridum rerre, & desertum à notitia orbem nationum.* Alij quoque huius numeri rationes ab alijs afferuntur, vt quod hic numerus perfectus sit, quo vniuersus mundus in quem Apostoli mittebãtur, significabatur. Ex tribus enim constare quaternionibus, quia in nomine Trinitatis per vniuersum quatuor in partes diuisum Euangelium erat ab Apostolis prædicandum, Augustinus Psalmo 59. & 103. Alij eleganter sane & subtiliter duodecim Apostolos duodecim anni mẽsibus: quatuor vero Euangelistas quatuor anni temporibus compararunt, vt Hieronymus in capit. 1. Ezechiel. & Sedulius.

Quatuor hi proceres vnate voce canentes,
Tempora ceu totidem latum signantur in orbem.
Sic & Apostolici semper duodenus honoris.
Fulget apex numero mensis imitatus, & horas.
Omnibus vt rebus semper tibi militet annus.

Idem Hieronymus hoc loco, & Augustinus libro primo, de actis cum Felice Manichæo capite quarto, ideo certo numero & insigni Christum Apostolos dicunt elegisse, ne quisquam per fraudem in Apostolorum numerum irreperet. At nihil omnino est, quo hæretici non abutantur. Hinc etiam Valentinia ni suorum æonum figmenta probabant, vt libro primo, capite primo, & decimo quinto, scribit Irenæus.

Et dedit eis potestatem spirituum immundorum.] Eiiciendi spiritus immundos, vt statim declarat, vt eiicerent eos, in nonnullis Græcis exemplaribus est, ἐξ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων contra spiritus immundos, quod suspicor ab aliquo primum Græco explanationis causa ad marginem appositum in contextum subiisse. Nam nostet certe interpres ita non legit. Immundos autem vocat, non quod ipsi per se immundi sint; sed quod rebus immundis delectentur, ad easque potissimum homines incitent, vt infra capite 12. 43. & Mar. 1. 23. 26. 27. & 3. 11. 30. & 5. 2. 8. 13 & 6. 7. & 7. 25. & 9. 25. & fere vbique ita vocantur. Instruxerat Christus Apostolos suos doctrina capite 5. & 6. & 7. instruit nunc, cum mittendi sunt, potestate. Erat autem hæc in illis potestas in primis necessaria: quo enim modo homines doctrina rudes res tam varias, tam que incredibiles sine miraculis persuadere potuissent? Et conueniebat, vt quemadmodum Moyses primus veteris legis doctor larga faciendi miracula potestate donatus fuerat; ita Apostoli Euangelicæ, id est melioris legis doctores, eadem, aut potius maiore donarentur.

Cur Christus Apostolos duodecim numero elegit.

Libr. 1. Carm.

2. *Duodecim autem discipulorum nomina sunt.*] Eo consilio Euangelista Apostolorum ponit nomina, ne quis se pro Apostolo nobis venditet, vt Hieronymus & Augustinus libro primo, de actis cum Felice Manichæo capite quarto, & Euthymius adnotarunt. Præterquam quod non decebat eorum nomina, per quos geniti essent, Christianos ignorare.

Primus Petrus.] Valde vellent hæretici nunquam Euangelista primo loco Petrum posuisset; aut primum certe non appellassent. Et vero Theodorus non ille atheus, sed ille hæreticus ab aliquo, qui Roman. Pontificis auctoritatem asserere voluerit, addunt suspicatur. Scilicet hoc est, *in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Quasi Græci qui maxime sẽ per Romano Pontifici potestatem inuiderunt, Euangelium corruperint, vt eam auctoritatem, quam minuere cupiebãt, magis augerent. Melius dixisset, q omnes alij Caluiniani dicunt, Euangelistam in recitandis Apostolorum nominibus dignitatis rationem non habuisse, sed Petrum primum vocasse, quia primus occurrit. Id enim non solũ Chrysostomi homdia trigesima quarta, sed multorum etiam nostri temporis Catholicorum interpretum testimonio probare potuisset, qui propteres docent non ex cuius dignitate Apostolos nominatos quod in iis connumerandis non eundem omnes Euangelistæ ordinem obseruauerint. Argumentum, vt illis videtur, indissolubile. Mihi vero non indissolubile; sed infirmum videri solet, doleoque quosdam Catholicos tam leuibus hæreticorum argumentis superari. Ego à Romano Pontifice nihil vnquam habui, nihil me habiturum spero, nihil habere volo; sed tamen etiam atque etiam asseuero Euangelistam in recensendis Apostolorum nominibus dignitatis ordinem tenere voluisse. Primum quid est quod omnes Euangelistæ, Matthæus hoc loco, Marcus capite tertio, decimo sexto Lucas capite sexto, decimo quarto. Petrum primo loco ponunt, quia primo, inquiunt, loco vocatus est. At cur nemo prius Andream fratrem eius nominat, qui eum ad Christum adduxerat, & prior Christum secutus est? Ioannis primo, quadragesimo, quadragesimo primo. Cur omnes ludam proditorem vltimum numerant, nisi quia omnium indignissimus erat? Cur ergo in vltimo dicamus ordinem seruasse, quem tamen vltimum non appellant, in Petro autem non dicamus, quem & primum numerant & primum appellant? Deinde cur quemadmodum Petrum primum, non etiam reliquos secundum, tertium, quartum, & deinceps appellarunt, nisi quia Petrum non ideo primum vocarunt, quod primo loco numerandus occurreret, sed quod dignitate, & auctoritate primus esset, & quod hoc nomen non numerum, sed primatum significaret? Si enim numerale nomen esset, cætera quoque numeralia nomina quæ post illud sequuntur posita essent. Cur etiam in cæteris Apostolis numerandis eundem omnes Euangelistæ ordinem tenent, paucis modo exceptis, quæ vt statim dicturi sumus, necessario varierunt, ex quibus tamen ipsis maximum capitur argumentum Euangelistas, quod eius fieri potuit, dignitatis ordinem seruare voluisse. Primum ergo illi interpretes obiiciunt, quod, cum Matthæus & Lucas post Petrum Andream ponant, Marcus Iacobum & Ioannem ante Andream numerauerit. Respondeo id fecisse Marcum necessario, quia simul dicere volebat, quibus Christus nomina mutauisset. *Et imposuit*, inquit, *Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui, & Andream.* Itaque Iacobum & Ioannem inter Petrum & Andream per parenthesim posuit, Andream vero cum Petro finita parenthesi copulauit, indicens, quamuis quarto loco esset, secundum tamen ad eum locum pertinere. Atque

Primatus Petri contra hæreticos.

ita rem esse ex eo manifestum est, quod cum & Marcus, & cæteri Euangelistæ omnes Apostolos, vt missi fuerant, binos nominauerint, nisi Andreas cum Petro coniungatur, vterque socio carebit. Secundo loco obiiciunt, quod Matthæus Philippum & Bartholomæum Iacobo & Ioanni præponat; alii postponant. Respondeo etiam apud Matthæum non solum in omnibus Græcis codicibus, sed etiam in omnibus antiquis & emendatis Latinis esse postpositos, vt apud Hieronymum & Bedam, scribentium autem negligentia, aut fortasse hæreticorum malitia factum esse, vt in quibusdam libris Hugonis, & Lyrani præpositi fuerint. Certe probabilius suspicari possumus hoc ab hæreticis, qui semper Pontifici Romano inique fuerunt, factum esse; quam Theodorus à Catholicis epithetum *primus* Petro additum suspicatur. Et mirabile Theodorus fecit, quod cum ignorare nō posset, & Hieronymum, & omnes alios Latinos codices aliter legere, vitiosum exemplar versioni suæ apposuerit, vt suum inde errorem confirmaret. Tertio obiiciunt, quod alii Euangelistæ Matthæum Thomæ præponant, ipse vero Matthæus se illi postponat. Atqui hoc ego argumento maxime confirmo Euangelistas dignitatis vnius quæque rationem habuisse. Cur enim se Matthæus postposuit, alii ante posuerunt; nisi quia Matthæus modestiæ causa voluit se Thomæ præponere? quod si non ex dignitate numerabantur, neque quicquam intererat, quo quisque loco nominaretur, nec modestia in Matthæo fuit, se Thomæ post ponere nec immodestia videri poterat, si se illi præposuisset. At Paulus inquiunt, ad Galat. secundo nono, Iacobum Petro antetulit. Respondeo Dnum Paulum non dignitatis, sed ætatis rationem habuisse, quia Iacobus Petrum antecedebat. Præterquam quod in ea epistola id Dnus Paulus agebat, vt se exteris Apostolis æqualem probaret, nec erat opportunum, vt de cuiusquam prærogatiua loqueretur. Quamobrem non dixit, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui columnæ erant, cum id vere dicere potuisset; videmus enim Christum eos tres Apostolos exteris semper prætulisse, sed dixit, *qui videbantur columnæ esse*.

Qui dicitur Petrus.] Simon cognomento Petrus: id enim Christus illi cognomen dederat capite decimo sexto, decimo octauo & Ioannes primo quadragesimo secundo, de quo ille differemus. Hoc autem loco ideo additum est, vt à Simone Cananæo distinguatur vers. 4.

Iacobus Zebedæi.] Intelligitur filius Hebraica phrasi, sicut & Hispanica Ioannes Martini, id est Ioannes filius Martini. Zebedæi autem filius dictus est, vt ab altero illo Iacobo distingueretur, qui Alphæi filius erat vers. nono tertio. Hic dictus est Iacobus maior propter ætatem, occiditque est ab Herode Actorum 12.2.

Iacobus maior.

Iacobus Alphæi.] Filius, vt in superiore versiculo dictus est minor, quia iunior erat Mar. decimo quinto, quadragesimo, & frater Domini ad Galatas primo, decimo nono, quod filius esset Mariæ, sororis Mariæ matris Domini, vt Hieronymus ex eius vita sentit, & iustus propter singularem sanctitatem, auctor epistolæ Catholicæ, Iacobi primo, primo, primus Hierosolymorum Episcopus Hieron. de script. Eccles.

Iacobus minor.

Thomas.] Ille qui Christum resurrexisse non credebat, quique dictus est Didymus Ioan. 20. 27.

Et Thaddæus.] Hic, vt ait Hieronymus fuit. Nam & Thadæus, vt hoc loco, vocatus est, & Iudas Iacobi frater, Iud. 1. & Lebbæus, id est cor eruditum, vel, vt alii volunt, Iunculus. Sunt enim qui tradant morē Iudæorum fuisse, vt quicunque quatuor haberas nominis Dei יהוה in suo haberent nomine, alio nomine vocarentur, vt יהוה Iudas. Eos autem, quibus Iudas nomen esset, Leones appellatos, quod Iudas

A ille primus Patriarcha dictus sit Leo Genes. 49. 9. *Catulus Leonis Iuda, & sicut Leo accubuisti.* Probent auctores.

Simon Cananæus.] Quia ex Cana Galilææ erat, vt Hieronymus ait. quanquam quibusdam videatur Canæum potius vocandum fuisse; non enim Canan, sed Cana Galilææ oppidum appellabatur. Canæum autem non ab oppido, sed à zelo, id est Zelotem dictum fuisse, sicut apud Lucam capite 6. 15. & Actorum 1. 13. appellatur קנאי. Cana enim Hebraice zelum significat. Itaque Græce pro καναναῖον legendum esse καναῖον. Contra est, quod, si nomen zeli, & non oppidi esset, non haberet Græce genitium no minū formā. Itaque potius credo propterea, quod ex oppido Cana, aut Canan esset, aut Canæum, aut Cananæū dictum esse, &, quia idem ritus in his zelo ferebatur, facta ad significationem nominis oppidi allusione Zelotem appellatum. Quemadmodum si quis Simon Valentiæ natus, vir fortis esset, & Valentinus Gentili forma, & Valens à fortitudine, sed per allusionem ad nomen vrbis suæ vocaretur.

Zelotes. / *Simon Cananæus.*

Iudas Iscarioth.] Iscariotem plerique auctorem secuti Hieronymum à tribu sua Isachar, quasi Ischariotem dictum putant. Quibus illud repugnat quod non Ischariotem, sed Isacharitem vocari oportebat. Alii quasi איש קריות Virum Charioth, id est ex vrbe Carioth dictum volūt. Carioth enim vrbis erat in tribu Iudæ Iosue 15. 25. Quod mihi non displiceret.

Iudas Isacharites. / *Iscariotes.*

In viam gentium ne abieritis.] Ad gentes, Hebraica phrasi ברדת הים vt Ier. 2. 18. *Quid tibi vis in via Ægypti?* id est, quorum tam frequenter is in Ægyptū? Vulgatis apud omnes quæstio est, cur Christus ad gentes Apostolos non ire iusserit, cum post iusserit capite 28. 19. & Mar. 16. 15. Vulgatis etiam & vera responsio, quia Iudæi filii regni erant, supra c. 8. 12. & illis facta fuerat regni promissio Genes. 17. 1. & Rom. 15. 8. Et noua venerat Christus, nisi ad oues, quæ perierant domus Israel, id est, ad eas imprimis capite 15. 24. illis enim oportebat primum prædicari verbum Dei. Actorum 13. 46. Alias quoque alii auctores rationes afferūt, ne vllam ludæ haberent excusationem, si Christum non recepissent, dicentes eum ad gentiles & hostes suos Apostolos misisse, vt Hieronymus, Augustinus quæstione 77. ex veteri, & nouo testamento, Beda, Strabus, & Theophylactus. Alii, vt ostenderet se iniurias, quas à Iudæis acceperat, non meminisse, Chrysostomus homilia 33. & Euthymius.

Cur Christus dixerit Samaritanos non ire.

Et in ciuitates.] *Samaritanorum*, in ciuitatem, id est in nullam ciuitatem Samaritanorum, quemadmodū Clemens Alexand. in 3. Strom. legit. Quanquam melius nostrum interpretem *in vllam ciuitatem* legisse credo. Distinguit autem Samaritanos à Iudæis, & à gentibus, quia proprie neque Iudæi, neque Gentiles erant. Decem enim tribus, quæ in Chaldæam abductæ fuerant, non redierant; duæ tantum tribus, Iuda, & Beniamin dicuntur rediisse Esdræ primo, quibus solis reditus promissus fuerat, Ier. cap. 30. 12. Loco autem Samaritanorum, id est decem tribuum ex Assyriorum missis Chaldæorum colonias, quæ terram illam desertam inhabitarent, quos cum leones deuorarent, ad eos Hebræum sacerdotem; qui eos Hebraicorum ritu Deum colere doceret, leonumque rabies auerteret. Quod cum esset factum, & idola sua more patrio, & Deum Israel leonum metu colebant 4. Regum 17. 24. 27. Itaque nec Iudæi erant, neque Gentiles, & tamen Israelitæ videri volebant, Ioannis quarto, nono, propterea vetat Christus Apostolos ad eos ire.

Samaritis ne ingredi liceat, sed ad gentiles.

Ite potius ad oues.] Oues vocat, quia erat populus Dei peculiaris, & eius velut grex, quem ipse, & per se, & per reges, & prophetas pascere dicebatur. Psalmo septuagesimo tertio, primo. *Quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?* & Psal. septuagesimo sexto, 21. *deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron.* Psalmo 77. 52. & *abstulit sicut oues populum suum, & deduxit eos sicut gregem in deserto*, & versiculo septuagesimo, & septuagesimo primo, & *assumpsit eum de gregibus ouium de post fetantes accepit eum, pascere Iacob populum tuum, & Israel hereditatem suam*, & Psalmo. 78. 13. *Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in sæculum.* Et Psalmo 79. 1. Qui regis ישראל qui pascis Israelitas *deduc velut ouem Ioseph.*

Pro peccatis oues Christus dixerit, quia de peccatis nos liberauit.

Quæ peruertunt.] Quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Psalmo 13. 3. & 52. 4. & Isa. 53. 6. *Omnes nos quasi oues erauimus, vnusquisque in viam suam declinauit*, & Ezech. 34. 6. *& dissipata sunt oues meæ, eo, quod non erat pastor, & facta sunt in deuorationem omnium bestiarum agri & dispersa sunt.*

7. Quia appropinquauit. Vide quæ diximus c. 3. 2.

Infirmos curate.] Docet, vt data sibi paulo ante potestate miracula faciendi, liberaliter & largiter vtantur, sciens homines, vtare Hieronymus, rusticanos maiorem miraculis fidem, quam verbis facturos esse, quasi dicat, ne pareatis miraculis, facite quo tiescunque ad persuadendum, aut necessarium, aut vtile esse iudicabitis.

Gratis accepistis, gratis date.] Non solum mihi videtur his verbis iactantiæ occasionem auferre voluisse, vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus putauerunt, & Simoniæ & auaritiæ, vt alii dicunt, vitium præcidere: sed etiam probare, quod proximis verbis docuerat; debere eos miraculorum dona largiter vti. Solemus enim quæque gratis accipimus, quæque gratis damus, largiter & copiose dare.

Præpositum Christus dixerit, quia de peccatis nos liberauit.

9. Nec sacculos.] Alienum non possum iis, qui illam Christi prohibitionem vniuersalem esse nolunt, sed ad illam tantum primam Apostolorum missionem pertinere, quasi hoc veluti præludio & ipsorum patientiam voluerit experiri, &, vt diuinam ipsi prouidentiam experirentur, non solum, quia hæreticos malos omnino sequuntur auctores; sed quia interpretatio & institutio Christi, & aliis huius loci circumstantia, & omnibus antiquis, ac bonis repugnat auctoribus, qui hoc præceptum perpetuum esse putant; nec ad hanc solum missionem, sed ad omnes, & omnino ad totum Apostolorum officium pertinere. Hilar. Chrysostomus homilia trigesima tertia, Ambrosius libro nono, in Lucam, Hieronymus, Augustinus libro secundo, de consens. Euangelist. capite trigesimo. Primum, quis non videt Christum propterea nolle Apostolos habere aurum, ne auri & cæterarum ad vitam necessariarum rerum solicitudo Apostolicum officium impediat? non enim hominem erat *retinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Actorum sexto, secundo, quanto minus de victu, vestitusque quærendo solicite cogitare? Atqui hæc ratio non minorem in secunda missione, quam in prima: sed aliquanto potius maiorem locum habuit. Nam hæc prima, velocitio tantum erat quædam, & in solam Iudæam excursio: illa, quasi iustum erat præsertim in quod ad debellandā vniuersum terrarum orbem omnes erant copiæ conferendæ, vbi magis expeditos milites esse oportebat. Quis etiam non videt voluisse Christum Apostolos in hac prima missione ad illam secundā exercere? Si in Iudæa pugna auro vulcabatur, quanto magis in seria? Et *Cum, inquit, misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?* Loc. vigesimo secundo, trigesimo sexto. Idem intelligitur ex antecedentibus & sequentibus horum loci, vt ex illo octauo *gratis accepistis, gratis date*, id est, ne vendatis præmia victus, vestitusque quærendi: nolo enim vos aurum, nec argentum habere. Atqui illud, quod dixerat, *gratis accepistis, gratis date*, non solum ad primam, sed multo etiam magis ad secundam missionem pertinent, in qua plura, maioraque miracula faciunda erant: & vbi inter gentes pios necessitatis, & necessitatis, quam inter Iudæos dona sibi vendendi habuit erant. Præterea ratio,

Quomodo duæ tunicæ habere prohibuerit.

Nec duas tunicas.] Non prohibet duabus simul, si necessitas, & frigus postulet, tunicis vti, sed plures habere tunicas, quam in præsentem necessitatem requirantur, vt solent diuites, & homines illarum rerum solliciti habere vnam in præsentem vsum, alteram in futurum, vt Hieronymus notat, sicut Lucas tertio, vndecimo, *qui habet duas tunicas, det non habenti.* Nam & Christum duabus simul tunicis indutum fuisse ex Ioanne decimo nono, vigesimo tertio, manifestum est. Eodemque modo intelligendum est, quod dicit Marcus capite sexto, nono, *ne induerentur duabus tunicis*, id est, ne duas tunicas haberent, quibus diuersis temporibus indueren tur.

Calceamenta quæ vocabula apostolis prohibuit.

Neque calceamenta.] Quid ergo? voluisse Apostolos nudis ire pedibus? Sunt, qui putent, non omne genus calceatus, sed calceos tantum prohibuisse qui eorum pedem tegerent, quinque propter ea *nuda* calcei vocarentur. Nam Marcus capite sexto, nono, dicit *sed calceatos sandaliis*, quasi sandalia, quæ soleæ erant, solamque regis hanc plantam concesserit, calceos prohibuerit, vt visserat Hieronymus hoc loco, & Augustinus libro secundo, de consens. Euangelistarum capite trigesimo, interpretari. Idque videtur ex eo, quod vigesimo secundo, trigesimo sexto, confirmari. *Quando, inquit, misi vos sine sacculo & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?* Sed vix ego mihi persuadeo tam subtiliter Christum inter calceos, & sandalia distinguere voluisse. Nam quemadmodum Matthæus dicit, Christum prohibuisse, ne virgam ferrent, Marcus autem dicit permisisse, de eadem, vt paulo post dicemus, loquens virga; ita eum dicit concessisse sandalia vocat ea ipsa, quæ Matthæus *sandalia*, calceamenta, & ex Actis capite duodecimo, octauo, apparet *sandalia* & *calceamenta* idem fuisse. Quo ergo modo Matthæus prohibuisse, Marcus concessisse Christum dicit? Facile & bene inter se quidam interpretes respondent, cum dicit hoc loco Matthæus, neque

populum tuum in manu Moysi, & Aaron. Psalmo 77. 52. & *abstulit sicut oues populum suum, & deduxit eos sicut gregem in deserto*, & versiculo septuagesimo, & septuagesimo primo, & *assumpsit eum de gregibus ouium de post fetantes accepit eum, pascere Iacob populum tuum, & Israel hereditatem suam*, & Psalmo. 78. 13. *Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in sæculum.* Et Psalmo 79. 1. Qui regis ישראל qui pascis Israelitas *deduc velut ouem Ioseph.*

Quæ peruertunt.] Quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Psalmo 13. 3. & 52. 4. & Isa. 53. 6. *Omnes nos quasi oues erauimus, vnusquisque in viam suam declinauit*, & Ezech. 34. 6. *& dissipata sunt oues meæ, eo, quod non erat pastor, & facta sunt in deuorationem omnium bestiarum agri & dispersa sunt.*

7. Quia appropinquauit. Vide quæ diximus c. 3. 2.

Infirmos curate.] Docet, vt data sibi paulo ante potestate miracula faciendi, liberaliter & largiter vtantur, sciens homines, vtare Hieronymus, rusticanos maiorem miraculis fidem, quam verbis facturos esse, quasi dicat, ne pareatis miraculis, facite quo tiescunque ad persuadendum, aut necessarium, aut vtile esse iudicabitis.

Gratis accepistis, gratis date.] Non solum mihi videtur his verbis iactantiæ occasionem auferre voluisse, vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus putauerunt, & Simoniæ & auaritiæ, vt alii dicunt, vitium præcidere: sed etiam probare, quod proximis verbis docuerat; debere eos miraculorum dona largiter vti. Solemus enim quæque gratis accipimus, quæque gratis damus, largiter & copiose dare.

Præpositum Christus dixerit, quia de peccatis nos liberauit.

9. Nec sacculos.] Alienum non possum iis, qui illam Christi prohibitionem vniuersalem esse nolunt, sed ad illam tantum primam Apostolorum missionem pertinere, quasi hoc veluti præludio & ipsorum patientiam voluerit experiri, &, vt diuinam ipsi prouidentiam experirentur, non solum, quia hæreticos malos omnino sequuntur auctores; sed quia interpretatio & institutio Christi, & aliis huius loci circumstantia, & omnibus antiquis, ac bonis repugnat auctoribus, qui hoc præceptum perpetuum esse putant; nec ad hanc solum missionem, sed ad omnes, & omnino ad totum Apostolorum officium pertinere. Hilar. Chrysostomus homilia trigesima tertia, Ambrosius libro nono, in Lucam, Hieronymus, Augustinus libro secundo, de consens. Euangelist. capite trigesimo. Primum, quis non videt Christum propterea nolle Apostolos habere aurum, ne auri & cæterarum ad vitam necessariarum rerum solicitudo Apostolicum officium impediat? non enim hominem erat *retinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Actorum sexto, secundo, quanto minus de victu, vestitusque quærendo solicite cogitare? Atqui hæc ratio non minorem in secunda missione, quam in prima: sed aliquanto potius maiorem locum habuit. Nam hæc prima, velocitio tantum erat quædam, & in solam Iudæam excursio: illa, quasi iustum erat præsertim in quod ad debellandā vniuersum terrarum orbem omnes erant copiæ conferendæ, vbi magis expeditos milites esse oportebat. Quis etiam non videt voluisse Christum Apostolos in hac prima missione ad illam secundā exercere? Si in Iudæa pugna auro vulcabatur, quanto magis in seria? Et *Cum, inquit, misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?* Loc. vigesimo secundo, trigesimo sexto. Idem intelligitur ex antecedentibus & sequentibus horum loci, vt ex illo octauo *gratis accepistis, gratis date*, id est, ne vendatis præmia victus, vestitusque quærendi: nolo enim vos aurum, nec argentum habere. Atqui illud, quod dixerat, *gratis accepistis, gratis date*, non solum ad primam, sed multo etiam magis ad secundam missionem pertinent, in qua plura, maioraque miracula faciunda erant: & vbi inter gentes pios necessitatis, & necessitatis, quam inter Iudæos dona sibi vendendi habuit erant. Præterea ratio,

Quomodo duæ tunicæ habere prohibuerit.

Nec duas tunicas.] Non prohibet duabus simul, si necessitas, & frigus postulet, tunicis vti, sed plures habere tunicas, quam in præsentem necessitatem requirantur, vt solent diuites, & homines illarum rerum solliciti habere vnam in præsentem vsum, alteram in futurum, vt Hieronymus notat, sicut Lucas tertio, vndecimo, *qui habet duas tunicas, det non habenti.* Nam & Christum duabus simul tunicis indutum fuisse ex Ioanne decimo nono, vigesimo tertio, manifestum est. Eodemque modo intelligendum est, quod dicit Marcus capite sexto, nono, *ne induerentur duabus tunicis*, id est, ne duas tunicas haberent, quibus diuersis temporibus indueren tur.

Calceamenta quæ vocabula apostolis prohibuit.

Neque calceamenta.] Quid ergo? voluisse Apostolos nudis ire pedibus? Sunt, qui putent, non omne genus calceatus, sed calceos tantum prohibuisse qui eorum pedem tegerent, quinque propter ea *nuda* calcei vocarentur. Nam Marcus capite sexto, nono, dicit *sed calceatos sandaliis*, quasi sandalia, quæ soleæ erant, solamque regis hanc plantam concesserit, calceos prohibuerit, vt visserat Hieronymus hoc loco, & Augustinus libro secundo, de consens. Euangelistarum capite trigesimo, interpretari. Idque videtur ex eo, quod vigesimo secundo, trigesimo sexto, confirmari. *Quando, inquit, misi vos sine sacculo & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis?* Sed vix ego mihi persuadeo tam subtiliter Christum inter calceos, & sandalia distinguere voluisse. Nam quemadmodum Matthæus dicit, Christum prohibuisse, ne virgam ferrent, Marcus autem dicit permisisse, de eadem, vt paulo post dicemus, loquens virga; ita eum dicit concessisse sandalia vocat ea ipsa, quæ Matthæus *sandalia*, calceamenta, & ex Actis capite duodecimo, octauo, apparet *sandalia* & *calceamenta* idem fuisse. Quo ergo modo Matthæus prohibuisse, Marcus concessisse Christum dicit? Facile & bene inter se quidam interpretes respondent, cum dicit hoc loco Matthæus, neque

calceamenta, intelligendum esse *duo paria*. duo, sicut dixerat, *neque duas tunicas*, quemadmodum & Iunianum olim poetam interpretatum video, *nec per duas tunicas vna*. Itaque idem Matthæus, & Marcus contrariis in speciem verbis dicunt. Nam Marcus significat prohibuisse Christum, ne Apostoli duo, aut plura calceorum paria, quasi de futuro solliciti secum ferent; & Marcus significat iussisse Christum, vt illa ipsa sandalia, quibus tunc calceati erant, non plura ferrent. Similis de virga quæstio est. Nam Matthæus dicit Christum vetuisse, ne virgam ferrent; Marcus dicit concessisse. Voi omnes interpretes tres eo tendunt, vt non eadem de virga significatione vter que loquatur Euangelista, sed Matthæus quidem de propria, Marcus de tropaica, hoc pro potestate faciendi miracula, quam & Moysis virga significabat, vt nonnulli volunt, siue accipiendi, quæ ad vitam necessaria essent, bus quibus Euangelium prædicarent, vt putat Augustinus libro secundo, de consensu Euangelistarum capite trigesimo, & Strabus, siue pro ipsa prædicandi potestate, vt Rupertus existimat. Alii vtrumque virgam metaphoricam faciunt: sed apud Matthæum pro potestate puniendi accipi, vt in Psalmo secundo, nono. *Reges eos in virga ferrea*, & apud Diuum Paulum, *quid vultis in virga veniam ad vos?* apud Marcum autem pro virga auxilii & consolationis, *vt virgatus*, & *de vilis iuncis ipsa me cingulata sunt*. Ego animo comprehendere non possum voluisse Christum inter aurum, argentum, pecuniam, zonas, calceos, peram propriæ sumpta solum ponere virgam metaphoricè, quod si aliqua in aliis exemplaria vsus fuisset, tamen concedere non possem virgam metaphorice positum. Perire enim mihi non solum vis, elegantisque sententiæ; sed sententia ipsa videtur, nisi apud vtrumque Euangelistam & proprie, & eodem modo virga sumatur. Contrarius enim verbis eisdem vterque sententiam eleganter expressit. Vterque enim non Christi verba, sed sensum exponens voluit significare Christum Apostolis præcepisse, ne quid haberent præter ea, quæ essent in præsentem vsum necessaria. Id Matthæus significat dicens, *ne virgam quidem*: virgam enim pauperrimus quisque habet. Marcus significans dicens *sed virgam tantum*. Nam qui virgam tantum habet, nihil super illum habet; sicut dixit Iacob Genesis trigesimo secundo, decimo, *in baculo meo transij Iordanem ipsum*: id est pauper nihil habens, nisi baculum in manu more mendici, quemadmodum Gallice in re prorsus simili contrariis verbis eadem sententia significatur iter facere more pauperis, *S'en aller a vau pied ou a cheual, & s'en aller a pied auec vn baston en la main*.

11. *Interrogate quis in ea dignus sit.* Hieronymus interpretatur, quis dignus sit hoc à vobis accipere beneficium, vt apud eum hospitium habeatis, quasi ex in re Apostoli darent, non acciperent beneficium. Alii, quis dignus sit, id est magis idoneus, vt illi Euangelium annuntiemus. Alii quis bonus sit moribus, & hospitalis. Quæ omnia in eundem fere redeunt sensum.

Et ibi manete donec exeatis. quam diu in ea fueritis ciuitate, id est ne mutetis hospitium, vt Lucas clarius dixit capite decimo, septimo. *nolite transire de domo in domum*. Cur autem id Christus præcepit, vulgaris est quæstio. Tres eius præcepti apud interpretes causas inuenio; primam, ne molliores & leues esse viderentur, apud Chrysostomum hom. 33 & Bedam. Secundam, ne delicati, qui in, quæ apponerentur in primo hospitio non contenti, meliora quæreremus, apud eundem Chrysostomum, Euthym. & Theophylactus. Tertiam, ne prorsus hospitem esse diceremur, quasi parum dignum, aut hospitalem relinquentes, apud eosdem auctores.

12. *Salutantes pax huic domui.* Græce hæc verba non leguntur, sed legenda esse constat ex versiculo decimo tertio, *& si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super eam; si autem non fuerit digna pax vestra ad vos reuertatur*. Leguntur enim apud Lucam capite decimo, quinto. Leguntur ab Hilario, Chrysostomo, Theophylacto, Hieronymo in commentariis, non in textu, vt ferenda non fuit typographiorum negligentia, qui, cum ex commentariis textum corrigere deberent, è contrario è commentariis textum apposuerunt: quo multis aliis locis animaduerti. Euthymius tamen non legit. Est autem Hebraismus, vt au Hieronymus, vt *salutate salutatio* שלום *pax* tecum. Eo aliquando significantur pacifica eius, qui venit, & salutat, aduentus, vt Genesis 43. 23. *Ait illi, requies, pax vobiscum, nolite timere*, & Iud. 6. 23 *pax tecum, ne timeas, non morieris*. Aliquando his verbis omnis hic, quos salutant, bona precamur, vt 1. Paral. 12. 18. Verumque vero simile est voluisse Christum Apostolos facere, & vt quocunque venirent, pacem ferre, non bellum afferre significarent; & vtinam ad omnes diuerterent, bona omnia precarentur, vt ex versiculo decimo tertio, colligitur, *pax vestra reuertetur ad vos*.

13. *Et si quidem fuerit domus illa digna.* vt pacem vestram recipiat. Lucas capite 10. 6. *& si ibi fuerit filius pacis*, id est hospes pacis amator, aut pace dignus, vt filius mortis, id est dignus morte.

Veniet pax vestra super eam. Euenient illi omnia bona, quæ illi pacis nomine precati estis.

Si autem non fuerit digna pax vestra reuertetur ad vos.] Græce ἐπιστρέφει reuertatur. Quod quidam sic interpretantur, quasi habeat eos oblatam pacem, quantum in ipsis erit, reuocare, & alio pergere, vt Euthymius. Quod ideo mihi non placet, quod benignitate Christi dignum non videatur, vt Apostolos iubeat datam pacem relumere, quod tantundem valet ac si iterum precarentur, ne ea, quæ hospitibus bene precati fuerant euenirent. Itaque melius alii interpretantur, vt ex Hebræorum idiomate imperandi modus pro futuro ponatur, quemadmodum constat ex Lucæ capite decimo, sexto, qui futuro vsus est: quare noster interpres negligens verba, sensum secutus est. Sensus autem duplex esse potest, vel reuertetur ad vos, id est vobis euenient, quod illi precati eratis, vt Psalmo trigesimo quarto, decimo tertio. *Et oratio mea in sinum meum conuertetur*, id est, vtinam mihi euenirent, quod inimicis meis precatus sum: e contrario futurum pro imperatiuo, sicut Hispani dicunt, *El mal que le de sea me venga*, vt Iuuencus poeta, & apud Diuum Thomam Remigius exponit; vel, quod magis credo, non significet hæc phrasis ea, quæ precati fuerant, apis Apostolis euentura; sed illis, quibus precati fuerant, non euentura. Sic enim loquuntur Hebræi, *Verbum meum non reuertetur ad me vacuum*, Isaiæ quinquagesimo quinto, vndecimo. Itaque reuerti, eli effectum non habere. At quorsum hoc Christus dixisset vt significaret Apostolos feciste.

14. *Excutite pulueremem.* Quare hoc iubet Christus cum species impatientiæ, & indignationis esse videatur? Multæ ouis rei causæ ab interpretibus afferuntur, Chrysostomus, Hieronymus, Theophylactus, & Augustinus quæstione septima in Matthæum, propterea iussisse dicunt, vt offenderent se nihil cum eis habere velle, quando & pulverem ipsorum illis relinquant. Iidem cursus auctores & Beda in commentariis, vt offenderent se frustra pro illis tam longum iter fuscepisse; potius enim pedum iter significat. Ambrosius libro in Lucam nono, & Euthymius hoc loco, vt declararent etiam eorum pulverem esse impium, ideoque nolle se eum habere. Hilari, indicat id iussos facere Apostolos in signis anathematis. Verum, nisi fallor ea ratio est quam idem Hilarius & Orig. hom. 11 Genes. 18. significare ait, vt offen-

offenderet illum ipsum pulverem, quem ex itinere A hom. trigesima quarta, & Auctor imperf. 42. interpretatur Sed. Paulus monet 1. Cor. 14. 20. *nolite pueri, effici sensibus, sed malitia paruuli estote*. & ad Ephes 5. 15 *videte itaque fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*, & ad Colos. 4. 5. *in sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes*. Cur seruorum prudentiam, & columbarum simplicitatem requirat, cum per se perspicuum sit, obiicitur hæc, si multæ philosophemur. Eiusdem allegorias hoc loco amat, Hilarium, Chrysostomum, & Hieronymum hoc loco legat.

17. *Cauete autem.*] videtur poni pro ergo, ergo, ergo,

sericordiam. Vide, quæ ad illum allegauimus locum. Vis eſt lucæ ſententiæ, non eſt veſtra cauſa, ſed mea, & patris veſtri, qui in cœlis eſt, quare paracletum, id eſt meum, patriſque aduocatum eum vobis tradam, omnibus reſpondebit, vt videntur Auctor imperfecti, & Hieronymus interpretari.

23. *Cum autem perſequentur vos.*] Dixerat verſiculo decimo ſexto. *Eſtote prudentes*, docet nunc partem prudentiæ, quæ aduerſariorum fugam inſidiantes, & ab hominibus caueant, vt verſiculo 17. monuerat. Non vult Chriſtus milites ſuos pugnare, ſed fugere. Duo hic ab interpretibus diſputantur; alterum, an hæc in hac prima Apoſtolorum miſſione dicta ſint, alterum, quomodo fugere iubet, cum apud Ioannem capit. 10. 11. 12. 13. doceat hominum paſtorem animam ſuam ponere pro ouibus ſuis, mercenarium autem cum videt lupum venientem fugere. Hæc ad ſolam (nimam miſſionem pertinere multi, & grauiſſimi ſunt auctores, Tertullianus libro de fuga in perſecutione, Hieronymus, Chryſoſtomus, homilia 35. Euthymius, & Theophylactus. Alii generaliter ad omnem euſionem, totumque Apoſtolorum officium extendunt, vt illa, quæ verſiculo nono dicta ſunt, vt ſentire videntur Origenes homilia 9. in Iſa. Iuſtinus, & Athanaſius in epiſtola ad orthodoxos, & in epiſtola ad Marcum Pontificem Romanum, & Gregorius Nazian. oration. 2. aduerſus Iulianum. Quod quidem multo mihi videtur eſſe probabilius. Nam in prima quidem miſſione nihil ſimile dicti Apoſtoli ſunt experti, quamobrem ab vna ciuitate in aliam fugere debuerint, omnia illis ex voto ſucceſſerunt, itaque in ea ſe ciuitate gloriantes redierunt, quod ipſa ſibi dæmonia ſubiecerentur, Lucæ decimo, decimo ſeptimo. Quod Chriſtum, antequam fieret, ignorare non poterat. Sententia igitur eſt generalis, ſed occaſione, non neceſſitate primæ miſſionis a Chriſto pronunciata. Caterum priores illi auctores, quos nominauimus, non ad tantum rei, ex quo potiſſimum Chriſti prædictio erat intelligenda, ſed ad illa ſola verba, quæ ſequuntur, animum attenderunt. *non conſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hominis.* Aiebat quæ filius quomodo fugere Apoſtolos Chriſtus doceat, neque ſubtilius, neque copioſius, neque elegantius, quam ab Auguſtino epiſtola ad Honoratum 180. tractata eſt, diſputari poteſt. Illud tamen non diſſimulat, quod Chriſtus hoc loco tradit, præceptum ſit, an conſilium. Athanaſius quidem, & Gregorius Nazianzenus præceptum vocant; ſed vulgariter fortaſſe loquuntur. Ego vtrumque pro diuerſis locis, temporis, perſonarum, & rerum circumſtantiis eſſe arbitror, ſed proprie a Chriſto propter primam pœnalem miſſionem, & magnam partem ſecundæ, tanquam præceptum traditum, voluit enim Apoſtolis præcipere, vt ſeſe peo pagando latius Euangelio referuarent nec ſe in primo ſtatim prælio obiicerent mortis: nondũ tempus illis eſſe moriendi, dum prima pugnandum eſſe, longe lateque fines regni Dei proferendos. Miles, qui fugit, vt Græco dicitur prouerbio) iterum pugnabit. Hoc ſenſu præceptum eſt. Hoc ſenſu Chriſtus ipſe ſæpe fugit, primum AEgyptum in ſanos ſui corporis ſecundo decimo quarto, deinde cum eum Nazarethani ipſius ciues præcipitare voluerunt Lucæ quarto, trigeſimo, *nondum enim venerat hora eius*, Ioannis 7. 30. Similis cauſa non in ſolum, quitunc erant, Apoſtoli, ſed in eſt iis quipoſtea futuri erant, nobiſque omnino omnibus præceptum eſt. Nam cum Euangelium ipſum, propter eò fugiendũ non eſt, poſtulat vt fugiamus fugiendi eſt. Tunc fugere non mortis, ſed pietas, non fugere, non fortitudo, ſed pertinacia eſt. Hæc de cauſa Athanaſius 2. ad Corinth. 11. 32. D. Paulũ fugiſſe legimus. Maior gloria Dei... & Eccleſiæ vtilitas regula nobis eſſe debet; cum aut vertigo, aut alterutra, vt fugiamus à nobis exigit, non fugere occeptum eſt. Alia eſt ratio non debemus; an autem poſſimus; alia eſt queſtio, quam ſolam Auguſtinus explicauit. Huc eius ſententiæ ſumma eſt. Primum fugere ſacerdoti licere, quando ipſe primatim ab aduerſariis quæritur, & ſunt alii, qui poſſint pro illo ſacramenta populo miniſtrare. Secundo, quando omnes eius oues fuga diſpari ſunt. Tertio, quando ocunque plus fugiendo, quam manendo iuuare poteſt. Addit Chryſoſtomus fugere licet, & nelcio an oportere, cum eos, ſi manſerit, fides periclitabitur, *Chriſtum*, inquit, *fugiendo non negat, qui ideo fugit, ne neget.* Alias non licet, alias manendum eſt, & pro ouibus animam ponenda, quod mercenarius non facit, qui quandocunque videt lupum venientem, & relinquit oues, & fugit Ioannis decimo, duodecimo, decimo tertio. Tertullianus vero ſententia, qui nunquam fugere licere vlli Chriſtiano exiſtimauit, merito damnata eſt, illiſque de fuga in perſecutione librum adiecit Eccleſiam ſeripſum eſſe. Hieronymus in eum vita dicere non dubitat.

Fuga in perſecutione.

Non conſummabitis.] Non poteſt hic locus intelligi, niſi prius, quorſum hæc a Chriſto dicta ſint, intelligatur. Ideo autem dicta eſſe videntur, vt ſignificaret Chriſtus non defuturas in Iſrael ciuitates, quæ nondum Euangelium audiſſent, in quas poſſent Apoſtoli in alias ciuitatibus non receptis confugere, & in illis maiore cum feuctu prædicare. Quid autem ſit, quod dicit, *non conſummabitis*, non omnes intelligunt eodem modo. Hilarius conſummare interpretatur ad fidei & Euangelicæ virtutis perfectionem adducere. Chryſoſtomus homilia trigeſima quinta, Euthymius, & Theophylactus ciuitates prædicando peram belare. Ego Hilarii ſententiam propterea id quod ſtatim ſequitur, magis probo: voluit enim Chriſtus, vt paulo poſt explicabimus, non ſolum ciuitarum multitudinem, ſed etiam obiter Iudæorum mere edulitatem notare, adeo ſcilicet eos futuros incredulos, vt ſatis in illis conuertendis Apoſtoli futuri ſint occupati, donec filius hominis veniat.

Origenes ſententia non ſatis recta.

Donec filius hominis veniat.] Plerique aduentum hoc loco illi hominis vocari putant eius auxilium, conſolationemque. Dicitur enim ad nos Deus venire, cum nobis opitulatur. Huius interpretationis Chryſoſtomus, Theophylactus & Euthymius auctores ſunt, quam ex Luca capite decimo primo confirmant, *& miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus*: quaſi dicat, ego vobis adero, & opem feram, antequam Euangelium in omnibus Iudææ ciuitatibus prædixeris. Alii reſurrectionem non conſummabunt, antequam filius hominis reſurgat, vt Beda. Tunc enim dicitur veniſſe Chriſtus, quia reſurrectionem ſuam ſuis oſtenſurus erat, *non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei*, infra capite vigeſimo ſexto, vigeſimo nono, &, *vade, & renite ad me*, Ioannis decimo quarto, vigeſimo octauo. Alii aduentum ad iudicium, ſed ciuitates Iſrael vocari putant omnes etiam Gentilium ciuitates, quæ ante diem iudicii conuertendæ ad fidem ſunt; ſic Ruperti⁹ & Lyranus, neſcio etiam an Auguſtinus; ſed nullo prorſus modo illis aſſentior, quia dubium non eſt Chriſtum de illis loqui ciuitatibus, ad quas Apoſtolos tunc mittebat; non autem mittebat, niſi ad ciuitates Iudæ verſiculo quinto, & ſexto, *in viam gentium ne abieritis.* Alii Iudæorum, vt ſupra attigimus, incredulitatem notari putant, ſignificarique prius Gentiles, quam Iudæos ad fidem venturos, vt in epiſtola ad Romanos capite vndecimo diſſerit Diuus Paulus, ita Hilarius, cuius ſententia hoc mihi magis placet, quod nihil in ea orationis eſſe video, & quod aduentus filii hominis nuſquam, quod ſciam, alius, quam ſupremus ille, quotid nouiſſimus ventturus eſt, appellari ſoleat. Quanquam Bedæ interpretatio non displiceat. Quod ſummum. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neq; ſeruus ſuper dominum ſuum*, tribus modis veteres interpretes intelligunt. Primum, vt de omnibus diſcipulis, & de omnibus ſeruis accipiantur, ſed non dicatur quod ſemper, ſed quod plerumque fiat, plerumque enim magiſtrum diſcipulo dominum ſeruo maiorem eſſe, atq; meliorem, quamuis contra accidat aliquando. Sic Chryſoſtomus Auctor imperf. Euthym. Secundo, vt de omnibus quidem accipiantur, ſed non intelligatur verum eſſe, niſi quando diſcipulus, diſcipulus, & ſeruus, ſeruus eſt; tunc enim nec diſcipulus magiſtro, nec ſeruus domino maior eſſe poteſt: eum maior eſt, iam nec ille diſcipulus, nec hic ſeruus eſt, ita idem Auctores Chryſoſtom. & Auctor imperfect. Theophylact. Theodorus Mopſueſt. & Leontius. Tertio, vt de ſolis Chriſti diſcipuli ſdictum ſit, qui nunquam magiſtrum æquare poterant, homines Deum, & qui etiam tunc, cum magiſtri facti ſunt & doctores Euangelij, diſcipuli Chriſti & vocabantur, & re ipſa erant, quia quidquid docebant, ab illo accipiebant; quemadmodum ille idem Leontius interpretatur. Mihi non tam docere videtur Chriſtus, quales diſcipuli, & ſerui eſſe ſoleant, quam quo modo ſeruus magiſtrum, atque dominum ſuum gerere debeant, nempe ſic, vt non exiſtiment ſe meliora, quam illum conditionis eſſe debere. Hoc enim ad rem maxime pertinebat, atque hoc eodem modo Hilarius videtur intelleXiſſe.

Tertullianus error de fuga.

Fuga ſemper cauenda.

25. *Si patrem familiæ.*] Me qui Eccleſiam guberno, qui eius dominus ſum.

Beelzebub.] Legendum eſſe Beelzebub, nemo, vt opinor, ignorat, id quæ Hebraica docet etymologia. Nobilis erat Accaronitarum idolum 4. Regum 1. 2. 3. 6. 16. Beelzebub, id eſt, dominus muſcæ appellatus, fuit, vt plerique arbitrantur, quia propter victimarum ſanguinem, quem ea paſſerum cauſa plenum erat; fiue, vt alij vocant, & ego magis credo, quia ad arcendas muſcarum peſtem potiſſimum immolabatur. Conſtat enim apud Græcos ſimile quoddam fuiſſe, quod eadem ratione, & ſimili, ſed Græca etymologia ἀπομυῖος Θεὸς, quaſi muſcarum venator, aut inter eos poſt appellabatur. Auctor Plinius libr. 10. cap. 28. *Iunc, aut inquit, & Aſſyrij libri ſum cura a ſerpentum aduentum, & Elei Myagrum Deum muſcarum multitudine peſtilentiam afferente.* Hinc factum, vt horroris, & abominationis cauſa diabolus à Iudæis Beelzebub appellaretur; ſicut infernum Gehennam à loco, vbi infantes idolis immolabantur, ſimili ratione vocatum diximus c. 5. 22.

Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur.] *Vide dicta ſuperius*, quod non ſit proculendum. Quandoſ Hilarius, Hieronymus & Beda in die iudicij, quando illum in abyſſum abſconditæ tenebrarum, 1. Cor. 4. 5. Alij progreſſum temporis etiam in hac vita, vt Chryſoſtom. homilia trigeſimaquinta, Auctor imperf. 25. Theophyl. & Euthy. quem ego arbitror verum eſſe ſenſum. Volunt enim Chriſtum etiam in hac vita, quia multa illis prædixerat terribilia, conſolationem adiungere. *Nec tamen tantum, nihil eſt enim occultum, quod non reuelabitur*, id eſt, quamuis omnes vos inimi perſequantur, omnes Beelzebub & ſeductores appellent, veſtra tandem virtus cognoſcetur, & qui vos paulo ante iniuriis affiiebant, honorabunt.

Quod dico vobis in tenebris.] Priuatim.

Dicite in lumine.] In publico, ſic etiam Latini loquuntur verſari in oculis, & luce hominum, id eſt in publico.

Et quod in aurem audiſtis.] Secreto.

Prædicate ſuper tecta.] Clara voce, vt omnes audiant. Diximus cap. 4. 5. in Paleſtina tecta domorum fuiſſe plana, in illiſque ſolere ſuadere conſalutari, ſicut nunc in foro. Quæ autem illic dicebantur, minime ſecreta erant, quia cum locus editus eſſet, ac patulus, facile à vicinis audiebantur. Horratur ergo diſcipulos, vt libere, conſidenter, formiter, & clara voce Euangelium prædicent, vt Iſai. 40. 9. *Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem; exalta, noli timere; dic ciuitatibus Iudæ, ecce Deus veſter.*

Vos Chriſti, & Spiritus de vobis.

32. *Omnis ergo, qui confeſſus fuerit me.*] *Confeſſus in me*, pro ἐν ἐμοὶ Hebraico articulo accuſationis ex Septuag. interpretum imitatione, vt in ſolenni ara admonitionis 3. Reg. 2. 26. & 4. Reg. 17. 25. & 1. Par. 21. 17. & 27. 24. & 29. 1. & 2. Par. 6. 5. & 7. 12. & 9. 5. & 25. 11. Niſi forte alius eſt Hebraiſmus, de verbum, *confeſſus* poſitum eſt pro Hebraico Hithpael הִתְוַדָּה, quod propriè ſignificat, non ſolum confiteri, ſed etiam palam, & gloriando quodammodo confiteri, vt ſi Latine dicas, quiſquis in me gloriabitur coram hominibus, gloriabor & ego in eo coram patre meo; ſe vero hominibus æquat; homines Deo opponit. Propterea autem dicit, *coram patre meo*, quia patris eſt præmia ſuis cuique, & honoris locum dare. *Non eſt*, inquit, *meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo*, ea, 20. 23. ſe eſſe iudex futurus eſt, quaſi veſtem facit, qui non mihi ex patris voluntate, & prædeſtinatione ſententiam latui ri eſſ.

Vis ſententiæ.

34. *Nolite arbitrari.*] Hæc cum ſuperioribus hoc modo cohærent, prædixerat multa aduerſa prædicantibus Euangelium venura, docet nunc ideo ſe quodammodo veniſſe, vt ea euenirent, id eſt, non ſine ſua prouidentia euenura, quare non debere eos, cum ea viderint, deterreri, vt Ioan. 16. 4. *Hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora, reminiſcamini eorum, quæ ego dixi vobis.* Duo, vt hic locus intelligatur, notanda ſunt. Primum Chriſtum de pace & bello non ex ira, ſed ex hominum ingenere loqui, qui concordiam in rebus mundis nos cum dicunt, poſſe libere emere, libere vendere, poſſe conuiuia, poſſe omnibus vitiis libere ſeruire pax mundi eſt. Quaſi illa erat, qua ſuperbi olim homines conſpirarunt, vt Babylonicam turrem ædificarent, Geneſ. 11. 4. qualis illa, qua Herodes & Pilatus ad perſequendum Chriſtum, cum ante inimici eſſent, amici facti ſunt, Luc. 23. 12. qualis illa impiorum quæ Pſal. 2. 1. deſcribitur, *Quare fremuerunt gentes, populi meditati ſunt inania?* Non hanc patem Chriſtus venit mittere in terram; ſed patem illam Dei, *qua exuperat omnem ſenſum*, Philip. 4. 7. Hanc Propheta Chriſtum allaturum prædixerat Iſai. 9. 6. 7. 26. 12. 6. & 60. 17. Hanc angeli nato Chriſto hominibus annuntiant, *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus*, Luc. 2. 14. Hanc ſe Chriſtus non illam dare dicit, Ioann. 14. 27. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Hanc Apoſtolos quocunque irent, precari docuit, *pax huic domui*, ſupra verſ. 12. Hieronymus, Chryſoſtomus homilia 36. Auctor operis imperfecti, & Gregorius tertia parte paſtoralis capit. 25. Beda & Theophylactus hoc loco. Alterum eſt, Chriſtum non ſignificare ideo ſe veniſſe, vt bellum hoc inter parentes & liberos, cetera ſaſque neceſſitudines exſuſcitaret; ſed ma hæc ex eius aduentu conſecutura, tanquam ea de cauſa veniſſet, vt Ioann. 9. 39. *in iudicium ego in hunc mundum veni, vt, qui non vident, videant, & qui vident, cæci ſant*; & ſicut à Simeone in multorum ruinam poſitus dicitur Luc. 2. 34.

Sed gladium.] Plerique verbum Dei interpretantur. Citatius enim eſt verbum Dei, Epheſ. 6. 17. *& rinuc eſt ſpiritus Dei, & reflexa, & penetrabilior omni gladio ancipiti; & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus.* Hebr. 4. 12. Sic Hilar. Auctor imperf. homil. 26. Auguſtin. quæſt. 3. in Matth. & Theophylact. Alij a mortem Dei gladium vocari putant, cuius cauſa filij a parentibus ſeparantur, vt Euthym. Illud certo conſtat Euangelium ſignificari. Gladium autem potius, quam bellũ dixit, vt Chryſoſtomus ſentiebat, vt vim addaret orationi. ſolet.n. gladio caput à corpore ſeparari.

Lucas pro gladio, *separationem*, dixit capit. 12.51. & 52. *guem* cap. 12. 49.

35. *Homines adversus patrem.*] Nominat personas coniunctissimas, vt declaret nullum tam arctum esse vinculum, quod non diruimpat Euangelium.

36. *Et inimici.*] Repetendum verbum ex versiculo 34. veni & efficere, vt inimici hominis sint domestici eius, id est, implere prophetiam Michææ, quamuis in aliam sententiam ab illo pronunciatam c. 7. 6.

Hæreticis.] Id est, vnius cuiusque Hebraismus.

38. *Et qui non accipit.* Qui non tollit in humeros suos, & portat crucem suam; posuit enim accipit pro αἴρει tollit, sicut Hebræi dicunt לקח accipere, pro נשא tollere, portare, vide supra capite 8. 17. alludit enim, nisi fallor, Christus ad crucem, quam ipse erat humeris suis, vt crucifigeretur portaturus. Ioan. 19. 17. hoc est *suam*, id est, vt ego meam. Idem dicit capite 16. 24. & Marc. 8. 34. in eodem versu fere argumento, & Lucæ 9. 23. diuerso. Vnde perspicuum est; quam sæpe hoc nobis Christus commendauerit. Tollere autem crucem suam nihil aliud est, quam paratum esse pro Christo non quouis modo mori, sed etiam crucifigi, sicut Petrus dixit, *Domine tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire*, Lucæ 22. 33. Chrysostomus homilia 36. Auctor imperfecti 26. Theophylactus. Interpretatio autem Hilarii & Euthymii, qui crucem illam vocari putant, quia mundo mortui esse debemus, sicut D. Paulum dixit, *mihi mundus crucifixus est & ego mundo*, ad Gal. 6. 14. & qui *carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis*, capit. 5. 24. magis moralis est, quam literalis.

Quid sit crucem sua portare.

39. *Qui inuenit animam suam.*] Loquitur non ex veritate, sed ex vulgari hominum opinione, qui se animam suam inuenisse putant, cum ex certo eam, & præsenti morte periculo eripuerunt, quasi iam perditam recuperauerint. Nomine autem animæ vtitur ambigue, quod in similibus ambiguis vocabulis non solum sine vitio, sed etiam cum elegantia & emphasi fieri solet, vt supra notauimus capite 8. 22. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* In priore loco accipit animam prouisa, ex Hebræorum illiomate; in posteriori pro anima, quæ aut in vitam æternam recipienda, aut in gehennæ æternam mittenda est.

40. *Qui recipit vos.*] Nihil hoc loco difficile est, nisi hoc illigere, quotiam hoc Christus dicat. Hieronym. & Euthym. consolationem esse dicunt, quæ ad verecundiam nouis, referatur. Nam quia ibi dixerat, *nemo potest duobus dominis seruire*, &c. ne cogitarent, quomodo viuere inter ignaros possent, aperit illis omnium domos, inquit Euthymius, dicens, eos non minus libenter ab omnibus recipiendos, quam si ipsemet iret, quia *qui recipit vos, me recipit.* Recte, si hæc non Apostolis, sed illis, qui eos recepturi erant, dicta fuissent. Nunc autem Apostolis dicuntur. Credo ergo non alia de causa hæc Christum dixisse, quam vt Apostolis significaret, quantam eorum curam habiturus esset, cum ipsius personam sustinerent.

41. *In nomine prophetæ.*] Quia propheta est, id est, missus à me, non quia cognatus, non quia Iudæus, aut alio quodam nomine. Auctor imperfect. Hieronym. Chrysost. Beda, Theophylact. Propheram autem vocat Euangelij doctorem; de iis enim loquebatur.

Mercedem prophetæ.] Quidam mercedem, quam illi propheta dabit, quia docebit eum Euangelium; *& mercedem iusti*; id est, quam iustus ille imperabit orando pro illo, aut quia eius causa Deus illi dabit, vt Lucæ decimoseptimo, nono, *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Alij mercedem, quam ego illi dabo, qui propheta sum & iustus; prorsus violenter. Alij mercedem prophetæ & iusti, id est, quæ recipien-

A tibus prophetas, & iustos à Deo constituta est. Probabilis quidem interpretatio; sed ego non dubito, quin sensus sit, *mercedem prophetæ accipiet*, id est, quam ipse propheta accepturus est, quia dum prophetam, quia propheta est, recipit, perinde apud Deum est, atque si Prophetæ officio fungeretur; sicut Dauid dixit 1. Regum 30. 24. *æqua pars erit descendentis in prælium, & remanentis ad sarcinas*; & sicut è contrario Augustinus multis locis solet dicere D. Paulum cum lapidantium Stephanum vestimenta seruabat, omnium manibus lapidasse; & vt sæpe principes & rebelles, & eos, qui eos domo recipiunt, occultantur, eadem pœna punire solent. Ita exilissimo omnes veteres interpretes intellexisse, sed quia facilem interpretationem esse putarunt, non explicasse; nos aliquando in scripto nodum quærimus. Certe non aliter intellexisse videtur Clemens, cum libro quarto, Stromat. ex hac sententia confirmat non æqualem omnium beatorum esse mercedem.

B *Gloriæ beatorum inæqualis.*

42. *Ex minimis istis calicem aquæ frigidæ.*] Proponit personas abiectissimas, & rem vilissimam calicem aquæ, & aquæ non calidæ, quæ sine impensa ignis caleffieri non potest; sed frigidæ, qualis natura sua manat ex fonte.

C *Mercedem suam.*] Vbicunque noui hæretici hoc nomen inueniunt, mirismodis efficere conantur, vt ne mercedem significare videatur, ne quis ex mercede merita colligat. Dicunt vitam æternam mercedem appellari, non quod propter opera, sed quod post opera detur, sicut merces post mensum, ac laborem dari solet. Quod valde scute probare sibi videntur, cum dicunt, non posse eandem & mercedem, & hæreditatem esse; hæreditatem enim non labori, sed generationi dari; atqui vitam æternam passim hæreditatem appellari. Quid si doceremus non solum post opera, sed etiam propter opera nobis dari? concederet vtique eorum error dirutis fundamento necesse erat. Atqui id vel ex hoc ipso loco, vt longius non abeamus manifestum est. Non enim obscure significat Christus, vt recte Clemens Alexandrinus adnotauit, non eandem eum qui prophetam, & enim qui quemlibet hominem iustum excepere, mercedem recepturum, sicut nec ipsi propheta & iustus eandem recepturi sunt. Maiori ergo maior, minor minori merito respondet. Quid autem est propter merita dari, si hoc non est? Nam si sola posteriotis, & prioris consequentia, vt hæretici volunt, mercedis nomine significaretur; nec maiori labori maior, nec minori minor, sed tantum priori prior, posteriori posterior redderetur. Quod eum D. Pauli sententia omnino pugnat. 1. Corinth. 3. 8. *vnusquisque secundum suum laborem propriam mercedem accipiet.* Quid est *secundum suum laborem*, nisi qui magis laborauit, maiorem; qui minus minorem recipiet? Quod alio loco dicit, *qua seminauerit homo, hæc & metet; qui parce seminat parce & metet.* 2. Corinth. 9. 6. & ad Galat. 6. 7. Quod autem obtenunt, mercedem esse non posse, quæ eadem hæreditas appelletur, per quam imperite faciunt, non aliter de diuina, quam de humana hæreditate iudicantes, quæ non solum sine meritis, sed sæpe etiam temere, sine iudicio, sine voluntate parentum filijs obtingit. Non sic Deus suam temere hæreditatem prouicit, certo iudicio nobis dat, & quia filijs, & quia meritis. Quia filijs quidem, dat, quia meritis, magis meritis maiorem, minus meritis minorem dat. Quia filijs datur, hæreditas; quia meritis filijs, merces appellatur.

D *De meritis & mercede iustorum ex hac parabola.*

CAPVT XI.

Luc. 7. 18. *Et factum est, cùm consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum. 2. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, 3. ait illi: Tues qui venturus es, an alium expectamus?*

Iob 5. 21. Psal. 145. Isa. 35. Luc. 7. 22. *4. Et respondens Iesus ait illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis. 5. Cæci vident, & claudi ambulant, lepros mundantur surdi audiunt, mortui resurgunt pauperes euangelizantur: 6. & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. 7. Illis autem abeuntibus, cæpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? 8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. 9. Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. 12. A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 13. Omnes enim prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt: 14. & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. 15. Qui habet aures audiendi, audiat. 16. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualib. 17. dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. 18. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. 19. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. 20. Tunc cæpit exprobrare ciuitatibus, in quibus facta sunt plurima virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. 21. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quæ facta sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. 22. Verumtamen dico vobis, Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. 23. Et tu Capharnaum nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte manssissent vsque in hunc diem. 24. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi. 25. In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. 26. Ita Pater quoniam sic fuit placitum ante te. 27. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit filius reuelare. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. 29. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. 30. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.*

IN CAPVT XI.

E T *factum est.*] frequentissimus Hebraismus ויהי, quod Septuaginta solent vertere, γίνεσθαι, & fuit, aut factum est, accidit; sed hoc postremum huic loco non conuenit, ne casu id factum videatur, quod summo consilio factum est. Septuaginta interpretes Euangelistæ imitari sunt. Prætermisit Matthæus, quæ Apostoli in sua missione fecerunt. Marcus c. 6. 12. 13. & Lucas c. 9. 6. breuiter narrant.

D *Cùm consummasset Iesus præcipiens.*] Præcipere participium pro infinito ex Græco idiomate. Latini dixissent, cum præcipiendi finem fecisset. Non significantur necessario ea præcepta, quæ à consilijs apud Theologos distinguuntur: sed institutio illa partim præceptis, partim consilijs constans, quam Christus Apostolis tradidit. Hoc enim est διατάσσειν, ordinare, disponere, vt 1 Cor. 11. 34.

Transiit inde.] Dum Apostoli in sua missione verfabantur, ne sua præsentia eorum auctoritatem minueret, claritatemque miraculorum obscuraret. Quam ob rem Theophylactus existimat nullum interim Christum miraculum edidisse; ideoque non dixisse Euangelistam, vt miracula faceret, sed vt doceret. Tenuis coniectura.

E *In ciuitatibus eorum.*] Multi ciuitates discipulorum intelligunt; sed eur eorum appellantur? Nonnulli Galilææ ciuitates significari putant. Erant enim Apostoli, ut omnes aut maxima parte Galilæi, Actor. 2. 7. *Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt* vt Euthymius, & Hugo. Alij ciuitates, in quibus Apostoli prædicassent, vt Lucas ait cap 10. *Misit eos binos in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.* Quam interpretationem ne probem, multis cautis impedior, & qui a hæreticorum est, nec vllum bonum, ac veterem Auctorem habet, & quia ciuitates Apostolorum vocari eas, in quibus Apostoli modo prædicassent, aut quas tantum obiissent; durum mihi prorsus videtur, & quia Euangelista significat Christum & statim, vt Apostolos misit, & in locum diuersum diuertisse. Misit ergo eos, vt ait Lucas, in omnem ciuitatem & locum, quo ipse non statim, sed longe post venturus erat. Scribit enim idem Lucas c. 10. 17. non Christi ad eos venisse, sed eos ad Christum rediisse. Magis mihi placet Euthymij & Bedæ interpretatio, ciuitates Iudæorum significari, vt aut relationum sine antecedente positum sit, aut non ad proximum, sed ad remotum antecedem referatur c. 10. 6. *Ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel*, aut ad vet. 23. *non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.* Verumtamen apud Hebræos vsitatissimum est 2. Reg. 17. 24. & 3. Reg. 4. 13.

Tunc qui venturus es.] Lucas ideo dissimilis, quia statim lectoris animum percutit dubitatio, quomodo Ioannes de eo, quem, antequam miraculum fecisset vllum, agnum Dei confessus fuerat; post tot facta miracula dubitare videatur. Instinus quidem certe, aut quisquis ille fuit Auctor, quæstione trigesima octaua, ad orthodoxos, & Tertullianus libro aduersus Marcionem quarto, dicere non dubitant vere de Christo Ioannem dubitasse. Petus etiam quoddam Tertullianus adiungit, propterea dubitasse quod spiritus prophetiæ à eo in Christum receßisset. Illa nimirum ætate nondum satis culta Theologia huiusmodi aliquando spinas profere- *Tertullianus errat.*
bat. Alij, quia id absurdum esse animaduerterunt,

aliam quæ fuerunt interpretationem, non dubitasse Ioannem, an Christus agnus Dei, verusque Messias esset, qualem idem ante testatus fuerat: sed an moriturus esset, & ad inferos descensurus. In quam sententiam meliore nondum inuenta maxima pars veterum auctorum concessserunt, Ambrosius libro in Lucam 7. Eusebius Emissenus in homilia, Iulianus Pomerius libro tertio, contra Iud. eos, Venantius in expositione Symboli Apostolorum, Gregorius homilia 1. in Ezech. cuius opinionis etiam Chrysostomus homilia 37. & Theophylactus in commentariis ad hunc locum mentionem fecit, eamque merito refutauit. Quo enim modo mortem Christi, & descensum ad inferos Ioannes ignorare poterat, quæ nemo tunc prophetæ, nemo doctus, qui antiquorum prophetarum vaticinia legisset, ignorabat? Vera igitur est Hilarij, Chrysostomi, Auctoris imperfect. Cyrilli Alexand. libr. 2. ind. eos, Venantius in expositione Symboli Apostolorum, Gregorius homilia 1. in Ezech. cuius opinionis etiam Chrysostomus homilia 37. & Theophylactus in commentariis ad hunc locum mentionem fecit, eamque merito refutauit. Quo enim modo mortem Christi, & descensum ad inferos Ioannes ignorare poterat, quæ nemo tunc prophetæ, nemo doctus, qui antiquorum prophetarum vaticinia legisset, ignorabat? Vera igitur est Hilarij, Chrysostomi, Auctoris imperfect, Cyrilli Alexand. libr. 2. ind eos, Venantius in expositione Symboli Apostolorum, Gregorius homilia 1. in Ezech. cuius opinionis etiam Chrysostomus homilia 37. & Theophylactus in commentariis ad hunc locum mentionem fecit, eamque merito refutauit. Quo enim modo mortem Christi, & descensum ad inferos Ioannes ignorare poterat, quæ nemo tunc prophetæ, nemo doctus, qui antiquorum prophetarum vaticinia legisset, ignorabat? Vera igitur est Hilarij, Chrysostomi, Auctoris imperfect.

An propterea sequitur eum prophetis in solo prophetæ officio comparari? Illud Auctores illi confitentur, hoc negant. Nam quia prophetæ omnium sanctissimi habebantur, dum cum illis confertur: in sanctitate confertur; & dum illis anteponitur, omnibus aliis sanctis, quamuis non nominentur, anteponitur. Deiecta est hæreticorum interpretatio: sed constat maior nobis quæstio. Quomodo inter natos mulierum nemo maior, id est, sanctior Ioanne Baptista? An Christus illo non sanctior? Multi multis modis ab hac comparatione Christum excludunt. Alij per illud verbum mulierum, quod corruptas videtur significare; cum Christus non ex corrupta, sed ex integerrima virgine natus sit, vt Ambrosius libro 5. in Lucam, Hieron. Beda, Theophyl. *Hunc* (inquit Ambrosius) *omnibus dico esse maiorem, sed inter mulierum, non inter virginum natos. Maior enim fuit is, quibus æqualis esse potest ex sorte nascendi.* Alij, quia non dixit, inter natos de mulieribus, quemadmodum Christus dicitur factus ex muliere ad Galat. 4. 4. sed *inter natos mulierum*. Christum enim non esse natum mulieris, sed de muliere. Ita Auctor operis imperfecti homilia 27. *Aliud est*, inquit, *esse natum mulieris, aliud, esse natum de muliere. Qui mulieris natus est, in muliere quidem natus est, & initium de muliere habet, & ante mulierem non fuit; qui autem de muliere natus est, neque in muliere natus est. Ecce enim Christus de muliere natus est.* Alij in verbo γεννητοῖς. hâc vim ineſſe putant, vt eos tantum significet, qui ex viro & muliere geniti sunt, hoc enim proprie esse γεννᾶν generare. Quæ obseruatio, vt vera sit, non est tamen, vt postea dicam, necessaria. Alij natos mulierum vocari dicunt, qui non ex Deo, sed ex voluntate viri, & ex voluntate carnis nati sunt; quibus opponantur, qui sunt nati ex Deo, id est, diuino spiritu regenerati: inter quos, qui minimus est, maior est Ioanne Baptista. Ita Cyrillus libro 2. Thes. capite 4. Alij sequentibus verbis Christum excipi volunt, *qui minor est in regno cœlorum, maior est illo*, vt Chrysostomus, & Euthymius. Quæ omnes opiniones, vt veras eas esse dicamus, quæstionem tamen non soluunt. Nam ponamus excipiſ Christum, quid de sanctissima Christi matre dicemus? quam nemo vir pius negare potest eo Ioanne Baptista fuisse sanctiorem, quo propius Christum mater, quam præcursor attingebat. Breuiter igitur & facile respondeo Ioannem (quemadmodum Hieronymus docet) non cum omnibus, sed cum solis sanctis veteris Testamenti comparari. At Christus & eius mater, omnesque Apostoli ad nouum pertinent Testamentum. Nec in illo verbo *natos mulierum* aliud mysterium, quam Hebraismum vidi. o, quo per periphrasim omnes homines יְלוּדֵי נָשִׁים nati mulierum appellantur.

Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo.] Hic locus est multo, quam superior, meo quidem iudicio difficilior. Hæretici priorem secuti errorem, alterum adiungunt, qui vel minimum in Ecclesia officium habet. eum Ioanne Baptista esse maiorem. Apertius vt dicam, suos Ministros suos Superuigilantes, suos Diaconos, &c. si quos habent alios ex nostrorum monachorum facibus collectos, si quos ob infame aliquod scelus ex Ecclesia fugitiuos, Ioanne Baptista maiores esse volunt. Sed iam probauimus de officio non agi. Diuus Augustinus libro secundo, contra aduersarium leg. & prophet. capite 5. regnum cœlorum, cœlum; eos qui in regno cœlorum sunt, angelos, qui in cœlo sunt, interpretatur. At quorsum Christus angelos Ioanne Baptista maiores esse diceret? nec enim de angelis, sed de hominibus agebatur. Hieronymus, & Beda regnum cœlorum cœlum etiam intelligendum esse putant; eos autem, qui in regno cœlorum sunt, homines iam in cœlo beatos, inter quos, qui minimus est, maior est Ioanne Baptista, quia *aliud* (inquit Hieronymus) *est coronam victoriæ possidere, aliud adhuc in acie pugnare.* Multi de Christo ipso hoc dictum existimant; sed non omnes eodem modo; quidam sic, *qui minor est in regno cœlorum*, id est in Ecclesia, id est ego, qui omnium humillimus sum, maior sum illo, vt Rupertus. Alij; ego qui & ætate minor sum, & hominum opinione Ioanne minor habeor; maior illo sum, sicut Ioannes ipse dixit, *Qui autem post me venturus est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ille baptizabit vos*, capite tertio, vndecimo. Sic Hilarius Chrysostomus Auctor operis imperfecti, Euthymius, & Theophylactus quam etiam interpretationem approbat Augustinus tract. 13. in Ioann. & libro secundo, contra aduersf. leg. & prophet. capite 5. Memini & hanc interpretationem apud nescio quē Auctorem legere, *qui minor est* id est humilior Ioanne Baptista, *maior est illo*, quia qui se humiliat, exaltabitur. Habet ex multis opinionibus, quam eligat lector; sed si meam quoque sententiam audet audere, libere fatebor in nulla prorsus earum meum quale-cunque iudicium acquiescere. Nec probare possum, vt regnum cœlorum pro cœlo ponatur, quia manifestum est Christum antitheſi quadam inter vetus, & nouum testamentum vti voluisse, vt constat ex versiculo duodecimo & decimotertio, *a diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cœlorum vim patitur, & omnes prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt*: nec vt Christus cum Ioanne conferatur, & quia ea comparatio ad rem non pertinebat, vbi Euangelium cum lege veteri conferebatur; & quia apertius dixisset se eo maiorem esse, vt capite 12. 41. 42. *Ecce plusquam Ionas hic, & ecce plusquam Salomon hic*; & quia vis locutionis perit, nisi sententia generalis sit, & non ad vnum definita, *qui minor est*, id est quisquis minor est, aut minimus quisque in regno cœlorum, *maior est illo*. Nam quod dubitat D. Augustinus an hæc verba *in regno cœlorum* cum præcedentibus, an cum sequentibus iungi debeant, dubium esse non arbitror, quin sint præcedentibus copulanda, *qui in regno cœlorum minor est, maior est illo*. Ergo hic mihi videtur esse sensus, de quo tamen non solum Ecclesiæ, vt omnibus in rebus, sed aliis omnibus, qui me doctiores sunt, iudicium relinquo. Minimus quisque in Euangelio, id est eorum, qui Euangelium recipiunt, maior est illo. Sic enim & antitheſis inter Euangelium, & legem, qua Christum vsum esse perspicuum est, & inter Euangelij & legis personas aptissime conuenit, vt qui minimus est in Euangelio, eo qui in lege maximus fuit, maior esse dicatur. Notum est illud philosophorum axioma, *Minimum maioris maius est maximo minimi.* Superest magna, vt videtur difficultas, quomodo, qui minimus est in Euangelio, maior, id est, sanctior sit Ioanne Baptista. Duobus modis respondeo, primum Christum de Ioanne, & iis qui Euangelium recipiunt præcise loqui, quatenus ille ad legem, hi ad Euangelium pertinent. Nam etsi dubium non est, quin Ioannes non solum multos, sed etiam plerosque, qui in Euangelio sunt, sanctitate longe præcesserit; tamen quidquid & ille, & alij sancti veteris Testamenti sanctitatis habuerunt, non ex lege, sed ex Euangelio habuerint, cuius futura virtus ad eos vsque, quamuis longe adhuc remotos, porrigebatur; ideo qui minimus est in Euangelio eo, qui maximus fuit in lege, maior fuisse perhibetur, quia hic veluti hæreditaria, & domi nata; ille aliena, & quasi mutuo accepta virtute factus est magnus. Sic enim D. Paulus de lege, & Euangelio loqui solet, vt doceat legem ex fide non esse, & fidem Euangelij propriam faciat, Romanorum tertio, vigesimoseptimo vigesimo octauo, trigesimoprimo, & ad Galat. 3. 12. cum Abraham, qui, vt idem D. Paulus ait, pater fuit omnium credentium, non in Euangelio, sed in lege, aut potius ante legem fuerit. Sed negat legem fidem habuisse, & iustificasse, quia non ex fe, sed ex futu-

futuro Euangelio, quasi anticipatam fidem habebat, & mutuata ex eo gratia iustificabat. Secūdo loco respondeo eum, qui in Euangelio minimus est, eo qui in lege fuit maximus, maiorem dici: non quod continuo re vera maior sit: sed quod ex Euangelij natura maior esse possit. Quid in lege tam non potuit, quisquis voluit Ioanne Baptista maior esse? potuit fortasse, at non ex natura legis, quæ certis repagulis claudebatur. Quibus reuulsis, *a diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, quo quisque violentior est, eo sanctior. Ante prophetis, & cæteris sanctis, prout officium, aut ministerium siue præmuntiandi, siue præfigurandi venturum Christum postulabat, maior, minorue dabatur gratia, ideoque Ioanni maxima data est, quia non modo prædicere: sed digito etiam debuit demonstrare: posita est, & in medio posita tantum quisque capit, quantum virture & animo contendit. Hoc enim est, *regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

12. *Regnum cœlorum.*] Quidam Christum ipsum regnum cœlorum vocari putant, vt Ambrosius sermone decimoquinto, de natali Domini. Alij vitam æternam, aut cœlum, vt Gregorius homilia vigesima, in Euangel. & ita deinde in hunc locum. Alij fidem, vt Chrysostomus, Euthymius & Theophylactus. Alij Ecclesiam, aut Euangelium, vt multis aliis locis. His solis assentior, iam enim superiore versu docuimus antitheſi inter legem & Euangelium vti voluisse.

Vim patitur.] Magno ad illud impetu curritur, quam interpretationem hæreticorum interpretes, & sine Auctore (nec enim cuiusquam meminerunt) & sine iudicio secuti sunt. Nam vt paulo post apparebit, non est ad rem. Plerique sic exponunt, *vim patitur*, id est, mortificatione, pœnitentia, ignominia, paupertate obtinetur, & ea ad illud itur via, quam Ioannes & verbis & factis demonstrauit, Basilius in oratione de abdicatione rerum, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus libr. 2. qq. Euangel. q. 37. Gregorius homil. 20. in Euangel. Theophylactus Euthymius & Beda in commentar. & Bernardus in sentent. cap. 5. Ego vehementer Hilari. can. 11. & Ambrosii libr. in Lucam 6. & serm. 15. de natali Domini probo sententiam, propterea dici vim pati regnum cœlorum, & rapi à violentis, quia non intra vnum populum, vt in veteri lege conclusum est, & quasi certis finibus custoditum: sed omnibus apertum, omnibus expositum, vt quicunque velit, in illud irruat: & quia non iam hæreditati, vt Iudæis, sed virtuti datur. *Multi enim ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abrahā, Isaac & Iacob in regno cœlorum, filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Hoc est rapere regnum Dei, hoc est violentum esse, non genere, & hæreditate: sed virtute & perseuerantia, quasi bello & armis obtinere, & legitimos hæredes, quia ignaui sunt, ab eo deturbare. Rapere enim dicimur, quod de alicuius manibus exorquemus, quemadmodum multi ab Oriente, & Occidente venientes de manibus Iudæorum, qui in possessione erant, extorserunt. Regnum cœlorum Iudæis rapuit ille Centurio, de quo Christus dixit, *nec in Israel tantam fidem inueni*, quia Iudæis nō credentibus, credidit capite octauo, sexto, Regnum cœlorum rapuit mulier illa Chananæa, quæ à Christo fide argumentando, & se plus quam Iudæos credere docendo filiæ suæ sanitatem impetrauit, capite decimoquinto, vigesimosecundo. Hanc interpretationem eo magis probauit lector, si animaduerterit, verba hoc loco esse transposita. Nam hæc verba debuerunt esse versiculo decimotertio, & ea, quæ ver. 13. *sunt*, hoc loco ponī, & quia id sententiarū series, & consequentia videtur omnino postulare: putat enim Christus, qui minor est in regno cœlorū, Ioanne Baptista posse esse maiorem, quia nullis legis vinculis impeditur. Nam omnes prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, & quia Lucas capite decimosexto, decimosexto, ita narrat *lex & prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum euangelizatur, & omnis in illud vim facit.* Sic Matthæus, vt in aliis multis locis narrationis seriem non seruauit. Illam vero Ambrosii eodem loco interpretationem non probo, qui & legit, *regnum cælorum cogitur*, & exponit, *defenditur*, quia cum prius soli in eo essent Iudæi, ingredientibus gentilibus frequentia, & turba fit densior.

13. *Omnes enim.*] Si hæc verba, vt paulo ante docuimus, cum versiculo vndecimo, coniungantur, nemo non perspiciet, cuius rei causa reddatur. Dixerat illic, *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, sed qui minor est in regno cælorum, maior est illo.* Reddit his verbis rationem, *quia prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt*, id est, duraverunt, quasi dicat, ante homines erant quodammodo ligati lege, nec licebat vnicuique in regnum cœlorum irrumpere: *at a diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur*, propterea nemo est, qui si velit contendere, non possit illo esse maior. Hanc vim habet hoc loco, causalis *enim*, & versu 12. aduersatiua, *autem.*

Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.] Innumerabiles interpretationes, & quia piget me, & quia nihil mihi habere videntur probabilitatis, prætermitto. Eas tantum recitabo, quas venerandos auctores habere video quibus hoc debemus, vt eorum sententias aut sequamur, aut honorifice certe recitemus. Omnes fere veteres ita exponunt, vt legis vmbra Euangelii claritas & lumen opponatur. Non enim de omnibus prophetis agi putant, sed de iis tantum, qui Christum prædixerant esse venturum. Illi enim omnes, & obscure solo spiritu, & quasi longe adhuc remotum præuiderunt: & obscurioribus verbis indicarunt: Ioannes & oculis præsentem vidit, & digito demonstrauit. In hanc sententiam Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Euthymius hinc locum edisserunt. Quæ quidem vera sententia est: sed non satis apta, vt mihi videtur, interpretatio. Nec enim Ioannes à Christo inter nouit, sed inter veteris Testamenti prophetas, sanctosque numeratur. His enim confertur, *inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Illis opponitur, *sed qui minor est in regno cælorum, maior est illo*, vt illic copiose disputauimus. Sensus ergo mihi videtur esse, legem, & propheras vsque ad Ioannem Baptistam prophetasse, id est, viguisse: vim habuisse, officio suo sanctos esse. Legem enim, & prophetas totum vetus testamentum appellat, vt capite septimo, duodecimo, & vigesimosecundo, quadragesimo, & prophetare significat officio fungi prophetæ, sicut Iis. Esdræ c. 5. 1. dicuntur Aggæus, & Zacharias prophetasse. Itaque nihil aliud volunt Christus dicere, quam legem, & prophetas vsque ad Ioannem Baptistam duraūisse: vt facile intelligitur ex antithesi, *A diebus autem Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur.* Nam legi & prophetis regnum cœlorum, id est veteri testamento, nouum: & verbo prophetandi, rapiendi, & vim patiendi verbum opponit: quasi dicat, vsque ad Ioannem lex vigebat, quæ salis Iudæis data erat, nec homines inuadebat, sed grauabat, ideo nemo in ea surrexit maior Ioanne Baptista: at deinceps remoto legis impedimento regnum cœlorum vim patitur, & qui in eo minor est, maior est illo. Vnde apparet, omnes illas quæstiones, quæ à multis pluribus verbis disputantur, an in nouo Testamento prophetæ fuerint, an de personis, vel de scriptis prophetarum hoc, quod Christus dicit, intelligatur locum non habere. Illud potius dicendum fuit, quomodo lex vsque ad Ioannem tantum fuisse dicatur, cum non statim abrogata fuerit, vt Ioannes venit, sed longo post

Matth. 11. 12.

tempore duraverit. Respondeo primum non esse A
sensum legem vsque ad Ioannem, id est vsque ad 10
annis natiuitatem : sed vsque ad Ioannem , id est
vsque ad Ioannis prædicationem viguisse. Deinde
non significari tunc fuisse illorum momento tempo-
ris extinctam, sed naturæ Euangelio, mori cœpis-
se, vt explicauimus c. 5 17.

14. *Et si vultis recipere.*] Chrysostomus duas affert
rationes: quam ob rem non dixerit absolute, *ipse est*
Elias. Altera est, quia ad fidem nemo cogi debet,
quia nec fides est , si libera non est ac voluntaria.
Altera, quam & Theophylactus reddit , vt significet
Ioannem esse Eliam , si velint attente vtriusque officium, & similitudinem considerare. Potius
credo ideo ita loquutum Christum , vt indicaret B
non esse vere Eliam, sed officio & effectu, quia quod
Elias in secundo eius aduentu hominibus præstitu-
rus est , hoc Ioannes in primo præstabat: præstare
autem nisi volentibus, recipientibusque non pote-
rat. Ideo dicit, *si vultis recipere*, quasi dicat, si vultis re-
cipere, erit vobis Elias, quia vos ad Deum conuerti-
tis, si non vultis, non erit.

Elias Ventu-rus ante diem iudicij.

Ipse est Elias.] Promiserat Deus se Eliam missurum, Malachiæ quarto, quinto, sexto. *Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam , antequam veniat dies Domini magnus & horribilis , & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum* 9 de secundo Domini aduentu intelligendum est, ex eodem loco per-spicuum est. Itaque constantissima semper fuit C
Christianorum opinio Eliam ante diem iudicii, qui terribilis & magnus appellatur, re ipsa esse ventu-rum, vt discimus ex Hippolyto in libro de con-summat. mundi, ex Tertull. in lib. de anima, ex O-rigen. tract. 3. in Matth. ex Ambrosio, aut abo quis-quis est , Auctore commentariorum in epistolam ad Romanos capit. 4. ex Chrysostomo homil. 4 in 2. epistol. ad Thessal. ex Augustino lib. 83 qq. q. 58. & tract. 4. in Ioannem , & Hieronymo in 17. capit. Matth. ex Theodoreto in commentar. in 4. Malach. ex Gregorio lib. 9. in Iob. cap. 4. & libr. 11. capit. 5. & libr. 20. cap. 25. & libr. 35. capit. 10. Quod non ex illo tantum Malachiæ : sed ex aliis quoq; scripturæ locis confirmatur, Matth. 17. 10. 11. *Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? at ille respondens ait eis: Elias quidem venturus est , & restituet omnia.* Idem Marc. 9. 11. 12. Eam quoque Iudæorum opinionem D
fuisse, etsi fortasse quando venturus esset , non in-telligebant , & ex ipsidem duobus locis , & ex Matth. capite decimosexto, decimoquarto, & ex Marc. cap.

Ioannes quo modo Elias.

6. 15. satis apparet. Dicit autem Christus Ioannem es-se Eliam, non quod Elias esset, id enim Ioannes ipse negarat. Ioannis capite primo, vigesimoprimo, sed q in spiritu, & virtute Eliæ veniret, vt angelus apud Lu cam dixit c. 1. 17. Ita nulla inter Christi, & Ioannis ver-ba est repugnantia, Aug. tract. 4. in Ioan. & Greg. ha. 7. in Euang.

15. *Qui habet aures audiendi audiat.*] Audire hoc lo eo significat intelligere, & obedire, vt Luc. 10. 16. *Qui vos audit, me audit.* & Matt. 18. 15. *si te audierit, lu-cratus eris fratrem tuum* , & Mar. 8. 18. *aures habentes nō auditis.* Itaque indicat non omnes, qui habent aures, habere aures audiendi, id est dociles, & obedientes, vt c. 13. 13. *videntes non vident, & audientes non audiunt*, & Isai. 6. 9. *Audite audientes, & nolite intelligere.* Solet Christus hac vti phrasi, cum de re maxime seria, & quæ maxime a auditores attingit , verba facit, vt atten tionem & studium auditorum ex citet. vt c. 13. 9. 43. Mar. 4. 9. 23. & Lu. 8. 9. Ideo & hoc loco vsus est, quia plurimum auditorum intererat, quæ dixerat, intelli gere, legem & prophetas vsq; ad Ioannem tantum viguisse, posteà regnum cœlorum vim pati , id est, nullum illis salutis remedium superesse, si in lege cō fidant, si Ioannem, & quem Ioannes indicabat, Chri stum non recepissent. Eodem fere sensu Chrysost. atque Euthym. exponunt.

16. *Cui autem similem æstimabo generationem istam.*] istud hominū genus, Hebraismus ת״ר הזאת quos & quare his verbis Christus reprehendat, ap-paret ex Lucæ capite septimo. vigesimonono, trigesi mo, trigesimoprimo. *Et omnis populus audiens* (quæ de Ioanne Baptista Christus paulo ante dixit) *et publicani iustificauerūt Deum baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos. Ait autem Dominus, cui ergo similes dicam ho mines generationis huius?* De Pharisæis ergo & scribis loquitur.

Similis est puero.] Quod nonnulli dicunt vsitatum fuisse apud Iudæos puerorum ludum, vt in duos di visi choros alij sterent, alij tibijs canerent, vtrique eā citarent, illi, *Lamentauimus vobis, & non planxistis*: hi, *Cantauimus vobis, & non saltastis*, quamuis Theophy lactum in cap 7. Lucæ, & Lyranum hoc loco Auctо rem habeant, quia aut Hebraum, aut magis antiquum non habent, verisimile non videtur esse. Nec necesse est, vt ex re vsitata Christus similitudinem sumpserit: satis est, vt ex re, quæ aut soleret, aut pos-set fieri. Aliquando enim non transferimus , sed fingimus similitudines : quemadmodum si dice-rem, perinde Scribæ & Pharisæi sese habent atque si pueri ludentes in foro dicerent , *lamentauimus vobis, & non planxistis.* Multo maior est in simil itudi-nis accommodatione difficultas. Videtur enim Scribas & Pharisæos pueris qui lamentati sunt, & cecinerunt, comparasse, quique æqualibus suis di-cunt, *Cecinimus vobis, & non saltastis lamentauimus, & non planxistis*: cum illis potius comparare debuis-se videatur qui alios canentibus saltare lamentan-tibus plangere noluerunt. Euthymius pueros Chri-stum , & Ioannem propter innocentiam vocari putat, quibus Iudæi dicunt , *Cecinimus vobis, & non saltastis. lamentauimus vobis, & non planxistis* , sensu menti Christi prorsus contrario. Hieronymus, & cæteri omnes Auctores Christum, & Ioannem esse pueros, qui cecinerunt, & lamentati sunt : nam Christus ab hilari & communi hominum vita non abhorrens , canere: Ioannes cilicio indutus , & in solitudine durissimam vitam agens, lamentati vi-debatur. Paulo propius sensum videtur Hugo Car-dinalis attigisse : scribit enim non personas perso-nis: sed negotium negotio: nec partes partibus, sed totum toti comparari: sensum enim esse , perinde te Scribarum & Pharisæorum causam habere , at-que si pueri dicam sodalibus suis, *cecinimus vobis, &c.* Sic enim posse illis dici , Ioannes vobis lamentauit est, & non planxistis: filius hominis cecinit , & non saltastis. Hunc esse verum sensum verisimile decimonono, magis probabimus. Nunc satis est, vt mo-neamus valde esse vsitatum , vt in parabolis non personæ personis , non partes partibus: sed totum negotium, toti negotio comparetur. capite decimo terrio , vigesimoquarto. *Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro.* Non enim regnum cœlorum homini , sed potius semini , aut agro simile est. Itaque sensus est, idem accidit in regno cœlorum , atque si quis seminasset bonum semen in agro suo: & ibidem verficul. qua-dragesimoquinto , *simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas.* Non enim ho-mini, sed potius margaritæ simile est : & idem acci-dit in regno cœlorum , atque si quis quæreret bonas margaritas, inuenta autem vna pretiosa margarita venderet omnia , quæ haberet, & emeret eam. Sex cetera sunt exempla generis eiusdem. Itaque frustra labo-rat, qui anxie quærit , quomodo personæ personis, partes partibus respondeant. Totum sententiæ cor-pus inuendum est, & integrum ex integra para bola trahendum : ne in partes diuisum pereat, atque dissolutum.

Parabolis quomodo ef picienda.

18. *Ne quis me admiretur.*] Non mādueasse dicitur, aut quia nemo eum manducare videretur: aut quia parce admo-

dumodum , & leuiter manducabat : aut quia non A
more aliorum hominum , sed ferarum potius cibis viuebat.

Dæmonium habet.] Nihil vspiam alibi leg imus ad-uersus Ioannem à Iudæis dictum esse, sed ex hoc lo eo manifestum est à nonnullis pro dæmoniaco habi tum fuisse: quemadmodum nunc, q ar ctius vitæ in-stitutum sectantur, nō solum ab hæreticis, sed à ple-risque etiam Catholicis pro stultis haberi solent: & experientia docet insignem virtutem inuidiæ & ob-trectatione carere non posse.

19. *Venit filius hominis.*] Cur Christus filius homi-nis appelletur, diximus c. 8. 20.

Et iustificata est sapientia a filiis suis.] Difficilis lo-cus. Constitit autem tribus in rebus difficultas pri-mum , quid vocetur sapientia : deinde qui filij sa-pientiæ appellentur : postremo quid sit iustificari. B
Alij Christum ipsum, alij diuinam prouidentiam sa-pientiam vocari dicunt. Filios autem sapientiæ alij Christum, & Ioannem : alij Iudæos, qui eos recepe-runt: alij eos, qui non receperunt, appellari. Alij fi-nos sapientiæ vocari negant , dicentes relativum ων. non ad sapientiam , sed ad τεκνων generationem referendū. vt sit: sensus *iustificata est sapientia a filiis su-is*, id est generationis huius. Sed illi , vt apparet, Græca sciebant, Hebraica nescirabant, intellexissent enim Hebraismum esse, quo sapientes filij sapientiæ appellantur. Iustificari autem alij pro laudari , alij pro liberari , alij pro iustam apparere posium pu-tant. Itaque nonnulli sic exponunt , *iustificata est*, id est liberata ab omni calumnia, & accusationis iusta causa. *sapientia*, id est diuina prouidentia, *a filiis suis*, id est à me, & Ioanne, qui filij sapientiæ, id est sapi- C
entes à me, & Ioanne, qui liberata autem est, quia effecim" quid-quid eluerlis modis fieri poterat , vt homines ego canendo, ille lamentādo ad salutem adducere-mus : ita vt nemo possit diuinam erga homines sa-pientiam prouidentiamque desiderare. Huic in-terpretationi repugnat, quod Lucas dicit capit. 7. 35. *ab omnibus filiis suis* quod de solis Christo, & Ioanne dici non potuit. Alij *iustificata est*, id est cognita, lau-data , & pro iusta habita diuina erga homines *sa-pientia a filiis suis* , id est ab iis , qui vere sapientes e-rant, eamque amplexi sunt. Ita Hieronymus, Beda, & Euthymius. Alij *iustificata* , id est libera est, sicut qui mortuus est, iustificatus est à peccato, id est libe-ratus, ita vt iam peccare non possit Rom. 6. 7. *sapientia*. diuina prouidentia *a filiis suis* à Scribis, & Pharisæis, qui filij sapientiæ, id est sapientes appellantur, D
non quod sint , sed quod sibi esse videntur : aut quod esse debeant sapientes, vt infra vers icul. 25. ita vt non habeant, quod diuinam prouidentiam accu sare possint. Sic Chrysostomus. Ego sapientiam vt Chrysost. Hieron. Beda, & Euthym. diuinam pro-uidentiam vocari arbitror, filios autem sapientiæ o-mnes Iudæos, & eos qui sapientiā receperunt, & eos q reiecerūt, nō q̄ sapientes aut esset aut esse deberēt aut esse sibi videretur, sed quod essent quasi pueri & discipuli diuinæ prouidentiæ, quæ Iudæos pecu-liariter, tanquam proprios filios , gubernabat: pro-pterea n. in pueris, non in viris similitudinem pro-posuit. Iustificatam autem esse ab vtrisque & bonis, & malis, id est iustam declaratā, dum canente Chri-sto, & lamentante Ioāne alij saltauerunt, id est Chri stum: alij planxerunt, id est Ioannem secuti sunt, alij E
autem neque plangere , neque saltare voluerunt : ij enim, qui saltarunt, Christi exemplum secuti dicere possunt: Scribis & Pharisæis. *cecinimus vobis* , *& non saltastis*, nam & illi canere dicuntur, quia canentem Christum imitati sunt , & alijs Iudæis , vt saltarent, exemplum præbuerunt. Qui vero secuti sunt Ioan-nem, lamentati cum illo sunt, & Scribæ, ac Pharisæ-os exemplo, vt idem facerent, prouocarunt: sed plā gere noluerunt: solus autem Christus & Ioannes no minantur, quia ambo, ille canentium, hic lamentan tium duces erant. Vtrique ergo, & qui crediderunt, & qui non crediderunt , diuinam *sapientiam* iusti-ficarunt: illi eam amplectendo : hi quia illis eam am plectentibus repudiarunt : nam dum nec Chri sti cantu, nec Ioannis lamentationi credere volue-runt. satis offenderunt se nullo modo velle crede-re, & per se, non per diuinam fluere sapientiam, quo-minus conuerterentur. Vt ita exponam, mouet me primum sententia , quæ hoc modo plenior, gran-dior, & Christi maiestate dignior est, vt ipsimet fi-lij sapientiæ eam iustificarent, sine recipiant , sine non recipiant. Itaque præpositionem απο a, contra multorum opinionem personam agentem , non materiam, significare arbitror. Infinitis enim locis pro απο poni solere nemo mediocriter in lingua Græca versatus ignorare potest. Deinde coniunctio και, & , quæ hanc videtur habere vim , vt significet ipsosmet filios sapientiæ , id est discipulos magi-stram alios discendo, alios non discendo, iustificasse. Certe illam interpretationem quorundam admitte-re hæc particula non potest, qui exponunt sapien-tiam à filiis suis, id est ab iis tantum, qui eam recepe-runt, iustificatam. Non enim dixisset και δε, sed δεδικαιωται verumtamen. Nam etsi scio aliquādo και pro δε vt ו Hebraice poni solere: tamen hoc loco id præsta violentum videtur, vbi omnia nos verba in natura-lem ducunt significationem.

20. *Tunc.*] Cum discipulos ad prædicandum mit-teret Euangelium, vt constat ex Luca c. 10. 13. inde enim videtur occasionem sumpsisse ea, quæ sequun tur, dicendi, quod Apostolos ideo ad remotas mit-teret ciuitates, quia Corozain, Bethsaida, & Ca-pernaum, in quibus diu non discipuli, sed magister ipse Christus prædicauerat , Euangelium recipere no-luisset.

21. *Vae tibi Corozain.*] Corozain, Bethsaida, & Ca-pernaum Galilææ ciuitates erant prope lacū Gene-sareth, in quibus frequentissime Christus cum suis discipulis Euangelium prædicans , & miracula fa-ciens versabatur. Ideo illis exprobrat incredulita-tem.

Si in Tyro, & Sidone.] Tribus de causis has duas ci uitates duabus illis opponit: primum quod Gentiles essent, deinde quod vicinæ: postremo quod ido-lolatræ, delitijs auaritiæ , & omni vitiorum genere corruptissimæ, vt prophetæ Isaias , & Ezechiel sæpe testantur, Isai. 23. 2. Ezechiel. 26. 2. 27 3. & 28. 2. 12. Amos 1. 9.

Olim.] Iam diu non expectassent tam diu q̄ vos, nō tot exhortationes, nō tot miracula desiderassēt.

In cilicio, & cinere.] Id est maximam eg essent pœni tentiam. Illic enim grauissimæ pœnitentiæ habitus e rat, Isai. 58. 5. Ier. 6. 26. & 25. 34. Thren 2. 10 Daniel 9. 3. Quem ritum gentiles quoque imitatos fu sse con stat ex Ionæ c. 3. 16. Quæstionem de prædestinatione, quam hoc loco nonnulli excitant, id circo prætер-mitto, quia & maior est, quam vt in cōmentario in-eiodi possit : & ad huius loci explicationem non ne cessaria. Tantum dico, q̄ nonnulli ex hoc loco colle gerunt, Deum ideo multis gratiam ad salutē neces-sariam non dare, quod prædestinati nō sint, meo iti-dicio colligi non posse. Nec enim hic de necessaria gratia: sed de superabundante, id est de miraculorū magnitudine, multitudineq; agebatur. Deinde q̄ Gentiles, non Iudæi erant, qui poterant seruata lege naturæ omnium confessioni salut esse: lex autem na turæ satis illis erat ab ipsa natura p̄dicata. Postremo quia Scribæ & Pharisæi, quorum Christus incredulī tatē reprehendit, aut omnes, aut magna ex parte re-probati erant, & tamen illis Euangelium p̄dicatum, tamen illis multa, magnaq; miracula facta: non er-go Tyrii, & Sidonii ideo non p̄dicatum Euange-lium, ideo non facta miracula, quod prædestinati nō essent. Cur ergo Christus, qui eos credituros scie-bat, illis non prædicauit tam prompte ratio : non

Locus circa quæstionem prædestinationis explicatur.

erat missus, nisi ad oues, quæ perierãt domus Israel. Cuius rationis ratio etiam constat, quia cum Abrahamo pactum propter eius singularem fidem inierat: & debuit fidem suam liberare. Postea & Tyrij, & Sidonijs sicut alijs omnibus gentibus, prædicatum est, & quicunque voluere crediderunt.

23. *Et tu Capharnaum.*] Nominat separatim, & vltimo loco, & per apostrophem Capharnaum, quia in ea frequentior fuerat, adeo, vt propter assiduam in ea commorationem eius patria vocaretur capite nono, primo, & quia eum maior esset, atque maritima, credibile est pluribus vitijs abundasse: vt maritimæ, frequentesque ciuitates abundare solent.

Nunquid vsque in cælum exaltaberis,] εἰς τὸν οὐρανὸν ὑψωθήσῃ; quæ vsque ad cœlum exaltata es, vt Luc. 10.15. in eadem sententia legitur, & vt legunt Chrysostomus, Euthymius & Theophylactus & Hieronymus admonet se in nonnullis legisse codicibus. Sensus non est diuersus, sed est magis perspicuus. Noster vero interpres videtur pro ἐλεγίσθη, & pro ἀποβιβασθήσῃ scripsisse

Vsque ad infernum deprimeris, καταβιβασθήσῃ deprimeris, non enim sponte descendet, sed vi detrudetur. Solet Deus hac phrasi superbis, ac gloriosis ciuitatibus interrum commiari, quia sem per illud verum est: *qui se exaltauerit, humiliabitur.* ca. 23.12. Ier. 49.16. *Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere murum altitudinem cali. Cum exaltauerit aquila nidum tuum inde detrahamte, dicit dominus.* Abdiæ 3. 4. Christus autem hoc loco non de vrbis excidio, sed de æterna ciuium damnatione loquitur: quod non de omnibus, sed de pluribus, aut de præcipuis, qualeserant Scribæ & Pharisæi, est intelligendum.

Sicut Sodoma.] Sodoma proponit, quia corruptissima fuerant, & singulari excidio nobilissima, vt supra c. 10.15. & Ezechiel. 16. 48. 49.

Forte manssissent. Forte hoc loco, non est dubitantis, sed affirmantis: vt supra ver. 21. quod idem interpres videns non significare dubitationem, vertendum non putauit.

24. *Terræ Sodomorum.*] Vide quæ diximus capite decimo, decimoquinto.

25. *In illo tempore.*] Postquam discipuli ad prædicandum missi redierunt, vt apparet Luc. 10.21. ex eorum enim gaudio & gloriatione, quod in nomine Christi etiam dæmonia sibi subijcerentur, benequæ omnia succedissent, occationem Christus accepit dicendi: quæ sequuntur, vt notauit Auctor imperf. Ho. 28.

Respondens.] Orsus. Hebraissimus. Apud Hebræos ענה respondere, non tantum significat interrogantibus, aut prius loquutis reddere responsum: sed sæpe etiam exordiri loqui, vt Euthym. tametsi Auctor minime Hebræus obseruauit. Quanquam sunt, qui hoc loco suam proprietatem retinere putent: ingratia careret responsum, quod Christus gloriantibus Apostolis reddidit. Sed Lucas cap 10.21. post responsum Christi ponit, & aperte ab illo distinguit.

Confiteor.] Gratias ago, laudo te, alter Hebraissimus quod & confiteri, & gratias agere, & laudare significat. Quod in Psalmis passim occurrit. Psal. 6.6. & 7.18. & 9.2. & 70.50. Id Hieron. Chrysost. hom. 39. August. q. 9. in Matt. Beda, Theophyl. Euthym. & nemo non admonuit.

Confiteor pro gratias ago in scriptura.

Tibi pater, domine cæli & terræ.] Obseruatum aduersus Arianos Athanasius in epistola ad Marcum Rom. Pontif. & Cyrillus libr. 5. thesauri capit. 5. interpunctionem inter nomen patris, & dominã Christo studiose, & significanter adhibitam, ne Deum non solum patrem, sed etiam dominum suum vocare videretur. Patrem enim non cœliae terræ, sed suum: dominum vero non suum, sed cœli appellat & terræ.

A *Quia abscondisti hæc.*] Quæ mysteria regni cœlestis, quæ & ipso, & Apostolis prædicantibus & miracula facientibus paruuli perceperunt, sapientes reiecerunt.

A sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quidã sapientes Iudæos legis ornatos scientia: paruulos Gentiles intelligunt, quia Dei legis non habebant cognitionẽ, vt Auctor imperf. & Theophyl. sed nondum erat gentib. Euangelium prædicatum. Melius Chrysostomus, Hieronymus, Euthymius, & Beda sapientes Scribas & Pharisæos, & eorum similes, paruulos Apostolos intelligunt. Quanquã mihi non videtur paruulos tã Apostolos, q̃ qui illa Christum prædicantibus crediderant, appellare: de fructu enim prædicationis, vt ex Luca constat, agebatur. Illos sapientes vocat, non quod essent: sed quod esse deberent: aut quod esse sibi viderentur, vt ait Hilarius: vel quod sapientes re vera essent, non tamen secundum spiritum: sed secundum carnem, vt Chrysostomus. Ea enim sapientia *stultitia est apud Deum*, 1. Cor. 3.16. *ea lege Dei non est subiecta*, Rom. 8.7. Eaque multi sapientes non crediderunt. *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnẽ, non multi potentes, non multi nobiles.* 1. Cor. c. 29. Quare *si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sapiens sit.* 3.18. Eos autem qui credebant *vocat* infantes, paruulos vocat, quia *malitia paruuli erant*, vt ait D. Paulus 1. Cor. 14.20. & *sicut modo geniti infantes.* 1. Petri 2.2. Mirum videri potest, quam ob rem Christus gratias patri agat, quod Euangelium à sapientibus absconderit, quasi eo rum damnationem gratuletur. Respondet Chrysostomus, Christum non agere gratias, quod sapientibus abscondérit: sed quod cum illis abscondérit, paruulis reuelauerit. Ac abscondit certe. Non proprie dicitur abscondisse. Nec enim abscondit propriè, *nemini* qui ideo filium suum misit, vt Euangelium illis, *absconditum.* sicut & cæteris omnibus Iudæis, reuelaret: sed abscondisse dicitur, quia nolentibus recipere retraxit, quia noluit vi intrudere, quia noluit indignis dare, vt Chrysostomus, & Theophylactus docent. Denique ità illis pater Euãgelium abscondit, sicut eos filius excæcauit Ioan. 9. 39. *In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.*

Euangelium quasi occultum Christus abscondit.

26. *Ita pater.*] οὕτως πάτερ, ne pater: quod Hieronym. hoc sensu interpretatur, quasi Christus dicat te voluerit, macte pater, perge ita facere, quemadmodum cœpisti. Alij, *ita pater, factum est, quia sic placitum fuit ante te*, quasi non alia eius rei, quam Dei voluntas, qua eos reprobauerat, causa reddatur, vt, qui nullam, præter Dei voluntatem, reprobationis causam esse volunt. In quo errore omnes nostri temporis hæretici pertinacissime versantur. Sed quomodo, & quam ob causam Deus illis absconderit, versus superiore exposuimus. Ego igitur sic interpretor: *ita pater*, supple, *confiteor*, ex superiore oratione, quasi dicat etiam atque etiam pater gratias tibi ago, quod sic facere voluerit, vt cum sapientes Euangelium recipere noluerint, paruulis non sis dedignatus reuelare. Soler enim Christus hac phrasi, quod ante dixerat, repetere, & magis ac magis confirmare. sicut cum Latini dicunt, etiam atque etiam tuitur enimuero, vt Lucæ 12.5. *ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in Gehennã. Ita dico vobis, hunc timete.*

Quoniam sic fuit placitum ante te.] Hebraissimus, quia ita tibi visum est.

27. *Omnia mihi tradita sunt.*] Qua ratione hæc cũ superioribus hæreant, facile non apparet. Plerique veteres interpretes putant ideo hæc dixisse Christũ nec paulo ante tanquã minor gratias patri egisse videretur, vt Hilarius, Athanasius in orat. de æterna subsista,

subsistã sibi, & Spiritus sancti cum Deo, contra Sabellij gregales, Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus hoc loco. Potius credo ideo dixisse, vt rationem redderet eorum, quæ ver. 22. 23. dicturos erat, *venite ad me.* Itaque non sunt cum præcedentibus sed cum sequentibus copulanda.

Omnia.] Hieronymus, & Beda *omnia* interpretantur omnes homines, qui veniunt ad patrem, vt Ioann. 6. 39. *Hæc est voluntas eius, qui misit me patru, vt omne, quod dedit mihi non perdam ex eo*, & capite decimooctauo, nono, *quos dedisti mihi, non perdidi ex eo quemquam.* Hilarius vero Euthymius illa, quæ sola nora sunt patri, quæque ad naturam diuinam pertinent, vt Ioann. 16. 15. *Omnia quæcunque habet pater, mea sunt propterea dixi, quia de meo accipiet.* Irenæus vero libr. 4. capit. 37. & Tertullianus in 4. li. contra Marc. omnia quæ per ipsum facta sunt, interpretantur. Auctor operis imperfecti omnia regna cœlestium, terrestrium: & infernorum Chrysostomus, omnis potestas miracula faciendi. Quæ omnia vera quidem sunt, sed non videntur ad hunc locum apte hærere. Itaque malim per *omnia* omnem potestatem gubernandi, seruandique homines intelligere, vt infra cap. 28. 19. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Inunat enim homines, vt ad se ventant, quia potestatem habet seruandi eos, *venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Potest quæri, qua ratione loquatur Christus, vt Deus ne an homo, Theophylactus, & vt videtur etiam Hilarius, & Euthymius vt Deum loqui putant: sed rantum significare se vna cum natura diuina omnia à patre accepisse. quemadmodum si pulchri pater pariter pulchre dicat filium si omnem pulchritudinem à patre suo habuisse. nec enim pro pterea minorem se illo esse significabit. Itaque nihil Ariani ex hoc loco contra Christi diuinitatem argumentari possunt. Fuisse enim saltos obuecere Cyrillus libr. 10. thesaur. c. 10. auctor est. Auctor vero operis imperfecti, vt hominem loqui dicit, quod eum superiore nostra interpretatione magis conuenit; nam vt homo, hominum caput est. Quanquam verba illa apud Auctorem operis imperfecti adiecta ab aliquo fuisse suspicor, vt eius errorem emendarer. Sæpe enim animaduerti omnes fere locos, vbi Auctor ille de Christi diuinitate agit, simili ratione esse vitiatos.

Euangelium quasi occultum Christus abscondit.

Et nemo nouit filium nisi pater.] Chrysostomi valde probo sententiam, qui *nouit* ex membro sequenti intelligendum putat, *auc, eu voluerit pater reuelare*, vt capite decimosexto, decimoseptimo. *Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus, qui in cælis est.* & Ioann. 6. 44. *nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.* Altoquin hæc verba frustra addita esse viderentur. Non autem ideo addita esse apparet, ne quis putaret, si Scribæ & Pharisæi Euangelio non credant: nõ enim possunt filium cognoscere, nisi pater, qui solus eum nouit, reluxerit: nec ad eum venire, nisi pater eos traxerit. Trahit autem volentes, non trahit qui nolunt. Quod autem dicit neminem filium nosse, nisi patrem: & patrem neminem, nisi filium: non de natura solum diuina, sed etiam de patre cum filius & filio sentiri intelligendum esse videtur. Nemo enim nouit patrem, quia ratione velit homines seruare, nisi filium: & nemo nouit filii officium, cuius causa in hunc mundum venit, nisi pater. Hic enim sensus ad id, quod agitur, magis est accommodatus. *venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

28. *Qui laboratis.*] οἱ κοπιῶντες, qui lassi, qui fatigati estis. Quare peccatis degratiat, vt Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus sermone vndecimo, de verbis Domini secundum Matthæum, & Euthymius interpretantur. *Lassati* (inquit ille) *sumus in via iniquitatis Sap. 5. 7.* &, *iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Psalm.* 37. 5. Alij ad gratiæ legislationis quæ tum aderant, in quibus Hilarius est, & Theophylactus, quasi iugo legis Euangelicum iugum opponatur. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quod mihi non displicet, modo peccata non excludantur, quæ lex aggrauabat potius, quam alleuabat. Eo enim videtur in primis spectasse Christus.

29. *Tollite iugum meum.*] Euangelium Hilarius & Beda.

Et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.] Omnes fere Auctores ita interpretati sunt, vt Christus sit, discite meo exemplo mites, & humiles esse, vt Chrysostomus hom. 38. & Augustinus ser. mon. 10. de verbis Domini secundum Matth. quibus illa est à concionatoribus decantata sententia, *Discite à me nõ miracula facere, nõ mundi à vitijs liberare, sed quoniam mitis sum, & humilis corde.* Vera omnino sententia: non, prima interpretatio. Vult enim probare Christus iugum suum suaue esse, & onus suum leue. Itaque verus mihi videtur esse sensus, quem Auctor imperf. animaduertit. *Discite à me*, id est subiato iugo meo experimini me mitem esse, & humilem corde. Inuitat enim, vt ad se ventant, quod non tyrannus, sed benignus & mansuetus Dominus fut nec vult sibi credere, sed subiacto iugo experiri.

Euangelium quasi occultum Christus abscondit.

30. *Iugum enim meum suaue est.*] χρηστὸς, lene, vocat iugum epitheto moribus suis accommodato. *Χρηστὸς* enim, bonus, probus, benignus, suauis, non tam ad res, quam ad personas, & mores pertinet: quasi dicat iugum meum non est iugum hominis crudelis, quale solent huius mundi reges suis populis imponere, sed benigni suauis & clementis patris. Excitat in commentarijs huius loci quæstionem Hieronymus, quomodo Euangelium iugum suum, & onus leue esse dicat, cum multo grauius, quam legale esse videatur. In lege homicidium, in Euangelio verbum Raca: in lege adulterium, in Euangelio mulieris ad concupiscendum aspectus hominem damnat, capite quinto, vigesimo secundo, vigesimooctauo. Respondeo quatuor de causis dici ieiunium. Prima est, quod in Euangelio non sint, minus *Lege Euangelica* necessaria ad salutem præcepta, quæ natura ipsa docet, *quæ lex* quæque vno verbo continentur: *omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* capit. 7. *vnde causa.* 12. vt hoc loco docet Hilarius in lege autem Moysis infinita erat præceptorum multitudo, quæ non ideo data fuerant, quod ad salutem natura sua essent necessaria, sed vt superiore disciplina rudem populum exercerent. Quo spectauit Petrus Act. 15. 10. *Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum? neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus.* Secunda, quod sublata superbia illa grauitas, atque lex cõminabatur. *dentem pro dente, oculum pro oculo.* Exo. 21. 24. *Lex enim iram operabatur*, Ro. 4. 15. Spiritus legis Spiritus erat timoris, & seruitutis, Ro. 8. 15. *non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.* Spiritus Euangelij Spiritus est charitatis, benignitatis, & mansuetudinis. Italij volentes aliquando discipulos ignẽ de cœlo deuocare, vt Samaritanos, q Christum recipere nolurant, absumeret. *necessitis, inquit, cuius spiritum estis.* Tertia, quia in lege omnia vi hebant, quæ res leuissimas grauissimas reddit: in Euangelio omnia charitate, & voluntate fiunt, & nihil graue, ac difficile volenti. *Hæc* (inquit Ioannes) *est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.* 1. Ioan. 5. 3. 4. Ioan. 5. 3. 4. rationem Hieronymus reddit. Quarta, quia lex onerabat, non iuuabat. in Euangelio autem vna cum onere spiritus datur, qui adiuuat infirmitatem nostram, vt Augustinus respondet ser. 9. de verbis Domini secundum Matthæum.

CAPVT XII.

Mar.2.d.23. Luc.6.a.1. 1.Reg.21. a.4. Num.15. b.3. Exod.20.f. 8.3. Osee 6.c.6. Mar.3.a.1. Luc.6.a.6. Deut.22. a.4.

IN illo tempore abijt Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes coperunt vellere spicas & manducare. 2 Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. 3 At ille dixit eis: Non legistis, quid fecerit David, quando esurijt, & qui cum eo erat? 4 quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? 5 Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? 6 Dico autem vobis, quia templo maior est hic. 7 Si autem scires, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes: 8 Dominus enim est filius hominis etiam sabbati. 9 Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum. 10 Et ecce homo manum habens aridam: & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum. 11 Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habebit ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam? 12 Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbatis bene facere. 13 Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera. 14 Exeuntes autem Pharisæi, consilium fecerunt aduersus eum, quomodo perderet eum. 15 Iesus autem sciens recessit inde. Et secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. 16 & præcepit eis ne manifestum eum facerent. 17 Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: 18 Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit sibi meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nunciabit. 19 Non contendet, neq; clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: 20 arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad victoriam iudicium. 21 & in nomine eius Gentes sperabunt. 22 Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur, & videret. 23 Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius Dauid? 24 Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. 25 Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se non stabit. 26 Et si satanas satanam ejicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? 27 Et si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filij vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. 28 Si autem ego in spiritu Dei ejicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. 29 aut quomodo potest quis intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? & tunc domum illius diripiet. 30 Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemia non remittetur. 32 Et qui cumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. 33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: ex fructu enim arbor agnoscitur. 34 Progenies vipe rarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. 35 Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. 36 Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. 37 Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 38 Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis dicentes: Magister, volumus a te signum videre. 39 Qui respondens ait illis: Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. 40 Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. 41 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quam Ionas hic. 42 Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce plus quam Salomon hic. 43 Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. 44 Tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem scopis mundatam, & ornatam. 45 Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. 46 Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. 47 Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. 48 At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? 49 Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. 50 Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

IN CAPVT XII.

1 ABIIT Iesus per sata sabbato.] Nihil esset hoc loco difficultatis, si solus Matthæus hæc narrasset historiæ. Nunc autem cū Luc.ca.6.3. eadem recensens dicat id in sabbato δευτεροπρώτῳ secundo primo accidisse: intelligi hic locus non pōt, nisi illi Lucæ intelligatur: quē nō video satis apud interpretes explicatum. Ponā vt solent in reb. difficiliorib. aliorum primum opiniones: deinde meā adiūgā. Multi putant sabbatū δευτεροπρώτῳ secundo primū appellari solitū fuisse octauū die eorū festorū, quæ per octo dies continuos agebantur: quale erat festum azymorum, & tabernaculorum. Octauus n. dies eodē ritu cerimoniisq; quo primus celebrabatur, Leuit.23. 36.39.& Numer.29.35. secundo vero primū appellatum, quod cum primo celebratæ per esset, secundus ab eo esset loco. Illud ergo, de quo Matthæus hic

De sabbato secundo primo quæsitū.

hic & Lucas illic agit, fuisse diem octauum azymorum, ex Epiphanio hæres. 30. & plerisq; recentiorum. Alij primum diem azymorum ita vocatum, quod secundus esset a Pascha, vt Euthymius & Historia apud D. Thomam. Alij fuisse sabbatum, quod proxime sequebatur festum aliquod, quod in feriam sextam incidisset, vt Theoph. Chryf. hom. 40. Alij secundum aliquod, id est, minus festum, quale nouemenia. Aut genuinum sabbathum: sabbathum ordinarium, quod septimo quoque die recurrit. & festum aliquod, quod in idem sabbatum incidisset, omne enim festum sabbathum vocabatur. Nihil quædam videntur certa esse principia, ex quibus eius loci explicatio necessario colligenda sit. Primum est, Lucam, cum sabbathum illud vocauit secundo primum, non aliquod è pluribus, quæ secundo prima dicerentur: sed vnum certum sabbatum significare voluisse, quod solum ex omnibus secundo primum appellaretur. Volunt enim Lucas dicere certum delinquere, vt melius occasio calumniandi Christi eorum tollegeretur. Ex quo omnes illæ interpretationes reselluntur, quæ vnum è multis fuisse volunt, vt Euthym. Iudoci, Chrysostomi, & Theophylacti. Secundum est, fuisse illud sabbathū eo tempore, quo segetes maturæ erant, sed tenerę, & necdum solidę, aliqui discipuli non vellisset, & contriuissent spicas. Ex quo refelluntur Epiphanii sententia, & eorum omnium, qui sabbathum secundo primum diem aliquam azymorum interpretantur, nec enim die decimoquinto, aut vigesimo Martius iam maturæ esse potuerunt. Quod enim quidam adnotarunt in Palæstina eo tempore propter veliementem calorem segetes solitas maturescere circum esse arbitror. Nam nec illo probare possumus, & nos possumus scriptura, experientiaque refutare. Homines enim tentatur tempore pluuioso Christi regnis fuisse, & se homines ad ignem calefacisse, & festum primum eorum celebratum quinquagesimo die post Pascha, celebratur autē simul atque prima falx in messem mittebatur, Deut. 16. 9. non ergo poterat in festo azymorum id esse. quinquagesimo ante diebus segetes esse maturæ. Experientia vero docet non solum in Palæstina, sed neque in multo calidioribus Africæ regionibus segetes tam cito maturescere. Ex quo etiam sequitur non posse sabbathum illud esse in festo, vt aliquorum, tabernaculorum, quod in septimo celebrabatur Leuit. 23 34. quia iam segetes collectæ erant. Tertium est, quod ex Hebraorum accipimus traditione, vt cap. 26. dicturi sumus, post exilium Babylonicum nunquam Iudæos vnum festum potius alterum celebrasse, ne potius diuq; continuos ritus exercere cogerentur. Vnde eorum refutant opinio, qui sabbathum secundo primum vocari putant, quod festum aliquod proxime sequeretur. Sequitur ergo sabbathum secundo primum non potuisse esse, nisi festum Paschæ esset, aut quod festum erat primum eorum. quia nonnisi vnum erat, quale diximus D. Lucam proprio nomine designare voluisse, & in illud tempus incurrebat, quo & segetes maturæ erant, & fenum in messe, & ad ipsum legem iussum celebrant. Reliquum est, quærere, cur secundo primum appellerit. Nihil comperum habeo, quorundam tamen coniecturas probabiliores mihi videntur, ideo ita vocari, quod, cum nisi esset præter sabbathum prima, id est, præcipua festa azymorum, primum eorum, & tabernaculorum (summa quippe alia, vt neomenia, multo erant ut ea a parte alia festum primum eorum, & loco, & celebritate secundum esset a primo. Omnium quidem in omnibus festis excepto sabbatho licuisse cibos parare exodi 12. 16. Iesum non potuisse Pharisæos reprehendere discipulos, quod spicas conficerent. Reliquum non accusasse, propterea quod parandi cibus, sed propterea quod spicas colligebant,

A quasi quod modo necesse, quod in nullo festo die facere licebat. Deinde potuisse illos immerito, vt solebant discipulos accusare. Et quidem Irenæus libro quarto, cap. vigesimo, scribit non fuisse prohibitum in sabbatho, & festis spicas vellere, sed necesse. Sed respondit Christi ostendi fecisse discipulos, quod aliquis in eo festo facere non licuisset, nisi necessitas eos, vt Dauidem: & Dominū præsentia, qui templo maior erat, vt sacerdotes excusaret. Potest etiam obiici Græce numerum esse plurium ἐν τοῖς σαββάτοις in sabbatis, quod occasionem nonnullis præbuit, vt existimarent non vnum tantum festum, sed duo, aut plura significari: quæ aut eodem die, aut vnum postridie alterius celebrarentur. Facilis est responsio pluralem numerum pro singulari Hebræorum more positum esse, quo non multa sabbata, sed vnum è multis sabbatis significatur, vt veri. 5. & 10.

B

2. Pharisæi autem videntes dixerunt ei.] Lucas cap. sexto, secundo scribit Pharisæos nō Christo sed discipulis dixisse cur facerent, quod illi in sabbatho facere non liceret. Respondet potest, aut vtrāque. primum discipulis, deinde Christo dixisse: aut Christo tantum, qui respondit. Sed Lucam ideo dicere discipulis dixisse, quia quod magistri dixerant, non solum de discipulis, sed etiam discentia ipsis dixisse videbantur. Adnotauit in hunc locum Dominus Thomas non accusasse Pharisæos discipulos, quod ex agro alieno spicas colligerent: quia id lege permissum erat. Deuteronom. vigesimotertio, vigesimoquinto. *Si intraueris segetem amici tui, frange spicas, & manu vellere, falce autem non metes.*

C

3. Non legistis.] Obiicit opinione scientia legis in statu legis ignorantiam, vt Euthymius admonuit.

Et qui cum eo erant. 1. Regum cap. 21. dicitur fuisse Dauid, neque non videntur hæc verba cum historia ad quam aliudunt, conuenire. Respondent quidam fuisse quidem solum, cum in sacerdotis domum ingressus est, sed aliquos habuisse comites, qui illum alio loco aperuerunt, fieri ipse sacerdotem dixit: *nam & puero meo dixit ad illum & eum locum*, vt ficulo secundo. Alij habuisse etiam comites secum: sed sacerdotem, vt ait eo loco Lyranus rogasse cur solus esset, non quod solus esset, sed quod cum multis multitudo conscia esse soleret, paucos tunc habuerit, sicut regem dicimus ire solum, cum eum pauci sequuntur. Veramque opinionem aliis etiam, propterea quod scriptura dissere dicat illum fuisse solum, & postea quam inde discessit, solum etiam ad regem Achimelech accisse, illum vero cum dixisse *puerum meum illum, & illum locum constituisse*, officioso vtum fuisse mendacio, vt fugam dissimularet. Cui simile quoddam hoc loco nos ex veritate, & opinione sua, sed ex verbis Dauidis locutum esse. Horum ego opinionem etiam refello, quod non solum Dauidem, sed Christum parte ipsum meo decti arguere videantur, & quod Christus apud Marcum, capite secundo, vigesimosexto, & Lucam capite sexto, quarto, dicat Dauidem ex panibus propositionis comedisse, & dedisse, qui cum ipso erant, quod non video quomodo, si nemo eum illo erat, interpretari possint. Eorum ergo probo sententiam, qui existimant neminem cum eo fuisse, cum panes accepit, sed aliquos a alio loco socios habuisse, quibus ex panibus dederit.

D

E

4. Quomodo intrauit in domum Dei.] Nondū fuisse templum nemo nescit, nec ibi arcam fuisse legimus, quæ toto illo tempore in Silo fuisse dicitur 1. Regum 1. 24 & 3. 21. & 4. 3. quæ domus Dei appellabatur, sed eli vero simile, aut potius necesse fuisse ibi tabernaculum, vbi panes propositionis de more ponebantur, erat enim Nobe, vbi erat Achimelech, qui Dauidi panes dedit. cuius interfectionem 1. Reg. 22. 1 quo tempore narratus est, 26. dicit

26. dicit sub Abiathar sacerdote id contigisse, sic a est A
quæstio, quæ commodius illic, quam hic disputabitur.

Cur panes propositionis appellati.

Et panes propositionis comedit.] Hebraei panes propositionis duobus modis vocant לחמי מעיכי panem, vt ita dicam, facierum, quia in tabernaculo, vbi Dominus habitabat, seni ex vna, & seni ex altera parte, quasi ante duas eius facies, proponebantur (Hebræi enim duas facies in homine, sicut nos duas genas faciunt) & לחמי הסדר panem ordinationis, aut dispositionis, quia certo, vt dixi ordine, certoque tempore disponebantur. Animadverti autem hoc secundo modo, non nisi in libris Paral. & Esdræ vocari, qui post exilium Babylonicum scripti sunt 1. Paral. 9. 32. & 23. 29. & 2. Esdræ 10. 33. Septuaginta interpretes tribus modis verterunt. Aliquando ἄρτους προθέσεως quasi dicas panes faciales, vt Exodi 25. 30. Aliquando ἄρτους ἐνωπίους vt 2 Esdræ 10. 33. id est panes faciei. Fere semper ἄρτους τῆς προθέσεως panes propositionis, vt Exodi. 35. 13. & 40. 21. & 1. Reg. 21. 6. & 3. Reg. 7. 48. & 1. Par. 9. 32. & 23. 29. & 2. Par. 4. 19. Latinus interpres semper panes propositionis appellat.

5. *Aut non legistis in lege.* Leuit. 24. & Num. 28. 9.

Quia sabbatho.] Per singula Sabbatha.

Sacerdotes in templo.] Omnia, vt Chrys. & Euthy. obseruauerunt, emphasim habent. Pauris enim verbis expressit omnia, quæ ad exempli exaggerationem pertinebant. Legem præcipientem personas sacerdotum, qui maxime debebant sabbathum colere; locum in templo: vbi maxime coli oportebat; tempus, in Sabbathis, quæ maxime obseruationem requirebant: nam sabbathum violant, quod plus est, quam si dixisset, non obseruant. Violasse autem sacerdotes sabbathum dicit, non quod vere violarent, sed quod ea facerent, quæ nisi Dei cultus excusaret, facere non licuisset. Nempe victimas macta bant, selles detrahebant, intestina lauabant, ligna findebant, ignem accendebant: pueros circum cidebant, vt Hiero. Chrys. & Euthym. exponunt. Confirmatur ex hoc loco nostrorum Theologorum de festorum celebratione sententia, non violari festum, cum ea in festo fiunt, quæ ad eius celebrationem pertinent, nec alio tempore fieri possunt vt cum pullantur campanæ, feruntur cruces, mundatur aliquando templum, & si quid eius est modi. D
Multo vero minus, cum ea fiunt, quæ ad salutem animarum necessaria sunt: de hoc enim proprie hoc loco agebatur. Hoc est, quod maxime apostolos excusabat, quod in prædicando & faciendis miraculis adeo, vt ait Marcus, fuissent occupati, vt nec parare cibum, nec capere possent. Hoc est, *misericordiam volo, non sacrificium.* Hoc enim sensu Christus inducit, quali dicat melius esse, vt Apostoli animas hominum, quam sabbathum seruent.

Opera diuina sabbatho facta.

6. *Templo maior est hic.*] hoc loco. De quo autem loquatur, non consentiunt interpretes. Quidam ex hæretica salutem hominum significari putant, quæ templo præponatur: minime bono, vt mihi videtur, iudicio. Hieronymus locum, in quo Christus erat. Cum enim Deus esset, vbicumque erat, templum erat. Sed non dubito, quin seipsum templum appellauerit, quia in ipso habitabat *omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* ad Colos. 2. 9. sicut ver. 41. de se ipse dixit. *Ecce plusquam Ionas hic.* & ver. 42 *Ecce plus quam Salomon hic*, & infra ver 8. *dominus est filius hominis etiam sabbathi*, Atque ita Euthymius, & Theophylactus interpretantur.

7. *Si autem scires.*] Quorsum hoc prophetæ testimonium Christus inducat verf. 5. exposuimus. ipsum vero testimonium c. 9. 13.

8. *Dominus filius hominis etiam sabbathi.*] Probat se, & templo esse maiorem, & in sabbathi obseruatione dispensare posse, quia *dominus est etiam sabbathi*, & vnusquisque potest de re sua, quod velit, facere. Ma. c. 2

27. scribit dixisse. *sabbathum propter hominem factum esse non homo propter sabbathum.* Vtrumque est verum, & quod Matthæus narrat, vt probaret se esse maiorem, quia templum sabbatho seruabat: ipse autem dominus erat sabbati, & quod Marcus, vt probaret hominum salutem sabbathi obseruationi esse præferendam.

9. *Et cum transisset inde.*] Scribit Lucas c. 6. id alterò die sabbathi contigisse. Quod ex hoc etiam loco manifestum est. Venit enim in synagogam eorum: Synagoga vero die sabbathi congregabatur. Et propterea interrogarunt eum, an liceret in sabbatho curare, quia sabbathum erat ver. 10. Aug. li. 2. de consl. Euang. c. 35. & Euthym.

In synagogam eorum.] Qui præcedente die sabbathi discipuli, quod spicas vellerent, accusauerant. Non enim minus quærebat Christus occasionem, vt insulè accusaretur, quam illi vt accusarent: vt ex eorum accusatione ansam caperet eos docendi, atq; obiurgandi.

10. *Et interrogabant eum.*] Marcus c. 3. 4. & Lucas c. 6. 9. dicit Christum Pharisæos interrogasse. Aug. libr. 2. de consens. Euang. c. 35. & Theophyl. hoc loco respondent Pharisæos prius Christum; deinde Christum Pharisæos interrogasse. Sed facilior responsio est, Marcum & Lucam non dicere Christum interrogasse Pharisæos, vtrum liceret in sabbato curare: sed vtrum liceret benefacere, an male. Itaq; non eadem est quæstio, quam Pharisæi Christus, & quam Christo Pharisæi proposuerunt: sed Pharisæi prius interrogarunt Christum num liceret in sabbatho curare, Christus, vt eorum malignitatem coargueret, immutata paululum quæstione interrogauit Pharisæos, an liceret in sabbatho benefacere, an male, vt verbis ipsis quæstionis eos pungeret, & pudefaceret.

Quanto magis melior.] Phrasis Latinis inusitata, quamuis nonnulli auctores Ecclesiastici mille ab hinc annis ita locuti sint. Græci ea vtuntur, vt supra c. 6. 26. οὐχὶ μᾶλλον ὑμεῖς διαφέρετε, quod noster interpres retenta Græca phrasi conuertit, *nonne vos magis pluris estis illis?* Altero comparatiuo redundante. Itaque suspicor hoc etiam loco pro πόσῳ μᾶλλον nostrum interpretem legisse πόσῳ μᾶλλον διαφέρει.

Itaque licet sabbathis benefacere.] Non concludit licere curare, vt Pharisæi interrogauerãt, sed licere benefacere, sicut ipse interrogauerat Pharisæos apud Mar. c. 3. 4. & Luc. c. 6. 9. Habet etiam maiorem efficaciam generalis sententia, & verbum ipsum benefaciendi, sub quo includitur etiam curare, quia curare est benefacere.

15. *Iesus autem sciens.*] Nemine indicante, sicut eorum videbat cogitationes infra vers. 25. & supra c. 9. & 4. Luc. 5. 22. & 6. 8. & 9. 47. & 11. 17.

Secessit.] Ad mare, vt explicat Marcus c. 3. 7. fugit, sicut Apostolos fugere docuerat c. 10. 23. Fugit autem non meru, aut impotentia resistendi, sed quia nondum venerat hora eius, vt in cæteris similibus Ioannes ait c. 7. 30. & 8. 20. & 13. 1. & 16. 21. Resistere autem, & si poterat, nolebat; quia cum fugã euitare posset, non erat necessarium, & arundinem quassatam confringeret, inf. ver. 20. & *suauiter eos omnes.* Non omnes qui sequebantur, sed omnes qui ægrotierant, & curari volebant. Tantum enim significare voluit Euangelista Christum non maligne, ac parce: sed prolixe ac liberaliter in omnes, qui fidem habebant, & ægroti erant, sine vllo discrimine personarum sanitatis beneficium contulisse.

Christus cur fugit pharisæos.

16. *Et præcepit eis.* Marc. 13. 12. dicit dæmonis præcepisse, ne se manifestarent, quia clamabant, *Tu es filius Dei.* Quia ergo dæmonia in hominibus erant, Matthæus dixit hominibus eum præcepisse. Cur autem præceperit, supra disputauimus capite nono, tri ge simo.

17. *Vt adimpleretur.*] Quorsum Euangelista hoc Isaiæ

Isaiæ c. 42. 1. testimonium proponat, aut quomodo A
impletum esse dicat, non satis apparet. Sunt qui putent propterea proposuisse, quod Christus prohibuerit miracula sua diuulgari, ne Pharisæorum æmulatio magis exacerbaretur; nolebat enim arundinem quassatam confringere. Alii referunt ad fugam: ideo fugisse, ne resistendo confringeret arundinem quassatam, id est, minus mansuetudinis ostenderet, quam de illo prophetæ prædicauerat, Chrysostom. homil. 41. Vtrumque probabile; sed illud meo iudicio probabilius hoc testimonium ad ver. 15. referri. Reddit enim causam, cur omnes curauerit, quia quemadmodum prophetæ prædixerat, adeo benignus & mansuetus erat, vt nemo in plateis vocem eius auditurus esset; adeo vero misericors, vt omnes curaret, neminem læderet: ne arundinem quidem quassatam confringeret, & li- B
num fumigans non extingueret.

18. *Ecce.*] Demonstrat Spiritu prophetico, quem postea Ioannes digito demonstrauit. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioann. 1. 29. & quem pater audita de cœlo voce post baptismum ostendit, *hic est filius meus dilectus*, supra c. 3. 17.

Puer meus.] עברי seruus meus. Seruum autem vocat, vt hominum, quia *seruiam serui accepit & habitu inuentus est, vt homo* Phil. 2. 7. sicut Isai. 42. 10. & Zachar. 3. 8. nec illum ipsum hominem Christum eodem modo, quo alios vulgariter seruum appellat, sed per excellentiam, & honoris sui causa quasi gloretur Deus, quod inter homines talem habeat seruum, vt in eo sibi placeat anima ipsius &, vt posset ei proprium Dei officium commitere, totam Ecclesiam gubernandi & quod maximum est, regnum suum perditum recuperandi, vt indicat Diuus Paulus 1. Corinth. 15. 24. Sic si minora licet maioribus comparare, Moyses Deus seruum suum solebat appellare Numer. 12. 7. 8. Iob 1. 8. & 2. 3. *Considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra.* Septuaginta interpretes apud Isaiam nomen, Iacob, præposuerunt, vel ne Christum Deus seruum vocare videretur, vel quia alius locis ita legebant, vt c. 41. 8. 9. & 44. 1. 2. Obseruauimus Idiomatis, solitos septuaginta, cum sententia aliquid videtur absurdi continere, addere, aut detrahere, aut mutare aliquid; vt absurditatem tollerent.

Quem elegi.] vt hominem. Nam inter omnes homines illum assumpsit (ioquor enim veterum Theologorum more) & Deum fecit. Psal. 44. 3. 8. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*, & Psal. 2. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.* In hoc enim elegit, vt esset rex, & verbum eius, qui ipse verbum eius erat, prædicaret.

Dilectus meus.] Septuaginta addiderunt, *Israel*, sicut paulo ante Iacob ὁ παῖς μου, quia ita ca. 41. 8. legerant: *tu Israel seruus meus, Iacob, quem dilexi.*

In quo bene complacuit.] Vide explicationem c. 3. 17.

Ponam spiritum meum.] Non hæretecorum interpretes ad baptismum hoc referunt, quod in Christum recens baptizatum Spiritus sanctus descenderit ca. 3. 16. Alij, quia ætate, & sapientia proficiebat, Luc. 2. 52. Spiritum super illum positum dicunt. Certius est de ipsa eius conceptione interpretari, in qua Spiritu sancto impletus est Isai. 11. 2. nec enim Ioanne prior erat, de quo angelus dixerat. *& Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ* Luc. 1. 15.

Iudicium gentibus nunciabit. יוציא proferet, id est, legislator erit, legem Euangelicam, non vt Moyses, suam solis Iudæis, sed omnibus gentibus dabit, Psalm. 9 21. *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniã homines sunt.* Aut gentes omnes iudicabit, quia *pater omne iudicium dedit filio* Ioa. 5. 22.

Non contend. 1.] Hęc verba neque apud Hebræos, nec apud Septuaginta in Isaia leguntur; sed est vero similæ Euangelistam explicationis causa addidisse. Significasse in. Propheta Christum sine contentione, sine clamoribus, quibus forum perstrepere consue tit, quiete, placideque iudicaturum. Hoc enim est, quod ipse dixit cap. 11. 29. *Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* Toto deniq; hoc Isaiæ testimonio nihil aliud quam Christi mansuetudo declaratur, vt apud Zachar. 9. 9. & Matth. 21. 5. Ioan. 12. 15. *dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.*

Non clamabit.] Hebraice additur לא ישא non tollet, potest autem intelligi, vt ait Hier. מעיכי faciet, id est, non habebit in iudicando vllam factionem personarum. Sic enim Hebræi dicunt, quod Græci πρόσωπον λαμβάνειν personam accipere. Vel קולו vocem suam. vt interpretatur R. Salom. id est, non vociferabitur.

Donec eiciat ad victoriam iudicium.] Locus est, vt mihi videtur difficilior, quam plerisque interpretibus visus est. Primum apud Isaiam sic legitur. וארץ קהו רגיון לא ישבור ופשתה כתה יוציא אמת: לא יבהה ולא ירוץ עד ישים בארץ משפט ולתורתו איים יוחלו לאובנה לאמת בישע Arundinem quassatam non conteret, & linum fumigans non extinguet, ad veritatem proferet iudicium, non turbabitur, nec animo frangetur, donec ponat in terra iudicium, & in lege eius insulæ sperabunt. id est, adeo quiete & attente ambulabit, vt etiam si super arundinem iam quassatam, qua nihil fragilius esse potest, pedem ponat, eam non confringat, & si super B
linum fumigans non omnino ardentem, sed tantum fumigantem, non extinguat. Apparet enim fuisse proverbium, quo summa incedentis lenitas significabatur, sicut Galli, & Hispani de similibus hominibus dicere solent, etiamsi super patimentum ouis stratum ambularet, nullum frangeret. Per incessum autem, & ambulationem omnes vitæ actiones intelliguntur ex Hebræorum idiomate. Significatur, ergo Christum omnibus in rebus incredibili mansuetudine, ac lenitate vsurum fuisse. Euangelista cæteris verbis prætermissis tantum hæc posuit, *donec eiciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt.* Quæ ipsa, etsi aliquo modo ita, quæ apud prophetam leguntur, videntur esse similia, ea dem tamen non sunt. Hier. in commentariis ad eum Isaiæ locum, & in epistola ad Algasiam q. 2 exi- D
stimat id scriptorum vitio accidisse, ego nullo modo mihi persuadeo. Quin Hebræorum illud quod *Hebræorum plenum fraudibus Matthæi.*
nunc habemus, Euangelium, nusquam mihi quam hoc loco magis suspectum est, quod omnia & eadē quæ apud Isaiam verba sunt, recitet. Nimis enim affectata fides merito suspecta est. Non solet Matthæus, cum testimonia ex prophetis adducit, verba numerare. Ille qui vt Matthæus esse videretur, numeratur, hoc est apud me consecutus, vt minime Matthæus esse videatur. Manifestũ est, ideo omnes præter Hieronymum, interpretes sentiunt, hęc verba Euangelistę *donec eiciat ad victoriam iudicium* illis Isaiæ verbis respondere לאמת יוציא משפט ad veritatem proferet iudicium, id est omnia, cum iudicabit, ad verum examinabit, verum pronunciabit iudicium. Cur autem Euangelista pro proferet, dixerit, ἐκβαλεῖ eiciet, quod Septuaginta dixerunt *eiciet* inferet, non ita magni refert. Potuit enim Matthæus Hebraice dicere יוציא proferet, vt est apud propheram, & Græcus interpres vertere ἐκβαλεῖ, quia id etiam potest Hebraicum verbum significare. Nec enim assentior iis, qui iid ab Euange- E
lista, vt maiorem vim adderet verbo, certo consilio factum putant, tanquam voluerit declarare, etiam vi compulsurum Christum homines, vt verum iudicium subeant: non n. de Christi seueritate, sed de mansuetudine, & mititate agitur. Illud longe difficilius, quomodo pro לאמת adverbio, dixerit Euange-

lista *victoriæ*, ad victoriam. Quod enim omnes dicunt, non verba, sed sensum exprimere voluisse, fateor mihi satis facere non posse. Nam nec idem videtur esse sensus, & vt idem esset, tamen hic obscurior certe, quam ille est, & non est vero simile Euangelistam dilucidiorem prophetæ sententiam alia obscuriore sententia expositurum fuisse. Itaque cogor meam lectori coniecturam indicare, doctioribus vero iudicandam relinquere. Suspicatus fueram aliquando Matthæum non pura, & antiqua Hebræorum lingua, sed corrupta illa ex Chaldaico, & Syriaca, quæ Christi tempore in vsu erat, Euangelium scripsisse, & pro אמרת דמרת aut דברות, quod & veritatem, puritatem, innocentiam, & victoriam significat; interpretem vero Græcum nō veritatem, vt est apud Isaiam; sed victoriam, alteram vocabuli significationem secutum conuertisse. Confulit cum hæc scriberem Syriacum Euangelium, cui perinde rectè me diuinasse nam: לנצחא scriptum inueni, quod & ad innocentiam, & veritatis, & ad victoriam potest significare.

A

B

C

D

E

22. *Et in nomine eorum gentes sperabunt.*] Duobus verbis Matthæus hic videtur à prophetæ discrepare. Primum, quod בשמיו *in legis eius*, dicat, *in nomine eius*. Hæc etiam omnes dicunt eandem esse sententiam. Quod etsi non satis intelligo, quia omnium tamen opinio est, refutare nolo. Tantum dico, quod in lectionibus veteris ac noui Testamenti ad notaui, magnam mihi apud Septuaginta vitiati loci suspicionem esse. Nam pro בשמיו *in legis eius*, non credo eos vertisse εν νομῳ αὐτου, *in nomine eius*, sicut nunc legimus, sed εν τῳ ὀνοματι αὐτου, *in legem eius*, vt legitur Hebraice. Nominum autem similitudinem erroris fuisse causam, vt amanuenses pro ὀνοματι scripserint. Similem enim errorem in iisdem duobus vocabulis alias etiā locis obseruauimus. Matth. igitur Græcus interpres Septuaginta secutus pro lege nomen posuit. Deinde discrepat, quod pro אימרו insulis, dicat ἐθνη gentes. Sed hoc discrimen leue admodum est. Insulas enim propheta remotissimas quasque gentes appellauit quia insulæ à continente remotæ sunt, sicut poeta dixit, *& tuto diuisus orbe Britannos*. vt apud eundem propheram cap. 49. 1. *audite insulæ, & attendite*, & 51. 5. *me insulæ expectabunt*, & 60. 9. & 66. 19. *mittam ab insulas longe ad eos, qui non audierunt de me.*

Virg. Eclog. 1.

23. *Tunc.*] Cum ὁ synagoga egressus esset, Auctor imperfect. & Remig. vel non significatur certum, & designatum tempus, vt putat Euthymius. Quanquam Marcus cap. 3. 20. videtur dicere id accidisse, simul atq; egressus è synagoga in domum venit. Monendus mihi lector est, non esse hanc illam historiam, quæ à Luca c. 11. 14. narratur, vt plerique interpretes putant. Nam de eo dæmonio ca. 9. 32 Matthæus scripsit, & nos hanc illi opinionem probauimus.

Cæcus & mutus.] Dubium, vtrum natura, aut morbo, vt sentire Hieronymus videtur, an dæmonis malesicio, vt Chrysost. & Theoph. exeus & mutus fuerit. Credibilius tamen est dæmonem auditum, & visum illi ita ligasse, vt neque audire, nec videre posset: indicat enim Euangelista sola cum dæmonis ejectione auditum, visumque recuperasse, quasi prius nulla causa, quo minus audiret, videretque nisi dæmon impedimisset.

23. *Num quid hic est filius Dauidis.*] Id est Messias ille toties promissus, tam diu expectatus, qui ex genere Dauidis futurus creditur. Vide quę dixim 9. 2. 1. 2.

24. *In Beelzebub.*] tanquam diaboli minister, magicis artibus. Vide c. 9. 34. & 10. 25.

Iudæorum scurrilia.

27. *Filii vestri.*] Plerique recentiores interpretes existimant Exercitas filios Iudæorum significari, quorum artem quandam à Salomone traditam fuisse li. 8. antiquit. c. 2. Iosephus scripsit: & de quibus Lucas in Actis Apostolorum c. 19. 13. mentionem fecit. Filios autem Pharisæorum appellari, quod Iudæi essent, vt illi, & aliqui aliquando eorū filii. Argumentum vero esse, cur potius me, quam filios vestros dicitis in Beelzebub eiicere dæmonia, cum vtrique eiiciamus? cur de me male eum idem faciam, de illis bene iudicatis? Veteres de Apostolis hoc dictum putant, Hilarius, Chrys. hom. 42. Auctor imperf. 19. Hier. Theop. & Euthy. ad quorum sententiam libentius accedo, nisi quod plus Christū, quam illi dicunt, arbitror significare voluisse. Apostoli enim in nomine Christi dæmonia eiiciebant Luc. 10. 17. argumentatur ergo *Filij vestri*, id est Apostoli, qui ex populo vestro sunt, *in quo dæmonia ejiciunt?* nonne in nomine meo? Si ergo illi non in nomine Beelzebub, sed in nomine meo dæmonia eiiciunt, quomodo dicitis me in nomine Beelzebub eiicere? Nam si illi in meo nomine eiiciunt, maior ego dæmonibus sum, cuius nomine, virtuteque pelluntur: non ergo in nomine Beelzebub ego eicio: nā si Apostoli mea virtute eiiciunt: quę negare non potestis, multo magis ego, cuius est virtus.

Idem iudices vestri erunt.] Quia *sedebant super duodecim sedes vindicantes duodecim tribus Israel* c. 19. 28. Hier. Quanquam ego de alio iudicio agi puto, quod Theologi comparationis vocant. Iudices enim eorum erunt, quia in illo vltimo iudicio apparebit Apostolos in nomine Christi dæmonia eiecisse, quod cum vidisset, & credidisset Pharisæi, tamen Christum ipsum, quem multo magis credere debebant propria virtute dæmones eiecere, in Beelzebub eiicere dixerunt: heut ver. 41. & 42. ait. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: & Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.*

Iudicium comparationis.

28. *Peruenit in vos regnum Dei.*] Seipsum, & aduentum suum regnum Dei vocat, quia initium fuit regni Dei, & aditum nobis ad illud patefecit, Hieron. Chrysost. & Theophi argumentum hoc est, ſi autem in spiritu Dei, vt superiore argumento probatum est, eiicio dæmonia, ergo verum est, quod & ego, & Apostoli mei, & Ioannes prædicamus appropinquasse, & venisse regnum Dei. Nam Spiritus sanctus, qui miracula per nos operatur, nostram prædicationem veram esse testatur.

29. *Aut quomodo potest quisquam.*] Facilis sensus, quomodo possum ego diabolū de possessione sua deturbare, id est ex hominibus eiicere, nisi fortior sim illo? Nemo enim in domum fortis intrare potest, & illam spoliare, nisi fortior, & superior illo sit, vt possit prius eum armis suis exuere. Fortem vocat גבור quem Septuaginta gigantem solent vertere, domum autem fortis vocat arcem, quæ à gigante custoditur. Fortem intelligit diabolum, *quia non est potestas super terram, quæ comparetur ei.* Iob 41. 24. *Non est nobis colluctatio*, inquit Diuus Paulus, *aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores.* Ephes. 6. 12. Domum eius intelligit mundum, in quo antequam Christus veniret, dominabatur, quem, vt significat superioribus verbis D. Paulus, suo regebat arbitrio. Vasa autem eius, non arma, vt multi interpretantur, sed spolia & supellectilem, prius enim ligat, deinde vasa eius, id est supellectilem domus eius diripit, & Lucas c. 11. 22. arma ab spoliis separauit. Supellectilē autem diaboli vocat miseras animas, quas sub captiuitate detinebat, quasq; Christus illi eripuit, *& defendens in altum captiuam duxit captiuitatem*, Psa. 67. 19. & Ephes. 4. 8.

30. *Qui non est mecum, contra me est.*] Primum quę rendū, de quo Christus loquatur. Hilar. c. 12. Chrys. hom. 42. Hier. Auctor imperf. Beda, Euth. Theoph. de diabolo loqui existimant. quasi sensus sit, tātum abesse, vt diabolus amicus mihi sit, eiusq; nomine dæmones eiiciā, vt maxime mihi sit aduersarius. Melior mihi

mihi alter videtur interpretatio, quā etiam Chrys. & Theophylactus afferunt, vt de Pharisæis hoc dictum sit. Quorsum autem ita de illis Christus loquatur, non satis compertum apud interpretes nemo. Videtur tamen mihi Pharisæorum hypocrisim reprehendere voluisse, qui cum fingerent se Christo non aduersari, sed tantum gloriam Dei, & legis observationem asserere, maxime tamen illi aduersabantur. Hoc colligitur ex vers 33. *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum.* Volebant Pharisæi in causa Christi iudices haberi: ad se enim pertinere de religione ac miraculis iudicare: ideo indifferentes videri volebant, quasi nec pro Christo, nec contra Christum essent, cum maxime illi essent inimici; vt sub sua insidiam simulata boni iudicis persona occultarent. Hanc illis Christus personam detrahit. Ne, inquit, erretis, & ne alios fallatis: etiamsi, quod simulatis vos non esse pro me, neque contra me, verum esset; tamen ob id ipsum esse reprehendendi, quia, *qui non est mecum, contra me est.* Quid ergo attinet dissimulare? minor erit culpa, si vos mihi palam aduersarios esse profiteamini? *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut arborem malam, & fructum eius malum.* Quomodo autem hæc sententia vera sit, *qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, spargit*, aut quomodo cum illa contineatur, quæ apud Lucam est cap. 9. 50. *qui non est aduersum vos, pro vobis est*, dubitare lector potest. Sunt, qui ad solos referant Pharisæos: quasi non vniuerse, sed in illis tantum vera sit; in aliis vero, quæ apud Lucam est, locum habeat, *qui non est contra vos: pro vobis est.* Non probo; nam etsi propter solos Pharisæos hoc dictum est, non in illis tamen solis verum est: sed in omnibus, in quibus eadem reperitur ratio. Debebant Pharisæi, quia legis scientiam profitebantur: primi omnium Christum recipere, ac pro illo esse; qui autem pro illo esse debebat, & pro illo non erat, contra illum erat. Non potest rex de iis, qui ad regnum suum non pertinent, dicere, *qui non est mecum, contra me est*: de suis autem subditis potest. Non solum enim, qui regem suum impugnat: sed etiam, qui pro eo, cum debet, ac necesse est, non propugnat, læsæ majestatis reus est. Omnes ergo qui Christum recipere debebant, sive Pharisæi, sive alij, si non recipiebant, contra illum erant. Debebāt autem omnes cum primis Iudæi. Nam Gentiles, qui eum nec viderant, neque audiuerant; si non erant cōtra illum, pro illo erant. Nihil enim aliud apud Lucam significat, nisi eos, qui pro se esse non debeant, si contra se non sint, esse pro se. Nam, qui Christum non per sequitur, quamuis nondum ad illum veniat, tamen non longe abest à regno cœlorum, & vt perueniat, aliquem vitium fecisse gradum. Quanquam ille, de quo eo loco Christus loquebatur, vere pro illo erat, quia dæmonia in nomine eius eiiciebat; sed loquitur ex suorum discipulorum opinione, qui non putabant pro se esse, nisi qui secum, non doctrina, sed pedibus ambularent. *Videmus*, inquiunt, *quendam in nomine tuo eiicentem dæmonia, qui nō, sequitur nobiscum: & prohibuimus illum. Nolite*, inquit Christus, *prohibere: qui enim non est contra vos*, id est, qui eadem, quæ vos, docet, ac facit; etiamsi, quia vos non sequitur, pro vobis esse non videatur; *pro vobis est*: quia doctrinam, factaque vestra confirmat.

Quodnam sit Spiritum sanctum peccatum apposite tractatur primo loco.

31. *Ideo dico vobis.*] Causalis dictio non refertur ad ea, quæ proxime præcesserunt: sed ad ver. 24. *Hic non ejcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorū*, vt constat ex Mar. 3. 30. *quoniam*, inquit, *dicebant spiritum immundum habet.*

Spiritus autem blasphemia non remittetur.] id est, blasphemia contra Spiritum sanctum, vt explicatur v. sequenti & Mar. 3. 29. & Luc. 12. Existit ex hoc loco maxima quæstio, vt D. quidem Aug. nullam in scriptura maiorē esse putet: ser. 11. de verb. Dom. Quæstio-

commemorati; sed quæ magnos habent auctores. A qui hoc digni sunt honore, vt etiam aliena dissentes attente, ac reuerenter audiantur. Verus sensus non aliunde, quam ex hoc ipso loco erimendus. Videmus, qua occasione hoc Christus dixerit, quia dicebant Pharisæi eum in Beelzebub ejicere dæmonia, manifesta Spiritus sancti opera dæmoni tribuentes; hoc ergo est peccare in Spiritum sanctum. Animaduertimus etiam Christum non dicere, quicunque dixerit verbum in patrem, neque, quicunque dixerit verbum in filium; sed *quicunque dixerit verbum in filium hominis*: ex quo intelligimus illum de se non tanquam de Deo, sed tanquam de homine loqui, eumque in filium hominis verbum dicere, qui humana deceptus specie, aut offensus infirmitate de illo infra illius dignitatem sentit, ac loquitur: ideo que veniam meretur, quia peccati ex culpa B onem aliquam habet: qui vero male de Spiritu sancti opera dæmonem tribuit, non meretur, quia nullam potest peccato excusationem obtendere. Vnde altera quæstionis pars facile intelligitur, cur peccatum in Spiritum sanctum nunquam remittatur: non vtique propterea quod remitti non possit: tenenda enim est regula fidei, quæ nullum peccatum esse docet, quod à Deo remitti non possit, neque propterea, quod nunquam remittatur; credibile enim est aliquos etiam ex illis, qui tunc Christum dicebant in Beelzebub ejicere dæmonia, potuisse resipuisse; sed propterea quod, qui in Spiritum sanctum peccant, nullam peccati excusationem habeant, ideoque natura sua veniam non mereantur. In aliis enim plerisque peccatis aut ignorantia, aut infirmitas si non omnino, aliqua saltem ex parte culpa excusat. *Misericordiam*, inquit D. Paulus 1. Tim. 1. 13. *consecutus sum, quia ignorans feci: & ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus*, Psal. 102. 14. *Spiritus vadens, & non rediens* Psal. 77. 39. At in peccato in Spiritum sanctum nihil eiusmodi, quod culpam eleuare possit, reperitur. Hæc est vera huius loci interpretatio, non quidem mea; sed Athanasij in hom. in hæc verba, Paciani epist. 1. Anastasij q. 68. in script. Basilij interro. 273. in reg. breuior. Ambrosij lib. 2. de pœnit. c. 4. Hieron. in comment. Quanquam ex iis alij, cur peccatum in Spiritum sanctum non remittatur, alias rationes afferunt; in eo tamen consentiunt, peccatum in Spiritum sanctum id esse, quod expleanimus. Eodem fere redit, quod Chrysostomus ait, ideo dici nunquam remitti, quia difficilius remittitur. Sed melius, vt diximus alij, quia natura sua cum excusationem nullam habeat, remitti non potest; sicut alio loco Christus dixit, impossibile esse, vt diues in regnum cœlorum intret; non quod Deo; sed quod natura sua impossibile sit. At omnia peccata mortalia, dicet aliquis, eiusmodi sunt, vt veniam natura sua non mereantur: cur enim, quæ mortalia non sunt, venialia dicuntur, nisi quia veniam merentur? Si igitur illa ideo venialia sunt, quia merentur; hæc quæ venialia non sunt, non merentur. Respondeo nullum peccatum mortale natura sua veniam mereri; sed alia, si cum hoc comparentur, quia aliquam excusationem præ se ferunt, digna videri venia. Idcirco hoc solum esse, quod numquam natura sua remitti possit: sicut multi sunt alij, præter diuites, qui suis viribus in regnum cœlorum intrare non possunt, sed ideo de solis hoc diuinibus dictum est: quia plus habent; diuitiis omnibus, atque grauati, impedimenti. Hinc sequitur, quamuis Christus de sola blasphemia, aut contumelioso in Spiritum sanctum verbis loquatur; eius tamen sententiam, non in blasphemia solum, sed in omnibus omnino peccatis, in quibus eadem est ratio, veram esse. Quale est, si quis non verbo, sed facto, aut animi cogitatione Spiritus sancti opera dæmoni tribuat. In hoc genere nostri ex poris hæretici peccant, miracula, quæ in Ecclesia Catholica fiunt, illaque maxime, quibus per exorcismos, & Eucharistiam dæmones expelluntur, aut non credentes, aut magica arte operantes. Nam, vt Pharisæi Christum, ita illi Christi corpus, quod est Ecclesia, persequuntur, nec credunt, quæ fiant, vera esse miracula. Multi hoc loco hæretici refutantur; Eunomiani, qui Spiritus sancti negabant diuinitatem, quos Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto c. 3. inde refellit, quod omnis blasphemia hominibus remittatur; blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittatur; Sabelliani, qui tres in Deo personas confundebant, cum hic persona Filij, & Spiritus sancti adeo distinguantur, vt, qui in illum peccat, veniam obtineat; qui in hunc, non obtineat; Caluinistæ & Lutherani, quos necdum natos Augustinus lib. 21. de ciuit. c. 24. & lib. 6. contra Iulian. c. 5. & Greg. lib. 4. Dialog. 39. & Beda in commentariis huius loci, & Bern. sermon. 66. in Cantica refutarunt; hi enim ex hoc loco purgatorium probauerunt, ex eo, quod dicitur versicul. 32. *Qui dixerit verbum in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec in futuro*, colligentes, aliqua in futuro sæculo peccata remitti. At rident isti; quid tum? etiam Pharisæi dicta, factaque Christi ridebant. Dicunt phrasim esse, qua nihil aliud significatur, quam peccatum in Spiritum sanctum nunquam remitti, id à Marco declarari ca. 3. 29. qui pro *hoc sæculo*, & *futuro*, vno verbo dicat *in æternum*. Non ignoramus phrasim esse, quæ idem valeat, quod *in æternum*: sed dicimus *æternum* illud, quod significatur, duas habere partes, hoc sæculum, & futurum; & quod Marcus vniuersè dixit, id Matthæus per partes distributè dixisse, quod nunquam eum factorum fuisse contendimus, nisi ad vtramque partem, & præsens sæculum, & futurum peccatorum remissio pertineret. Ineptum enim esset, qui ita loquatur, non ducam vxorem, nec in hac vita, nec in futura: cum in futura vxores duci non possint. Si non credunt, proferant nobis aliquod ex sacris literis exemplum, vbi eadem phrasis in rebus, quæ ad vnum tantum sæculum pertinent, vsurpetur, & vincant: si proferre non possunt, hæresim fuam agnoscant, & fateantur. Rogat aliquis, quod & hæretici Sadducæorum & Pharisæorum more id eis non credentes, sed irridentes, nec vt credant, sed vt calumnientur, rogare solent, quomodo peccata illa, præsertim grauissima, quibus in filium hominis blasphematur, in futuro sæculo remittantur: cum nostra sententia quisquis mortali obstrictus peccato vitam finit, non temporalibus Purgatorij, sed æternis inferni pœnis condemnetur. Itaque, si in hoc sæculo peccata illi remissa sunt, in altero non remittuntur, quia peccata non habet, quæ remittantur, si remissa non sunt, remitti in futuro sæculo non possunt, quia clausa est remissionis ianua. Facilis est, & expedita solutio, in futuro sæculo remitti peccata dicuntur, non quod culpa, sed quod pœna remittatur, culpa prius in hoc sæculo remissa. Scio aliâ esse istorum hæresim, quod culpam retenta pœna remitti posse negent. Sed tam imperitus, & inconsideratus error est, vt non vnius, aut alterius hominis, sed totius humani generis exemplo refutetur. Omnes enim homines peccati originalis per baptismum remissa culpa grauissimas, atque diuturnas tota vita pœnas luunt, famem, sitim, morbos, mortem, quas peccati originalis pœnas esse, & scriptura testatur, & ipsi non negant.

33. *Aut facite.*] Hæc verba ad diuersas res, ac personas à diuersis auctoribus referuntur. Hilarius, Chrysostomus, Euthymius, & Theoph. referunt ad Christū, vt sensus sit, cur aliter de me, aliter de meis operib⁹ iudicatis? quomodo posiū ego, si, vt vos putatis, peccator sū, & spiritū immundū habeo, bona opera facere q. quale est, dæmones ab hominibus expellere, cæcos, surdos, mutos, leprosos curare, mortuos suscitare? Aut ergo

ergo facite me malum, & opera mea mala, aut me bonum, & opera mea bona. Hieronymus ad diabolum, quasi dicat, dicitis me in Beelzebub ejicere dæmonia, quomodo potest diabolus ab hoc mala bonum fructum facere, qualis est dæmonum expulsio; aut ergo *facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut arborem malam & fructum eius malum*. Beda ad vtrumq; arborem bonam ad Christum, ad diabolum malam tanquam sensus sit, quomodo possum ego, qui sum arbor bona facere fructū malos, id est opera diaboli, qui est arbor mala? aut dicitis me esse bonum, & opera mea bona, aut me esse malum, & opera mea mala. Ambros. lib. 2. de pœnit. c. 4. arborem bonam Ecclesiam, malam Iudæorum Synagogam: fructus malos ipsos Pharisæos interpretatur, vt si dicat, non potest mala mater Synagoga bonos filios generare. Verus sensus mihi videtur esse, quem multis locis D. Augustin. exposuit, li. 2. de ser. Domini in monte lib. 2. de Actis cum Felice Manichæo cap. 4. li. 2. contra literas Petil. c. 6. & ser. 12. de verbis Domini, arborem & bonā & malā ipsos Pharisæos appellari: reprehendit enim Christus eorum hypocrisim, quod cum bona arbor videri vellent, malos tamen fructus ederent: aut quod cum mala arbor essent, bonos videri vellent fructus facere, iubetq; aut aperte malos, aut aperte bonos esse. Potest hæc sententia illi, quæ ver. proximo sequitur, videri contraria, *quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* cumque sit c. 7. 18. *non potest arbor bona, malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere*, sed bene intelligenti esse contraria non est. Non enim dicuntur hoc loco Pharisæi mali bona, aut boni mala opera facere, quod statim fieri non posse dicitur, *quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali*, & in altero loco, *non potest arbor bona malos, nec mala bonos fructus facere*: sed notantur, quod cum mali sint, & videri velint boni, & sua opera tanquam sancta, religiosaq; probari.

34. *Progenies viperarum.*] Hæc sententia supra explicata à bonis est c. 3. 7.

Quomodo potestis.] Non negat absolute, & omnino posse, multi enim mali cum sint, bona loquuntur: sed dicit, quod naturale, quod vsitatum, quod diuturnum est. Ita enim natura comparatum: ita moribus hominum consuetum est, vt mali male, boni bona loquantur, *ex abundantia enim cordis, os loquitur*. Si quando secus fit, ad, & præter naturam & præter consuetudinem accidit, & diuturnum esse non potest. *Mat. 12. 34.*

36. *Omne verbum otiosum.*] Constructio Hebraica, qua nominativus redundat. Duo hic quæri possunt, quorsum hoc à Christo dictum sit, & quid verbum otiosum appellatur. Omnes quos legisse memini auctores, putant argumentum à minori ad maius esse: periode ac si dicat, si de minimo verbo otioso, quanto magis de blasphemo, quale vestrū est, quod dicitis me in Beelzebub ejicere dæmonia ratio in die iudicii reddenda erit. Verbum autem otiosum appellari, quod nullam aut audientī, aut dicenti ædificationis vtilitatem affert. Hier. Chrysost. hom. 43. Basil. in regulis breuior. inter. 23. Ambros. in Psal. 38. Gregorius ho. 6. in Euangelia. Beda in comment. Solus Theophyl. & Euth. calumniatorium, & falsum interpretantur, quod aliquos etiam vetustiores auctores dixisse Chrysosto. affirmat. Suspicor ego Hebraice scriptū fuisse שוא quod & frustra, & mendax, atque calumniatorium significare potest, vt Exod. 20. 7. Græcum autem interpretem vertisse otiosum, id est frustra dictū: alios interpretatos altera nominis significatione, mendax, falsum, calumniatorium, quod magis videtur ad locum adhærere, quia Pharisæi non otiose modo, sed etiam calumniatorie, & mendaciter de Christo loquebantur. Sed veterum auctorum sententiam, quam coniecturam meam, eamq; ob-

A seruatum, & inserutum ample ctimur ego; eo etiam magis, quod videatur Christus aliquo exaggerationis genere vti, & nouum aliquid, atque admirandi dicere voluisse: de verbis aut calumniatoriis, deq; falsis criminationibus in die iudicii reddendam esse rationem, neq; nouum, neq; admirabile videri posset.

37. *Ex verbis enim tuis.*] Apparet hoc fuisse prouerbium. Ecquidem Theophyl. scripturæ testimonium esse dicit. Forte illud quod legimus apud Iob c. 15. 6. *Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi.* Quod autem ait, *ex verbis tuis condemnaberis*, non ita intelligendum, quasi sola verba, aut condemnatura, aut iustificatura vnumquemq; simus: multis enim aliis, aut iustificabimur, aut condemnabimur argumentis, sed ita vrad iustificandos, vel condemnandos multos, qui bene aut male loquuti sunt, sola ipsorum verba sufficiant: sicut principes ille sacerdotū indicium: si prorsus Christi causa dixit c. 26. 65. *quid adhuc egemus testibus? Ecce audistis blasphemiam.* Nam vt illi Christum ex vno verbo, quo se filium Dei esse significauerat, condemnandum sine alio testimonio iudicauit, ita ipse ex illo solo verbo, quo Christum blasphemasse dixit, etiam si aliud non haberet peccatum, damnari posset. Nemo igitur nobis infamem obiiciat, qui prius moriuntur, quam loqui possint. De iis enim agitur, qui bene, male q; loqui potuerunt, & bene, maleve locuti sunt. Sensus enim est adeo accurate omnia rerum in iudicio reddendam esse rationem, vt vel in minimo verbo satis Deus argumenti, vt homines vel iustificet, vel condemnet, sit deprehensurus. Ridiculus est omnino Caluinus, qui hoc loco ridet nos, quod hinc hominem non sola fide, sed verbis etiam, & operibus bonis iustificari colligamus. Quis enim hinc colligit? quis Catholicorum mediocriter doctus ignorat, non hic de iustificatione, qua iusti efficimur, sed de iudicio agi sententia, qua simus ex verbis nostris argumento iusti declaramur? Non hoc vt solemnis loco: satis habemus multa, & satis manifesta testimonia, quibus eius hæresim refellamus: Quanquam ne illa quidem locus, si diligentius excutiatur, atque versetur, inutilis nobis contra illum erit. Primum eodem modo ex verbis iustificandi dicimur, atq; damnandi. Damnari autem non est declarari nos pro iniustis habitos fuisse, sed fuisse revera iniustos: ergo è contrario iustificari non est declarari habitos fuisse pro iustis, sed fuisse revera iustos. Vbi ergo est figmentum imputatiuæ iustitiæ? Deinde, cum ex verbis nostris condemnamur, declaramur verbis ipsis, quibus male locuti sumus, iniusti facti fuisse. Nam profecto Pharisæi, qui Christum dicebant habere spiritum immundum, etiamsi fuissent ante iustissimi, illo solo verbo facti fuissent iniusti. Ergo cum ex verbis iustificamur, declaramur verbis ipsis, quibus bene, pieque locuti sumus, facti fuisse iusti. *Ore enim confessio fit ad salutem*, nec quicquam ad salutem, præter vnam iustitiam, aliquid valet. *Rom. 10. 10.*

39. *Generatio mala, & adultera.*] Generationem vocat Hebraico idiomate genus hominum: adulteram vero degenerem, quæ à maioribus suis degeneravit. Hebraï בני נכר filios alienos, id est, degeneres, adulterinos vocare solent, vt Psal. 17. 46. *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt*, id est degeneres facti, sicut plantæ, quæ vetustate degenerant. & Psal. 143. 7. *Libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.* *Filii alieni in scriptura.*

Et *signum non dabitur ei.*] Ab omnibus quæritur, quomodo dicat Christus signum non dabitur ei, cum tam multa postea ab eo miracula facta sint. Respondent Chrysostomus, & Euthymius non fuisse illis facta, qui obstinati erant, sed aliis, qui fructum erant ex illis percepturi. Alii

facta quidem fuisse, sed non quæ illi postulabant: A quærebant enim signum de cœlo, vt Marc. c. 8. 11. & Lucæ c. 11. 16. declarant, id est, vt Hieronymus ait, vel in morem Eliæ igneum de sublimi venire: vel in si militudinem Samuelis tempore æstivo contra naturam loci mugire tonitrui. Alii hoc in dicto simpliciùs, & ad rem, de qua agitur, magis accommodate, non esse dandum illa signum, id est, illis personibus atque rogantibus: quia malo animo, & temerè causa quærebant. Hæc enim ratio est, cur Deus aliorum sæpe rogatu signa dederit, Ezechiæ Isa. 38. 22. Gedeonis Iudic. 6. 17. 36. horum vero rogatu non dederit, quia illi bono, hi malo animo perierunt. Quod vt Chrysostomus obseruavit, ex verbis etiam ipsis eorum apparet: non enim rogant, sed quodammodo imperant, *vellanum à te signum videre.*

Nisi signum Ionæ Prophetæ.] Non inuenio, qui verum sensum huius loci, meo quidem iudicio, præter Hilarium attigerit. Nec enim vt omnes interpretantur, sensum esse arbitror, non aliud adferendam fidem dominicæ fuæ Christum esse datum signum, quam, quod sit, sicut Ionas, post tres dies, resurrecturus. Quem non ita interpretantur, rationem redderenon posse, cur Ionæ potius figuram, cum tam multa sint, quam aliud nominauerit. Poterat Elias signum promittere, qui igneo in cœlum curru sublatus est, nec enim minus alienum in cœlum suo, quam resurrectionis suæ signum ijs probare potuisset. At ne quæstionem quidem interponere, qui id fecerit, suggerunt. Quæ si le tamen occurrere & adesse eis necesse est, vt tota hic locus sine eius explicatione intelligi non possit. Non ergo loquitur Christus de signo ad persuadendum, sed de signo ad condemnandum: vtitur que eleganti verbi ambiguitate, vt in multis aliis locis obseruauimus c. 10. 39. *qui inuenit animam suam, perdet eam,* & c. 8. 22. *dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Sic hoc loco Pharisæos ambiguitate deludit. Cum enim ad credendum signum petant: respondet non esse dandum illis signum, quale petunt, vt credant, sed quale non petunt, vt condemnentur. Signum autem, id est argumentum, quo condemnabantur, est, quod cum Ninuitæ homines gentiles, & Barbari, nullisque leuentia legis exculti ad vnum verbum Ionæ hominem peregrinum, & illis ignotum crediderint, & singulariter egerint pœnitentiam, illi vero Christi auditu exhortationibus, tot visis miraculis, non modo non crediderint, sed dæmonium eum habere dixerint. Hoc est, quod dicit vers. 41. *Viri Ninuitæ surgent in iudicio cum generatione ista.* Illud huic interpretationi contrarium videri potest, quod ibidem, quasi explicans, quo sensu signum Ionæ prophetæ appellauerit, dicat: *sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis,* &c. Respondeo hac explicatione nihil aliud Christum docere voluisse, quam se esse Iudæis, quod Ionas fuerat Ninuitis, eo etiam maiorem, quo maius est mortuum resurgere, quam euomi deuoratum; & tamen Ninuitas Ionæ credidisse, Iudæos sibi non credere.

40. *Sic erit filius hominis.*] Cur filius hominis appellatur, docemus c. 8. 20.

In corde terræ.] Beda, & Euthymius cor terræ sepulchrum intelligunt, quæ hodie est Calui montis. Sed non male interpretatur, hoc interest, quod illi bono, vt *Defensus Christi adum fore probatur contra Caluinistas.* eo, vt filius illum alterum errorem confirmarent. Christum ad inferos non descendisse. Nos non solum sepulchrum, sed etiam inferorum significari contendimus, quo vere Christus descenderit, vt in omni semper Ecclesia, tanquam pars fidei Catholicæ, creditum est. Id primum ex ipsa phrasi probare possumus. Nam 272 *in corde* pro in medio, dixit Hebræi, quia in medio animalis cor est Psal. 45. 3. *propterea non timebimus, dum conturbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Infer dicebat, non sepulchrum in medio terræ sibi *Cor pro medio ponitur.* Deinde, quid causæ est, cur de eo, ne alio dictum sit, in corde terræ fuisse, cum tam multi in sepulchro fuerint, si cor terræ sepulchrum significat? Cur nemo, præter Christum, dixerit non solum in sepulchrum sed & inferiores, id est infimas partes terræ descendisse ad Ephes. 4. 9. nisi quia non solum in sepulchrum corpore, sed etiam in infernum anima descendit? Denique *qui in carcere erant,* hoc est, in eo terræ præcucatit 1. Petri 3. 19. quod certe non in sepulchro fecit, sed in inferno. Nam Theodori hæretici enim lucu interpretationem tam est inepta, vt non timeamus, ne cui persuaderi possit, & eam eo loco, si Deus iuuerit, refutabimus.

Tribus diebus & tribus noctibus.] Plerisque hic locus multo quam est, difficilior videri solet. Nec enim Christus tres, sed vnum, aut vt plurimum duas noctes in sepulchro fuisse creditur; feria enim sexta sepelitur ante diem Dominicum, quæ prima sabbathi vocabatur, resurrexit cap. 28. 1. Mar. 16. 2. & Ioan. 20. 1. Nec satis facit illis, quod ab omnibus veteribus doctoribus dictum est, Augustin. epistola. 49. 9. 6. Hieron. hoc loco & in commentariis in 2. Ioan. & Beda, Theophylacto Euthymio, quæ pro toto pars ponitur; nam neque Christus tres integras noctes, neque partem tertiam noctium in sepulchro iacuisse. Cur non intelligant, causa est, quod à dictum noctes dicimus, cum sine pernoctemus, & tres nominauerit, non dedocuerit, vt videntur existimare, vt tres integros dies, & tres integras noctes, sed vt tres naturales dies significaret, & eorum vna Hebræi, vt volunt, dies duas integeret: hoc enim phrasi dicam, & noctem solent Hebræi naturalem diem, qui viginti quatuor horarum est, declarare Gen. 7. 4. 12. Exod. 24. 18. & 34. 28. Deut. 9. 9. 11. 18. 25. & 10. 10. & 1. Reg. 30. 12. & 3. Reg. 19. 8. Fingamus ergo duisse tribus diebus naturalibus: nemo dubitaret per synecdochen intelligendum tribus diebus fuisse, quia trium dierum per aliquam partem fuit partem scilicet sextæ feriæ, totum sabbathum, & partem primæ feriæ. Cum enim Iudæi vesperedi eminchoarent, nox sabbathi in die Dominico, qui tertius est, numeratur. Cur ergo eodem modo dubitant intelligere, quo tribus diebus, & tribus noctibus dixit, cum nihil aliud his verbis voluerit, quam tres naturales dies significare?

41. *Viri Ninuitæ.*] Quod quidam ex hæreticis dicit interpretes, quia de signo Ionæ prophetæ mentionem Christus fecerat, in memetipsi verisse, vt de Ninuitis loqueretur, nimis ineptum, ac ridiculum est. Deridebuntur enim, si rogentur, qua occasione Regina illi Sabæ venerit in mentem, cum de Salomone mentionem non fecisset. Ergo, vt diximus explicatio hæc est signi Ionæ prophetæ. Sed, quia exemplum Reginæ Sabæ simile esse videbatur, hoc cum illo coniunxit.

Surgent.] Non ad iudicandum, vt omnes, quos legi, interpretantur, recentiores præsertim Theologi, qui hoc de iudicio, vt vocant, comparationis, exponunt. Nec enim iudicis est surgere: sed sedere: *Sedebit* inquit, *super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel* cap. 19. 28. sed surgent ad accusandum: accusatoris enim est surgere. Eodemque modo intelligendum, quod statim sequitur, *& condemnabunt eam.* Non enim iudicando, sed accusando condemnabunt. Nam & accusator condemnare reum dicitur, cum in iudicio ita conuicit, vt ob eius accusationem condemnetur. Accusabunt autem, & condemnabunt non verbis, sed exemplo, quia cum Ioan ipsi crediderint, Iudæi, Christo non crediderint. Itaque non surgent, A hus non contentus spiritus immundus commorari, sed vt exteri stabunt: loquitur tamen Christus accommodate ad consuetudinem fori. Alio sensu solent dicere Hebræi, in iudicio surgere, id est intrepidum stare, bene causam suam defendere, causa non cadere, vt Psal. 1. 5. *Idcirco non resurgent impij in iudicio.* Quod Latini vno verbo dicunt stare: *Cum pulcherrime, inquit ille, in sensu staremus.*

42. *Regina Austri.*] Meridionalis, quæ in Meridie dominabatur, periphrasis est reginæ Saba. 3. Reg. 10. 1. 4. 10. 13. & 2. Par. 9. 1. 9 vnde constat longe illam, lateque imperium habuisse; non n. alio quia totis mundi Meridionali plaga; sed ab ea ciuitate, in qua regiam habebat, vt scriptura alijs locis facere solet, appellasset. Quod à Christo certo consilio factum arbitror, vt eius Reginæ maiestatem, amplitudinemque declararet. Pertinebat enim ad rem, vt Reginæ Saba potentia declararetur, quo magis eius commendarentur factum; quod tanta Regina tam lõge venerit, vt Salomonis sapientiam audiret. Notanda enim vis, quæ in singulis inest verbis, & tacita quædam inter Christum, & Salomonem; inter Iudæos, & Reginam antithesis. Regina, fœmina, barbara potentissima, à finibus terræ venit, vt audiret sapientiam Salomonis, hominis mortalis, exterorum simulis, vt audiret sapientiam humanam vtique non diuinam; non vt miracula videret, quæ nulla fecisse Salomonem legimus. Iudæi, Phariſæi, viri non solum docti, sed doctores legis veniente ad se dominum, filium Dei, & diuinæ sapientiæ thesauros ore fundentem; inauditaque coram illis miracula facientem contemnunt. Non opus est lectorem mediocriter doctum admonere, Saba, vbi hæc dicitur in scriptura fuisse Regina, non illam. Orientalem fuisse, vnde Sabæi thure nobiles dicti sunt populi; sed alteram Meridionalem in Æthiopia, ciuitatem regiam, de qua Isaiæ c. 43. 3. quam postea Cambyses sororis suæ nomine Meroem appellauit. Auctor Iosephus libr. 2. antiquit. cap. 10. Strabo lib. 16.

Duplex Saba in scriptura.

43. *Cum autem immundus spiritus.*] Lucæ c. 11. 24. hoc ante ea quæ supra Matthæus dixit, narrauit; sed cum exposuerimus, quorsum hoc Christus dixerit, apparebit non Lucam, sed Matthæum rerum gestarum ordinem tenuisse. Ideo, vt opinor, Christus hoc dixit, vt doceret peiores esse Iudæos, quam si nunquam Dei legem, & cognitionem accepissent. Cum enim per legem diabolus quodammodo ab illis electus esset, quia edocti per legem sunt Deo vni ac vero; non idolis, non diabolo seruire contempta Dei gratia digni facti sint, vt septem in eos pro vno immundo spiritu, spiritus ingrederentur. Huc tota tendit parabola, vt Hilarius, Hieronym. & Beda exposuerunt. Quanquam Chrysostomus, & Theophylact. longius à sensu discedentes de excidio vrbis Ierosolymitanæ interpretantur; quasi Christus dicere voluerit Iudæos ab exilio Babylonico liberatos, & restaurato priore templo multo grauius excidium, exiliumque passuros esse, quod oblatam per se Dei gratiam fastidiosè, arroganterque contemplissent. Hoc, inquam, etsi verum est, tam è longe abest à sensu. Nec enim dubito, quin voluerit Christus rationem reddere, cur Phariſæi non crederent; quod septem dæmonibus, id est in reprobum sensum, ob contemptam Dei gratiam traditi essent. Solet enim Christus incredulitatis eorum similem alijs locis rationem reddere. *Omnis* inquit, *plantatio, quam non plantauit pater meus cæleſtis eradicabitur* c. 15. 13. *& nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum* Ioan. 6. 44. *& Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis* Ioan. 8. 47.

Ambulat per loca arida.] Hoc ad allegoriam plerique referunt, quasi loca arida Gentiles appellet, & eos omnes, qui Dei cognitione cultu non sunt, in qui

dæi Christo non crediderunt. Itaque non surgent, A hus non contentus spiritus immundus commorari, sed vt exteri stabunt: loquitur tamen Christus accommodate ad consuetudinem fori. Alio sensu solent dicere Hebræi, in iudicio surgere, id est intrepidum stare, bene causam suam defendere, causa non cadere, vt Psal. 1. 5. *Idcirco non resurgent impij in iudicio.* Quod Latini vno verbo dicunt stare: *Cum pulcherrime, inquit ille, in sensu staremus.*

42. *Regina Austri.*] Meridionalis, quæ in Meridie dominabatur, periphrasis est reginæ Saba. 3. Reg. 10. 1. 4. 10. 13. & 2. Par. 9. 1. 9 vnde constat longe illam, lateque imperium habuisse; non n. alio quia totis mundi Meridionali plaga; sed ab ea ciuitate, in qua regiam habebat, vt scriptura alijs locis facere solet, appellasset. Quod à Christo certo consilio factum arbitror, vt eius Reginæ maiestatem, amplitudinemque declararet. Pertinebat enim ad rem, vt Reginæ Saba potentia declararetur, quo magis eius commendarentur factum; quod tanta Regina tam lõge venerit, vt Salomonis sapientiam audiret. Notanda enim vis, quæ in singulis inest verbis, & tacita quædam inter Christum, & Salomonem; inter Iudæos, & Reginam antithesis. Regina, fœmina, barbara potentissima, à finibus terræ venit, vt audiret sapientiam Salomonis, hominis mortalis, exterorum simulis, vt audiret sapientiam humanam vtique non diuinam; non vt miracula videret, quæ nulla fecisse Salomonem legimus. Iudæi, Phariſæi, viri non solum docti, sed doctores legis veniente ad se dominum, filium Dei, & diuinæ sapientiæ thesauros ore fundentem; inauditaque coram illis miracula facientem contemnunt. Non opus est lectorem mediocriter doctum admonere, Saba, vbi hæc dicitur in scriptura fuisse Regina, non illam. Orientalem fuisse, vnde Sabæi thure nobiles dicti sunt populi; sed alteram Meridionalem in Æthiopia, ciuitatem regiam, de qua Isaiæ c. 43. 3. quam postea Cambyses sororis suæ nomine Meroem appellauit. Auctor Iosephus libr. 2. antiquit. cap. 10. Strabo lib. 16.

Duplex Saba in scriptura.

43. *Cum autem immundus spiritus.*] Lucæ c. 11. 24. hoc ante ea quæ supra Matthæus dixit, narrauit; sed cum exposuerimus, quorsum hoc Christus dixerit, apparebit non Lucam, sed Matthæum rerum gestarum ordinem tenuisse. Ideo, vt opinor, Christus hoc dixit, vt doceret peiores esse Iudæos, quam si nunquam Dei legem, & cognitionem accepissent. Cum enim per legem diabolus quodammodo ab illis electus esset, quia edocti per legem sunt Deo vni ac vero; non idolis, non diabolo seruire contempta Dei gratia digni facti sint, vt septem in eos pro vno immundo spiritu, spiritus ingrederentur. Huc tota tendit parabola, vt Hilarius, Hieronym. & Beda exposuerunt. Quanquam Chrysostomus, & Theophylact. longius à sensu discedentes de excidio vrbis Ierosolymitanæ interpretantur; quasi Christus dicere voluerit Iudæos ab exilio Babylonico liberatos, & restaurato priore templo multo grauius excidium, exiliumque passuros esse, quod oblatam per se Dei gratiam fastidiosè, arroganterque contemplissent. Hoc, inquam, etsi verum est, tam è longe abest à sensu. Nec enim dubito, quin voluerit Christus rationem reddere, cur Phariſæi non crederent; quod septem dæmonibus, id est in reprobum sensum, ob contemptam Dei gratiam traditi essent. Solet enim Christus incredulitatis eorum similem alijs locis rationem reddere. *Omnis* inquit, *plantatio, quam non plantauit pater meus cæleſtis eradicabitur* c. 15. 13. *& nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum* Ioan. 6. 44. *& Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis* Ioan. 8. 47.

Ambulat per loca arida.] Hoc ad allegoriam plerique referunt, quasi loca arida Gentiles appellet, & eos omnes, qui Dei cognitione cultu non sunt, in qui

Iacobi & Ioſe matrem appellant. Quod enim eam Gregorius Nyſſenus oratione 2. de reſurrectione Chriſti matrem fuiſſe dicit, admittendum non eſt. Solutis conſobrinos, & cognatos fratres appellari ex multis locis manifeſtum eſt. Nam Lot; quem filium Aram fratris Abrahæ fuiſſe ſcriptura teſtatur, Abrahami frater vocatus eſt Geneſ. 13.8. & Laban, cum frater eſſet matris Iacob Geneſ. 28.2. Iacob frater appellatur. Geneſ. 29. 15. Hoc ergo ſenſit illi, quos ſupra nominauimus, fratres Domini vocantur. Maior, ac difficilior quæſtio eſt, cur eo venerint, & tempore minime opportuno cum Chriſto loqui voluerint, vt non dubitauerint eum concionantem interpellare, & miſſo nuntio euocare foras, vt ait Marcus cap. 3. 31. idem Marcus eius rei cauſam infinuat; ſed cauſam eiuſmodi, vt neque hanc quæſtionem tollat, & aliam multo maiorem gignere videatur. *Dicebant enim* inquit, *verſiculo vigeſimo primo quoniam in furorem verſus eſt.* Marci locum, ſi eo nos Deus peruenire volet, ibi explanabimus; interim fingamus id de Chriſto dictum eſſe, non dicit Euangeliſta eum in furorem verſum; ſed eius fratres id dixiſſe. Eos autem ex animo dixiſſe credendum non eſt; ſed, vt eo prætextu de manibus eum Phariſæorum liberarent; odorati enim fuerant, vt vero ſimile eſt: ipſorum conſilium, quod de perdendo Chriſto conceperant, vt ſupra Matthæus dixit ver. 14. Credibile enim eſt conſanguineos de eius ſalute fuiſſe ſolicitos. Ideo ergo venerant, ideo eius matrem, quo plus eum mouerent, adduxerant: ideo interpellant: ideo importuni ſunt, quia timent, ne periculoſum ſit expectare, ne forte in ipſa concione à Phariſæis apprehendatur. Itaque quod Tertullianus in libro de carne Chriſti, Chryſoſtomus & Theophylactus dicunt, eos ambitione quadam impulſos venille, vt oſtenderent ſe eius eſſe cognatos, & aliquam in eum auctoritatem habere, à veritate alienum eſt. Illud nullo modo ferendum, quod in eandem culpam omnis immunem culpæ Chriſti matrem inuoluant. Quod vtrumque libenter Caluiniſtæ, & Lutherani hæretici ſunt imitati: multa etiam de ſuo addentes acerbiora. Nempe muſcis, vt Gregorius ait Nazianzenus, ſimiles ſunt, quæ per corpus diſcurrentes, quod ſanum eſt, præterunt, quod vlceroſum, ac purulentum exſugunt. Sic illi, quæ à veteribus auctoribus pie lapienterque dicta ſunt, omnino contemnunt: ſi quid illis minus conſideratum excidit: id excipiunt, id vnum laudant. Scio ſcripſiſſe Ioannem cap. 7. 5. *neque enim fratres eius credebant in eum.* Sed aliud eſt in eum non credere aliud ambitioſe eſſe: nec hoc ex illo colligitur. Si quid autem ex eo, quod in eum nondum credebant, colligi poteſt: potius contrarium poteſt, nulla eos ambitione ad Chriſtum venille: quæ enim ambitionis materia erat, ſin eum non credebant? Adde quod Ioannes non ſignificat fratres eius nullo prorſus modo in eum credidiſſe: ſed non tam perfecte credidiſſe, quam poſtea tot viſis miraculis credidere, quomodo enim, ſi non credebant, Apoſtoli erant? quemadmodum idem alio loco Ioannes dixit c. 2. 11. *crediderunt in eum diſcipuli eius*, non quod ante non credidiſſent, ſed quod magis tunc viſo miraculo credidiſſent. Denique non eſt rationi conſentaneum petius de Beata Virgine, & Apoſtolis ſentire ac loqui; quam de quouis homine loqui, atque ſentire bono viro licet: qui nullius factum quantumcunque ſpeciem peccati habeat, quã diſſimulare interpretari poteſt, reprehendit. Apoſtolorũ hoc loco ambitio nullo ſcripturæ teſtimonio, nulla vero ſimili coniectura probari poteſt. Quæ igitur eſt iſta æquitas petius de Apoſtolis ſine vllo argumento, quam de cæteris hominibus cogitare? Simile eſt, quod Auctor imperf. hom. 30 diuinauit, Apoſtolos Chriſti cognatos à diabolo miſſ gatos fuiſſe, vt ea venirent, vt homines, qui Chriſti diuinitatem credere incipiebãt, viſa eius cognatis parum hominem crederent.

Fratres eius.] Hoc etiam hæretici, immerito arrogantiæ verbum, quaſi non ſint dignatim domum ingredi, & verbum Dei cum alius audire, cum apertè Lucas dicat, ideo ingreſſos non eſſe, quia prætur ba ingredi non poterunt. Intolerabilis audacia non ſolum ſine ſcriptura, ſed etiam contra ſcripturam male de Apoſtolis iudicare.

47. *Dixit autem ei quidam.*] Marcus c. 3. 30. ait, *miſerunt ad eum vocantes eum.* Itaque hunc, qui Chriſto matrem, fratreſque eius adeſſe renuntiauit, ab Apoſtolis ſum miſſum fuiſſe, cum ipſi ingredi non poſſent, credendum eſt. Quod autem Matthæus vnum, Marcus, & Lucas plures illi renuntiaſſe dicunt, facile ſoluitur, vnum prius, multos deinde, vt fieri ſolet, cum nondum exiret, renuntiaſſe.

48. *Quæ eſt mater mea.*] Illud primum tenendum quod Epiphanius hæreſ. 42. Chryſoſtomus & Hieronymus in hunc locum adnotarunt, non ideo hoc dixiſſe Chriſtum, vt matrem fratreſque negaret, & iuxta Marcionem, vt ait Hieronymus, & Manichæum, qui hoc abutebantur loco, de phantaſmate natus putaretur. Cur autem tam aſpere reſpondit, & ab omnibus auctoribus quæritur eſt, & non eadem ab omnibus cauſa reddita. Hieronymus putat eum, qui illi matrem, & fratres eius adeſſe renunciauerat, malo id animo feciſſe, vt experiretur, an parentis, & conſanguineorum eſſet tactu tangeretur, ideoque illi, tanquam inſidiatori, aſperius reſpondiſſe; ſed iam ex Marco cap. 3 30. probauimus illum non tentandi, ſed obediendi cauſa iuſſum à fratribus Domini eorum illi adiuentum renunciaſſe. Epiphanius autem hæreſ. 42. & Chryſoſtomus propterea quod importune eum interpellabant. Ambroſius melius in cap. 8. Luc. ait, inquit, *iniuriose refutantur parentes, ſed religioſiores copulamentum doctetur eſſe, quam corporum.* In eandem ſententiam Hilarius ſcribit, *Formam*, inquit, *ſe ipſum vnumquiſ agendi ſentiendique conſtituens propinquitatem omnium iure, atque nomen iam non de conditione naſcendi: ſed de Eccleſiæ communione retinendum.* Idem rurſus Ambroſius eundem in locum, *Moralis* (inquit) *magiſter, qui ſe cæteris præbet exemplum, atque ipſe præceptor, ipſe eorum ſuorum executor eſt præceptorum Præſcripturus enim cæteris, quorum qui non reliquerit patrem aut matrem ſuam non eſt filio Dei dignus ſententia huius primus ipſe ſe ſubiicit, non quo mater ea refutet pietatis obſequia, (ipſius enim præceptum eſt, qui non honorauerit patrem & matrem, morte moriatur) ſed quia paternum ſenſ myſterium amplius quam materna affectibus debere cognoſcit.* Itaque docere homines voluit poſſe vnum quemlibet & fratrem, & matrem eſſe ipſius. Nec carnales parentes negat: ſed ſpirituales præfert: ſicut cum Lucæ 11. 27. 28. mulieri dicenti *beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti*: reſpondit, *quin immo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*: non negans beatum ventrem; ſed mentem beatiorem affirmans, quæ audit verbum Dei, & cuſtodit illud; nec alios matri, ſed matrem matri præferens, matrem audientem, & cuſtodientem verbum Dei, matri in vtero geſtanti, atque lactanti. Ideo enim mater Chriſti omnium hominum beatiſſima fuit, quia pluſquam omnes homines verbum Dei audiuit, & credidit. Beata (inquit illa) *quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi a domino*, Luc. 1. 45. Similiter hoc loco nec matrem, nec fratres ſuos negat, nec alios illis, ſed matrem matri, fratres fratribus anteponit. Nam etſi virgo corpore vere eius mater, & Iacobus, Ioſe, Iudas, & Simon conſanguinitate vere eius fratres erant, tamen multo perfectius, & maiore cum merito mente & illa mater, & illi fratres erant; quia faciebant voluntatem patris eius, qui in cœlis eſt.

CAPVT

CAPVT XIII.

IN *illo autem die exiens Ieſus de domo, ſedebat ad ripam maris. 2. Et congregata ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore. 3. & locutus eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit, qui ſeminat ſeminare. 4. Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venientes volucres cæli comederunt ea. 5. Alia autem ceciderunt ſuper petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ. 6. & cum exortus eſſet Sol æſtuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. 7. Alia autem ceciderunt in ſpinas, & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. 8. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructũ, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. 9. Qui habet aures audiendi, audiat. 10. Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? 11. Qui reſpondens, ait illis: Quia vobis datum eſt, noſſe myſteria regni cælorum, illis autem non eſt datum. 12. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. 13. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non videant, & audientes non audiant, nec intelligant. 14. Et adimplebitur in eis prophetia Iſaiæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. 15. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos claſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & cor intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. 16. Veſtri autem beati oculi, quia vident, & aures veſtræ, quia audiunt. 17. Amen quippe dico vobis: quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ audiſtis, & non audierunt. 18. Vos ergo audite parabolam ſeminantis. 19. Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt. 20. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum audit, & cum gaudio accipit illud. 21. non habet autem radicem in ſe, ſed eſt temporalis: facta autem tribulatione, & perſecutione propter verbum, continuo ſcandalizatur. 22. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbum audit, & ſollicitudo ſeculi huius, & fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. 23. Qui vero in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum & intelligit, & fructum affert, & facit alius quidem centeſimum, aliud vero ſexageſimum, aliud vero trigeſimum. 24. Aliam parabolam propoſuit illis dicens: Simile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. 25. cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. 26. Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. 27. Accedentes autem ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? 28. Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit: Serui autem dixerunt ei, Vis, imus, & colligamus ea? 29. Et ait: Non: ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum. 30. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. 31. Aliam parabolam propoſuit eis dicens: Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: 32. quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor: ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. 33. Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. 34. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis non loquebatur eis. 35. Vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſconſa a conſtitutione mundi. 36. Tunc dimiſſis turbis, venit in domum. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. 37. Qui reſpondens, ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius hominis. 38. Ager autem eſt mundus: Bonum vero ſemen, hi ſunt filii regni. Zizania autem ſunt filii nequam. 39. Inimicus autem, qui ſeminauit ea, eſt diabolus. Meſſis vero conſummatio ſæculi eſt. Meſſores autem angeli ſunt. 40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſæculi. 41. mittet Filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem. 42. & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 43. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. 44. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. 45. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. 46. Inuenta autem vna pretioſa margarita, abiit, & vendit omnia quæ habuit, & emit eam. 47. Iterum ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. 48. quã cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, bonos in vaſa, malos aũt foras miſerunt. 49. Sic erit in conſummatione ſæculi: exibunt angeli, & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ. 50. & mittẽt eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. 51. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. 52. Ait illis: Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt homini patrisfamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. 53. Et factum eſt, cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit inde. 54. Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagoga eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? 55. Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas? 56. & ſorores eius, nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia hæc? 57. Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem dixit eis: Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua 58. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.*

CAPVT XIII.

In illo die.] Quo in domo concionante illo tanta hominum multitudo conuerterat, vt domus eos capere non posset ideoque fratres eius foris starent, quia ingredi non poterant, supra c.12. 46. & Luc. 8. 19. Idcirco domo exiit, & id mirare coepit dicit vt lateret in loco concionem educeret, quem admodū Euthy. adnotauit.

2. Et congregata sunt ad eum turbæ.] Ideo hoc narrat Euangelista, vt occasionis & parabolarum, quas narraturus est, originem exponat: ideo enim concionem habuit Christus, & parabolas multas, illis præsertim de semine in diuersam terram cadente, vt opinor, quia turbam magnam audeuntem vidit, in quibus & ipse fuerat, & erat per id vero similis alios viæ, alios petrosis locis, alios spinosis, alios bonæ terræ similes esse.

Ita vt in nauiculam ascendens sederet.] In nauiculam ascendit, vel, ne à multitudine premeretur, & audiri non posset. vel vt Chrys. & Theoph. existimant vt omnes auditores ante conspectum tamen, & in se intentos haberet. Nam H. Iacy & Hieronymus alia quam ista bella omnino est, tamen quia est aliqua ratio, prætermitto.

In parabolis.] Per parabolas, ut pro per, ex Hebræorum lingua, apud quos ב in idem valet, quod per, vt mox à prophete, id est per manum prophetæ. Parabolæ Græcis sunt, Latinis similitudines, Hebræis משלים enigmata, ferme quæ aliud dicunt, aliud significant: obscura rerum similitudine illustrantes. Nomen est apud Ecclesiasticos auctores adeo vsitatum: vt quemadmodum in nonnullis locis operum seruatorum scripturis obseruauit, omne vetus parabolam appellauerint, vnde Italis & Gallis *parola*, Hispanis *palabra*, quasi parabola factæ est. Cur autem non aperte, & explicate, sed per parabolas Christus hoc loco locutus, ipse infra explicabit vers. 13.

Qui seminat.] Periphrasis agricolæ, *seminans* id est, seminator, qui seminare solet.

4. Et dum seminat.] Quia ὁ σπείρων, de in seminando, id est dum seminare. Reliqua vsque ad versum 9. explicabuntur ver. 19.

10. Qui habet aures.] Excitat auditorum studium, vt diligenter parabolæ significationem inquirat, vide c. 11. 15.

11. Quia vobis datum est.] Commonetur hic de prædestinatione, & reprobatione difficilis quæstio, de qua ego, tametsi quam nostræ de ea re Theologi sic loquuntur libenter, quasi ex intimere dixo fiorentiam. Tamen attingam, quia ad eos locos, de quibus agetur, explicandos, necessaria mihi esse videbuntur. Duo hic quæri possunt: alterum, cur Apostolis datum alterum, cur aliis non datum. Quamobrem, qui D. Augustini de prædestinatione sententiam sequuntur, ideo Apostolis datum esse docent, quia prædestinati: ideo aliis non datum, quia reprobi erant; hoc enim loco inter alios, vt fermentum de prædestinatione, & reprobatione suum probarent, visus est Augustinus in lib. de prædestinatione Sanctorum c. 8. & 16. lib. de bono perseuerantiæ cap. 8. 21. & lib. de gratia & lib. arbitrio cap. 4. 13. & lib. de correp. & gratia cap. 4. & 7. 8. De Augustini vero opinione non disputo, de huius loci interpretatione disputo, & multos graues, antiquos, doctos secutus auctores affirmo, non eam fuisse causam, cur Apostolis datum sit mysteria regni cœlorum cognoscere, quod prædestinati nec eam cur alijs datum non sit quod reprobati essent: sed quod Apostoli digni essent, alij indigni. vt Hilarius, Chrysostomus hom. 46. Hieronymus, Auct. ex operis imperfecti, Beda, Theophy. Euthymius existimant. Primum non omnes Apostoli prædestinati erant: nam certe Iudas non erat prædestinatus, & tamen omnibus datum est nosse mysteria regni cœlorum: omnibus enim Christus præcepit

A iam explicatis: non ergo ideo datum, quia prædestinati erant. Contra vero non omnes, qui erant in turba præter Apostolos reprobati erant. Quia enim id credat, Omnibus tamen negatum est: non igitur id eo illis datum, quia reprobati erant. Præterea etsi, cur datum sit Apostolis, aperte explicatum non est tamen, cur aliis datum non sit, explicatum est, quia videntes non videbant, & audientes non audiebant: id est, quia eum credere nollent, atque intelligere indigni erant, quibus mysteria regni cœlorum explicarentur, ver. 13. propterea ergo Apostolis datum, quia digni erant, quia intelligere, quia credere volebant: quæ quæsierant, vt ait Mar. c. 4. 10. Quæ rationes eredendum est Christum his dedisse, & illis negasse, nisi quæ possint Apostoli eius voluntatem, & ex emplari secuti gentibus dederunt, Iudæis negarunt? Act. 13. 46. *vobis* (inquiunt) *apertebat primum loqui verbum Dei sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Quæ ratione credimus Christum his dedisse, illis negasse, ni fi quando alio loco dicit, *auferetur a vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructum eius?* Cur enim illis ablatum, nisi quia fructus eius non faciebant? Cur hæc data, nisi quia faciebantur esse facturi? Illud vero, quod Catalina dicit, verba Christi obscura non fuisse: sed auditores cæcos, ideoque intelligere non potuisse: non solum falso, sed etiam impune ac ridiculo dictum est. Nam Apollob profecto ex eis non erant, & tamen eo sensum parabolæ, donec illis Christus ea posuit, non intellexerunt. Sed scio quid Calumnia velit, & dicet non videat, sibi ac suis omne verbum Dei facile, & perspicuum esse, quia oculos, id est Spiritum sanctum habent: Apostolis difficile, quia cæci erant, & Gatteugesi carebant spiritu.

12. Qui enim habet, dabitur ei.] Prouerbialem fuisse locutionem inde colligitur, quod alijs etiam locis in eandem sententiam à Christo repetatur, vt infra cap. 25. 29. Simile apud Hispanos proverbium est, quo significatur, diuinibus omnes dare pauperibus auferre. Sensus autem est, ita plerumque fieri solere, vt ei, qui plus habet, plus detur, quia plus meretur: ei, qui non habet, etiam quod reliquum illi est, auferatur, quia indignus est vt habeat. Id parabola illa de talentis cap. 25. 28. apertissime explicatum est: vbi præcepta illi, qui quinque habebat talenta aluid ei super datum est, quia illud bene negotiando, & alia quinque talenta lucrando meruerat: propterea vero alteri vnum, quod solum habebat, talentum, auferetur, quia illud in fiduciam non lucrat, & dum non multiplicauit, indignum se qui haberet, effecit. Id etiam, vel ex nostris moribus discere possumus: si pecuniam negotiandi causa damus homini, illi potius mercatori damus, quem bene negotiando diuitem factum sumus: & quo plus pecuniæ habet, plus illi pecuniæ concredimus. Contra illi, quem sua negligentia pauperem videmus, non solum nihil damus: sed quod illi dederamus, id etiam, ne forte perdat, repetimus. Capite 25. 29. & Luc. c. 8. 18. non dicitur, & id quod habet, auferetur ab eo: sed, *id quod videtur habere, aut quod putat se habere.* Quod occasionem multis præbuit hunc locum ex illis interpretandi, quasi non fit ablatum Iudæis, quod re vera habebant: sed quod sibi habere videbantur. Quod si verum esset, nihil illis vere esset ablatum. Nec enim vere auferri quod vere non habetur. At Christus aliquid vere auferri significat, ab eo qui nulla esset persona. Videmus autem illum hoc Iudæis, tanquam pœnam, comminari & cap. 25. 29. talentum quod negligens ille seruus non solum habere videbatur: sed habebat, auferri iubet & alteri dari. Cur ergo dicit, *quod vide batur habere?* vel quia diceret, *non habenti auferetur*, & poterat aliquis dubitare, quia modo non habenti auferri posset, dixit non quod habebat, sed *quod habere videbatur.* Vel, vt ait Diuus Augustinus: quia per id de habebat,

habebat, se si non haberet, cum eo non vteretur, A non dicitur habere, sed habere videri. Quid ergo Iudæi, quod habebant, ablatum est, quia oblata Euangelij gratia vti noluerunt? Respondeo Hieronymo, Chrysost. & Auctore operis imperfecti, ablatam illis esse ipsam quodammodo naturam, id est naturalem cognitionem, quia excæcati sunt, ita vt ne illi quidem, quæ duce natura intelligimus, intelligerent. Quia enim philosophus sit ut Christi, ac tanta miracula oculis suis perspexisset, non credidisset aliquem in eo fuisse deitatem? Apostoli ergo gratiam ad intelligendam diuina mysteria iam habentibus, eaque bene vtentibus maior insuper gratia ad maiora mysteria comprehendenda data est illis negue habentibus, neque recipere oblatum volentibus natura quodammodo ipsa erepta est. Ex hoc loco nostra de meritis sententia apertissime potest, B vt mihi videtur, explicari. Nam qui gratiam Dei non habet, nihil omnino mereri potest, nisi, vt ex iam aliquid sibi ex ipsa rebus naturalibus auferatur. Qui autem habet, eique bene vtitur, quo plus habet, & melius vtitur, eo plus gratiæ meretur, eo plus accipit, & quo plus accipit, eo dignior fit, vt plus etiam accipiat. Ita semper quod ait Christus, verum est *qui enim habet, dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.*

Præmium de diuina scientia acquirenda.

Cur Deus ad C 25.

Cur parabolis loquatur propterea.

13. *Ideo in parabolis loquor eis quia videntes, non vident.*] Id est cum miracula certissima eorum, quæ dico, argumenta oculis suis videant, & auribus audiant, nec intelligere, nec credere volunt. In pœnam ergo incredulitatis obscure illis loquitur: quia dum quæ perspicue ac dilucide illis dicebantur, intelligere noluerunt, illud meruere, vt ita illis loqueretur, vt etiam si vellent, intelligere non possent. Sic solet Deus iustissimo iudicio, iis, qui obiurum verbum suum repudiarunt, prorsus auferre: ferunt enim ipse in primis præceptum suum, *nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*, vt dixit c. 7. 6. Sic minatur apud Amos illis qui prophetis credere noluerant c. 8. 11. *mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini.* Cur ergo illis Christus parabolas proponebat, cum intelligibilis nolle? Rectissime hom. 46. Chrysostomus respondet, ideo nolle eos intelligere, vt imell gerent. Ex cuius enim auditorum studium, & inquirendi diligentia, cum ea audiunt, quæ non intelligunt, & habere tamen magnarum rerum significationem animo auertunt. Ita fit, vt pœna illis in emendationem euadat, nisi forte ipsa etiam aburantur. Huius loci figura erat difficultas, explanata est. Alia venit ex Marco, qui c. 4. 12. ait Christum dixisse, *propterea in parabolis loquor, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.* Quod autem dicit, *vt videntes non videant, & audientes non intelligant*, tam ex Chrysost. sententia explicatum est. Quod aut adiungit, *ne quando conuertantur, & dimittantur illis peccata*, nec ea ratione, nec alia explicari videtur posse, quam vt Christus eos conuerti, & salutis esse nolit. Eodem tamen modo Chrysostomus respondet, sic nolisse Christum Iudæos conuerti, & peccata illis remitti, sicut intelligere nolunt, quæ dicebat: non in perpetuum, sed ad tempus: & multis illis salutem eam, vt pullarent, qui, cum aperta esset, ingredi nolluerant. Nitimur enim in vetitum. Nolunt tunc male conuerti, vt eum se derelictos viderent, melius conuerterentur. Nolunt tunc peccata illis dimitti, vt vexati malis debitam agnoscerent & commodiore illis tempore, maiorique cum fructu dimitterentur. Aliter Euthymius in illum Marcianum scribens hæc verba *ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata*, non contingit cum verbis in *parabolis loqui*, quali propterea Christus in parabolis loqueretur, ne illis peccata eo remissa remittantur, sed refert ad verba illa, *vt videntes non vide-*

ant, & audientes non intelligant, vt sensus sit propterea nolle eos videre & intelligere, ne conuertantur, & peccata illis remittantur; sicut de *impio & perdito homine* dixit Dauid, *noluit intelligere, vt bene ageret*: id est ne bene ageret. At vero apud Isaiam propheram, ad quem his verbis Christus alludit, hic sensus est, vt ver. 15. explicabimus. Sed quo eunque tandem modo hic locus intelligi: certe non ita intelligitur, vt significetur Christum nolle, vt conuertantur, & peccata illis remittantur. Illa enim nobis, quæ non ambigue, sed certe, non obscure, sed dilucide fieri, fieri debere ostendit, volle Deum omnes homines salvos fieri, nolle quenquam perire, nolle mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur, & viuat; non voluntatis eius mortem esse impij, & aliæ pene innumerabiles generis eiusdem, quibus tota scriptura sacra plena est.

Psal. 33. 4.

1. Tim. 2. 4. Ezech. 33. 11.

14. *Et adimplebitur in eis.*] In eis adimpletur, quod de vetere populo dictum erat, *audite audientes, & non intelligetis: in me vero, quod de Deo, videre Dominum per populi vitia.*

Audite audientes & non intelligetis.] Quæ hic per futura tempora dicuntur, apud Isaiam c. 6. 9. in Hebræa per imperatiuos dicta sunt. *Audite audientes, & ne intelligatis: & videndo videte, & ne videatis.* Septuaginta vero eadem ferme imperatiua, vt sæpe aliud Hebræos heri solet pro futuris ponit, per futura conuertere nt, quos hic sine Matthæi sine Matthæi Græcus, Latinusque interpres secutus est. Vterque sensus bene, commentetur quis loco hæret. Nam si per futurum legamus, non quid ea Deus fauere velit, sed quid ipsi facturi sint, significatur. Super imperandi modum sentus versus est & elegans, & differtior: quia videatur illis Deus imperare, vt audiant, & non intelligant. Sed hæc enim phrasi quamuis imperandi modo loqui videatur, tamen non imperat; neque quid ipse velit sed quid illi sint facturi, declarat; quemadmodum Gallis ferme perdire solere dicere, eam ne vir bonus sis non imperando non volendo, vt bonus vir non sis, sed declarando te iste eum bonum virum nunquam futurum. Sic loquitur Christus Ioan. c. 12. 35. 36 & *vos lux adhuc modicum inter vos est. ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant.* Imperare enim videtur, quod non imperat, sed declarat eos esse futuros. Nec enim conectus est, vt plerique putant, *Isaiæ vaticinia venire*, sed modo a se quendi. Hel familiaris loqui plus habentem, gi,

Virgil. Aen. 6.

15. *Incrassatum est enim.*] Quod hic per passiuum dictum est apud Isaiam melius modo vertit השמן *impinguatum est populi huius*, Similiter q *incrassati sunt & auribus grauiter audierunt, & oculos suos claudunt* Hebraice est אזניו הכבד *aures eius aggraua* & השע עיניו *oculos eorum caligini* esse, id est cæcos, vt illic D. Hieronymus vertit; Septuaginta vero illic ita verbis conuerterunt, quibus hic Euangelista vsus est, vt vero simile sit, quod in præsentia nos dicimus Matthæum interpretem testimonia, quæ ex vetere cinantur Testamento, non vertisse Hebræo, sed vtim Septuaginta interpretibus conuersa transtulisse. Cur autem ita Sep. conuerterint in lib. Hebraicarum lectionum mentionem reddemus. Nempe hæc eria verba השמן השמן הכבד alias partis legerunt, quam nunc legimus ab Hebræis. Nunc enim legimus השמן *impinguatum est*, illi legerunt השמן *impinguatum est*, hoc est *crassatum est*: nunc legimus הכבד *aggraua*; illi legerunt הכבד *aggrauatum est*, quod per periphrasim explicarunt, *vt cor populi huius eius crassum esset, auribus aggrauatis audiretur*: nunc legimus השע caligare fac, illi legerunt השע *obtusa* eorum caligine offusa est, & per periphrasim *vt ita oculi eorum caligine offusi essent*, & oculis suis cæcutirent. Verbo Septuaginta, quam aut Euangelista, aut quis interpres hoc loco secutus est, multo meliorem habet sensum, quia Deus ipse loquitur, non propheta. Deus autem ita dicit,

xisset, impinguatus est populi huius, & aures eius aggravatæ: ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. Quæ verba ita sunt accipienda, ut non ideo dixerit Deus, ut illuminare posset. Deinde, quia iam cor populi impinguatum erat, iam aures aggravatæ erant, iam oculi excæcati, propterea enim dixerat, *audiendo audite & nolite intelligere*, quia sciebat adeo excæcatos esse, ut etiamsi audirent, intellecturi non essent. Non ergo nunc iubet Deus aut prophetis orare, ut excæcentur, qui excæcati erant: sed reddit rationem, cur intellecturi non essent, quia cæci erant. Itaque superius exercitum hoc loco est, quomodo Deus excæcare, & indurare dicatur, disputare; de ea re in epistola ad Rom. c. 9. Deo iuvante disseremus.

16. *Vestri autem beati oculi.*] Videri potest huic sententiæ illic esse contraria: *Quæ vidistis ut videnda, credidisse beati estis qui non viderunt, & crediderunt.* Nam prophetæ illi, & iusti, quibus Apostoli Christum annuntiare, eo fuisse videntur Apostoli 2 hominibus, quod non videntes crediderunt, Vos illis eris felimo, si spectatorem, quid hic, quid illic Christus agit. Hic Apostolos prophetis beatiores dicit; quia cum virique credidissent, tamen quæ credebant, & videre optabant, illi viderunt, hi non viderunt. Et erat meritò in beatitudine ponendum filium Dei tandiu expectatum, tam ad liberandos a tyrannide diaboli, homines necessarium videre illis contigisse. Hoc enim sensit Simeon ille, qui redemptionem Israëlis expectabat, eam Christum in vinas excepisse, dixit, *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Cum autem dixit, *beati qui non viderunt, & crediderunt*, illos, qui non videntes credunt, illa præfert, qui oculis fidem metientes, non credunt, nisi quod videant. Sunt, qui, ut has sententias conciliant, hunc locum non de oculis corporeis, sed de oculis mentis interpretentur, vt Hieronymus, & Chrysostomus; sed non est istud necessarium; præterquam quod de istis oculis mentis intelligi non potest, qui his prophetis, & nisi Christum venturum viderunt, *Abraham inquit, exultavit ut videret diem meum, vidit, & gavisus est.* Ioann. 8. 56. & non est dubium voluisse Christum Apostolos prophetis antefacere, quod, quæ prophetæ longe, illi prope; quæ prophetæ obscure illi perspicue; quæ prophetæ spe viva; illi oculis eam vidissent, mansurique ea re futuri essent, sicut Ioannes ait 1. epistolæ cap. 1. 1. 2. *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ, testamur, & annuntiamus vobis*; & Petrus epist. 2. c. 1. 8. 19. & *bene*, inquit, *vocem hanc audivimus de cælo allatam, cum essemus cum illo in monte sancto, & habemus firmiorem propheticum sermonem.* Atque hoc sensu Theophylactus, & Euthymius exponunt.

17. *Multi prophetæ, & iusti.*] Nominat nobiliissimas quasque personas, quæque diuissima fuisse videbantur, quæ Christum viderent, nec tamen videre potuerunt, quo magis gratiam & felicitatem Apostolis à Deo concessam commendaret. Quo etiam spectat, quod Lucas c. 10. 24. ad prophetas non iustos, sed reges adiungit. Credibile enim est Christum ea tria personarum genera præsentissima nominasse, prophetas iustos, & reges, sed Matthæum reges, Lucam iustos prætermisisse. Quod autem Hieronymus, & Euthymius annotarunt, non dixisse Christum, omnes prophetas, sed multi, quod aliqui ex illis viderint, vt Abraham, qui exultavit, vt videret diem Christi, vidit, & gavisus est, veritatibus non esse arbitror: quin multos pro omnibus posuit; vt Apostolos qui pauci erant, opponeret, vt Rom. 5. 19. multisque alia locis factum videmus. Nam ne ipse quidem Abraham ita Christum vidit, quemadmodum Apostoli viderunt.

18. *Vos ergo.*] Vos qui videtis, quæ multi prophetæ, & iusti voluerunt videre, & nō viderunt; & auditis quæ voluerunt audire, & non audierunt; vos quibus datum est nosse mysteria regni cœlorum, cum cæteris datum non sit, vt dixit ver. 11.

Audite.] Intelligite parabolæ significationem: iam enim generalem iam audiverant. Marcus c. 4. 13. indicat Apostolos a Christo subreprehensos, quod parabolam non intellexissent, cum primum audierint: *Nescitis parabolam hanc, & quomodo omnes parabolas cognoscetis?* quasi dicat, si hanc, quæ omnium facillima est, non intelligitis, quomodo omnes alias, quæ difficiliores sunt, intelligetis? sicut infra c. 15. 16. *adhuc & vos sine intellectu estis?* Reprehendi ergo, nō quod intellectu res eller facilis; quia enim nostrum, si audisset, nemine interpretante intelligere potuisset? sed quod, cum tamdiu cum ipso versati fuissent, & deberent magistri esse propter tempus præceptore in rebus, quas ipse aliis explicare deberent, indigerent. Vt alio loco, *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me* Ioan. 14. 9.

19. *Omnis qui audit verbum regni.*] Euangelium.

Et non intelligit.] Non recondita alte in animo, non fovet, non meditatur, & quasi terra cordis sui tegit. Nam non intelligere, non semper culpa est; hic autem culpa notatur. Sic ergo hoc loco accipitur intelligere, quemadmodum Psal. 40. 1. *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem*, id est qui curam illius habet, qui illum fovet, qui tegit, qui nutrit: redundat nominis usus animo ex Hebræorum idiomate.

Venit malus.] Malignus, diabolus, vt c. 6. 13. & alia locis, quos ubi ad notatum.

Hic est, qui secus viam seminatus est.] Verba hæc occasionem multis præbuerunt fingam texendi disputationem, quomodo ille qui audit, & non intelligit, secus viam seminatus dicatur, cum non ipse, sed granum seminatum sit. Natu, dum seminat, aliqui cecidit secus viam, aliud in petrosa, versu 4. Res non est, vt mihi viderur, adeo difficilis, vt tam longa indigeat commentatione. Seminari dicitur, & semen quod iacitur, & ager in quem iacitur. Nam & sata inde oriuntur agri ipsi, qui seruntur. Ergo qui audit verbum regni, & non intelligit, secus viam seminatus dicitur, non vt semen; sed vt ager, & terra, quæ secus viam dura est, præterquam enim calcata vastigia. Eodem modo, quod versus. 20. 21. & 23. dicitur, intelligendum est. Seminatorem Christus se ipsum vocat: semen verbum Euangelicum, agrum mundum, diuersam in eodem agro terram, aliam secus viam, aliam petrosam, aliam spinis cooperram, aliam bonam, homines diversos, volueres, damones, qui id quærant, ne quod bonum semen in nostris animis foveatur, Eos, qui audiunt, & non intelligunt calcare viæ comparat, quia, vt semen, quod in viam cadit, nulla tegitur terra; sed auibus expositum manet: sic verbum Dei, quod in aures corporis incidit, in animum vero non descendit, quasi nulla terra tectum, facile à diabolo diripitur.

20. *Qui autem super petrosa seminatus est.*] Semen excipit. vide superiorem versum.

Et continuo cum gaudio accipit illud.] Intelligit, recondit; cordis terra tegit; opponit enim hunc illi, qui cum audiat, non intelligit, versu præcedente. *Cum gaudio* autem dixit, vt significaret hominis leuitatem. Nulli enim minus constantes auditores esse solent, quam, qui initio maxime videntur ardere. Id enim in religione sæpe vsu venit. Qui cito veniunt, cito abeunt, hoc est quod sequitur.

21. *Non habet autem in se radicem.*] Constantiam non habet alte impressum Dei verbum, quia non habet terram multam, id est magnam, profundamque, vt ita dicam, voluntatem. Ideo semina, quæ in eam ceciderunt, continuo exorta sunt, quia non habebant terram multam, vt dixit versiculo quinto. Nam semen, quod sola terræ superficie tegitur, citius exoritur, sed citius etiam

etiam æstuante sole, & adustis radicibus arescit. Quod in terram alte descendit, sero nascitur, diu viresicit. Vtriusque rei eadem est causa, quia terram habet multam, quæ quo minus cito enascatur, & appareat, impedit; natum eximo misso humore nutrit.

Continuo scandalizatur.] Cadit, id est fidem deserit; hoc enim verbum significat. Tria terræ genera distinxit, quæ nullo modo arata est, vt via, & nullam vt ita dicam, terram habet; quæ paucam habet; quæ multam, & fortasse bonam, sed spinis opertam, quasi non haberet, vberem esset fructum reddnura. Hoc est, quod ait.

22. *Qui autem seminatus est.*] Vide versum 19.

In spinas.] Qui in terram quidem multam, ac bonam, sed spinis plenam semen eiicit.

Hic est qui verbum Dei audit.] Plus, quam dicit, significat. Intelligendum enim est, qui audit, & intelligit, vt de superiore dixit, cum gaudio accipit illud. Hunc enim illi præponit, tanquam propius ad eos, qui multiplicem fructum ferunt, accedat. Nascitur etenim in illo verbum, sed solicitudo sæculi illius, & fallacia diuitiarum illud suffocat, efficitque, vt fructum non ferat. Solicitudinem huius sæculi vno verbo vocauit, quicquid in illo præter regnum Dei, magno studio homines quærunt, honorum ambitionem, negotia, lites, & quidquid à quærendo regno Dei hominem tardat. In quibus & diuitiæ comprehenduntur, sed eas propterea nominatim expressit, quia maxima pars hominum quasi publico ea studio consectantur. Fallaces vero appellat, & quia fugaces, & instabiles sunt, & quia homines fallunt. Hebraica enim est phrasis, fallacia diuitiarum, pro fallacibus diuitiis, vt corpus mortis huius, pro corpore hoc mortali Rom. 7. 24.

23. *Qui vero in terram bonam seminatus est.*] Quemadmodum eorum, qui fructum non ferunt, tria fecit genera: ita, vt notauit Hieronymus, tria eorum, qui fructum ferunt, genera distinguit, quibus omnes vnius, atque alterius generis homines comprehendit. Bonam autem terram appellat non solum, quæ natura sua bona est; sed quæ bene culta, quæ subacta, quæ purgata est. Nam & quæ secus viam est bona est, sed arata non est: & quæ spinis opera, bona fortasse, sed inculta. Illa absolute bona dicitur, quæ & natura pinguis, & diligentia bene culta est. Sic exemplum magis in homines conuenit. Quorum eadem, id est bona per se natura est, bona per se voluntas; sed eam alij, aut non colendo viæ similem; aut non alte arando petrosam; aut non sarrien do spinosam faciunt.

Hic est, qui audit verbum, & intelligit.] Meditatur, exercet, vt supra ver. 19.

Et facit aliud quidem centesimum.] Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἓν μὲν ποιεῖ ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. *Hoc quidem centum, hoc autem sexaginta, hoc vero triginta.* Sed Græca nomina, vt Grammatici vocant, numeralia ordinalia posita sunt pro numeralib. distributiuis, vt constat ex sensu; voluit enim dicere singulas mensuras, alias centenas, alias sexagenas, alias tricenas afferre. Latinus vero interpres pro centenis, sexagenis, tricenis, *centesimum sexagesimum, trigesimum* dixit; non satis vsitate, quanquam aliqui non mali Auctores ita locuti sunt. Fructum vocat, aut opera bona, quæ fidei, & verbi Dei fructus esse solent, *vt auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius* c. 21. 43. aut, quod magis credo, vitam æternam, vt 2. Cor. 9. 6. *qui parce seminat parce, & meter.* &, *qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*, & ibidem ver. 10. *Qui autē administrat semen seminanti, & panem ad manducandū præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ*, & ad Gal. 6. 7. 8. *Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam æternam*, & Iacob. 3. 18. *fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.* Itaque duo ex hoc loco Caluinistarum, & Lutheranorum errores refelluntur. Alter, quod nesciam æternam mereri negant: fructus enim non solū terræ quæsiti, sed etiam colentis diligentiæ respondet. Immo secundum diuinam gratiam vnusquisque se ipsum, vt ait Augustinus bonam, vel malam terrā facit. Alter, quod omnium beatorum præmium æquale faciunt, cum videamus alios centesimum, alios sexagesimum, alios trigesimum fructum afferre, prout nimirum quisque terram colit Lucas c. 8. 15. addit, *& fructum afferunt in patientia*, quod non ideo dixisse arbitror Christum, quicunque volunt in illo pie viuere, persecutionem patiantur, 2. ad Tim. 3. 12. vt in quibusdam nonorum hæreticorum commentariis lego: sed quia *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*, supr. c. 10. 22. alludit enim Christus de se mine, & eius fructu agens ad patientiam agricolarum, *quoniam debet in spe, qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi* 1. Cor. 9. 10. Deinde, quia voluit hos illis opponere, qui continuo exorti sunt, quia terram multam non habebant supra ver. 5. Illi enim fructum non ferunt, hi sero quidem, & diu, patienterque expectatum, sed tamen eo verbo ferunt. Ridet Caluinus omnes veteres interpretes haud paulo, vt opinor, ipso meliores, quod centesimum fructum alij ad virgines, sexagesimum ad viduas, trigesimum ad coniuges referant, vt Hieronymus in hunc locum, & lib. contra Iouinianum primo, & in apologia ad Pamachium; & Athanasius in epistola ad Ammun. Alij centesimum ad martyres, sexagesimum ad virgines, trigesimum ad viduas, vt idem refert Hieronymus. Alij centesimum ad martyres, sexagesimum ad virgines, trigesimum ad coniuges, vt Augustinus lib. 1. qq. Euang. q. 9. Alij cētesimum ad martyres, sexagesimum ad eos qui bona propter Christum contemnentes vendunt, vnius quæ virginum, habent, & dant ea pauperibus; trigesimum ad eos, qui contenti sunt præceptorum obseruatione, vt Auctor imperfecti homil. 31. Alij centesimum ad anachoretas, sexagesimum ad cœnobitas, trigesimum ad coniuges, vt hoc loco Theoph. Caluinus nullos in sua Ecclesia habere vult gradus, omnes apud illum, sicut apud eiusdem hæresis Auctorem Iouinianū æquales sunt, omnes sancti, omnes perfecti. Non ignorabant illi Auctores, qui à Caluino rideantur, non propterea Christum hæc tria genera distinxisse, vt virgines, viduas, coniuges; aut martyres, virgines, viduas significaret; sed parabolam ad mores nostros aliq; aliter, omnes vtiliter accommodarunt. Sciebant Christo illud tantum fuisse propositum, vt doceret omne semen, quod in bonam terram cadit, adeo multiplicari, vt, quod minimum fet ret fructum, trigesimum ferret, quantum non nisi optima, & bene culta terra ferre solet; quod maximum, centesimum, quod mediocrem, sexagesimū. Nam etsi Augustin. subtiliter de his numeris, vt solet, disputat, tamen non tam interpretando, quam concionando facit. Caluinus dum non concionatur, sed interpretatur, absurde & turpiter errat, quia quod cum primis Christus significare voluit, negat, vllam meritorum, vllā fructuum, atq; præmiorum esse differentiam.

Meritabona opera quam ipsum contra hæreticos.

Lib. 2. de ser. Domini in monte, & ser. 12. de Ver. Domini.

Inæquale beatorum præmium contra hæreticos.

In horum.

Fructus centesimus, & sexagesimus martyrum, & monachorum ex Patribus contra Caluinum.

24. *Simile est regnum cœlorum homini.*] Non opus est disputare, quid per regnum cœlorum significetur. Manifestum enim est Euangelium significari. Quod autem non semini, sed homini seminanti simile dicatur cap. 11. 16. explicatum à nobis est. Nihil enim aliud voluit Christus dicere, quam perinde se Euangelium habere, atq; si quis in agro suo bonū semē se minauerit, & aliquis ei inimicus superseminet malū.

Meritorum inæqualitas.

25. *Cum autē dormirēt homines.*] Id est omnes, quē Hebraismū sæpe iam adnotauimus, vt c. 5. 13. Galli dicerent,

dicerent, cum totus mundus dormiret. Tres in primis res hac parabola Christus voluit significare. Primum, in Ecclesia non solum bonum semen, id est homines bonos, sed etiam malum, id est homines malos esse; deinde, se non esse mali seminis auctorem, sed boni; malum à diabolo seminatum; postremo malum semen, quod seminatum à diabolo est, se patienter vsque ad messem laturum esse; nec iniustum eiusmodi.

26. *Et fructum fecisset.*] Spicam protulisset, grana genuisset; vnde potissimum bona, & mala herba dignosceretur: messis enim nondum venerat. Parabolam Christus ipse exponit ver. 37. Ipse est, qui seminat; eius ager mundus; bonum semen filij regni, id est boni, qui regni cœlorum hæredes sunt, aut Angelica nostrina, quæ bonos eos facit; zizania, filij nequam, *quia ut ait Ioannes, ex malo*, id est diabolo, vt ver. 13. Dicuntur autem filij diaboli, qui eius opera imitantur, vt Ioan. 8. 44. *vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere*, & 1. Ioan. 3. 8. *qui facit peccatum ex diabolo est, quia ab initio diabolus peccat.* Reliqua perspicua sunt. Qui sint homines quibus dormientibus zizania diabolus seminauit, qui serui, qui accesserunt ad dominum, rogaueruntque, vellemus, vt zizania euellerent, Christus non explicat, ideo, vt opinor, quia illa ad parabolæ significationem, quam Christus sibi proposuerat, non pertinebant. Multa enim in parabolis non ad significandum, sed ad splendam narrationem adhibentur; non quasi parabolæ partes, sed quasi emblemata; non quia necessaria sunt, sed quia fieri solent. Omnes tamen veteres interpretes homines dormientes Episcopos, & eos, qui regendæ Ecclesiæ curam habent, interpretantur; quod, & si multis non placere video, vtinam verum non esset; quandoquidem non ignoro Christum tantum significare voluisse, diabolum occulte, & nemine aduertente zizania seminasse; seruos autem, qui dominum rogant; velit ne, vt zizania euellant, ardentes aliquos Ecclesiæ ministros esse, qui & hæreticos, & malos Catholicos bono quodam, & pio religionis studio de medio tolli vellent. Sunt, qui hoc loco abundantur, vt probent, aut non puniendos, aut non occidendos hæreticos. Quod qui faciunt, de se ipsi mihi videntur esse solliciti. Primum quidem non de solis agitur hæreticis, sed de omnibus filiis diaboli, qui filijs regni opponuntur, inter quos præcipua quidem species hæretici sunt, totum autem genus non sunt. Itaque, qui hæreticos tollendos esse negant; multo magis fures, multo magis homicidas tollendos esse negare debent. Tanto enim perniciosiores hæretici, quam fures, & homicidæ sunt; quanto maius est scelus animas furari, atque occidere, quam corpora. Ideo ergo veteres fere omnes Auctores, vt Chrysostom. Hieron. & Augustin. de hæreticis interpretantur, non quia soli, sed quia maxime zizania sunt. Præterea, vt soli hæretici intelligantur, tamen non absolute paterfamilias prohibet euelli zizania; sed ne forte simul & triticum eradicetur; tunc ergo ex sententia, & voluntate illius, euellenda non sunt, cum periculum est, ne & triticum eradicetur, vt refert D. Augustinus lib. 3. contra epistol. Parmeniani c. 2. & D. Thomas maximus Theologus obseruauit; cum ergo periculum non est, ne simul triticum eradicetur; sed periculum potius est, ne si non euellantur, triticum lædant; qui dopus est messem expectare? mature euellenda sunt, mature comburenda. Præterea, cur periculum est, ne simul cum zizaniis triticum euellatur; aut cur iubet paterfamilias messem expectare; nisi quis ante messem dignoscit, & separari à tritico non possunt? Cum ergo & dignosci possint, & separari vtique separanda sunt, vtique comburenda. *Prænuntiat Dominus* (inquit Hieronymus) *ne, vbi quid ambiguum est vtro sententiam proferamus, sed Deo iudici terminum reseruemus vt cum dies iudicij venerit, illenon suspicionem criminis sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eiiciat.* Caluinistas, & Lutheranos, quis non cognouit? quis hæreticos esse non videt, qui vix vllam antiquam hæresim non renouarunt? Nullus vnquam profecto hæreticus fuit; nullus hæreticus esse potest, si illi hæretici non sunt. At sunt quieti; qui vnquam fuere turbulentiores? qui vnquam tot excitarunt bella? qui vnquam tanta vsi erudelitate, tantum humani sanguinis effuderunt. Neque vero hæc ideo dico, quod non malim eos conuerti, quam occidi; sed tantum principes, aut, quia principes ista lectura non sunt eos, qui principes monere possunt, admoneo, non licere illis istas, quas vocant, conscientiæ libertates nimium nostro tempore vsitatas hæreticis dare, nisi prius Ecclesia, aut is, qui Ecclesiæ caput est Romanus Pontifex Christi persona, & tanquam pater familias iudicauerit, non posse euelli zizania, nisi simul & triticum euellatur; & ère Ecclesiæ esse, vt vsque ad messem permittantur vtraque crescere. Hunc enim rei non principes, qui patris familias serui sunt; sed ipsius patris familias, id est Ecclesiæ gubernatoris iudicium esse debet. Nec debent principes patrem familias rogare, vt finat vtraque crescere vsque ad messem: sed an velit, vt eant, & euellant zizania. Ita eos affectos, atque paratos esse oportet, vt à patre familias coerceri potius opus sit, quam incitari.

Caluinistæ & Lutherani nimium sæuiunt in hæreticos.

Contra illos fatum ciuile.

31. *Simile est.*] Tertium eiusdem generis parabolam ponit; adhuc enim de semente, id est de initio loquitur Euangelij. Per primam declarauit diuersum Euangelij effectum prout in bonam, vel malam terram cadit, cum seminatur. Per secundam, quomodo superseminato per diabolum malo semine adulteretur. Per hanc quantam bonum Euangelij semen habeat vim, & ex quam paruo initio in quam admirandam magnitudinem excrescat. Non dubito, quin regnum cœlorum in hac parabola, sicut in præcedentibus, Euangelium significet, aut, quod idem est, fidem, doctrinam Euangelicam, verbum Dei, quemadmodum Ambrosius in ca. 13. Lucæ, Chrysostomus homil. 47. Theophylactus, Euthymius, Hieronymus, Beda & Augustinus serm. 31. & 33. de sanctis interpretantur. Etsi Hilarius Christum ipsum regnum cœlorum, & granum sinapis; alij vero Ecclesiam vocari putant. Omnia quod ad sensum attinet, eodem redeunt. Nam & Christus lapis sine manibus excisus in montem magnum factus esse dicitur Dan. 2. 35. & Euangelium paulo post vers. 33. fermento comparatur, quia occultam crescendi vim habet, & Ecclesia luna in scripturis sacris vocari solet, quæ initio tenuis & exigua, indies crescit, quoad plena fit. Sic enim Ecclesia initio quidem exigua & obscura fuit, *incipientibus* (inquit) *a Ierusalem* Lucæ 24. 47. semper increuit, donec totum compleat orbem; hoc enim de Christo vere dici potuit, qui dominaturus est *à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* Psalm. 71. 8. D. Augustinus non alio magis argumento Donatistas in vno Africæ angulo, sicut nunc Caluinistæ Genevæ Ecclesiam Catholicam concludentes refellit, quam quod non posset Ecclesia post tot annos tam angustis terminis definiri. Ecclesia, inquit, lunæ similis est, si quis nouam Lunam primo, & secundo die non videt, dignus est venia: qui autem iam plenam non videt cæcus est. Quod propterea dixi, quia multo magis contra Caluinistas nunc, quam contra Donatistas tunc valere arbitror. Si enim Augus. Donatistas, quia quadringentis post Christum annis Ecclesiam non videbant, cæcos appellat: quo nomine Caluinistas, qui mille quingentis octoginta post annis non solum non vident: sed ne videri quidem posse dicunt, appellasset?

Ecclesia Catholica per tot annos eodem hæresis modo.

Grano sinapis.] Augustinus ser. 31. & 33. de Sanctis, propter ardorem regni cœlorum grano sinapis comparari

A parasigitat, quod multi alij non tam docendo, quam concionando secum sint. Nec enim dubium est, quin propterea grano sinapis similis dicatur esse, *quod, cum initio parum nitens, augmentum magnitudinem crescat*; vt ex sequenti versu intelligitur.

32. *Quod minimum quidem est omnibus seminibus.*] Sic B. Hieron. sine alius quis eius interpres, qui hoc modo conuertit, credendus est non ignorantis, sed certo potius consilio solœcismo vsus esse. Quos & Septuaginta interpretes multis in locis simili de causa fecisse in eorum Idiomatis admonuimus. Quum enim Græce per comparationem dicitum est, *μικρότερον μὲν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων*, minimum omnibus seminibus, vim habet superlativi. Solent enim frequenter Græci superlativum pro superlativi vti, vt cum Apostolus dicit, *contuli me ad Ephesum, quia eorum fuit maior*, id est, quia maximus. Voluit igitur interpres comparativum in superlativum vertere, vt verum sensum exprimeret, & tamen comparativi constructionem remere; ne nō superlativum, sed comparativum Græce esse indicaret. Quo autem modo granum sinapis minimum omnium seminum esse dicatur, cū alia minutiora, vt papaueris semen, ei esse videantur, frustra mihi videntur nonnulli interpretes disputare. Nec enim minimum omnium dicitur, quod omnium omnino minimū, sed quod ex omnium minimis vnum sit. In proverbialibus enim sententijs, qualem illam apud Hebræos fuisse credendum est, vt, cum aliquid valde parum esse significabatur, grano sinapis simile esse diceretur; cum ea comparatione non vno tantum loco, sed pluribus Christus vtatur; vt eum dicit, *si haberetis fidem sicut granum sinapis* c. 17. 20. & huiusmodi, in quam sententiam non solum philosophi ee & fabellæ, sed popularitet, & ex vulgi opinione loqui. Vulgus autem inter vtrata semina granū sinapis aut minimum putat, aut vere minimum numerat; quemadmodum Matthæus c. 5. 26 quadrantē pro minima monera dixit, *non exies, inquit, inde, donec solues nouissimum quadrantem*, non quod minor esset, sed quod ex animo, nam certe minimum altera parte minus erat. Itaque Lucas, vt dictis figuraciones, non dixit, *donec solues nouissimum quadrantem*, sed *nouissimum minimum* c. 12. 59. Quomodo arbor est, cum herba sit, nonnulli etiam quærunt, ac disputant, qui sinapi, vt opinor, non viderunt. In eadem fabularum loca longe supra humanam literæ rationem assurgit, verbi copia est, tylina esse videatur. Vidi ego sepe in Hispania sinapi loco ignorum magnos fruticosos coquendum panem cæsiberi. Amant vehementer aues eius granum; itaque, cum ferueure exflate maturum, in eum cæuis, vt semen edatur, vndere solent; quas etiam simulatæ not, possunt intricati sollimere. Hoc est, quod dicit, *ita vt volucres cæli veniant & habitent in ramis eius.* Habitare dicit pro sedere, licuit contrario sedere sepe pon tur, pro habitare propter Hebraicum verbum יָשַׁב quod vtrumque significat. Quare non debuerunt nonnulli interpretes vereri *ne quis* modulari, cum nec verbum id proprie significet; nec sententiæ veritas respondeat. Nam ego, qui me aliquando sinapis syluas vidi, intidentes sepe aues vidi, nidos non vidi. Quid per aues cœli significetur, opus non est quærere, quis non ideo de auibus mentionem Christus fecit, vt id quid indicaret noui mysterij; sed vt arbusculæ magnitudinem, firmitatemque declararet, qua in identes aues sustinere possit. Itaque non est, vt ideo dicere, para bolæ, sed emblema. Si quis tamen contenderet, quid prohibere, non repugno; sed potius docto consentimus literæ facies reges, & principes, eosque omnes, qui, vt loquitur D. Paulus, in sublimitate constituti sunt, significare posse, quum Euangelio, & Ecclesiæ sustentantur, &, vt ioiet Chrysostomus dicere, signum crucis gestant in frontibus. Nam & apud Danielem c. 4. 9. volucres, quæ in ramis magnæ illius arboris erant, quid aliud, quam principes, & reges significabant, qui quasi sub Nabuchodonosoris vmbra viuebant? Olim Ecclesia in Repub. erat, nunc Respub. est in Ecclesia.

Luc. 9. 16. & 22.

Quorum sententiæ videtur non esse hic locus.

Respondetur ex Ecclesia.

Tom. 1. 2.

33. *Aliam parabolam.*] Præponit aliam, & in alio genere parabolam, sed idem significantem, regni cœlorum ex paruo initio maximum incrementum esse simptum. Diuersas habet fermentum proprietates. Corruptio quidem est massæ nimis calefactæ. Et quia conceptum in se calorem habet, vim etiam commouendi eos, quibus tum diceur, augendi. Propter priorem proprietatem in malam partem poni solet, vt 1. 6. 6. *Cauete a fermento Pharisæorum, & Sadducæorum*, & 1. Corinth. 5. 6. *Modicum fermentum totam massam corrumpit* & 7. *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio.* Propter secundam ponitur in bonum, illique regnum cœlorum comparatur: quod sicut fermentum, cum modicum sit, in magnam massam tum illum totam permadet, & multo, quam erat, maiorem reddit; ita verbum Dei vno loco seminatum totum perualescit terrarum orbem; ita Ecclesia initio minima, breui tempore longe, lateque in omnes terræ partes propagata sit, *Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei, extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius*, Psalm. 79 12.

Quod accepta mulier.] Quod mulier rem parat, quam virum dicat, nullam aliam causam fuisse arbitror, quam quod pinsere magis mulebre, quam viride officium sit; cui eos non reprehendo, qui cō.tonantes potius, quam scripturam enarrantes, mulierem domina Ecclesiam interpretantur. Mutter ergo, aut para necessaria parabola non est, sed ideo nominata, quod id plerumque mulieres facere soleant, aut, si pars est, Euangelicum doctorem significat, qui verbum Dei in animos auditorum, quasi fermentum in massam infundit. Nec enim sexus, sed officium spectari debet.

Absconda.] Miscuit, ita confudit, vt non appareret, quali id fuerit, aut fuisset.

In farinæ sata tria.] סְאִים Sata vocant Hebræi genus quoddam mensuræ rerum liquidarum, quæ vt ait Iosephus lib. 9. antiq. cap. 2. & Hieronymus hoc loco modium Italicum, & dimidium continebat. Tria fata faciebant Ephphanim. Autem fuisse mensuram post Babylonicum exilium tradunt Hebræi in libr. מְשִׁיחִין Sunt, qui nostra ætate de Hebræorum mensuris scripserint: ad eos lectorem remittimus: nos de Euangelio, non de mensuris agimus. Cur tria fata potius, quam plura, aut pauciora nominauerit, Chrysostomus, & Euthymius respondent, tria pro omnibus posse, quasi diceret, quantumcunque farinæ fermentare velit, non nisi paululum fermenti miscere. Alij dicunt ideo dixisse tria quod tria fata efficerent vnum Ephi, & fuerint pleruncque mulieres vnum farinæ Ephi pinsare, ac coquere, vt fecit Sara Genes. 18. 6. Ponit credo ideo tria posuisse, quod Ephi tria fata con meret, eaque esset vitæ humanæ mensura: sicut apud Hispanos, quem *fanegam*, apud Gallos, quem *boisseau* vocant.

Respondetur ex Beda.

Ecclesia Catholica per tot annos eodem hæresis modo.

34. *Et sine parabola non loquebatur eis.*] Tunc, & in ea concione, de qua agitur, nam & ante, & post multas alias parabolas proponit, vt c. 20. & 22. & 25. vt Chrysost. hom. 48. Euthymius, Theophylactus exponunt. Vide quæ diximus supra ver. 11. Marcus cap. 4. 33. addit *prout poterant audire*, quod quidam interpretantur, accommodant se ad auditorum captum, sensu meum Christi penitus contrario. non enim, vt melius intelligerent, sed, vt non intelligerent, in parabolis loquebatur, vt ver. 13. & 14 explicatum est. Quod ergo ait Marcus *prout poterant audire*, nihil aliud significat, quam Christum obscure locutum esse, vt

esse vt qui posset capere, caperet, vt ipse explicat alio loco, cum similem parabolam proposuisset infra cap. 19. 12. vel vt Euthymius locum illum Marci interpretatur *prout poterant*, id est, prout digni erant; non enim erant digni, vt illis Christus aperte, & sine parabolis loqueretur, vt ver. 13. significavit.

35. *Vt adimpleretur.*] *Vt*, hoc loco non significat causam, quam ob rem Christus per parabolas locutus sit; non enim ideo per parabolas loquebatur, vt Dauidis dictum adimpleret; sed quia auditores indigni erant, quibus aperte loqueretur, vt vers. 11. 12. & 13. explicatum est. Nec vult Euangelista docere Dauidis prophetiam proprie à Christo impletam fuisse. Non enim erat prophetia; sed rerum præteritarum historia de qua Dauid agebat: neque nomen משל quo Dauid vsus est, hoc genus parabolarum significat eo loco, quibus hic Christus vtebatur, quamuis vtrumque genus Hebraei חידות id est parabolam appellent; nam hic Euangelista vocat parabolas obscuras, & inuolutionibus adumbratas locutiones: illic Dauid Psalm. 77. 2. cum dicit *aperiam in parabolis os meum*, vocat חידות parabolas breues & acutas sententias, quas αἰνίγματα Graeci nominant. Sed Euangelista, vt tales, quod à Dauide alio sensu dictum erat non ad eundem, sed ad similem sensum accommodauit, vt c. 2. 15. explicauimus.

37. *Qui seminat.*] Hæc quæ sequuntur vsque ad vers. 43. supra ver. 24. & 25. expolita sunt.

41. *Omnia scandala.*] Scandala vocat eos, per quos scandala vexerunt, id est Satanã & filios diaboli.

Et eos qui faciunt iniquitatem. [Hebraismus פעלי אוון, & omnes qui iniquitatem exercent, &, vt ita dicam, iniquitatis artem facitant; magis enim habitus, quam actus Hebraica phrasi significatur.

42. *In caminum ignis.*] In Gehennam ignis, vt c. 5. 22. 29. 30. c. 10. 28. & infra c. 18. 9.

Ibi erit fletus.] Hæc explicata sunt c. 8. 12.

43. *Tunc.*] Cum scandala sublata erunt; cum zizania separata, quæ impedient quo minus triticum appareat; cum palea euentilata fuerint, quæ tritico tegebant quo minus effulgeret, vt in parabola erat declaratur supra cap. 3 12. & Luc. 3 17. Fulgor gloriam significat, vt in Christi transfiguratione apparet cap. 17. 2. Itaque beati soli, lunæ, & stellis comparari solent, vt ibidem, *& splendit facies eius sicut sol.* Et Daniel. 12. 3 *Qui autem docti fuerint*, id est, qui bene, sapienterq; vitam suam gubernarint; hos enim scriptura vocare solet משכלים habentes intellectum, sicut Galli, non eos, qui docti sunt, sed eos, qui moderati, sapientes appellant: hi ergo (inquit Daniel) *fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam eruditi sunt plurimos, quasi stellæ, in perpetuas æternitates*, & 1. Cor. 15. 41. 42. *alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum: stella enim ab stella differt in claritate: sic erit & resurrectio mortuorum.*

Qui habet aures.] Significat id quod dixerat, audi eorum maxime interesse. Vide c. 11. 15.

44. *Simile est.*] Hanc parabolam non iam omnibus auditoribus, sed solis domi Apostolis proposita à Christo fuisse nonnulli putant, vt colligitur ex ver. 36. Euthymius hoc loco: ego vero similius esse arbitror ante dictam fuisse vna cum superioribus. Sed quia Apostolis non omnium parabolarum sed zizaniorum, postquam domum redierunt, explicationem petierunt, Euangelista post zizaniorum parabolam narrasse, quomodo domum rediisset, & parabolam Apostolis sibi explicari postulassent. Idemque de omnibus, quæ hoc capite sequuntur, dicendum est. Hactenus quatuor parabolis seminantis, grani sinapis, boni seminis, & mali & fermenti duas regni cœlorum proprietates declarauit, quomodo diuersum habeat in diuersis hominibus effectum: & quomodo ex parua initio magnum sumat incrementum: nunc pretium exponit vt doceat quanti illud homines facere debeant, & quanta quærere diligentia. Regnum cœlorum hoc loco eodem modo, quo in superioribus parabolis pro fide Euangelio, Euangelica doctrina accipiendum existimo, vt Ambrosius ser. 2. in Psalm. 118. Euthymius, & Theophylactus. Etsi sunt, qui regnum cœlorum Christum vocari putent, vt Irenæus libr. 4. c. 43 Hilarius, Athanas. q. 54. si tamen illius quæstionis sunt. Hier. in comment. & Vigil. lib. 3. de incarnatione. Sunt qui vetus & nouum testamentum vt August. lib. 1. qq. Euang. c. 13. & Beda, quod & Hieronymus approbat.

Thesauro.] Rei, quæ æstimari non potest. Qui enim tantum habent pecuniæ, vt numerari non possit, eos thesaurum habere dicimus. Ita D. Paulus 1. Cor. 2. 9. *neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum.*

Absconditus.] Quia à seculo nõ erat auditum Isai. 64. 4. & 1. Cor. 2. 7. *sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram.*

Quem, qui inuenit homo.] Quisquis inuenit: hominem pro quolibet homine, & pro nota vniuersali apud Hebræos poni, sæpe monuimus.

Abscondat.] Hoc non est necesse ad rem per parabolam significatam accommodare, quia, vt soleo dicere, non pars parabolæ, sed emblema est: nec dicitur, vt aliquid significet: sed vt parabolam impleat, & quia fieri solet, vt qui thesaurum inuenit, si ita tim tollere non possit, illum abscondat, ne, dum abit, vt fodiendi instrumenta quærat, aliut eripiat: quanquam Hieronym. & Beda eum, qui regnum cœlorum inuenit, in corde suo dicunt abscondere id est fouere, seruare, ne effluat: si quid significat, illud tantum mihi videtur significare eum, qui regnũ cœlorum, id est Euangelium inuenerit, occasionem tenere, ne efabatur, oporteat, & omnem continuo adhibere diligentiam, vt illud obtineat. Hoc est abscondere: non, ne alius inueniat, sed ne ipse perdat. Nam etsi, qui thesaurũ inuenit, ideo abscondit, ne alius inueniat, quia si alius inuenerit, ipse perdet: nõ est in eo similis parabola regno cœlorũ, quod non ideo alius perdet, quia alius inuenit: ab omnibus enim & pariter inueniri, & æqualiter potest possideri. Quanquam ita etiam aliquando scriptura loquitur, qualiuis accipere non possit, nisi alius amittat *Frusti*, inquit, *sunt rami, vt ego inserar.* Roma. 11. 19. &, *tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Apoca Iyp. 3. 11. sed id accommodate ad ramos arborum, & coronam regum dictum est: quia neque nouus surculus in arborem inseri potest, nisi vetus frangatur ramus: neque vnus coronam præripere, nisi alius amiserit.

Præ gaudio illius.] inuenti.

Vendit vniuersa quæ habet.] Non significat emendum Euangelium *gratis* enim, inquit, *accepistis gratis date* c. 10. 8. sed significat tanti æstimandum, vt qui inuenerit, nihil non, vt illud obtineat, facere debeat etiam si omnia bona vendenda, etiamsi perdenda, etiamsi infamia subeunda, etiamsi amittenda vita. Caterum bona potius, quam vitam, & honorem, aut aliud, si quid homines habent, nominauit, vt ad commodate ad hominum consuetudinem loqueretur, qui, vt thesaurum habeant, omnia sua bona solent vendere. Denique nihil aliud hæc parabola significatur, quam quod alio loco aliis dicit verbis, *Qui amat patrẽ, aut matrem plus quam me, nõ est me dignus: & qui amat filium, aut filiam supra me, nõ est me dignus* c. 10. 37. Res enim omnium carissimas nominauit, quas qui, cum opus est, propter regnũ cœlorum non abiicit, indignus, qui illud obtineat, iudicatur.

45. *Simile est regnum cælorũ homini negotiatori.*] Nõ homini,

homini, sed margaritæ regnum cœlorum simile est, sicut in præcedente parabola non homini inuenienti, sed thesauro inuento comparatum est: sed sensus est, idem accidere in inueniendo, acquirendoq; regno cœlorum, atque si quis mercator bonas quærens margaritas vna pretiosa inuenta, abeat, vendatq; vt illam emat, vniuersa, quæ habet, vt supra explicauimus, c. 11. 16. 17. Nos vero homini negotiatori similes esse debemus, qui cum regnum cœlorum inuenerimus, nullis sumptibus, nullis laboribus, nulli omnino rei, vt illud habeamus, debemus parcere. Hæc enim parabola eandem prorsus, atq; præcedens, significationem habet; sola differt materia. Bonas, καλὰς, pulchras; in hoc enim genere mercium, quæ pulchræ sunt, eædem bonæ.

Margaritas.] Speciem videtur vnam pro toto genere posuisse; id est margaritam pro omni lapide pretioso. Margarita enim, aut alio genere margaritarum tantum, vt opinor, illam speciem vnionis significat, quæ in conchyliis inuenitur, quam omnes fere in Europa nationes *perlam* appellant. Quanquam fieri potest, vt propterea margaritam potius, quam vnionem, quod totum genus est, aut vnam aliquam aliam vnionis speciẽ nominauerit, quod fere inter omnes pretiosos lapides margarita pretiosissimus habeatur, quamadmodũ pretiosorum lapidum mercatorum ex præstantissima specie margaritarum appellamus mercatorem.

47. *Simile est.*] Credibile mihi videtur hanc parabolam posse illam superiorem de bono semine, & zizaniis à Christo propositam fuisse vers. 43. Sed Euangelistam narrationis ordinem non tenuisse, quia eandem prorsus habet significationem; & videmus reliquas, quæ eiusdem erant significationis, fuisse coniunctas; vt parabolam grani sinapis cum parabola fermenti ver. 31. & 33. & parabolam thesauri abscondit cum parabola pretiosæ margaritæ ver. 44. & 45. Hoc autem loco regnum cœlorum, aut Euangelium, vt in superioribus parabolis, aiit, quod eodem redit, Ecclesiam possumus intelligere. Vtrumuis intelligamus, magnum hinc contra nouos hæreticos argumentum sumemus. Nam si Euangelium intelligimus, significat Christus non omnes qui Euangelium, id est fidem recipiunt, sed nos futuros esse; sed eos tantum, qui boni fuerint pisces, id est, qui non solam fidem; sed bona etiam opera habuerint; omnes enim pisces. id est omnes Christiani, omnes fideles; sed illi mali; hi boni sũt; contra quam istorum hæresis docet: omnes, qui fidem habuerint, saluos futuros esse. Si regnum cœlorum Ecclesiam interpretemur, non iam nos, sed D. pro nobis contra illos Augu. argumentabitur, qui Donatistas veteres istis nouis similes hæreticos, quia in Ecclesia solos, sicut illi, bonos esse dicebant, non alio frequentius, non alio fortius argumento refellit, quam quod Ecclesia sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti comparetur. Soleo dicere D. Augustinum nullum hæreticorum genus tam strenue, atque Donatistas refutasse, & illos tot libros, quot aduersus illos composuit, non tam contra illos, quam contra longe post futuros Lutheranos, & Caluinistas composuisse: tantum opus esse, vt qui eos legit, pro Donatistarũ, Caluinistarum, aut Lutheranorum nomen ponat.

Adagium Hebraicum noua & vetera proferre.

Fides sola ad salutem non sufficit.

Augustinus contra omnes hæreticos & Catholicorum refutator.

Caluinus in hæresiarchis.

Tribus Christi patria.

52. *Ideo.*] Cuius rei Christus, cum dicit, *ideo*, causam reddat, facile non est dicere. Sunt, qui ad hunc modum exponant: *ideo*, quia intellexistis, subintelligendum, dico vobis, *omnis Scriba doctus*, & reliqua. Rogauerat enim discipulos, *intellexistis hæc omnia?* & respondarant, *etiam Domine.* Quia ergo intellexistis, illud etiam addo, *omnis Scriba doctus*, &c. Sunt qui hoc modo, *ideo*, supple rogani, quia *omnis Scriba doctus profert de thesauro suo noua, & vetera.* Euthymius putat hæc non causam hoc loco; sed affirmationem significare, quasi dicat, vtique *omnis Scriba doctus profert de thesauro suo noua, & vetera*, Mihi Augustini sententia lib. qq. in Matth. c. 16. omnium maxime placet; Comparauerat Christus regnum cœlorum thesauro abscondito in agro; rogauerat discipulos, num intellexissent; respondarant, *etiam*; adiicit; *ideo*, id est, quandoquidem regnum cœlorum thesauro simile est, debet omnis Scriba doctus & noua, & vetera ex illo proferre.

Scriba.] Doctor legis peritus, vt exposuimus c. 2. Euangelicum doctorem legali nomine Scribam appellat. Euthymius existimat Christum se ipsum Scribam vocare; sed vere similius est generalem esse sententiam, qua Apostolis Euangelici doctores officium declarat.

Doctus in regno cœlorum.] μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν eruditus in regnum cœlorum. Non assentior iis, qui putant hoc loco εἰς pro ἐν positum esse; etsi non ignoro sæpe eas duas particulas alteram pro altera poni solere. Magis enim videtur conuenire, vt vertamus in regnum cœlorum, id est ad regnum cœlorum, quam in regno cœlorum: cum de iis agatur, qui ad prædicandum regnum cœlorum edocti sunt. Noster interpres videtur legisse ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, *in regno cœlorum*, nisi si quis malit dicere in Latina versione, *in regno* pro in regnum cor rupte legi: sed debebit aliquius veteris codicis auctoritate vitium probare.

Similis est homini patrifamilias.] Quia sicut patrisfamilias officium est domum suam corporali cibo: ita Euangelici doctoris populum Christianum spirituali nutrire 1. Cor. 3. 2. *lac vobis potum dedi, non escam.*

De thesauro suo.] De penu: abusus est nomine thesauri ad significandum quidquid repositum, ac reconditum est.

Noua & vetera.] omnia ciborum genera, vt familiam suam, aut inuitatos conuiuas alat: id est qui non parce, non misere, sed liberaliter omni ciborũ varietate pro personarum & temporum qualitate familiam suam alit. Noua & vetera proferre, etsi mihi simile in scripturis exemplum non occurrit, Hebraico proverbio dictum videtur: cui simile illud Gallicum est, *viride, & ficum.* Significatur hac parte parabolæ Euangelicum doctorem omni diuinæ scientiæ omni exemplorum, omni similitudinum genere instructum esse oportere: vt omnes pro suo quemque captu docere possit. Antiqui fere omnes Auctores *noua, & vetera*, nouum, & vetus Testamentum intellexerunt. Hilarius, Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Theophylactus, & Euthymius in hunc locum, & Augustinus lib. qq. in Matt. c. 17. quos immerito noui hæretici interpretes reprehendunt. Cum enim sensum esse fateantur oportere doctorem Euangelicum ab omni doctrinæ genere paratum esse: vnde eam melius, quã ex nouo, & veteri Testamento proferre potest? Noluerunt enim magni illi Auctores dicere Christum vetus, & nouum, quod nondum erat, Testamentum significare voluisse. Sed quod generaliter Christus de omni doctrinæ copia dixerat: id illi ad nouum, & vetus Testamentum apte, atque prudenter accommodarunt.

54. *Et veniens in patriam suam.*] c. 9. 1. tres Christũ patrias habuisse diximus Bethlehem, in qua natus: Nazareth, in qua educatus: Capernaum, in qua frequenter versatus fuit. Hoc loco Nazareth omnes, quos legerim, interpretes intelligunt, Hieronymus, Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus. Quod etiam ex Luca probari potest cap. 4. 16. *venit* (inquit) *Nazareth, vbi erat nutritus.* Eandem enim illic à Luca, atque hic à Matthæo historiam narrari ne dubitãdum quidem esse arbitror. Id etiam ex hoc loco colligitur, quia ciuibus eius vrbis de qua hic agitur, Christi fratres nominatim notos fuisse constat, v. 55. & 56. non autem fuisse, vel in

vel in Bethlehem, vbi tantum natus, vel in Capernaum, vbi tantum ad tempus commoratus fuerat, sed in Nazareth, vbi cognatos B. Mariæ atq; Ioseph fuisse apparet. Deinde, quia, vt Chrysostomus argumentatur, in Capernaum multa Christus miracula fecerat c. 11. 23. In Bethlehem nullum fecisse legimus, in hac, quæ eius hoc loco vocatur patria, nec multa, nec nullum: sed pauca fecit, vt constat ex v. 58 & ex Marco c. 6. 5. erat ergo Nazareth.

Et docebat eos in synagogis.] In ipsorum synagoga: pluralis enim numerus positus esse videtur pro singulari. Nec enim in paruo oppido multas fuisse synagogas credendum est. Nisi forte pluralis numerus hunc habet sensum, *docebat eos in synagogis*. Id est per singula sabbatha in synagoga, vt nomen synagogæ hoc in loco non locum sed conuentum significet, vt apud Græcos πανήγυρις, apud Latinos concio. Marc. c. 6. 2. *Et facto sabbatho cepit in synagoga docere*, Luc. c. 4. 16. *& intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam, & surrexit legere.* Totam historiam copiosius, & distinctius narrat Lucas, surrexisse ad legendum, quod volentis in synagoga aliquid docere signum erat, vt eo loco explicabimus: traditum illi librum Isaiæ Prophetæ, quē, cum aperuisset, legisse locum illum, qui est c. 61. 1. *Spiritus Domini super me, Eu angelizare pauperibus misit me*: quo lecto librum complicuisse, ac resedisse, dixisseque *hodie hæc prophetia impleta est in auribus vestris*: cumque eorum incredulitatem aperuisset, quod se ciuem suum, & prophetam non reciperent: repletos fuisse ira, & eiecisse eum extra ciuitatem, vt ex monte, supra quem eorum vrbs ædificata erat, præcipitem darent.

Vnde huic sapientiæ.] Sciebant vtique eum litteras non didicisse, vt dicit Ioan. 7. 15. *quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* Itaq; credibile est eos sapientiam, & miracula, quæ in eo videbant, malis artibus tribuisse. Cum enim omnes Euangelistæ dicant eos ipsius doctrinam admiratos fuisse, simul etiam scandalizatos dicunt, non potuerunt autem, cum admirarentur, scandalizari, nisi credidissent, quæ dicebat, atque faciebat, diaboli opera dicere ac facere, vt illi, qui dicebant, *in principe dæmoniorum eiicit dæmonia* c. 9. 34. & 12. 24.

Et virtutes.) Miracula: fecerat ergo coram illis Christus aliqua miracula; vt narrat Marcus c. 6. 5. sed pauca, vt ait Matthæus infra vers. 58.

Ioseph qualis faber.

55. *Nonne hic est fabri filius?*) Ioseph fabrum fuisse ex hoc loco manifestum est: eius enim filius Christus putabatur Luc. 3. 23. Qualis autem faber & incertū, & scitu nō necessariū. Sunt, qui ferreum fuisse putent, vt Hilar. & Ambr. 3. in Lucā, & Beda in 3. cap. Marci. Sunt, qui aurificem, vt Hugo. Sunt, qui murarium: quod idem etiam Hugo videtur approbare. Sunt, qui lignarium, vt Chrysostomus, apud D. Thomā in 1. c. Matthæi, & ipse D. Thomas in comment. Quæ publica nunc opinio est, & antiquissimam fuisse constat, vt ex lib. de infantia Saluatoris, licet apocrypho, colligitur, vbi miraculum in lignaria Ioseph officina à Christo factum narratur: & ex historia Sozom. li. 6. c. 2. vbi narrat Chri-

In c. 1. & 13. Matth.

Christus in fabrilem artem exercitus.

fianum quendam à Gentili per derisum interrogatum, quid faceret filius fabri, respondisse, feretrum Iuliano Imperatori fabricare: & ex Auctore imperfecti hom. 32. Marc. c. 6. 3. fabrum Christum ipsum vocatum dicit: siue quod vtrumq; Nazarethani dixerint: siue quod ex communi loquendi consuetudine filius fabri faber etiam vocaretur. Itaque, quod à nonnullis non malis Auctoribus dictum est Christum, ante quam prædicare inciperet, fabrilem artem exercuisse, valde mihi videtur esse probabile: sicut & Lyrano visum est: quid enim tenos triginta annos in Nazareth egisset? quāquam D. Augustinus lib. 2. de consensu Euangelist. c. 42. ideo fabrum vocatum dicit: quod, cum fabri putaretur filius, faber etiam esse crederetur.

56. *Et sorores eius.*) Hæc à nobis explicata sunt supra c. 12. 46.

57. *Et scandalizabantur in eo.*) Impingebant in eum, tanquam in lapidem, & sorrue bant. Hoc enim proprie est σκανδαλίζεσθαι, & scandalizari. Erat quippe *positus in ruinam, & in resurrectionem multorum*. Luc. 2. 34. erat *credentibus lapis electus, & angularis: non credentibus autem Petra scandali, & lapis offensionis*. 1. Petri 2. 8. Quomodo autem scandalizati fuerint in illo, diximus ver. 54.

58. *Et non fecit ibi virtutes multas.*) Multa miracula fecisse alibi: cum autem non multas fecisse dicit, aliquas fecisse indicat, vt & Marcus declarat c. 6. 5. *& non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.* Dicit autem non potuisse, non quod non potuerit; sed quod noluerit; dicimur enim aliquando facere non posse, quæ facere nolumus; vt de filiis Iacob dictum est Genes. 37. 4. *nec poterant ei quicquam pacifice loqui*, id est nolebant, & recte Gregorius Nazianzenus in quarta de Theologia oratione adnotauit. Noluit autem propter incredulitatem eorum: siue quia sciebat eos etiam conspectis miraculis non crediturros; quemadmodum nec Pharisæi crediderunt: siue qui indigni erant, quibus miracula plura fierent; qui male ea, quę viderant, interpretabantur, dicentes, *vnde hunc virtutes?* Videmus Christum miracula facturum fidem eorum, quibus facturus erat, prius exigere supra c. 9. 28 Marc. 5. 36. & 9. 23. Lucæ 8. 50. quia minus meriti habet fides, quæ miracula sequitur, quam quæ præcedit: & indignus est, qui miracula videat, quisquis non aliter, quam visis miraculis credit. Propterea Christus coram incredulis miracula non facit. Eadem ratio est, cur etiam hodie, qui maxime miracula videre volunt, minime videant; quia non credentes, sed de fide dubitantes videre volunt. Ita enim Herodes, qui vt Lucas ait cap. 23. 8. longo tempore aliquod Christi miraculum videre volut, videre non potuit, vt Gregorius lib. 10. moral. c. 17. notauit. Ita Pharisæis signum à Christo videre volentibus respondetur, *generatio prava, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei*, c. 12. 39. Videant ergo, qui miracula requirunt, quique, si non fiant, mirari solent; nec ipsorum culpa non fiant; & si videre miracula volunt, sine miraculis credant.

Cur Christus non in omnibus locis miracula non fecerit.

CAPVT XIV.

Mar. 6. 14. Luc. 9. 7. Mat. 6. 17. Luc 3. d. 19. Inf. 11. c. 26.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu: 2. & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. 3. Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui. 4. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. 5. Et volens illū occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. 6. Die autē natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. 7. Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumq; postulasset ab eo. 8. At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. 9. Et contristatus est rex: propter iuramentū autē, & eos, qui pariter recumbebant, iussit dari. 10. Misitq; & decollauit Ioannē in carcere. 11. Et allatū est caput eius in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ. 12. Et accedentes discipuli eius,

tulerunt

tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: & venientes nunciauerunt Iesu. 13. Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula, in locum desertum seorsum: & cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. 14. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum. 15. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi esc. as. 16. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. 17. Responderunt ei: non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. 18. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. 19. Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum, acceptis quinq; panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. 20. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. 21. Manducantium autem fuit numerus, quinq; millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. 22. Et statim compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. 23. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. 24. nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. 25. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. 26. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. 27. Statimq; Iesus locutus est eis, dicens. Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. 28. Respondens autem Petrus dixit: Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. 29. At ipse ait, veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. 30. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit dicens: domine, saluum me fac. 31. Et continuo Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi. Modicæ fidei, quare dubitasti? 32. Et cum ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. 33. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius Dei es. 34. Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesar. 35. Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes: 36. & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicumq; tetigerunt, salui facti sunt.

Luc 9. 6. 10. Mar. 6. d. 37. Ioan. 6. b. 5.

Mar. 6. f. 45. Ioan. 6. b. 9. Ioan. 6. d. 17.

Mar. 8. f. 33.

IN CAP. XIV.

1. *IN illo tempore.*] Quidam tempus illud significari volunt, quo Apostoli in sua legatione versabantur, quod Marcus c. 6. 14. & Luc. c. 9. 7. hanc historiam ita tim post Apostolorum missionem ponant. Sed obstat, quod, cum hæc acciderunt, Apostolos cum Christo fuisse constat infra ver. 15. Itaq; vt D. Augustinus lib. 2. de consens. Euang. cap. 45. existimat, iam Apostoli redierant.

Audiuit.] Quærunt multi, qui fieri potuerit, vt non prius audiret. Respondent Chrysostomus, & Theophylactus res sanctas ac bonas sero ad aures principum peruenire. Verum id quidem, sed fit aliquam curiositatis, aut periculi excitādi tumultus speciem habere videantur, qualem Christi miracula nonnullam præbere poterant, si non religio: at certe curiositas, & ambitio quamprimum ad illos perfert. Itaque aliam, cur nondum Herodes audisset, arbitror fuisse causam: quod mors Ioannis non multo post, quam Christus prædicare cœpit, acciderit. Nam cum iam in vinculis esset, ne eius quidem discipuli Christi miracula aut vidisse videntur, aut audiuisse: propterea factis coram ipsis miraculis Christus illis dixit, *euntes renuntiate Ioanni, quæ vidistis, & audistis* c. 11. 4.

Herodes.] Antipas magni Herodis filius, quo regnante natus est Christus, quiq; infantes occidit. Vide quæ diximus c. 2. 22.

Tetrarcha.] Galilææ, vt Luc. c. 3. 1. declarat. Cum regnum in quatuor partes soluebatur, & vnicuiq; princeps vnus præficiebatur: quatuor partes Tetrarchiæ, & principes Tetrarchæ à Græcis vocabantur, vt veteres tradunt Auctores. Postea factum, vt etiamsi plures, aut pauciores essent partes, eodē tamen nomine Tetrarchæ dicerentur, vt ex Strabone lib. 12. & ex Plinio lib. 5. c. 18. & 21. potest intelligi. Quomodo autem Iudæorum regnum, & in quot Tetrarchias diuisum fuerit, & quis cuique Tetrarchæ præfectus c. 2. 22 satis expositimus. Marcus c. 6 14. Herodē regem vocat, sicut & Matthæus infra vers. 9. non quod vere rex esset, sed quod Tetrarchæ regia, aut regiæ simili vterentur potestate: itaq; Tetrarchias Cicero, & Plinius regna vocant; quemadmodum Matthæus cap. 2. 22. Archelaum, cum nunquam vere rex fuerit, regem appellauit.

Quo Tetrarchia.

2. *Et ait pueris suis.*] famulis suis: nam etsi nomen *puer* & filium, & famulum significare posse: tamen Herodem non legimus filios habuisse. Luc. ca. 9. 7. & 9. non ipsum Herodem, sed alios Herodi dixisse ait, & *audiuit* (inquit) *Herodes Tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit a mortuis: à quibusdam vero, quia Elias apparuit: à quibusdam vero, quia vnus de antiquis prophetis surrexit. Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui: qui est autem iste, de quo talia audio?* Vbi duo sunt, in quibus videtur à Matthæo Lucas dissentire. Primum, quod non Herodem, sed alios dixisse narrat Ioannē à mortuis surrexisse. Deinde, quod videatur indicare Herodem non credidisse Ioannem esse, cum eum ipse decollasset: hic autem Herodes dicat, ver. 2. *hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Chrysostomus & Euthymius respondent, primum non Herodem, sed homines vulgo dictitasse Ioannem à mortuis surrexisse, tuncq; Herodem non credidisse, sed hæsitasse, dixisseque, vt ait Lucas, *Ioannem ego decollaui, qui est autem iste, de quo talia audio?* Postea vero credidisse, & quasi aliis assentiendo dixisse, *Ioannes Baptista ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo*: vt ait Matthæus. Idem Theophylactus videtur indicare, & Augustinus omnino probat lib. 2. de consensu Euangel. c. 45. Eius rei aliqs ex hoc loco argumentū sumi potest: propterea enim, vt Euthymius ait, non alius, sed puerus suus dixit, *Ioannes surrexit a mortuis*, quod non auderet id palam, & coram alijs, etiamsi crederet, confiteri. Fieri etiam potest vt etiāsi crederet, fingeret se nō credere, ne assentiri populi opinioni videretur: & eius erga Ioannē studiū cōfirmare. Quod aūt Aug. ait, Matthæi hoc loco verba per interrogationem legi posse, q. si fiat, eundē sensum atq; verba Lucæ habitura: & q. alii respondent Christū hoc loco nō sua, sed aliorum locutum esse personā, minus probo.

Ipse surrexit à mortuis.) Sunt, qui nō verā, quo anima in idē redit corpus: sed Pharisaicā resurrectionē interpretentur, qua anima ex vno egressa corpore migrat in aliud. Pharisæorū enim hæresim fuisse putant, q. ex Pythagoræorū doctrina animas ita vero crederēt. Quod ex Iosepho probant lib. 2. de bello

Iudaico c. 7. & vero Hieronymus indicat nonnullos solitos hoc loco Pythagoræorum errorem confirmare. Sed nullo modo mihi persuadeo de ea hic agi resurrectione, sed de ea potius, qua & homines, qui hunc rumorem disseminauerant, nonnullos à Christo suscitatos viderant: & in veteri Testamento mortuum illum ad tactum ossium Elisæi 4. reg. 13. 21. & filium Sareptanæ viduæ 3. Reg. 17. 22. & filium Sunamitidis 4. Reg. 4. 34. 35. surrexisse aut legerant, aut audiuerant. Neque Iosephus eam opinionem, vt mihi videtur, Pharisæis tribuit: sed quã habent omnes fere Iudæi, non omnium mortuorum, sed tantum bonorum animas in sua quidem, sed meliora, & ideo quodammodo alia corpora in resurrectione redituras. Ioannem ergo Iudæi, & quia vir erat sanctus, & quia iniuste occisus, facile credebant surrexisse, vt Herodis scelus vindicaret: Eliam vero veteri opinione, quam vt supra c. 11. 14. docuimus, Christus videtur approbasse: quapropter Malachiæ cap. 4. 5. prophetiam imbuti erant, venturum Eliam, propterea Ioannem, quia mortuus erat, surrexisse. Eliam, quia non mortuus, sed raptus fuerat: non surrexisse dicunt, sed apparuisse. Infra c. 16. 14. vbi eadem de Christo hominum opinio recitatur. Ieremias etiam nominatur fortasse propter similitudinem spiritus, & libertatem homines reprehendendi, quam in Christo singulariter, & minime in aliis doctoribus vsitatam videbant: *erat enim*, inquit, *doctor eos, tanquam potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Phariſæi* c. 7. 29.

Pudorem opinio de resurrectione.

Ideo.] Dubium, quam rationem reddat, cur suscitatus Ioannes miracula facere credatur: cum viuens vt ait Ioannes c. 10. 41. signum nullum fecerit: fortasse quod sanctiores resurgere homines crederent, quam morerentur: aut quod à Deo maiore cum potestate ad puniendum Herodem missum putarent: nam & bella, & exilium, & alias calamitates, quæ Herodi postea contigerunt, vulgo inter Iudæos credibile est propter Ioannis necem accidisse, vt lib. 18. ant. c. 10. Iosephus affirmat.

Operantur in eo.] ἐνεργοῦσι ἐν αὐτῷ. Sum qui ἐνεργεῖν patiendi significatione positum putet, vt ἐνεργὸς pro ἀργὸς 2. Pet. & apud Latinos lauare pro lauari, vt sit sensus, ideo virtutes fiunt in illo, id est per illum, Hebraico idiomate. Alii actiue sumunt: sed virtutes, non miracula, sed facultatem miracula faciendi intelligi volunt, quasi dicat, ideo donum faciendorum miraculorum miracula in eo operatur. Alii à sensu longius abeunt *virtutes* angelos interpretantes, qui in Ioanne miracula ederet. Res mihi videtur facilis, ἐνεργεῖν nec passionem hoc loco nec actionem transeuntem significat, sed pro verbo neutro positum est, idemque significat, quod apud Latinos vigere, apud philosophos in actu esse, quêadmodum apud Aristotelem vsurpari solet, vt τῷ ἐνεργείᾳ opponatur τῷ δυνάμει. Sensus ergo est Ioannem à mortuis suscitatum propterea miraculo in eo vigere, apparere, esse ostendere.

3. *Propter Herodiadem vxorem Phil* 791.] Magna est hic inter Euangelistas, & Iosephum lib. 18. antiq. c. 6. 7. 9. omnino discordia, quam Hieronymus, cæterique veteres interpretes præterierunt ex recentioribus autem etiam Iosephum citantibus pauci admodum attigerunt. Euangelistæ dicunt Herodiadem Philippi, Iosephus alterius Herodis Herodis huius fratris vxorem fuisse. Nam quod Caluinus dicit Iosephum Herodis fratris Herodis magni, huius autem Herodis, & Herodiadis patrui, & regis Chalcidis vxorem Herodiadem facere, puerilis est error: cum idem Iosephus c. 10. Herodem illum, cuius Herodiadem vxorem fuisse dicit: eius Herodis, qui eam à marito subduxit, germanum fratrem appellet. Ad quæstionem ergo quidam respondent, Philippum cognomento Herodem etiam vocatum fuisse: Euangelistas nomine Iosephũ cognomine eum appellasse: quod si probarent facillimam solutionem inuenissent. Alii Iosephum, aut ignorantia, aut oblitione lapsum dicunt: quod illi ipse accidisse videtur. Ex duabus hisce solutionibus, quam probabiliorem iudicabit, lector eligat: modo illud teneat Iosephum ex Euangelistis; non ex Iosepho Euangelistas emendandos. Nam, vt fingamus non diuino sed humano spiritu historiam composuisse: tamen, & quia plures sunt, & quia res, quæ suo acciderant tempore, conscripserunt: multo maiorem, quam Iosephus fidem, merentur. Altera hic inter Auctores de Herodiade dissensio est. Iosephus Aristobuli Herodis, & Philippi ex Herode magno fratris filiam fuisse dicit, Hieronymus vero hoc loco, & Ruffinus Eusebiũ lib. 5. vertens lib. 1. Eccles. hist. c. 23. & Beda, & Strabus filiam faciunt Aretæ Regis. Qua in re non dubito, quin Ruffinus primum, deinde Ruffinũ Hieronymus, Hieronymum Beda & Strabus secutus erraverit. Cum enim Eusebius Iosephum imitatus Herodis priorem vxorem Aretæ Regis filiam fuisse diceret. Ruffinus exilimans eum de secunda vxore Herodiade loqui, & Iosephum, Hegesippumque non consulens, Herodiadis in versione explicandi causa nomen addidit. dumque historiam vult explicare, vitiavit. Hieron. non Græce, vt poterat, ac solebat: sed Latine legens ex corrupto fonte errorem hausit, ex illo alii deriuarunt. Adeo facile alienorum errorum cõtagionem trahimus: dum alienæ operæ confidimus. In eo etiam Hieronym. Beda, & Strabus minime sequendi, quod dicant non ipsum Herodem fratris vxorem vsurpasse: sed Aretam Regem Arabum propter inimicitias, quas cũ Philippo rege gerebat, filia Herodiade, quam illi nuptum dederat, abstulisse & fratris ac rivali Herodi tradidisse. Iosephus lib. 18. c. 9. & Hegesippus lib. 2. c. 12. sic narrat historiam: Herodem, cum Romam iret, à fratre Herode (secundũ Euangelistas Philippo) exceptum hospitio, dum ijs apud eum moratur, eius vxorem Herodiadem subornasse vt sibi, postquam Romam rediisset, relicto fratre nuberet: ibique pactas inter eos fuisse nuptias. Itaque dubium non est, quod à multis tamen tanquam dubium in vtramvis partem disputatur, quin viuente adhuc fratre Philippo eius vxorem Herodes vsurpauerit. Quanquam veteres etiam de ea re Auctores video dissentire. Nam Hieronym. Beda, & Strabus viuum adhuc Philippum fuisse putant. Termil. vero lib. aduersus Marcionẽ 4. Chrysost. & Theophyl. & Euthy. hoc loco mortuum. Aug. lib. de fide, & operibus, c. 19. dubium esse existimat. neq; sciri posse. Sed hi Auctores Iosephum forte non legerant.

Pudorem opinio de resurrectione.

Caluini puerilis error.

Cur Herodis Ioannem occisi fuisse.

4. *Dicebat enim illi.*] Iosephus lib. 18. antiq. c. 10. aliam causam reddit, cur Herodes Ioannem occiderit: quod nimirum timuerit, vt in magna erat apud populares suos gratia, ne ad seditionẽ populũ excitaret. Vtromvis verum esse credibile est, & Herodem Herodiadis insidiis, atq; rogatu Ioannem occidisse, vt narrant Euangelistæ: & eum rumorem ad placandum populum disseminasse, Ioannẽ contra se populum ad seditionem conatum commouere: quem vulgi rumorem Iosephus secutus sit.

5. *Et volens eum occidere.*] Marc. c. 6. 19. 20. videtur prorsus contrarũ indicare. Herodiadẽ Ioanni, vt eũ de medio tolleret, insidiatã: Herodẽ vero, quia Ioannẽ reuerebatur, impediuisse. *Herodias* (inquit) *insidiabatur illi, & volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannẽ, sciens eũ virum iustũ, & sanctũ: & custodiebat eũ, & audito eo multa faciebat, & libenter eũ audiebat.* Vnde colligitur Herodẽ non ideo Ioannẽ in carcerẽ coniecisse, vt illum occideret, sed potius, vt ab Herodiadis insidiis in domẽ seruaret, placans hac ratione iram impotẽtis mulieris, & speculi vidisse, continuo vnius ex præscriptis securi decussum caput ad mẽsam, vt amica videret, allatum iussisse. Sed eum Herodem Euangelista contristatum fuisse dicat; non debemus, nisi probari possit, simulationem putare. Dolut ergo vere, non quod Ioannem occideret, quem iam ante occidere volebat; sed quod ea ratione occideret, quæ suis rationibus minime conueniret.

Cic. de senectute, Plutarch. in T. Qu. Flamin.

Propter iusiurandum tamen.] Et hoc vere, vt puto, non simulate. Tanta enim apud Iudæos religio erat iurisiurandi, vt etiam, quæ contra fas iurata essent, non seruare nefas duceret, vt ex Iosue iurante to Gabaonitis præsitio Iosue 9. 15. 18. 19. & Iephthe Iud. 11. 35. manifestum est. Quæ recte veteres Auctores monuerunt, non fuisse seruanda. Orig. hom. in Matt. 14. Chrys. hoc loco. Ambros. lib. 1. de officiis c. 50. Hieron. in commen. Quod Euthym. exemplo Dauidis probat 1. Reg. 25. 22. qui, cum iurasset sẽnõ relicturum vllũ in diem crastinum in domo Nabal mingentem ad parietem; iniquum iuramentũ admodum rogatus ab Abigail non seruauit, deique ea re gratias Deo egit ver. 32. 33. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum mihi: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, qui prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea.*

Iuramenta mala non seruanda.

Hier. 22. 19.

10. *Misitque.*] carnificem vt c. 14. 16 vbi eum Herodianum explicauimus. Marcus c. 7. 27. explicate dixit, *sed misso confestim spiculatore iussit afferri caput Ioannis in disco.* Hinc colligitur Herodẽ hoc conuiuium in arce Machærunta celebrasse, quæ in finibus Galilææ & Arabiæ erat. In ea enim arce scribit Iosephus lib. 18. c. 10. vinctum Ioannem. Constat autem ex hoc loco, & multo etiam magis ex Marco hoc conuiuium eodem loco, in quo Ioannes vinctus erat, celebratum fuisse.

Oppositum, quia de reliquum Sanctorum corporibus curam semper habuerunt.

12. Et *accedentes discipuli eius.*] Dubitari potest, quomodo discipuli Ioannis in carcerem ingredi potuerint. Nonnulli putant corpus Ioannis ignominiose fuisse proiectum: quod nulla historia; nulla coniectura probare possunt. Alij aditum discipulis ad carcerem patuisse; nam vt ex c. 11. 2. perspicuum est viuentem adhuc Ioannem, & vinctum visitabant. Hoc probabilius; illud etiam probabile petentibus discipulis corpus specie quadam humanitatis facile concessum, volebat enim Herodes populũ, quem, vt ait Euangelista, timebat, ita lenire. Hereticorum interpretes hinc argumentantur no almũ Sanctorum corporibus honorem deberi, quam sepulturæ: quia discipuli Ioannis eius corpus; non vt nos, reliquias seruauerunt, sed sepelierunt. Acuti sane argumentatores: qui eadem ratione probare potuerunt ne corpori quidem Christi, alium, quam sepulturæ, honorem deberi, quia Ioseph eius discipulus non seruauit; sed sepelijt c. 27. 60. Atqui vti hi nisi ecclesiæ reformatores, qui ideo sepulturæ honorem Sanctis tribui volunt; ne quis honor maior tribuatur; ne hunc quidem illis honorem tribuunt; mortuos mortui nõ ctu sepelijunt; non vt honorentur, sed ne foeteant; non vt homines; sed vt asinos, vt canes. Caterum bene est, quod non contingit illis, nisi hæreticos sepelire, qui digni non sunt, vt alia, quã asini sepultura, vt scriptura de impio illo rege loquitur. sepeliantur.

Hæretici non sunt a Christo sepeliendi.

13. *Quod cum audisset Iesus.*] Quid dicatur Iesus audiuisse, quamobrem inde secesserit, non satis interpretes constat. Augustinus lib. 2. de consens. Euangel. cap. 45. Euthymius, & Theophylact. ad mortem Ioannis referunt. Chrysostomus vero homil. 50. quod etiam probat Euthym. ad id quod vers. 2. & apud Lucam c. 9. 9. dictum est, Herodem dixisse. *Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo*; & voluisse Christum videre. Augustini opinionem probabiliorem puto, sic enim hoc loco verba hærent, vt relatiuum quod, non aliud, quam ad Ioannis mortem, quam

d seipsum Christo nuntiarunt, referri posse videatur, vers. 12. 13. & accedentes discipuli eius tulerunt corpus, & sepelierunt illud, & venientes nuntiauerunt Iesu. Quod cum audisset Iesus secessit inde. At tum diu Ioannes in vinculis fuerat c. 11. 2. fuerat quidē iam diu in vinculis, sed non occisus.

Secessit inde.] Quare? illud certum, quod Hieronymus & Chrysostomus admonuerunt, non metu, sed consilio, rationeque recessisse. Quo autem consilio, incertum est. Hieronymus, & Beda ideo recessisse putant, ne tyrannus homicidio homicidium cumularet, quasi Christum etiam, si apprehendere potuisset, occisurus esset, nolusse enim Herodi peccandi materiam suppeditare; itaque sese subtraxisse, fecisseque quod Apostolis ipse præceperat, *Cum vos persequentur in ciuitate ista, fugite in aliam* c. 10. 23. Chrysostomus vero, & Euthymius aliam afferunt causam, ne si Herodis manus diuinius, vt poterat, euaderet, Deum se esse declararet, quod nolebat tam citò notum esse. Aliam Theophylactus, vt fugiendo non phantasma, vt Marcionitæ, & Manichæi putauerunt, sed verum hominem, qui teneri, & occidi posset, se esse ostenderet. Veram ego causam fuisse arbitror, quam in simili ex Ioannes reddit c. 7. 30. quia *nondum venerat hora eius*. Aliam etiam, cur recesserit Marc. rationem affert c. 6. 31. quod discipuli ex sua legatione fatigati redissent, & requiete indigerent, quam eo loco habere non poterant, vt propter hominum confluentium multitudinem cibum illa sumere non liceret. *Venite (inquit) seorsum in desertum locum, & requiescite paululum.*

In naviculā.] Cur non pedibus? ne, inquit Chrysostomus turbæ eum sequerentur, quas fugere volebat. Alii, quia lacus in viteriorem ripam trajiciendus erat. Quod ego nullo modo credo, quia diserte verbis Lucas dicit c. 9. 10. venisse eum in desertum locum, qui erat Bethsaidæ; Bethsaidam autem citra, non vltra lacum fuisse, dubium non est, id est, in Galilæa Herodis Tetrarchia, vbi tunc Christus versabatur. Nam & Petrus, qui ex Bethsaida ciuitate erat Ioan. 1. 44. Galilæus erat Matth. 26. 72. 73. Non ergo Christus totum lacum; sed finum aliquem, aut potius promontorium lacus traiecit, vt in alium remotum locum secederet. Cuius rei præter illud, quod ex Luca protulimus, certum etiam est argumentum, quod, vt ait Matthæus, turbæ eum pedestres secutæ sunt. Nam quod nonnulli dicunt per aliquem pontem transire potuisse, vel non agi de turbis, quæ in Galilæa erant, sed de iis, quæ vltra ripam in regione Gerasenorum habitabant, absurdum est. Etenim nec tamus lacus, quantum Plinius, Strabòque describunt, pontes tungi potuit, nec enim Iordane ipso, qui in lacum influebat, pontem vllum præter pontem Tiberiadis fuisse, qui longe dissabat, legimus, & turba, quæ in vlteriore ripa erat, expectare venientem Christum potuit, sequi non potuit. Simile est, quod iidem dicunt, Bethsaidæ deterrum apud Lucam appellari, non quod prope Bethsaidam esset, sed quod vltra lacum è regione Bethsaidæ, aut quod Bethsaidæ esset, vt rumque enim sine vlla ratione dictum est. Solus Ioannes c. 6. videri potest horum auctorum sententiam iuuare, quod dicat Christum abisse trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, traiecit ergo vltra mare. Respondeo sensum esse eum venisse in eum locum, qui vulgo vltra mare Galilææ vocabatur, nōq; Christi vltra mare esse, sed Iudæis ex Aegypto venientibus vltra mare fuerat, vnde perpetuo nomen retinuit, vt c. 4. 15. multis probauimus exemplis. At quomodo Christus vltra mare venisse dicitur, cum vltra mare esset? Respondeo, qui ex vno loco in alium transiit, qui proprie vltra mare vocabatur, quod quisquis c. 4. 15. degerit, minime mirum putabit. Namèc

A illic, qui loquebatur, prophetā illum ipsum locum, vbi ipse erat, trans Iordanem vocat, cum ille non trans, sed citra Iordanem esset. Transiit ergo Christus partem tantum aliquam lacus circum al quod promontorium, quæ ratione factum est, cum turbe terra sequerentur, vt prius ad locum, quo appulit, quam ille peruenirent, vt ait Marcus c. 6. 33. quia, etsi plerumque eius mari, quam terra iter, tamen Christus promontorium circuibat, turbæ recta tendebant via.

14. *Et exiens vidit turbam.*] Exiens enim, quia, vt ait Marcus turbæ eum præuenerant. Hieron. & Euthym. & ex recentioribus multi interpretantur, exiens à deserto, quia Lucas c. 9. 11. dicit, *& excepit illos*, quasi obuiam illis exierit, & Ioan. c. 6. 3. *Subiit ergo in montem, & ibi sedebat cum discipulis suis.* Quod ego ne probabile quidem esse arbitror, cum Marcus aperte dicat turbas eum præuenisse. Nam quod ait Lucas Christum excepisse illos, non ideo fecit obuium iisse, & *excepit*, inquit, *eos, & loquebatur illis de regno Dei.* Quod de Marc. expositum, *& exiens vidit turbam multam, & misertus est super eos, quia erant, sicut oues non habentes pastorem, & cœpit eos docere multa.*

15. *Accesserunt ad eum discipuli eius.*] Videtur Leonnius reticulum *eius* ad Ioannem referre, de quo paulo supra mentio facta fuerat, quasi discipuli Ioannis fuerint, qui sed Christum accedentes rogarerint, vt turbam dimitteret. Hinc enim manifestum esse dicit iam tum Ioannis discipulos mortuo præceptore adhæsisse Christo. Sed ex Luca c. 9. 12. perspicuum est eos, qui hoc Christo propinquo duodecim Apostolos fuisse. Ioan. 6. 6. videtur factum alios narrare, ait enim Christum Philippo dixisse, *vnde ememus panes, vt manducent hi?* vt Chrysostomus, Leontius, & Theophylactus interpretantur. Duplex autem apud Ioannem quæstio, cur Christus discipulos, & cur Philippum potius, quam alium interrogauerit. Ad priorem Ioannes ipse videtur respondere, non interrogasse, vt disceret; *sciebat enim quid esset factum*, sed vt tentaret. At hoc ipsum quæritur, cur tentare voluerit? Amphylochius existimat quamuis minime ignorantem, ad modum tamen ignorantis interrogasse, vt se ad auditorum opinionem, & infirmitatem accommodaret: Augustinus, Beda, & Rupertus, non vt ipse eidem discipuli cognoscerent, quam nequaquam ignorabat, sed vt ille suam incredulitatem ostenderet. Cyrillus Græcus (nam Latinum à quibusdam alienis scriptis auctum lectorem moneo, ne quam à me eliari, ideo putat interrogasse, vt magis in memoriam, quod facturus erat, illustraret. Ex eius enim interrogatione consecutum fuisse, vt Philippus respondaret ducentos denarios non sufficere, vt panes emerent; & Andreas esse quidem illic quinq; panes, & duos pisces, sed quid ad tantam hominum multitudinem? Quo ergo plures panes Philippus & Andreas necessarios esse declararet, eo maius posset miraculum apparuisse. Chrysostomus, Theophylactus, Ammonius, Theodorus Heraclenses, & Mopsuest. voluisse Christum interrogando, & respondendo vtro, citroq; discipulorum excitare fidem, eosq; ad considerandum futurum miraculum attentiores reddere. Si enim de re promisso hac cum discipulis disputatione non antea esset miraculū edidisset, nūn fuisset animaduersum, & hominū multitudo & fames, & panes à nullo fuisset disputādo perspecta. Ad posteriorē q̄ sionem, idem Chryso. Theoph. Theodorus Mops. & Leontius respondent, propterea Philippum potius, quam

quam alium interrogasse, quia ille maxime omniū inde indigebat; eum enim fuisse, qui quasi in fide vacillans dixit, *Offendebam patrem, & fuscitabo nobis*, Ioan. 14. 8. Addit Ioannes dixisse Andream fratrem Petri, *Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, sed hæc quid sunt inter tantos?* Quod Theodorus Mops. Leontius, & Ammonius ideo dixisse putant, ne videretur velle sibi reseruare. Notant vero Chrysost. Cyrillus, Theodorus Heraclenses, Leontius, & Theophylact. aliquanto plus fidei Andream, quam Philippum ostendisse: videri enim se aliqua futuri miraculi dixisse hæc, scientem Elisæum panem aliquando multiplicasse, perfectam tamen non habuisse fidem, cum dicat, *sed hæc quid sunt inter tantos?* quasi crederet posse quidem Christū multiplicare panes, sed ex pluribus plures, ex pauciorib. pauciores posse facere. Mihi probabilius videtur, Andream, cum hæc dixit, nihil de miraculo cogitasse. Docet nos Christus, vt ait Leontius, & Theodorus Mops. hoc exemplo nunquam in rebus angustiis desperare, sed in ipso semper considere, qui panem nostrum, si quem habemus, augere, si nō habemus, ex nihilo creare possit. Chrysost. vero & Theoph. ex hoc loco Manichæos refellunt, qui panem ab alio, nescio quo malo Deo factum esse, delirabant. Nec enim Christus multiplicare potuisset, si ab alio, quam ab se, & patre suo fuisset factus. Admonuit Euthymius Christum data opera vsque ad serum diei tempus sermonem traxisse, vt necessitas eius, quod postea fecit, miraculi nota esset. Non decet cuiusdam magni nominis Calumniæ interpretationem silentio præterire. Scribit Euangelicus Doctor Apostolus non earnate; sed tædio Christo suggessisse, vt turbas dimitteret, vt le labore, fastidioq; liberarent. Profectò hoc Calumniæ non fecissent. Hoc enim volunt bonus iste Doctor significare, se sinere Ministros plus quam Apostolos habere caritatis. Huiusmodi est hæreticorum spiritus; dolent, & si quo modo possunt, negant Apostolos fuisse sanctos, vt ipsi Apostolis meliores esse videantur, nec intelligunt omnium hominum sceleratissimos Apostolos esse oportuisse: vt nouissimi Apostoli eorum similes videri possent.

Calumniæ Apostolos offendit.

16. *Date illis vos manducare.*] Ioan. c. 6. 7. narrat respondisse Philippum *ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.* Vnde colligit quidam hæreticorum interpres Christum, & Apostolos ducentos denarios, id est, viginti fere aureos coronatos habuisse. Nec enim monachis nostris mendicantibus, sed Calumniantis Ministris similes erant, nummari, conniuati, compti, elegantes. Quod ex eodem spiritu atq; illud, quod paulo ante commemorauimus, profectum est, maligno peruerso, hæretico, diabolico, & præterea cæcos; quis enim non videt propterea Philippum dixisse, ducentos denarios nō sufficere, quod nec eos haberent, nec habere possent? Argumentatur enim non posse se tantam hominum multitudinem pascere, quod ne ducenti quidem denarii satis sint, cum ipsi ne vnum quidem forte esse denarium haberent. Si enim habuissent, iussisset vtique Christus in panes expendi, nec miraculo opus fuisset. Quanto melius Theodorus Heracleotes ex hoc loco voluntariam Christi, & discipulorum eius paupertatem probat, qui ne ad emendos quidē cibos sibi necessarios satis habuerint pecuniæ. Eius verba propter Calumniastas huc adscribā,

Apostolorū paupertas contra Calumniatas.

Ex codice Mss. Patricii.

In commēt. & catena Græca eod. Patric.

17. *Non habemus hic nisi quinq; panes.*] Ioan. c. 6 8. 9. ait, *Dixit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Si-*

monis Petri, est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dubitant autem interpretes, an panes illi Apostolorum essent, quos illis puer portaret; an puer, vt venderet, emulerit. Chrysostomus, homil. 50. Leontius, & Cyrillus, & Theophylactus Apostolorum fuisse putant; Euthymius, & vt videtur, Cyrillus, cui magis assentior, venales. Nam quod Apostoli dicunt, *non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces*, non significant fuisse ipsorum; sed totam, quanta quanta erat, hominum multitudinem non nisi quinque panes, & duos pisces habuisse.

Qui ait ei, afferte mihi illos huc.] Iubet sibi panes afferri, inquit Chrysostomus, & Leontius, vt ostendat se esse, qui totum nutriat terrarum orbem: neque ex hora vlla, aut tempore pendere; sed quocunque tempore, & ex quacunque materia posse, quotquot velit, panes facere. Non dicit Euangelista discipulos portuisse, sed ex sequentibus satis intelligitur. Quare Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Cyrillus, & Leontius egregium nobis documentum dari docent, vt hospitibus, & egenis etiam, quæ nobis necessaria sunt, liberaliter elargiamur, fere, vt hac ratione panis nobis crescat.

19. *Et cum iussisset turbam discumbere.*] Marcus c. 6. 39. *præcepit illis, vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum*; fœnum enim copiosum erat, quia, vt Leontius, & Theophylactus adnotarunt, primum erat ver, cum proximum esset Pascha, vt ait Ioannes cap. 6. 4. Lucas cap. 9. 14. *fecit eos discumbere per conuiuia quinquagenos.* Quod multis de causis vero simile est Christū fecisse, vt numerus hominum ex distributione magis appareret, eaque ratione miraculi magnitudo conflaret, vt sine confusione Apostoli omnibus ex panibus, & piscibus darent; vt omnes nemine præterito suo quisque ordine portionem acciperet. Aliam Cyrillus, & Leontius in commentariis, & nescio quis alius sine nomine in Græca citarus catena, sed mysticam afferunt causam, tanquam bestias, super fœnum accumbere iussisse; quinq; enim illos panes hordeaceos quinque legis Mosaicæ libros significasse, quibus Iudæi tanquam hordeo, sine vllo delicate gustu, sine sensu, tanquam animalia bruta, vescerentur. In quam sententiam multa quoque Rupertus scribit. Cyrillus vero reprehensionem esse putat, quasi dicat Christus, O tardi homines, & hebetes ad intelligendam virtutem mysam facite eos discumbere, vt non verbis, sed factis doceam vos, quod possim facere. Ideoque in Græcorum catena scribit Apollinarius.

In cod. Patric. mss.

In cod. Patric. mss.

Afficiem in cœlum.] Vt ostenderet se à patre vna cum diuinitate vim faciendorum miraculorum accepisse, Hilarius, Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus; vt idem non facere doceret, vt idem dicunt Auctores, Leontius, & Ammonius; vt ostenderet, vnde nobis omnibus in rebus petendum auxilium, Hieronymus, & Beda; vt ostenderet se contrarium nō esse Deo, vtidem Ammonius, & Leontius tradunt; vt vsque ad passionem, tanquam homo Deum orans, principem huius mundi lateret, quam causam solus reddit Ammonius. Aliam quoque Leontius rationem affert, ne patre se maiorem facere videretur, de quo dictum à Iudæis fuerat, *Nunquid potest Deus parare mensam in deserto?* Admonuit etiam Chrysostom. Leontius, & Euthym. Christum non quotiescunque miracula fecit, in cœlum fuisse elevasse; sed aliquando, vt hoc loco, & in Lazari suscitatione Ioan. 11. 41. & in oratione, qua patrem rogauit, vt se clarificaret. Ioan. 17. 1. ne si semper faceret, videretur non sua, sed aliena auctoritate mi-

Ex codice Mss. Patricii.

In commēt. & catena Græca eod. Patric.

psal. 77. 19.

Cur Christus miracula fecerit.

oculos tollit.

racula facere: si nunquam patrem suum non recognoscere.

Benedixit.] Caluinistæ interpretatur, gratias egit, quia quod Matthæus, Marcus c. 6. 41. & Luc. c. 9. 16. dicunt ἐυλόγησεν, *benedixit*, Ioannes capit. 6. 11. dixit εὐχαριστήσας, *& cum gratias egisset*. & quod hic Matthæus, & Marcus dicunt ἐυλόγησεν, *benedixit*: idem Matthæus cap. 15. 36. & Marcus ca. 8. 6. narrantes alterum miraculum de septem panibus dicunt εὐχαριστήσας, *& gratias agens fregit*. Rursus, quod Matthæus capit. 26. 26. & Marcus 14. 22. de sacramento corporis Christi loquentes dicunt ἐυλόγησεν *benedixit, & fregit*, Lucas capit. 22. 19. & Diuus Paulus 1. Corinth. 11. 24. dicunt εὐχαριστήσας *gratias egit, & fregit*. Ex quibus locis omnibus illud perspicuum est, idem esse εὐλογεῖν benedicere, & εὐχαριστεῖν gratias agere: sed probandum hæreticis erat ἐυλογεῖν benedicere, accipi pro εὐχαριστεῖν gratias agere, non potius e contrario εὐχαριστεῖν gratias agere, pro ἐυλογεῖν benedicere, quod nec probare conati sunt, nec, si maxime conentur, probare possunt. Nos contra εὐχαριστεῖν gratias agere, pluribus locis benedicere facile probamus. Primum, quia gratiarum actio his in locis nihil, benedictio autem maxime ad rem pertinebat. Volebat enim Christus panem multiplicare, nondum multiplicarat: non ergo patri gratias agebat, quod multiplicasset: sed panem bene dicebat, vt multiplicaretur. Deinde quia si gratias egisset, patri vtique, non pani egisset: at panem ipsum benedixisse dicitur Luc. 9. 16. ἐυλόγησεν καὶ κλάσας *benedixit illis*: non ergo ἐυλογεῖν benedicere accipitur pro εὐχαριστεῖν gratias agere, sed è contrario εὐχαριστεῖν gratias agere, pro ἐυλογεῖν benedicere. Interpretantur illi ἐυλόγησεν καὶ κλάσας *benedixit illis*, id est gratias super illos egit, quam illi interpretationem nullo exemplo probare possunt: rios ex ipsa Grammatica refutare possumus: si enim Euangelista id dicere voluisset, non dixisset ἐυλόγησεν benedixit illis, sed ἐυλόγησεν ἐπὶ αὐτοῖς benedixit in illis, aut ἐπ' αὐτοῖς super illos: at & Lucas dicit ἐυλόγησεν *benedixit illis*, & Diuus Paulus 1. Corinth. 10. 16. τὸ ποτήριον τῆς ἐυλογίας, ὃ ἐυλογοῦμεν *calix benedictionis cui benedicimus*: ipsum enim benedicimus calicem. Simile est, quod idem Diuus Paulus ait 1. Timoth. 4. 4. 5. cibum, quem sumimus, per verbum Dei sanctificari: accedit ergo aliquid cibo ex eo, quod benedicatur. Benedictio igitur, & ad Deum, tanquam ad auctorem, à quo petitur, dirigitur, & ad panem: tanquam ad materiam benedictioni subiectam, quod non fieret, si benedictio pro gratiarum actione sumeretur. Præterea, quid causæ est, cur Christum non legamus panem benedixisse, nisi eum in melius mutare, aut multiplicare voluit, cum quotidie sumeret cibum, nisi quia per benedictionem aliquam panibus, vt crescerent, & multiplicarentur, virtutem impressit, quemadmodum, cum primos parentes benedixit Genes. 1. 28. *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*. Cum ergo Christus suspexit in cœlum, & panes benedixit, patrem orauit, vt suam in panes, qua multiplicarentur, benedictionem infunderet. Et cum dicitur apud Ioannem εὐχαριστήσας non significatur egisse gratias: sed gratiam patris in panes, vt multiplicarentur, inuocasse, argumentum est, quod veteres auctores Græci Ecclesiastici tranſtiue, hoc verbo vsi sint: vocant enim panem Eucharistiæ εὐχαριστηθέντα vt Iustinus 2. apolog. pro Christianis, & Irenæus libro quarto, capite trigesimoquarto.

Benedictio panis, & eucharistia quomodo accipienda.

Et dedit discipulis suis.] Vt per eos quodammodo tanquam ministros, miraculum fieret: quod, vt Hieronymus, & Beda, scribit, significat populum Christianum per Apostolos fuisse pascendum: vel vt testes certiores miraculi esset, quod suis manibus tetigissent, quemadmodum ait Leontius, & Euthymius, vel, vt ritus in memoria desigretur, quod suis ipsi manibus contrectassent, vt vult Theophylactus. Videtur mihi voluisse Christus miraculi gloriam à se in Apostolos quodammodo transferre. Vbi multiplicati panes fuerint, vtrum in manibus Christi, an in manibus Apostolorum: an in manibus, aut in ore sumentium Hilarius dubitat. Illud mihi eorum pene videtur non fuisse in ore sumentium multiplicatos, quem admodum noui hæretici docent, Eucharistiam non esse corpus Christi, nisi in ore sumentium. Sibi enim quodam modo homines satiati miraculum tribuissent. Hieronymus in manibus Christi Chrysostomus, Leontius, & Euthymius in manib. Apostolorum multiplicatos fuisse putant. Vtrumque probabile: sed illud, vt mihi videtur probabilius, primum in manibus Christi, qui primus miraculi auctur erat, multiplicatos: frangendo enim multiplicasse credibile est, & duodecim cophinos implesse, quos Apostoli duodecim ad suum quisque ordinem ferrent, sicut Sareptana illa vidua 3. Reg. 17. 14. 15. 16. & illa altera de vxoribus prophetarum 4. Reg. 4. 5. 6. hauriendo oleum multiplicauit: deinde vero in Apostolorum manibus, aut in ipsis cophinis creuisse, ita vt quantum ex cordibus, vt dissumbentibus darent, detraberant: tantum diuinitus accresceret: sicut in lecytho illius viduæ factum est, vt quantum hauriebat, tantum rursus emanaret, ita vt lecythus, vt ait scriptura, non fit imminutus. Inde factum est, vt Apostoli duodecim plenos cophinos, id est, quantum à Christo acceperant, tantum colligerint.

Multiplicatio in manibus Christi, & Apostolorum facta.

Et comederunt omnes.] Tria hic ad miraculi euidentiam, & probationem dicit Euangelista. Primum omnes comedisse: secundum saturatos fuisse: Quod propterea Euangelistam dixisse Leontius, Chrysostomus & Theophylactus putant, vt miraculi veritatem ab ipsis, qui comederunt, probatam fuisse demonstraret, cum prius esurientes re ipsa, & non opinione sola saturati fuerint, tertium superfuisse duodecim cophinos. Duodecim autem cophinos superasse propterea Hieronymus, Chrysostomus, & Theophylactus, & Euthymius existimant, quia duodecim erant Apostoli, vt etiam Iudas, inquit Chrysostomus, cophinum suum ferret. Causam ego eam, quam superiore versu indicaui, fuisse suspicor, quod prius Apostoli duodecim à Christo plenos cophinos accepissent, decebant, vt boni beneficiorum Dei dispensatores tantum redderent, quantum accepissent. Quod autem non integrorum panum, sed fragmentorum duodecim cophinos superare voluerit, eadem ratione Chrysostomus factum existimat: si enim integri superfuissent panes, imaginarium miraculum videri poterat: cum autem fragmenta superfuissent, manifestum erat turbam ex panibus vere comedisse. Quæri Chrysostomus, quam ob rem ex piscibus nihil superfuerit, cum post resurrectionem ita legamus, multiplicasse pisces, vt permulti superauerint Ioan. 21. 11. Nihil respondet aliud, quam significare voluisse Christum, quod nunc ex subiecta materia pisces multiplicasset, non impotentia vlla sua factum fuisse, cum postea sine vlla materia tam multos procreauerit pisces, vt saturatis discipulis multi superfuerint. Recte, si illud, prius quam hoc, fecisset. Simplicius dixerim, primum non constare, an nihil ex piscibus superfuerit; quin ego multum superfuisse credo, quamuis nec id Euangelista dixerit, neque Christus piscium fragmenta iusserit colligi, satis esse rarus ad miraculi demonstrationem, vt panum fragmēta colligerentur. Deinde, vt nihil superfuerit ex piscibus, ideo non superfuisse, quia satis erat ad probandum miraculum, vt vel panes, vel pisces superessent. Volunt autem panes potius, quam pisces superare; quia cibus est omnium vilissimus, & in quo maxime poterat apparere, quid meo genere posset facere. Valet hoc ipsum ad mores: vult Deus panes, id est, res necessarias abunde nobis suppetere; pisces vero, id est, delicias minime redundare.

Allegoria moralis.

Multitudo in panum Christi, & Apostolorum facta.

21. *Quinque millia hominum.*] G. ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, quasi quinque millia, quemadmodum etiam apud Marcum c. 6. 44. & apud Ioan. c. 6. 10. legitur. Nostri interpres neque hic, neque apud Marcum legit: apud Ioannem autem legit. Quod attinet ad sententiam, nihil interest. Solent enim auctores facti perfectum numerum ponere, etiamsi paulo minor, aut maior sit. Duo etiam hic sunt, quæ propterea narrat Euangelista, vt miraculi commendet magnitudinem, quod quinque hominum millia fuerint, & quod mulieres, & pueros non numerauerit: quorum non quidem tantum, quantum virorum, quia longo itinere venerant: sed magnum tamen fuisse numerum credendum est, siue quia curiosiores viris fœminæ sunt. Notant Leontius, Cyrillus, & Ammonius apud Ioannem in Græcorum catena citati, propterea Euangelistas solos viros, non mulieres numerasse, vt Iudæorum cōsuetudini seruirent qui solos numerabant viros, quēadmodum fecisse legimus Moysem. Id quod moraleesse, nihil apud Deum recenseri, & vllo in numero esse, nisi quod virile sit, atque perfectum.

In cod. Vatic. mss.

In liber. Num. allegoria moralis.

22. *Et statim compulit.*] Ioannes ca. 6. 16. contra C videtur dicere discipulos non iussu quidem Christi, qui sese ab eorum oculis subtraxerat, sed proprio consilio, cum eum eodem in loco vsque ad vesperum expectassent, vidissentque non redire, conscendisse nauim, vt nauigarent in Capernaum, ibique eum quærerent. Vtrumne factum esse credendum est, & Christum antequam se subduceret, præcepisse eis, vt nauigarent in Capernaum, & ipsos vsque ad noctem expectasse sperantes redimurum: aut è contrario prius compulisse discipulos nauem ascendere, sequæ præcedere prætextu dimittendæ turbæ, quibus profectis ipsum in monte relicta turba fugisse, vt oraret. Sed Ioannem hoc secundum narrasse, primum prætermisse. Quare vero compulerit, vt sese recto præ nauigarent, duæ ex D Euangelistis causæ colliguntur, altera ex Matthæo versu sequenti, quia volebat solus orare, ideoque præmissis discipulis, & relicta turba in montem solus ascendit. Altera ex Ioanne c. 6. 15. vbi propterea dicit solum in montem fugisse, quia sciebat fore, vt turba veniret, vt se raperet ac regem faceret. Volebat enim expeditus esse, & à cœta turba, & ab Apostolis; & cum periculum imminueret, momento temporis, vt postea fecisse credendum est, per acta per meas discipulos consequeretur. Videtur etiam ea ratione sequenti miraculo occasionem præbere voluisse; nisi enim Apostolos præmisisset, neque super mare ipse ambulasset, neque Petrum iussisset ambulare, quæ omnia miracula vno facta sunt tempore. Aliam Chrysostomus, & Theophylactus E affectum causam, vt fragmenta panum, quæ superfuerant, secum portarent, ac soli inter se præterirum miraculum recognoscerent. Compulisse autem eos dicit Euangelista, quia credibile est illos ab eo discedere noluisse, vt Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus adnotarunt. At vero non eorum solum erga Christum amori; sed communi etiam humanitati repugnare videbatur, vt discipuli magistrum solum inter homines ignotos, & quidem citra mare relinquerent, cum ipsi essent vltra mare nauigaturi; sed obediunt tamen quia sciunt nihil esse, q̄ Christus facere non possit.

Et præcedere eum trans fretum.] In regionem Gerasenorum, quæ vltra lacum erat, vt constat ex versu 34. itaque nunc non solum partem vnam lacus, aut promontorium, vt ante adnauigarunt, sed totum penitus lacum traiecerunt. Voluit enim Christus è Galilæa fugere, & in oppositam Gerasenorum regionem venire, & vt Herodis insidias vitaret; & vt eorum declinaret studium, qui sibi eum regem facere volebant. Videri potest contrarium, quod Ioannes scribit capit. 6. 17. Venisse discipulos trans mare in Capernaum. Neque satisfacit, quod Augustinus 2. de consensu Euangel. capit. 48. respondet Genesareth, quo eos Matthæus venisse dicit, esse prope Capernaum, quo Ioannes dicit appulisse. Repugnat enim Geographia, ex qua manifestum est Genesareth in altera oppositi lacus parte esse. Idque ex superiore capit. 8. 28. & 9. 1. colligimus; si duo illi inter se loci conferantur. Constat ex Ioanne & discipulos, & Christum prius venisse Capernaum, ibique præclaram illam de corpore, & sanguine duo disputationem habuisse, quam toto cap. 6. Ioannes describit. Constat miraculum hoc in mari factum tunc accidisse, cum discipuli ex eo loco, vbi panes Christus multiplicauerat, in Capernaum noctu nauigarent. Deinde ex Capernaum in Gerasenorum regionem vltra lacum nauigasse. Ioannes ergo, quia volebat disputationem illam de corpore, & sanguine narrare, reliquit profectionem in regionem Gerasenorum. Matthæus vero, & Marcus, cum vellent solum miraculum in mari factum exponere, & quo modo iterum Christus in terram Gerasenorum trasciisset, quæ autem in Capernaum acciderant, præterire, ita narrant historiam, vt significare videantur miraculum illud maris tunc accidisse, cum in Gerasenorum terram discipuli nauigarent. Eadem enim fuit nauigatio, nisi quod aliquantisper in Capernaum commorati sunt, dum de corpore & sanguine suo Christus disserebat.

23. *Ascendit in montem solus orare.*] Bis in montem ascendisse constat ex Ioanne; primum simul vt in desertum locum venit c. 6. 3 *sedit ergo in monte Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis*. Deinde post factum miraculum, & postea quam Apostolos dimisisset, iudem vers. 15. *Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi erant, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus*. Prius fugerat, vt lateret; nunc fugit, vt oret.

25. *Quarta autem vigilia noctis.*] Vltima, quæ matutina dicebatur Exod. 14. 24. & 1. Reg. 11. 11. In quatuor partes militari arte distributam fuisse noctem, quæ quatuor vigiliæ, quod vigiles quater mutarentur, vocatæ fuerint, nemo nescit; & in scripturis late etiam indicatur Iud. 7. 11. 19. Thren. 2. 19. Luc. 12. 8. & 12. 38. Triplicem igitur faciendi miraculi occasionem Christus expectauit, vt discipuli essent in medio mari, vbi nullum humanum auxilium expectare poterant; vt ventus contrarius esset, & nauis magnis fluctibus iactaretur; & vltima noctis vigilia veniret, vt discipulorum fidem patientiamque probaret; simul vt miraculi necessitatem Apostoli cognoscerent; nec enim solebat sine necessitate eaque cognita atque perspecta miracula facere. Hæc fere eadem Leontius obseruauit; habemus, vt idem ille moneat, vtile documentum, non debere mirari nos, si, cum rebus aduersis conflictamur, non continuo diuinum nobis auxilium adesse videatur, velle Deum nostram prius patientiam experiri, certamenque nostrum, quasi spectatorem, contemplari in vltima vigilia, id est cum in extremum periculum adducti sumus. Idem Cyrillus scribit Alexandrinus Ioan. 6. 17.

4. noctis vigilia.

Ambulans super mare.] Caluinus timens, ne cor- *Quomodo* p' Christi in sacramēto Eucharistiæ posse eē videa- *Christum*

tur,

super aquas ambulauit contra Caluinistas.

tur, nullum vult in eo miraculum esse factum, non ex vtero virginis integra virginitate prodisse: non, antequam lapis remoueretur, exisse de sepulchro: non clausis ad discipulos ingressum ianuis: non factum inuisibilem per medium eorum, qui prehendere volebant, euasisse: non super liquidas vndas ambulasse. Denique, vt vnam defendere hæresim, necesse illi fuit multas, & inauditas hæreses excogitare. Dicit Christum non essecisse, vt graue suũ corpus in liquidis aquis non mergeretur. sed aquas ita solidasse, vt graue sustinerent corpus. Non audet homo impius, quod sentit palam dicere: sed eius tamen sententia est Christum id facere non potuisse. Nec enim alia de causa fecisse negat, nisi quia potuisse facere non credit. Isto sane modo & barbarę gentes prope glaciale mare habitantes super mare ambulant, super mare currunt, super mare carpenta quadrigis ducunt. Isto modo manus illa, de qua poeta scribit, miraculum fecit.

Virgil. 7. Eneid.

Quæ mare per medium fluctus suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Isto modo nec Petrus mergi potuit, nec timere. Solidum enim erat mare. Sed nescio, vtrum ineptius fit ista dicere, an refutare. Tantum admonere lectorem volo, ne Hieronymi non bene intellecta sententia fallatur. Cum enim dicit hoc loco, *Tu præcipe, & illico solidabuntur vnda*, non significat vere fuisse solidatas: sed perinde corpus fuit triuisse, atq; si solidæ, & concretæ fuissent: addit enim, *& tunc corpus, quod per se graue est*: cum nec aquæ solidatæ fuerint, nec corpus leue factum, sed effectum, vt graue corpus in liquidis, ac mollibus aquis non mergeretur. Eodemq; modo intelligendum, quod hoc loco Lactius scribit, *ὡς ὑπὸ τὰ ἐπιπολὴς ἀστερωθὲν ἐπιβαίνειν ὑγρᾶ ἐδάφει.* Hoc enim miraculũ fuit. Atque hoc sensu veteres auctores Iustinus q. 117. & D. Aug. ser. de tempore. 159. Ambr. lib. 1. de interpellat. Iob, c. 5. interpretantur.

Instrumenti, conditi Vatic. mss.

Apostolorũ defensio contra Caluini proteruiam.

26. *Et videntes eum supra mare ambulantem turbati sunt.*] Hic etiam Caluinus Apostolis, vt sibi videtur, maior, de Apostolis in mari periclitantibus, atque turbatis secure iudicat. Crassi stuporis, & brutæ ignorantiæ fuisse dicit, quod Apostoli turbati fuerint, neque Christum super mare ambulantem agnouerint. Alius non minus, sed non tam celebris hæreticus ingratitudinem, & incredulitatem vocat. Apponam Hilarii verba, vt appareat, quid inter hæreticum, & Christianum spiritum intersit. *Et quia de Antichristi consuetudine ad omnem tentationum nouitatem solliciti erant, etiam ad Domini aduentum falsas rerum imagines & subrepentia oculis figmenta metuentes.* Si hoc Caluinus fecisset, cum illi primum hæresis venit in mentem: si, cum diabolus illi in Christi speciem transfiguratus apparuit, timuisset: hæreticus non fuisset. De re loquamur, fi crassi ac erroris, & brutæ fuit ignorantiæ, quod Apostoli ad aspectum Christi super mare ambulantis turbati sunt: crassi etiam stuporis, & brutæ ignorantiæ fuit, q. sanctissima mater Christi ad aspectũ, & salutationem angeli turbata est, Luc. 1. 29. Pœnitet me hoc exemplum posuisse verentem, ne isti, vt sunt pii, facile concedant. Rogabo tamen eos, fi tam crassus Apostolorum stupor, si tam bruta ignorantia, si tam non ferenda ingratitudo, & incredulitas fuit, quid est quod Christus, qui leuioribus eos in rebus solet reprehendere, hic non reprehendit? quid est, quod reprehendit Petrum, quod timuerit: non reprehendit Apostolos, quod turbati fuerint? Illud etiam rogabo, quid est, quod Christus Apostolos non reprehendit, isti reprehendunt? nisi quia isti Antichristi sunt? Nimis fortasis vrgeo, sed licet Apostolorum causam agenti adhuc vrgere. Quid isti fortes hæretici fecissent, si fuissent in naui, & in medio tenebris aliquem super mare ambulantem vidissent? præsertim, cum non credant Christum, nisi congliciato mari id facere potuisse? Opinor, non trepidassent: quia neque Christum, neque spectrum esse credidissent: sed fuco oculos falli: sic enim solent miracula, quæ in Ecclesia fiunt, interpretari. At dicit Marcus c. 6. 52. Apostolos non intellexisse de panibus, quia *erat cor eorum obcæcatum*: facile fuisset bonis viris id in meliorem partem interpretari. Non enim significat ita cor eorum obcæcatum fuisse, vt paulo ante factum miraculum, quod omnes turbæ intellexerant, nõ intellexerint, sed adeo fuisse attonitos, & obstupefactos, vt non potuerint cogitare eum, qui paulo ante panes multiplicauerat, ambulare super mare potuisse: vt solet subitus horror aut eripere, aut impedire rationem.

Quia phantasma est.) Spectrum, & visum vocant Latini, quidquid corporea apparet forma, quod corpus non sit, siue angelus, siue dæmon, siue alius spiritus sit. Eiusmodi spectra aliquando videri vulgaris opinio erat, vt colligitur ex Luca c. 24. 37. & ex Actis Apost. cap. 12. 15. Et quia aut nocuisse multis, aut nocere posse credebantur, Apostoli timuerunt.

Petrus defenditur contra Caluinistas.

28. *Si tu es.*) Hic etiam omnes hæretici Petrum multis modis reprehendunt, & quia dixit, *si*, quasi in fide dubitauerit: & quia voluit solus dimissis aliis ad Christum ire, quod alius hæreticus stultum seruorem, alius arrogantiam fuisse dicit. Hic quoque Hilarii, & Hieronymi verba subscribam, vt, quid inter nostros, & hæreticorum interpretes sit discriminis, prudens lector cognoscat. Et *hoc* inquit Hilarius, *in Petro considerandum est, fide eum cæteros anteisse.* Hilarius singulari, & excellenti Petri fidei, isti infidelitati, stultitiæ, & arrogantiæ tribuunt, quod ad Christum super mare ire voluerit. Hieronymus autem sic scribit. *In omnibus locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus*, quod cum multis probasset exemplis, addidit, *Eodem igitur fidei ardore, quo semper, nunc quoque cæteris tacentibus credi se posse facere per voluntatem magistri, quod ille poterat per naturam.* Satis nobis erat Hilarium, & Hieronymum omnibus Caluinistarum interpretibus opponere: sed magistrum Christum audiamus. Ille quidem certe Petri desiderium & petitionem non reprehendit: sed potius concedendo probauit, non concessurus profecto, si arroganter, si sine fide petiisset, qui ab omnibus, quibus miracula faciebat, fidem exigebat. Neque reprehensionem prætermisisset, si eum reprehensione dignum iudicasset. Reprehendit enim paulo post, cum, propterea quod timuit, reprehensione dignũ iudicauit. Cũ ergo dicit, *si tu es*, non dubitat de fide, sed de facto. Credebat enim posse Christum efficere, vt ipse quoque super aquas ambularet, quod Caluinistæ non credunt, sed dubitabat, an Christus esset, qui loquebatur, an aliquis spiritus qui se Christum esse fingeret, quia sciebat aliquando, Satanam se in angelum lucis transfigurare: & volebat probare spiritus, an ex Deo essent, quod Caluinistæ non faciunt. Si enim de fide, vt ait Theophylactus, dubitasset, non dixisset, *iube me ad te venire super aquas*, volens loquentis verba factis probare. Sciebat enim posse quidem angelum & malum, & bonum sumpta humani corporis forma ambulare super aquas, & Christi vocem imitari: sed aliis, vt idem faceret, præstare non posse.

Petrus defenditur contra Caluinistas.

29. *Venit.*) Ideo Christus Petro quod petit, concedit, vt se esse doceat, q. experiri Petrus volebat. Caluinus dignam suo, id est hæretico spiritu rationem reddit, vt inquit *eius stultitiã experientia ipsa redargueret, cũ in medio fluctib. mergeretur.* Itaq; stultitiam vocat,

cat, quod Petrus credideri posse se iubente Christo super aquas ambulare. Quod recitare opus fuit, vt hæreticus ab omnibus spiritus cognoscatur: refutare opus non est. Refellit Hieronymus hoc loco Marcionistarum, & Manichæorum errorem, qui Christum ex eo probabant non verum, sed phantasticum corpus habuisse, quod super aquas ambulauerit. Petrus enim auctore Christo idem fecit, qui verum tamen, non phantasticum corpus habebat. Fuerunt vt ait in lib. de baptismo Tertullianus, qui dicerent Apostolos non alium baptismũ recepisse, quam quod fuerint in hac tempestate vndis maris asperis. Quibus his verbis respondet, *aliud est aspergi, vel interagi violentia maris; aliud tingi disciplina religionis.*

Hemil 51.

30. *Videns vero ventum validum timuit.*] Hic etiam hæretici inuehuntur in Petrum, nec ea, qua Christus vsus est, reprehensione contenti, seueriorem in illum censuram stringunt. Non considerantes humanum esse præsentibus periculi commoueri. *Humana*, inquit Chrysostomus, Petrum excusans, *hæc conditio est, vt difficilioribus nonnunquam superatis succumbat in minutiis.* Quod etiam Elias sub Iezabel, & Moyses in Aegypto passus est. Plus etiam excusat Theophylactus, *non omnino*, inquit, *dubitauit, qui clamauit, Domine saluum me fac.*

31. *Modicæ fidei.*] Magna quidem erat & singularis fides Petri, qui, quod Christus faciebat, se quoq; eo tuuante facere posse crediderat, qui se in mare ambulaturus miserat super aquas, sed præsenti periculo humano timore correptus est. *Si Apostole Petro*, inquit Hieronymus, *de cuius fide, & ardore mentis supra diximus, qui confidenter rogauerat saluatorem dicens, Domine iube me venire ad te super aquas, qui paululum timuit. Dicitur, modicæ fides quare dubitasti? quid nobis dicendum est, qui huius modicæ fidei, ne minimam quidem habemus portiunculam?* Dubitari potest, quam ob rem Christus permiserit aut mergi, aut timere. Respondent Chrysostomus & Theophylactus, ne tanto miraculo superbiret. Hieronymus vero his verbis, *Ardebat animi fides, sed humana fragilitas in profundum trahebat. Paululum ergo retinquitur tentationi, vt angeat ur fides, & intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia Domini conseruatum.*

32. *Et cum ascendissent.* Christus, & Petrus. Ioannes. c. 6. 21. videtur Christum in naui non ascendisse. *Voluerunt*, inquit, *accipere eum in nauem, & statim nauis fuit ad terrã.* Respondent Chrysostomus, & Theophyl. voluisse Apostolos Christum in nauim excipere, cum vero tũc voluisse, sed vna cum Petro magno spatio, vt eius confirmaret fidem, super aquas ambulasse: cum vero prope terram essent, in nauim ascendisse. Mihi non videtur Ioannes significare voluisse, nõ ascendisse Christum in nauim, sed non fuisse opus, vt ascenderet; quia momento nauis ad terram appulsa est. Quinq; ergo vno tempore miracula facta sunt, Christus per aera, vt opinor, raptus Apostolos consecutus est, super mare ambulauit, vt Petrus ambularet efficit, ventum & tempestatem compescuit, nauim, simul atque in eam ascendit momento ad terram appulit.

Venerunt.] Postquam ad terram appulissent, vt indicat Marcus c. 6. 54.

Vere filius Dei es.] Non adoptione, sed natura; non vt virum iustum; sed vt verum Deum confitentur. Eo nimirum modo, quo Pharisæi filium Dei esse negabant pro eodem accipientes filium Dei, atque Deum esse Ioann. 10. 33. *de bono opere non lapidamus te, sed quia tu, cum homo sis, facis te ipsum Deum*, cum non se Deum, sed filium Dei esse dixisset, & Ioann. 19. 7. *nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, quia filium Dei se fecit*, & Matt. 27. 40 *si filius Dei es, descende de cruce.* Hæc enim omnia non de adoptione, de qua dubium non erat, sed de natura intelliguntur. Nam Christum esse filium Dei, id est virum iustum nemo dubitabat, neque si quis eo modo filium Dei esse diceret, lege puniendus erat. Itaq; valet contra Arianos hic locus. Adnotauit etiam Chrysostomus Christum eos, qui se filium Dei appellabant, non reprehendisse, sed eorum potius opinionem multis coram factis miraculis confirmasse.

Christus filius Dei nature valit, non adoptiue.

34. *Venerunt in terram Genesar.*] Quæ vltra lacum erat, & vnde lacus nomen acceperat, vide supra v. 22. & c. 8. 28.

35. *Et cum cognouissent eum.*] *Rumore*, inquit Hieronymus, *non facie.* Sed & facie multos eam cognouisse credibile est, quia iam ante ibi fuerat, & duos dæmoniacos curauerat cap. 8. 28. Quod autem dicunt nonnulli non eodem die, quo Christus eo appulit, hæc, quæ narrat Euangelista, accidisse; sed postquam eius aduentus fama peerebuisset; Euangelistam vero res diuersis gestas diebus copulasse, non est incredibile. Illud mirum videri potest, cur nunc Genesareni tam auiditate Christum excipiunt; cum non multo ante de suis eum finibus eiecissent c. 8. 34. Facilis Responsio creuerat miraculorum eius fama, creuerat, vt ait Chrysostomus, eorum fides. Hoc Christus non ignorabat. Itaque, qui prius sciens eos non esse maturos ad recipiendum Euangelium, inde discesserit, nunc maturos esse sciens, quasi ad messem redit.

36. *Et rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent.*] Quorum fidem Euangelista, vt singulare, laudans declarat; eos Caluinus homo religiosus, quasi superstitiosos accusat; quod ad tactum vestis Christi gratiam restringere videantur. Licet enim illi, cui hæresiarchæ esse licuit, quæ Euangelistæ laudant, reprehendere. Non ergo significatur, vt ille nouus propheta somniat, Genesarenos ad tactum fimbriæ Christi gratiam restrinxisse: sed tantam eorum fuisse fidem, vt crederent vel solo fimbriæ eius tactu omnia morborum genera curari posse. Hoc enim sensu narrat Euangelista rogasse illos, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. An autem hæc vera, & eximia fides, an superstitio fuerit, melius vt opinor, Christus factis, quam Caluinus verbis declarabit. *Quicunque*, inquit Euangelista, *tetigerunt, salui facti sunt.* Miracula fidei, non superstitionis respectu fieri solent. Sed verendum est, ne Christum etiam Caluinus reprehendat, quod Genesarenorum superstitionem factis miraculis confirmasse videatur; & nos in similem errorem sanctorum reliquias venerandi induxisse. Hoc enim, si auderet, homo impudens diceret. Neque potest dicere, quod alibi eum dixisse memini, non esse hoc imitandum, quod non ordinarium, sed extraordinarium sit exemplum. Ordinarium enim profecto est, quod quotiescunque fit, miraculum sequitur. Hic *quicunque tetigerunt salui facti sunt*, cap. 9. 20. 21. hæmorrhoussa tetigit, & curata est. Quid ergo est ordinarium, si hoc non est? Adiiciam, quod valde Caluino doleat. Chrysostomus scribit hoc loco, nos non solam fimbriam, sed totum Christi corpus in Eucharistia apud

In hac non Caluinus reprehenditur.

Reliquiarũ veneratio.

nos

nos habere: fiilli, qui fimbriam tangebant, fanaban A culis confirmauit. Narrat Gregorius Nazianz. in
tur, quanto magis nos, si Christi corpus tangamus? oratione funebri pro sorore sua Gorgonia eam ta-
Chrysostomi sententiam multis experientia mira- ctu Eucharistiæ à grauissimo morbo fuisse curatã.
Mirborum curatio per Eucharistiã.

CAPVT XV.

Mar.7.a.1. IVNC *afferunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas, cum panem manducant. 3. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: 4. Honora patrem, & matrem, &:*
Exo.20.c.12. Deut.5.b.16. Ephes.6.a.1. Exo.21.c.16. Leu.20.b.9. Prou.20.c.20 Isai.29.d.13. Mar.7.a.6. *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. 5. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit: 6. & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem vestram. 7. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: 8. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. 9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. 10. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite, & intelligite. 11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. 12. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. 14. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. 15. Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. 16. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? 17. Non intelligitis quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? 18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: 19. de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. 20. hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. 21. Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. 22. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit dicens ei: Miserere mei Domine fili David: filia mea male à dæmonio vexatur. 23. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. 24. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: 25. At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. 26. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. 27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. 28. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. 29. Et cum transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi. 30. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos: 31. ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel. 32. Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. 33. & dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? 34. Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. 35. Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram. 36. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. 37. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. 38. Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra parvulos, & mulieres. 39. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedam.*
Mar.8.a.1. Isa.35.b.5. Sapi.16.a.6. Ioan.19.a.3. Mar.4.c.25

IN CAP. XV.

TVNC.] Cum tot fecisset miracula, Chrysostomus homil. 52. Ioann. cap. 7. 1. videtur docere Christum, cum hoc accidit, iam in Galilæam rediisse. *Post hæc*, inquit, *ambulabat Iesus in Galilæa: non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.*

Ab Ierosolymis.) Per omnes tribus, inquit Chrysostomus, & Euthymius, & Leontius, erãt Scribæ, & Pharisæi dispersi: sed omnium arrogantissimi erant Ierosolymitani, quod in principe habitarent ciuitate, & omnium sapientissimi haberentur. Melius dixissent, per omnes ciuitates, aut per omnia loca, vt Theophylactus dicit, quam per omnes tribus, quia tribus tunc non erant nisi duæ, quæ solæ ex Babylonico redierant exilio. De Scribis & Pharisæis vide, quæ diximus c. 2. 4. Quod quidã dicunt hos à concilio Ierosolymitanorum Scribarum, & Pharisæorum, vt Christum tentarent, missos fuisse, credibile & eorum ingenio, atque consuetudini recte conuenit. Nam & capit. 22. 16. discipulos suos cum Herodianis eodem animo ad Christum misserunt.

2. *Quare discipuli tui.*) Marcus c. 7. 2. ex præsenti discipulorum facto accusationis materiam arripuisse narrat, *& cum vidissent*, inquit, *quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis manducare panes, vituperauerunt.*

Transgrediuntur traditionem seniorum.) Non dicunt, inquit Chrysostomus homi. 52. legem transgredi, quia nihil de ea re lex præcipiebat: sed traditionem seniorum, quam Marcus c. 7. 3. 4. copiosius declarat, *Pharisæi*, inquit, *& Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant tenentes traditionẽ seniorũ: & à foro venientes, nisi baptizẽtur, non comedũt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorũ.* Extat Hebr. liber מגלת non multo ante Christum à quibusdam Scribis editus, vbi eiusmodi traditiones, & quæ leuiter. *Vada sportarum.*
cepta ad seruandã accurate legem perscripta sunt. Quia multa erant, quorũ tactu secundũ legem homines inquinabantur: ne quid eiusmodi imprudentes fortasse tetigissent, constituerunt Scribæ, vt crebro etiam inter prandendum lauarent, quicunque vellent bene, diligenterque legem obseruare. Quod videtur etiam ex Ioanne colligi cap. 2. 6. Nam in illo nuptiarum conuiuio, ad quas Christus innitatus fuit, dicuntur sex hydriæ positæ fuisse secundum purificationem Iudæorum. Non vocant traditionem suam, quamuis ipsorum, id est, Scribarum, & Pharisæorum esset, sed seniorum, vt & maiorum auctoritate, & traditionum antiquitate Christum, eiusque discipulos grauent inuidia. Nec dicunt, quare tu non lauas manus, cum credibile sit, non magis Christum, quam discipulos lauare solitum: sed *quare discipuli tui*, aut quia non sunt ausi illum accusare, aut quia discipulos accusantes mordacius eum accusare videbantur; sicut c. 9. 14. non dicunt, quare tu non ieiunas; sed *quare discipuli tui non ieiunant?* Traditiones seniorum. A B

3. *Quare & vos.*] Nihil de traditione lauandi manus dicit, ne, si laudaret, approbare; si non laudaret, vituperare videretur, & sine necessitate in inuidiam incurreret, vt Chrysostomus & Euthymius adnotarunt.

4. *Honora patrem, & matrem.*] Verum est, quod hoc loco Hieronymus scribit & ab eo mutuatus est Beda, honorem in scripturis nõ tam in salutationibus, & officiis deferendis, quam eleemosynis, ac munerum oblatione sentiri, vt 1. Tim. 5. 3. *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt*; id est, Ecclesiasticis eleemosynis ale, & eodem capite ver sicul. 17. *qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina*; id est, maiore præmio quam cæteri. Id etiam ex hoc loco colligitur, nam honori parentum opponit dicere illis, *munus quodcunque est ex me, tibi proderit*, id est nihil illis dare. Multo etiam clarius ex Marco capite 7. 12. *& vltra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri.* Facere ergo aliquid patri suo, & matri; id est, illos iuuare est illos honorare. Honorare in scripturam. verdum est, quidem.

Qui maledixerit.] Non citat Christus totam legem, nec vnam, sed duas. Nam *honora patrem tuum, & matrem vt sis longæuus super terram*, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, est Exod. 20. 12. sed posteriora omisit verba, quia ad rem non pertinebant. *Qui maledixerit patri suo, aut matri morte moriatur*, est cap. 21. 16. quod quam ob rem Christus adiecerit, cum hic non de verbis; sed de rebus agatur, merito potest dubitari. Chrysostomus ideo putat addidisse, vt doceret, quanti apud Deum fit præceptum parentes honorandi, quando, qui solo eos verbo lædit, capite punitur. Beda vero existimat, sicut in priore membro *honorandi* verbum non eum, qui in verbis; sed eum qui in rebus consistit, honorem significat; ita verbum *maledicendi*, non iniuriam, quæ verbis fit, sed, quæ factis fit negando parentibus debitum auxilium, significare. Sed manifestum est ex vsu legis *maledicendi* verbum proprie accipi debere. Italp probabilior est Chrysostomi sententia. C D

5. *Munus, quodcunque est ex me, tibi proderit.*] Quia perdifficilis locus est, feret æquo animo lector, vt omnes bonorum auctorum interpretationes referamus. Primum quidem non eodem modo ab omnibus legitur; sed quidam ita legunt, vt plena; alij ita vt ecliptica, id est, defectiua sit oratio. Qui plenam, & perfectam orationem esse putant, sic legunt, atque interpretantur; *Quicunque dixerit*, id est, quilibet dicere poterit, *munus, quodcunque est ex me, tibi proderit*, id est, quod Deo offero, tibi etiam prodest, quem admodum si tibi darem. Ita Hugo inter alios, qua ponit expositiones, & nonnulli recentiores interpretationem Græca verba recipere non possunt, quia non est *quicunque* vnusquisque, sed *si quis* quisquis quod aliquid requirit sibi respondens. Qui deficientem orationem esse dicunt, alij vno tantum loco, quia illud *quicunque* nihil habet, quod sibi respondeat, vt eius natura postulat: alij duobus, & eo, quem modo diximus, & quia in nomine, *munus*, substantium verbum desiderari putant, vt sit sensus, *munus est*, id est, Deo consecratum, quidquid ex meis bonis tibi prodesse poterat. Ergo quidam iam olim sic interpretati sunt, vt refert Chrysostomus. Nihil tibi debeo, sed si quid tibi ex rebus meis emolumenti proueniet, id *munus est*, id est, non debito, sed dono tibi do. Alij sic, *Munus, quodcunque est ex me, tibi proderit* per interrogationem, aut admirationem legentes quasi dicat minime vt citat D. Thomas in catena. Alij, *quicunque dixerit, munus* (est) *quodcunque ex me tibi proderit*, id est, quidquid ex rebus meis prodesse tibi poterat, iam est à me Deo consecratum. Quem ad sensum Chrysostomus, Euthymus, & Theophylactus interpretantur. Nisi quod, Theophylactus dicit Scribas & Pharisæos solitos filiis persuadere, vt omnia bona sua templo offerrent, vt si quid postea parentes peterent, responderent se dare non posse, quia omnia iam erant Deo consecrata. Quod Iudæis hominibus auaritiæ maximis persuaderi potuisse credibile non est, præsertim quam quod, si id fecissent, ne ipsi quidem bona suis vti potuissent. Chrysostomus vero & Euthymius putant mentiri solitos filios dicentes se, quod parentes petebant, Deo obtulisse; ne illis darent; atque ita duplici impietate, & Deum, & parentes simul fraudasse. Quod etsi fortasse credibile est fecisse aliquos, tamen credibile non est Scribarum, & Pharisæorum consilio fecisse, quia nulla erat causa, neque auaritia, neque religionis specie, quam ob rem id Scribæ, & Pharisæi perfuadere conentur; sed multiplex, vt diximus, impietas. Christus autem reprehendit, quod Scribæ & Pharisæi populum facere docebant; & est per se vero simile nihil eos, qui videri religiosissimi volebant, nisi religionis specie docuisse. Hieronymus duas affert expositiones; vna est hæc, *vos autem dicitis, quicunque voluerit, quod parentibus* debitus erat, Deo offerre, immunis erit. Quæ interpretatio non satis cum Christi verbis congruit; altera, *quidquid Deo oblaturus eram, in tuos, & pater, abeo consumo.* Quod & Beda sequitur. Sed non est credendum hoc Scribas, & Pharisæos docere docuisse; hoc enim non erat, non honorare parentes; sed queri, quod fraudato Deo eos honorarent; cum Christus ideo Scribas & Pharisæos accuset, quod prius prætextu honorandi Deum parentes docerent non honorare; sicut statim sequitur, *& non honorificabit patrem suum, aut matrem suam.* Augustinus autem libro 1. qq. Euangelic. cap. 16. sic exponit, *Quicunque dixerit*, id est, dicere poterit *patri suo, munus quodcunque est ex me*, id est, quod pro me Deo offerre consueuisti, *tibi proficit*, id est, tibi habe, pro te offer, non pro me, ego iam ætatem habeo, vt, cum voluero, pro me ipse offeram. Quæ interpretatio, præterquam quod verbis enaste insidet; etiamsi bene cum verbis conueniret, ad rem non esset. Non enim Scribæ, & Pharisæi docebant, ne parentes pro filiis offerret. Alij ad hunc modum, *munus, quodcunque est ex me, tibi proderit* id est, on fir bi dem, quod Deo consecrare debuissent, prodesse obi poterit minime, quin potius obesset, quia rebus sacris abuterere, Hugo. Quod non omnino male conuenit, nisi quod interrogatio ista in nullis, quod sciam, legitur libris; & non videtur admodum vero simile Scribas & Pharisæos per interrogationem præcepta sua tradidisse. Paulus Burgensis homo suo tempore doctissimus, nostro non indoctus ex libro קרית, id est, de votis, qui inter Thalmudicos habetur, Iudæorum traditionem fuisse docet; vt quisquis vellet vel generaliter, & absolute, vel specialiter respectu huius, vel illius, aut omnia, aut quædam ex suis bonis denuntiaret, ita vt illi, cuius respectu denota essent, illis vti non liceret. Sed non video, quomodo illud, *Tibi proderit*, possit interpretari. Vir quidam nostro tem-

pore mullarum sane litterarum, & singularis diligentiæ similem quandam ex alio traditionum libro, in quem se incidisse dicit, interpretationem profert; duo fuisse inter alia apud Iudæos ex traditione vocorum genera: alterum privatæ continentiæ, quo sibi quisque cibo, aut potu interdicebat; alterum, quo quis adhibito iureiurando negabat se alterum adiuturum siue patrem, siue fratrem, siue quempiam alium. Id appellari נדר תואנה votum vilitatis. Vouendi formam fuisse אסר אסורי voueo si cui adiungebatur voti materia. Grauissimum vouendi genus fuisse, cum iuramentum adhibebatur: adhibebatur autem aut per templum, aut per altare, aut per munus, quod super altare erat, vt Christus indicat cap. 23. 16. Sic ergo interpretatur ac verba distinguit *Corban id est donum quodcunque*, Munus, si in me ipsa iuraueris, id est, iuro per munus, forte, vt nihil quam à me iuteris. Quæ interpretatio, quia ex Iudæorum traditionibus, de quibus hic Christus agit, deprompta est, mirifice mihi placeret, nisi vna tantum obstaret syllaba, ד, quæ non inuenio, qua ratione cum hac posit expositione conuenire. Neque credendum præterea est Scribas, & Pharisæos præcepisse, vt quisquam iuraret se parentes non iuraturum, & illa verba, *Quicunque dixerit*, &c. illa, *& non honorificabit patrem suum*, nescio quomodo possit hic auctor interpretari. Italo dum auctorem melius intelligo, aut aliam meliorem inuenio Strabi, Hugonis, & Ieyrani opinionem probo. Quia ad hunc modum interpretantur, *Munus quodcunque ex me* (proficiscetur, id est, quodcunque obtulero Deo) *tibi proderit*, perinde ac si tibi redditum; præstat ergo Deo offerre, quam tibi dare. Cum hac enim interpretatione recte omnia sententia, & verba omnia conueniunt, & ex Marco capite 7. 11. 12. valde confirmatur, *Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, quod est donum, quodcunque ex me tibi profuerit, & vltra non dimittitis eum quicquam facere patri suo, aut matri.* Cum enim dicit, *vltra non dimittitis quicquam facere patri suo aut matri*, aperte indicat dicendo *munus, quodcunque est ex me, tibi proderit*, aliquid fecisse, aut fecturum promisisse, tantum abest, vt per ea verba se iurauerit nihil se patri, aut matri bonifacturum. Iubet ergo patrem filius ex Scribarum & Pharisæorum traditione esse contemnum, vt pro is, & illo offerat sacrificium, & nihil amplius requirat. Ij autem, pro quibus sacrificium offerebatur, sacrificio, nisi holocaustum esset, vescebantur. Itaque hac etiam ratione parer minus quidem, quam oportebat; sed tamen quoquo modo iuuabatur. Reliquum est videre, quomodo implenda sit oratio. Duo loci sunt vacui; primum ille *quicunque*, quem recte omnes fere interpretes sic explendum putant, culpa vacabit, innocens erit, præcepto de honorando parentibus satisfaciet. Deinde ille *Corban id est donum quodcunque ex me*, quem noster interpres addito verbo substantiuo, *est*, satis impleuit, sed clarius esset, si diceremus, quodcunque ex me proficiscetur, aut profectum fuerit.

Et non honorificabit patrem suum, aut matrem.] Quidam hæc nō Scribarum & Pharisæorum, sed Christi verba esse putant, sicut illa apud Marcum cap. 7. 12. *& vltra non dimittetis quicquam facere patri suo, aut matri*; vt sit sensus, sit tibi vobis auctoribus, vt nemo homi nīcet parrem suum aut matrem. Sed non dubito, quin Scribarum, & Pharisæorum verba sint. Itaque sensus est *quicunque dixerit patri su aut matri, munus, quodcunque est ex me, tibi proderit*, culpa vacabit, & poterit non honorare alia in re patrem suum, aut marrem, vel etiamsi non alia in re honorauerit parrem suum, aut matrem.

7. *Hypocritæ.*] Dubium non est Scribas, & Pharisæos hypocritas fuisse: sed dubium esse potest, quam ob rem Christus hoc loco hypocritas vocet. cum non de hypocrisi, sed de peruersa agatur doctrina.

A Respondet Euthymius, quia, cum diligentissimi legis obseruatores videri vellent, legem tamen propter traditiones suas transgrediebantur.

Bene prophetauit de vobis.] Non loquebatur Isaias de Scribis tantum, & Pharisæis, sed de toto populo Iudæorum, & non de eo, qui futurus erat, seu de eo, qui tunc erat. Itaque non sunt proprie vaticinantis verba: sed accusantis. Accommodat tamen Christus ad Scribas, & Pharisæos, quasi dicat ad eo id, quod Isaias de toto populo Iudæorum, qui tunc erat, acculando dixerat, in Scribas & Pharisæos conuenire: vt non præsentem accusasse populum; sed de futuris Scribis, & Phatisæis prophetisse videatur, vt supra capite decimo tertio, verficulo trigesimo quinto.

8. *Populus hic.*] Græce legitur, *Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat: cor autem eorum longe abest a me*, sicut apud Isaiam capite 29. 13. Septuaginta verterunt, nisi quod apud Septuaginta non est *ὁ λαὸς οὗτος*, vt hoc loco; sed *ὁ λαὸς* nec *οὗτος*, sed *τοῦτο*, nulla tamen iniuria sententiæ. Appropinquare Deo est, Deum colere, vt Psalm. 148. 14. *hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel, populo appropinquanti sibi*, id est, quibus colit; appropinquantes eum vocat, quos proximus verbis sanctos appellauerat; sicut è contrario longe esse à Deo est illum non colere. Sensus ergo est, populus hic labia colit me, corde non colit. Noster interpres priora verba non legit, neque quisquam, quod sciam, Latinus, aut Græcus auctor præter recentiores Euthymium, & Theophylactum; & est vero simile Christum ex Isaia ea tantum decerpsisse, quæ pertinebant ad causam, de qua agebatur. Agebatur autem de honore.

C

9. *Sine causa autem.*] Hebraice quod prophetam non est, sine causa, sed תהי יראתי אותי *& erit timor eorum adme in me*; id cit, me timent colunt me; nam apud Hebræos timere Deum est Deum colere, qui autem non, vt Deus docet, id pro suo arbitrio Deum colit, frustra, & sine fructu colit. Itaque Septuaginta sententiam explicandi causa addiderunt *sine causa* frustra, יראתם אותי *timor eorum adme*, verterunt, *εἰκῇ με σέβονται*, quos Matthæus secutus est.

Docentes doctrinas mandata hominum.] Doctrinas, quæ non sunt Dei, sed hominum mandata; sed humanas vocat traditiones quæ præceptis Dei contrariæ sunt. מצות אנשים מלמדות præcepta hominum docta, id est ab hominibus inuenta, ac tradita. Septuaginta sicut & Latinus interpres, legerunt, vt opinor, aliis punctis מלמדת doctrinam, verterunt addita explicationis causa constructione *mandatum eorum qui docent, & hominum docentes præcepta hominum, & doctrinas.* Euangelista verba transposuit, nisi fortasse scriptorum negligentia transposita sunt, quemadmodum multis in locis factum fuisse in lectionibus veteris, nonque Testamenti adnotauimus. Clamant hoc loco Calumniæ noui hæretici hinc in nos sententiam conuenire, qui humanis traditionibus, plus quam Dei verbo tribuamus: stupidissimorum hominum neque quid sit verbum Dei, neque quid humanæ traditiones sint, ligum. Nam & verbum Dei scripto definunt, & omnes nō in sacris literis scriptas traditiones humanas appellant. Quod virumq; non modo falso: sed etiam absurde, & imperite dictum est. Nam quæ D. Paulus secundo ad Thessalonicenses secundo, versu decimo quinto seruari iubet verbum Dei erant; sed scripta non erant; & hæc ipsa, quæ nunc scripta sunt, antequam scriberentur, Dei verbum erant, seruāda erant, credenda erant; scripta non erant. Traditiones igitur tria sunt genera, primum earum, quas Deus ipse tradidit, sed nemo scripsit. Ecclesia tamen semper obseruauit, & ad nos viua voce transmisit; quales est, vt baptizentur infantes, quod Calumniæ facium-

faciunt, sed nullo verbi testimonio probare possunt, est nobis proprie, quæ probare possumus, tradito non est. Has ergo non modo humanas, sed ne Ecclesiasticas quidem traditiones appellauerim, quia licet per Ecclesiam tradita, non ab Ecclesia, sed à Deo constituatæ sunt, sicut scripturam sacram: licet ab Ecclesia conseruata & tradita sit, nemo Ecclesiasticam traditionem appellat. Secundum earum, quas Ecclesia non solum tradidit, sed etiam instituit, qualis est Dominicæ diei obseruatio, & Quadragesimæ ieiunium, à carnibus certis diebus abstinere. Quas, qui humanas vocat traditiones, vehementer errat, & quid Ecclesia sit, ignorat. Nec enim hominibus sed Spiritu sancto Ecclesiam gubernante auctore instituta sunt; sicut vehementer errauerit, qui quis decretum illud Apostolorum, Actorum de cimo quinto, vt Christiani à sanguine, & suffocato abstinerent, humanam vocaret traditionem. *Visum enim est*, inquiunt, verficulo vigesimo octauo, *Spiritui sancto, & nobis.* At qui illud non diuinum, sed Ecclesiasticum præceptum erat, omnis enim congregata Ecclesia decreuerat. Quare quidquid posthæa Ecclesia eodem modo congregata decreuit, eodem loco habendum est. Nec enim Spiritus Christus minus Ecclesiæ, quam Apostolis & promissus, & exhibitus fuit: quin etiam magis, quia Apostolis non propter ipsos, sed propter Ecclesiam: Ecclesiæ non propter Apostolos, sed propter ipsam datus est, vt eam doceret omnem veritatem, & eam tā manere usque ad consummationem sæculi. Itaque non minus nunc Ecclesiam gubernat, quam tunc Apostoles gubernabat. Tertium genus est earum, quæ neque à Deo, neque ab Ecclesia sed aut à Republica, aut à primatis hominibus mihi uæ sunt: earumque duo iterum genera, alterum earum, quæ nec præcepta nec consilia Dei contraria sunt: alterum earum, quæ iuste contraria. de priori bus Christus hic non agit; sed tota potius scriptura docet, vt eas obseruemus, si ab iis, qui auctoritatem habent, instituta sint, quia debemus illis *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam obedire.* Romanorum decimo tertio, quinto. Tantum agit de iis, quæ, nisi præceptum Dei violetur, seruari non possint, quales erant illæ Scribarum, & Pharisæorum, de quibus dicit versu. 6. *& irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.*

11. *Non quod intrat in os coinquinat hominem.*] Non dixit, inquit Chrysostomus, cibos non coinquinare, D etsi id intelligebat sed quod intrat per os, quod de sordibus illorum manuum, de quibus agebatur, intelligi poterat: ne si cibos diceret, vehementer offenderentur. In tanta enim religione ciborum delectus habebatur, vt etiam post resurrectionem Petrus illis vtì recusaueris, Actorum decimo, decimo quarto. Omnibus in locis Calumniarum parter sitatem & ignorantiam mirari soleo: hoc autem loco vsque adeo eorum stupiditatem, & excæcationem miror, vt omnia prorsus sensu carere mihi videantur: solum gustum excipio, quem delicatum sane habent, & subtiliter inter carnem, & pisces discernentem: cuius caulam optimi patroni maiore, quam religionis cura defendunt. Valde apposite, inquit Calminus aduersum nos hunc locum citari posse. Quid ita? *Quia patet eis, inquit, quod intrat per os hominem coinquinare.* Allucinaris Rabbi. Nam eos, qui id sentiunt, aut Iudæos, vt Scribas illos & Pharisæos, contra quos Christus disputabat: aut hæreticos similes tui, vt Manichæos esse existimamus. Nec alio modo, quam Christus sensit, & docuit, sentimus ipsi, atque docemus. Quod facile, si hunc locum ex curiamus, atque versemus apparebit. Quid enim Christus dicit? *quod intrat per os non coinquinat hominem.* Fingimus me contra Christum disputare, vt sensus apparear. At si oculos habent, videant. Si, quod intrat per os, non coinquinat hominem: ebrie tas ergo non coinquinat hominem: nam vinum, vt opinor, per os intrat. Si, quod intrat per os, non coinquinat hominem, intemperantia cibo non coinquinat: nam & cibus per os intrat. Respō debemus, vt arbitror, si bene respōderim, q intrat per os, nō coinquinat hominē natura sua, *quia omnis creatura Dei bona est.* 1. Tim. 4. 4. Sed intemperantia animū, qui plus cibi, aut potus sumit, quā ratio præscribit, hominem coinquinare. Ita prorsus est, quēque idem dicimus, quod intrat per os, non coinquinare hominem, scimus enim omnem creaturam Dei bonam, sed inobedientem animum, qui contra Ecclesiæ præceptum, cui Deus obedire iussit, cibum sumit, hominem inquinare. At Ecclesia non potest, inquiunt, homines natura sua cibos prohibere. Id nūc videamus. Sāguis, & pullus columbinus suffocatus bonus sane natura sua cibus est. Ecclesia tamen prohibuit illis vti. Actor. 15. 20. Caro bonus natura sua cibus est, atqui Dinus Paulus carne sibi interdicit in generum, ne fratrem scandalizet, ita vt si vescatur, non cibi natura, sed carnatis defectu se inquinari putet 1. Corin. 8. 13. Omnis creatura Dei bona est, tamen si quis egrotus medico prohibente, & certum vitæ periculum prædicente vinū vitatur, qui à dumēs cum non quidem vini natura, sed non obediente inquinari voluntate? Potest ergo non iam dico Ecclesia, sed medicus hos, vel illos cibos, hunc vel illum ægrotum potum prohibere. Qui ieiunium indicit, cibum vsque certo tempore prohibet: atqui non modo Ecclesia Catholica, sed Calumniatarum etiam Sarracenī ieiunium cum aliqua molienda prodicit, & ieiunia indicit apparendus, cum de regno certet bellum, cum ciuilissima, & sceleratissima bella molienda, cum primus innocentum fundendus est sanguis, ieiunium indicit. Quid ergo? potuit Ecclesia Apostolorum tempore sanguinem, & suffocatum tum, cum minime prohiberi videre videbantur, id est, cum abroganda, non confirmanda vetus lex erat, prohibere, vt suauius abrogaretur: & non potest nunc meliore de causa vt caro domestur, certis diebus carnem delicatissimum cibum prohibere? Ponte Dum. Paulus, ne vel minimum fratrem offenderet carnem sibi in perpetuum prohibere. & non potest Ecclesia, ne nos nostra caro paulo offendat, non tam in perpetuum, sed ad breue tempus carnem nobis prohibere? Potest medicus propter salutem corporis: non potest Ecclesia propter salutem animæ? Pot. Hæreticorum synagoga, vt male agat, non potest, sed Ecclesia, ne male aga. Elegans argumentum, sed Manichæis hoc ipsum, quod Catholicum, obiicientibus libro 32. contra Faustum capite 12. ita respondet, & Christianis non heretici, *si Catholicorum mandata corporis causa propter animam suscipiant, amplius humiliandi sunt, sed quod ita Ecclesia instituit, non solum à carnibus, ea non quadragesima tantum, sed & quibusdam aliis certis diebus abstinent, vel semper sunt parati, vel certis diebus, aut temporibus, sicut per quadragesimam sese exercent.* Hæc nostra sententia est, nos illi Catholici sumus: Calumniatores illi hæretici.

Sed quod procedit.] Nec omne, quod procedit ex ore, coinquinat hominem: nec omne, quod inquinat, ex ore procedit. Nam laudes Dei ex ore procedunt, & non coinquinant, sed potius iustificant hominē, & malæ, nefariæque cogitationes, quas solus apud se animus versat, hominem inquinant, ex ore vero non procedunt. Sed sensus est ea, quæ coinquinant hominem, & per os intrant, aut exeunt, non ideo coinquinant, quia intrant, sed quia exeunt, & non, quia exeunt tantum ex ore, nam & cibus aliquando ex ore per vomitum reddens exit, sed quia ex inquinato corde procedit. Itaque ipse cibus, & potus qui aut inmoderate, aut contra Ecclesiæ præceptum sumptus est, non intrando, sed exeundo coinquinat. Erit autem cum intemperanta, & inobediens animus prodit, in epus, & cibum, & potum aut immodicum, aut

contra Ecclesiæ mandatum non solum vult sumere, sed sumit, & in os mittit. Intrando ergo cibus exit; & non quia intrat, sed quia exit hominem inquinat. Cur igitur Christus hoc tam obscure dictum addidit? Puto voluisse eum antitheti intrandi, & procedendi vti, & fortasse alludere ad calumniatoriam Scribarum & Pharisæorum interrogationem, quo oblique offenderet non suos discipulos manuum illotarum sordibus: sed ipsos malignis, & calumniatoris verbis inquinari.

12. *Scandalizati sunt.*] quia videbatur, vt indicat Chrysostomus, contra eiborum delectu lege præscriptum loqui, legemque ipsam abrogare.

13. *Omnis plantatio.*] Plantationem vocat plantam ipsam. Plantam autem multi, bonique auctores doctrinam interpretantur, vt Theophylactus Alexandrinus epistola 1. Paschali, Hilarius, Theophylactus, & Euthymius in commentariis. Alii homines bonam, aut malam habentes voluntatem plantas bonas, vel malas esse, vt Athanasius in epistola de Synod. Arimineni, & Seleuc. Hieronymus hoc loco, Prosper libro 1. de vocatione gent. capit. 21. Augustinus libro 1. qq. Euang. capite 17. Beda. Alii vtrumque & homines, & doctrinam, vt Chrysostom. Non dubito quin homines ipsos id est, Scribas & Pharisæos plantam Christus appellet, sicut versu sequenti cæcos, & duces cæcorum appellaurt. Nos aliquando bonæ, aliquando malæ plantæ sumus; Deus nos bonas plantas facit, nos ipsi facimus malas Iere. 2. 21. *Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conuersa es in amaritudinem pranum vitea alienæ?* Sensus ergo est, eos, qui, cum plantati sint à Deo vinea electa, in vineam pravum versi sunt; aut, quitle ipsi vineam pravam ab initio plantauerunt, aut vigere, & fructum ferre non posse; itaque exscindendos esse, & in ignem æternum mittendos, vt supra de arbore mala dixit capite 3. 10. & 7. 19. In hanc sententiam Origenes homil. 11. in Jeremiam, & Hieronymus exponit. Itaque nihil aliud voluit Christus dicere, quam illos, tanquam homines perditos, & profligatos esse diuinendos, quia non spiritum Dei, sed suum sensum, traditionesque sequebantur: ideoque Christi verba spiritu plena capere non poterant: sicut statim dicit, versiculo 14. *sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum*, & vt Ioan. 6. 44. *nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.* Quidam interpretes non ad prædestinationem, & reprobationem referunt, quod ne D. quidem Augustinus fecit; nec ego illis assentiri possum; excusaret enim potius illos Christus, quam accusaret, si diceret dimittendos esse, quia reprobati erant, nec aliter, quam faciebant, poterant facere; & forsitan non omnes illi reprobati erant, fortasse aliqui postea ex illis credidérunt. Certe cui Christus reprobatos fuisse non dixerit, temerarium est dicere. Dimittendos ergo non tanquam reprobatos, sed tanquam cæcos esse dicit. Possunt autem qui cæci sunt illuminari; nam & multi cæci erant, & illuminati sunt: & eradicandos esse intelligit non absolute; sed si non conuertantur, hactenus bona esse noluerint, vt supra dixit cap. 12. 33. *facite arborem bonam, & fructum eius bonum*, & sicut paterfamilias diu expectauit, vt sicut illa, quam in vinea sua plantatam habebat fructum ferret, id est, bona fieret, Luc. 13. 7.

14. *Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.*] Cæci sunt omnes hæreticorum doctores, & cæcorum duces. Hinc ergo colligitur non solum magistros, sed etiam, qui eos sequitur in foueam cadere; nec ignorantia excusari posse.

15. *Respondens autem.*] Hebraismus respondere pro ex ordine ad loquendum, vt capite vndecimo, vigesimo quinto.

Petrus.] Petrus, inquit Chrysostomus, vt eruditissimus solet cæteros anteire. Existimat autem Theophylactus Petrum recte, quæ Christus dixerat intellexisse: sed ignorantiam simulasse, quia sciebat contra legem esse, & non audebat aperte dicere, capiebaque, vt Christus magis explicaret, ne auditores offenderentur. Hieronymus, & Euthymius, re vera non intellexisse, sed putasse parabolam esse, quæ non erat, eo magis, vt ait Euthymius quod, vt scribit Marcus capite septimo, decimo sexto, eodem hoc loco epiphonemate, quo in fine parabolarū vti solebat, visus est. *Si quis habet aures audiendi, audiat:* Petrum quidem non intellexisse ex Christi responsio manifestum est, *adhuc & vos sine intellectu estis?* Quod autem parabolam vocauerit, non continuo sequitur eum existimasse propriè esse parabolam: potuit enim propter obscuritatem, quam sermo Christi cum parabolis communem habebat, parabolam appellare. Marcus scribit capite 6. 17. non Petrum, sed discipulos id interrogasse, cum in domum Christus introisset. Euthymius respondet Petrum exotisum, alios deinde secutos esse. Nolo dicere esse fallepsim, quia quinque interrogauit, omnes dicuntur interrogasse, aut, quia ille vnus nomine omnium interrogauit, quod est valde probabile, cum non dicat, edisserc nobis parabolam hanc: sed *edissere nobis parabolam hanc:* ait quia, si pro se tantum interrogauit, soles scriptura per figuram pluies ponere pro vno, cum omnes eadem sint generis, sicut hoc omnes, vt Petrus dixit pulierant, vt capite vigesimo sexto, octauo. Matthæus scribit effuso vtique indignatos fuisse discipulos, cum ex Ioanne 12. 4. manifestum sit solum Iudam indignatum fuisse, & capite 27. 44. Latrones, qui cum Christo crucifixi erant, blasphemasse dicuntur, cum ex Luca capite 23. 39. 40. vnum tantum blasphemasse constet, ab altero vero non blasphemante Christum, sed confitente fuisse reprehensum. Nec obstat, quod Christus non de vno, sed de pluribus loquens ita dixit. *Adhuc & vos sine intellectu estis?* Nam & Matthæ. 26. 10. & Marc. 14. 6. cum solus Iudas contra illam mulierem, quæ vnguentum effuderat, murmurasset, Christus de pluribus loquens dixit, *finite eam, & quid molesti estis huic mulieri?*

17. *Non intelligitis.*] Scribit Hieronymus profanos nescio quos homines Christum, tanquam philosophiæ ignarum accusasse, quod dixerit, quidquid per os sumitur, in secessum abire: cum aliquid remaneat, quo hominis corpus alatur. Id scilicet Christus nesciebat, quod nemo nescit. Loquitur igitur non philosophiæ, non subtiliter: sed popularitet: nam quæ minimum remanet, ita loquitur, quasi nihil significet remanere. Quanquam si & ipsi voluerimus argumentari, nihil probabimus remanere, quia, quod remanet, non ium cibus: sed substantia humani corporis est. Sed illa tanquam futilia relinquamus. Illud quæri dignum est, quale hoc sit argumentum, quo vtitur Christus. Quod intrat per os primum in ventrem, deinde in secessum vadit, non ergo coinquinat hominem. Non enim apparet, quomodo conclusio ex antecedente colligatur. Respondeo Christum ponere, tanquam per se notum, hoc principium, nihil posse hominem coinquinare, nisi cor hominis, quod fons totius hominis est, aut quod in corde hæret, vel ex eo procedit: vt versiculo decimo octauo, decimo nono, declarat, *quæ autem de ore procedunt, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* Ex eo ergo, quod cibus non exit ex corde, nec in eo hæret, sed in ventrem abit, & in secessum emittitur, recte colligit non posse hominē inquinare.

18. *Quæ autem procedunt de ore.*] De ore dicit procedere non solum verba, quamquam ea maxime proprie ex ore procedunt: sed etiam facta, & quodquid in actum exit, quia omnia opera in corde primum concipiuntur, vnde non videntur, nisi per os exire posse, quod vnicum cordis foramen est: & quia ea plerunque naturaliter fit, vt primum, quæ facturi sumus, animo concipiamus, deinde eloquamur ore, ad extremum perficiamus. Itaque opera

opera per verba ex corde procedunt. Fit quidem aliquando, vt nihil loquamur faciamus, sed Christus non spectauit, nisi quod plerumque fieri sciebat. Ideo dixit, quod sequitur.

19. *De corde exeunt cogitationes.*] Exeunt, quia inde manant, quamuis non semper in verba erumpant, aut facta.

Homicidia, adulteria.] Hæc, & quæ sequuntur, eo modo ex ore procedunt, quo superiore versu explicauimus.

21. *In partes Tyri, & Sidonis.*] Duæ erant, & Gentiles, & maritimæ ciuitates, vicinæque Galilææ Septentrionem versus vt cap. 11. 21. expositum. Non satis compertum videtur esse, an in regionem ipsam Gentilium ingressus sit Christus, quanquam id fere omnes putant interpretes; an solum venerit in fines Galilææ, & Phœniciæ, vbi Tyrus, & Sidon sitæ erant. Nam vna quidem ex parte non videtur vero simile Christum fecisse, quod Apostolos facere prohibuerat cap. 10. 5. *in viam gentium ne abieritis*, præsertim cum Christus solos Iudæos, Apostolis etiam gentes aliquando adscituri essent. Alia ex parte Marcus cap. 7. 24. videtur significare in ipsam Gentilium regionem ingressum esse. *Et inde*, inquit, *surgens abiit in fines Tyri, & Sidonis, & ingressus in domum neminem voluit scire, & non potuit latere.* Sed ne ex hoc quidem loco satis colligimus. Nam quod idem Marcus dicit versu 31. venisse *per Sidonem ad mare Galilææ*, vitiosa legitur per *Sidonem*, vt multi interpretes adnotauerunt. Itaque potius credo ingressum non fuisse in terram Gentilium. Cur autem eo venerit quæri potest. Marcus ea. 7. 24. videtur indicare ideo venisse, vt lateret, & *neminem*, inquit, *voluit scire, & non potuit latere.* Vnde satis manifestum est, eum eo venisse, latere voluisse, an autem ideo venerit, vt lateret, incertum. Chrysostomus homilia 53. existimat ideo venisse quia paulo ante legis cæremonias, ciborumque obseruationes abrogasse videbatur, voluisseque ad Gentiles veniendo docere, non esse iam Iudæum, & Græcum, vt Petrus simulatque vidit linteum omnium animalium genere plenum, quo edoctus est, nullam iam ciborum differentiam adhibendam esse, iussus est ad Cornelium hominem Gentilem ire Act. 10. 19. 20. Alij ideo se eo recepisse, quia Iudæi eius doctrinam recipere noluerant, sicut Paulus & Barnabas dixerunt Act. 13. 46. *vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Ita Hieronymus, Beda, & Theophylactus, nisi quod Theophylactus non existimat, docendi causa venisse; sed, vt opinor, latendi; Euthymius vero quiescendi.

Qui Syrophœnissa.

22. *Et ecce mulier Chananæa.* Marcus ea. 7. 26. vocat Syrophœnissam, quod nihil Matthæo repugnat. Nã ipsi Tyrij, & Sidonij Syrophœnices erant. Vnam enim partem Syriæ fuisse Phœniciam Plinius libro 5. capa. 12. & 20. & Strabo libro 8. auctores sunt. Phœniciam autem eam fuisse ornam, vbi Tyrus, & Sidon erat, idem docent. Vocati sunt composito nomine Syrophœnices, quod Syrij Phœnicum ora occupassent, vt plerique putant, sicut Gallogræci, & Celtiberi dicti sunt: aut, quod alij dicunt, ego quoque probabilius esse arbitror, quia alij erant Phœnices, qui non in Syria, sed in Africa habitabant, qui Libyophœnices, id est, Phœnices, Libyæ habitatores, hoc est alij Syrophœnices, id est, Phœnices habitatores Syriæ dicti sunt. Inde Africani Pœnorum quasi Phœnicum, aut Phœnorum nomen accepere. Solent enim Meridionales, & Occidentales gentes ex litera Ph. quæ mirum in morum Orientales delectentur, aspirationem tollere, sicut pro Philippum, Palæstinos dicimus. Inde Punica lingua nata aut, quam Hebraicæ confinem fuisse Hieronymus, & Augustinus sæpe testantur. Difficilius dictu est, cur eam mulierem Matthæus Chananæam appellauerit. Sunt qui putent eam eiusem fuisse Cananæ maioris, quæ vrbe in Phœnicia erat conterminia tribui Aser, Iosuæ 19. 28. quod mihi non displicet. Nam quod quidam obiiciunt illam Canam apud Iosue scribi per ק id est, per c, nostrum non asperamur, apud Matthæum vero mulierem Chananæam per aspirationem appellari, parum me admodum mouet: palam enim solent Sapientiores, & Euangelistæ, dum Græce scribunt, Hebraicas literas permutare. Iunat etiam hanc opinionem, quod eam Canam in finibus Phœniciæ, & Galilææ fuisse constet, & eu mulier à finibus illis ingressa dicatur. Quanquam communis sententia probabilis est, vocatam esse Chananæam, vel quia Phœnices ex terra Chanaan ingredientibus Hebræis ejecti fuerant; vel, vt alij volunt, quia posteri erant Cham filij Noe, cuius primogenitus filius Sidon vocabatur Genes. 10. 15. quem vrbis Sidonis fundatorem fuisse ferunt. Quanquam scriptores profani aliqui eius verbi auctores esse fuisse tradunt. Adnotauit Chrysostomus ideo Euangelistam Chananæam fuisse expressisse, quo admirabilior esse fides appareret: iubebantur enim Chananæi apud Indæos omnium gentium maxime impij. Eodem ex filio Marcus expresse fuisse *Syrophœnissa* Græcam, id est, Gentilem, vt noster vertit interpres; solent enim omnes Gentiles in sacris literis nouis præsertim Testamenti Græci vocari, & Iudæis opponi, quamuis neque lingua, neque genere Græci nat. Act. 9. 29. & 11. 20. Rom. 1. 16. & 2. 9. 10. & 3. 9. & 10. 12. 1. Cor. 1. 22. 24 Gal. 3. 28.

Miserere mei.] *Mei* dicit, vt magis Christum moueret quam si diceret, filiæ meæ. Aut vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius putant, quia eius filia fine sensu iacebat: ipsa vero vtriusque, & suum, & filiæ sentiebat dolorem.

Fili David. Cur ita Christus ab iis potissimum qui aliquod ab eo beneficium postulabant appellatur, diximus cap. 1. 1. Hanc autem mulierem, & si Iudæa non erat, credendum est propter Iudæorum vicinitatem, aut de prophetia, quibus Christus filius Dauidis futurus dicebatur, in audisse aliquid, aut cognouisse certe ita vulgo à Iudæis, qui in illum crederent, appellari.

23. *Quia non respondit ei verbum.*] Ne fibi, inquiunt Hieronymus, & Beda, contrarius esse videretur, quia c. 10. 5. discipulis dixerat *in viam gentium ne abieritis*, sicut respondet versu sequenti, *non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Mihi ob alias etiam duas causas videtur tacuisse, & vt mulieris fides, constantiamque probaret, aut alias potius, vt ait Chrysostomus, patefaceret. Magnæ enim fidei, & singularis fuit contemptam, & ne vel bo quidem signum iudicatam perseuerare: & vt ollendere is non posse, sed quodammodo mutient & importuna mulieris precibus coactum miraculorum gratiam gentibus impertiri, cum non esset missus, nisi ad oues, quæ perierant domus Israel.

Dimitte eam.] Concedendo, quod petit rogabant enim pro illa, vt ait Euthymius, & est vero simile ab ipsa mulierē, vt pro ea rogarent, fuisse rogatos. Nec enim Christo facinus inuriam, vt Calumniator delirans, quia dat Christum per Sanctos adsequi.

Sanctorum intercessio & miracula.

Quia clamat post nos.] Hoc mihi videntur dicere, concedere illi, quod petit, fulsem propter improbitatem, vt ne ipse in illa parabola amici intempestæ nocte panes ab amico petentis docuisti, Luc. 11. 8. quod Hieronymus dicit, ideo Apostolos pro ea rogasse, vt molestia liberaretur, aut tinnitum potius viderur. Marcus ea. 7. 25. dicit eam in domum, vbi Christus erat, ingressam ad pedes eius procidisse, quod videtur huic loco esse contrarium, vbi significatur eam Christum per viam eiusem secutam esse, & ex ergo clamasse. Aug. lib. 1. de consensu Euang. c. 49. respondet primum in domū ingressam, vbi erat Christus, & ad eius pedes prostidisse, dixisseque *miserere mei*, vt

ait Marcus Christum vero nullo reddito responso A domo exisse, eumque secum fuisse, & post eum clamasse, vt ait Matthæus. Hoc ex Marco facile colligitur, qui narrat Christum, simul atque in eum regionem venit, in domum ingressum, latereque voluisse, nec potuisse tamen: venisse enim statim mulierem Syrophœnissam, & ad eius pedes procidisse. Itaque, quod alii dicunt, prius hanc mulierem euntem per viam Christum secutam fuisse, & post clamasse, discipulosque dixisse, *dimitte illam, quia clamat post nos*, tunc in domum ingressum, vt illi secreto in loco concederet, quod petebat, eamque ad eius pedes accidisse, nequaquam probo.

Contra Calmetanos, quod Christum non prohibuerit mulier ne clamaret, sed provocaverit.

24. *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël.*] Absurdissimum est, & maxime impium, Christoque ingratum Calumniatorum errori Christum non omnium hominum causa venisse, aut mortuum fuisse, sed prædestinatorum solum; quem alio coepisse loco refutabimus. Nam ex hac quidem loco ex terrem timeri confirmare non possunt, eum dicat se non propter præstantiores, verum propter solos Iudæos missum fuisse. Quin hanc nos refutare possumus; dicit enim se propter solos Iudæos missum esse, cum non omnes prædestinati, sed maxima pars reprobati essent: non ergo propter solos prædestinatos missus est. Dicit ergo se non esse missum, nisi ad eos, qui perierant domus Israël, aut quia primo missus ad eos venerat, sicut Paulus dicit, *vobis oportebat primum loqui verbum Dei*, Act. 13. vers. 46. vt aut Ambrosius in Psalm. quadragesimo tertio, & Gaudentius tractatu septimo in Exodum, & Cyrillus Alexand. libro quinto in Isaiam, & Hieronymus, & Beda in commentariis, aut, quia non venerat, vt præsentiam suam, prædicatione eius, & miraculorum gratiam exhiberet, nisi Iudæis; gentibus enim non nisi per se, sed per Apostolos suos, & prædicatores Euangelium, & miracula facturos erat, ideoque a D. Paulo minister circumcisionis appellatur, Roman. 15. vers. 8. vt Hilarius, & Augustinus tractatu in Ioann. 31 & 47. existimant, loco Iudæos vocat oues, vt infra explicauimus capite decimo vers. sexto. Gentiles canes vers. vigesimo sexto. Ait autem noluerit præstantiam suam aliis gentibus, quam Iudæis exhibere, facies est ratio, quia vt ait Augustinus tract. 16. Ioann. 51. solus Iudæus propter fidem Abrahæ promissio venturi Messiæ facta erat, vt exp. primo vers. primo disputauimus. Itaque neque in regionem Tyri & Sidonis venit, vt prædicaret, aut ve miracula faceret, sed potius, vt iuteret, si eo tamen vena, vt vers. vigesimo primo dicit, immut, neque hoc miraculum, quale ex mil. anno & fulcepto consilio, sed quali præcipitanter mulieris exprimentate fecit, vt deinde vers. vigesimo tertio, & tamquam patrem eam increpet, sed protecit, aut ne proiecit quidem, sed ibi eam adhuc vt micas de mensa vt versu vigesimo septimo exponemus.

Contra Christum solum Iudæis prædicasse.

26. *Non est bonum.*] καλὸν, honestum, decens conueniens.

Sumere. Eripere.

Panem.] Panem vocat gratiam miraculorum de qua agebatur, & generaliter gratiam Euangelicam, quæ solis quodammodo Iudæis, quibus ex fœdere Abrahæ promissa erat, debebatur.

Filiorum. Iudæos filios appellat, quia illis ipse loco patris erat. Vocat Exodi 4. 22. vocat filium suum primogenitum Israel.

Et mittere.] βαλεῖν proiicere, in ipso enim proiiciendi verbo vis est, qua significatur, non esse deliturum filiorum panem tam male collocandum, quasi non raturus, & consilio distributurus, sed proiecturus temere. Habent canes panem suum mimo delectum, quem filii, res naturales, Sol, Luna, pluuia, & cætera idem genus canum, id est Gentilium panis sunt, quæ prouidentia quidem Dei; sed generali, minusque accurata dispensantur, & omnibus in commune, sicut porcis glandes, proueniuntur: Euangelica gratia, quæ supra naturam est, panis est filiorum non proiiciendus temere, sed maiore consilio, cuique distribuendus.

Catellis.] Canes filiis opponit, quia quamuis vtrorumque parens familias curam habeat; tamen filiorum imensis, multoque maiorem, quam canum habet. Credibile est confuesse Iudæos omnes alias gentes בלעזי canes appellare, sicut Græci vocabant barbaros. Nam ex illis, vt opinor, cum in Hispania essent, Hispani didicerunt Mahumetanos, & Æthiopes canes appellare. Illud certe constat homines validissimos per contemptum ea vocabula consuesse, vt 2. Regum 3. 8. & 16. 9. & 4. Regum 8. 13. Marcus capite septimo versu vigesimo septimo, ait dixisse Christum, *sinite primum saturari filios*; quibus verbis secundum mulieris deditis videbatur, forte, vt aliquando illi concederet, quod per hæc significabat vsque non saturandos filios, sed panem coelestem obiarum omnium recturos; sed mysterium est: neque quod culpa Iudæorum accidit, sed quod diuino consilio, & ex fœdere cum Abrahamo inito fieri debuit, explicuit.

Canes à Iudæis appellati.

27. *Etiam Domine.*] Omnes fere interpretes obseruarunt *etiam* non esse contradicentis, sed approbantis; sed non facile apparet quomodo mulier Chananæa argumentetur, & quæ ratione conueniat particula tantillum. *Nam & catelli.* Sicut concedit verum esse, quod Christus diserat, non esse bonum sumere panem filiorum, & canibus proiicere; non potuit eo figure catellos comedere de micis eius reuera comedunt, & si id dicere voluerat, potuit debuit dicere; *sed*, quam *nam. Etiam Domine, sed tamen catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum*, id est, quamuis non sit bonum sumere panem filiorum, & illi dare, tamen permittunt domini eos de micis, quæ de mensa cadunt, comedere. Quæ propius mihi videntur simulum atque si sic exponunt, *etiam Domine*, sed catelli quidem non comedunt ex pane filiorum, sed comedunt ex micis, quæ cadunt; quod vno verbo dicere potuisset, *etiam Domine*, sed tamen catelli comedunt de micis. Deinde, quia hac ratione perit omnis acrimonia & omnis argutia, & subtilitas disputationis, quæ tanta tamen fuit, vt quodammodo exegerit exclamare Christum, *o mulier magna est fides tua*. Sic igitur interpretor; vocauerat Christus Chananæam canem, arripuit mulier ex verbo consumeliosio, vt Chrysostomus admonuit, argumentum & subiicit causam suam probat. *Etiam Domine*, id est, sim sane canis, *etiam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*, atque si canis sum, de micis saltem edere debeo. Ergo iuxta valet hoc loco, *tantum*, atque quod vulgo disputantes dicere solemus, eum aduersarius aliquid dicit, quod maxime nobis aduersari putat; nos autem ex his maxime causas nostras maxime iuuare, inque argumentamur; Hoc est, quod volo, me esse canem, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Hilarius putat esse vim in nomine diminutiuo, catelli, quasi Christus canem appellauerit, ipse minuerit se, quam canem, nempe catellum esse fecerit. Sed vtique & versu vigesimo sexto, & hic diminutiuum est, *catelli*, & in eo ipso gratiæ, & humilitatis argumenti, quod idem prorsus verbum, quo Christus vsus fuerat, mulier arripiat, quamuis nostet interpres alios canes, hic catellos vertere. Et

quia vis inest hæc potius est, vt Christus non dixerit A *vulgo* canes, sed *Iudæos* catellos, vt postillator, & nullius vilitatis, ac prorsus canes significaret, quibus multo minus, quam magnis illis, qui aliquid vilitatis afferunt, filiorum panis proiiciendus est: mulier vero non, vt se minus quam canem esse confiteretur; sed vehemius, &, vt vulgo dicunt, ad hominem argumentaretur, eodem vis sit verbo.

Demicis.] Micas vocat minora, & minus frequentia miracula, & Theophylactus admonuit, quasi dicat, non pero à te, vt palam hic, sicut apud Iudæos miracula facias, vt ex eos curet, mortuos exsuscites: sed vnam tantum, & minus natura sua difficile, vt dæmonem a filia mea expellas.

Quia etiam.] Respondet hinc verbum illi, quo B Christus visus fuerat, *sinite* proiicere, illique opponitur, quasi dicat, non rogo, vt ex proiicio, vt apud Iudæos, miraculum faciat, sed vt obiter: non quasi dederis, ac ne proiiceris quidem, sed quasi tibi excideris, quemadmodum solent ex mensa diuitum micæ cadere.

Dimensa.] Mensam vocat gratiarum omnium, vt ita dicam, copiam quæ erat in Christo, sicut mensa diuitum omni ciborum genere referta esse solet. *In ipso enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, & *de plenitudine eius nos omnes accepimus*. C

Coloss. 2. Ioan. 1.16.

Dominorum suorum.] Dominos suos, inquit Chrysostomus Iudæos vocat, quos Christus filios appellauerat, quod magnæ tribui humilitati. Potius Christum ipsum Dominum vocare credo: sed loquitur pluraliter propter canes, quorum suum quisque Dominum habet.

28. *O mulier, magna est fides tua.*] Vox admirantis, Obstructione animi dignum est, nullius hominis fidem mihi Gentilium admiratum fuisse Christum, vt hunus mulieris, & illius Centurionis capite octauo, vers. culo decimo. Maior enim Gentilium, quam Iudæorum fides. Quo autem modo admiratio D in Christum cadere potuerit, illic disputauimus.

Comederent de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Id est, quamuis non sit bonum sumere panem filiorum, & illi dare, tamen permittunt domini eos de micis, quæ de mensa cadunt, comedere. Quæ propius mihi videntur similum atque si sic exponunt, *etiam Domine*, sed catelli quidem non comedunt ex pane filiorum, sed comedunt ex micis, quæ cadunt; quod vno verbo dicere potuisset, *etiam Domine*, sed tamen catelli comedunt de micis. Deinde, quia hac ratione perit omnis acrimonia & omnis argutia, & subtilitas disputationis, quæ tanta tamen fuit, vt quodammodo exegerit exclamare Christum, *o mulier magna est fides tua*. Sic igitur interpretor; vocauerat Christus Chananæam canem, arripuit mulier ex verbo consumeliosio, vt Chrysostomus admonuit, argumentum & subiicit causam suam probat. *Etiam Domine*, id est, sim sane canis, *etiam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*, atque si canis sum, de micis saltem edere debeo. Ergo iuxta valet hoc loco, *tantum*, atque quod vulgo disputantes dicere solemus, eum aduersarius aliquid dicit, quod maxime nobis aduersari putat; nos autem ex his maxime causas nostras maxime iuuare, inque argumentamur; Hoc est, quod volo, me esse canem, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Hilarius putat esse vim in nomine diminutiuo, catelli, quasi Christus canem appellauerit, ipse minuerit se, quam canem, nempe catellum esse fecerit. Sed vtique & versu vigesimo sexto, & hic diminutiuum est, *catelli*, & in eo ipso gratiæ, & humilitatis argumenti, quod idem prorsus verbum, quo Christus vsus fuerat, mulier arripiat, quamuis nostet interpres alios canes, hic catellos vertere. Et

Canes à Iudæis appellati.

Calumniatoris argumentum refutatur.

Contra Christum solum Iudæis prædicasse.

Cur Christus solus Iudæis prædicauit.

Contra Calmetanos, quod Christum non prohibuerit mulier ne clamaret, sed provocaverit.

Chrysostomus, & post Theophylactus admonuerunt nō fuggestisse nunc discipulos Christo, vt turbas dimitteret, verū pagos iret, & cibos emeret, quemadmodum fecerant capite decimo quarto, versu decimo quinto, quod tam aliquantum fide profecisset, & quod viderent omnes alacres esse, & audiendi auiditate tantum non fremere.

Quia tridno perseverant mecum. Sunt, qui putent totum triduum, aut omnes, aut plerosque fuisse ieiunos, quod magnus ieiunii magister Calumnus non virtuti, sed aeri sobolioni tribuendum existimat: nos enim craſſo sub aere natos eam diuturnam ieiuniorum ferre non posse. Quasi vero, quo sub tilior aer est, non eo edaciores homines reddat. Sed non vult, vt opinor, Galilæos præ ceteris craſſi aeris ieiunare. Legimus non solum apud Orientales, sed etiam apud Europæos multo longiora ieiunia: tamen ex hoc loco aut omnes, aut aliquos per triduum ieiunasse, colligimus potest. Tantum colligimur tunc, cum hæc Christus dixit, fuisse ieiunos; quia dicit, *& dimittere eos ieiunos nolo*; consumpserat enim, vt ait Euthymius, quidquid secum attulerant sibi. Quæ sequitur vsque ad versum vigesimum octauum supra expositimus, capite 14. à versu 15. vsque ad 21.

Calumniatoris argumentum refutatur.

31. *In fines.*] Quidam Græci codices legunt, εἰς τὰ ὄρη in montes, parum emendate pro εἰς τὰ ὅρια in terminos.

Magedan.] Marcus capite octauo versu decimo, dicit venisse in partes *Dalmanutha*. Quam credibile est variosam esse lectionem, legendumque, vt hoc loco *Magedan*, quemadmodum Hieronymus in libro de locis Hebraicis legit, & vt Augustinus libro secundo de consens. Euangel. cap. quinquagesimo primo, & Beda Marci octauo, tantum, plerosque suo tempore codices habuisse. Argumentum non nullum est, quod *Dalmanutha* alibi in scriptura non legatur, nec apud vllum, quod sciam, profanum auctorem reperiatur: Magedā autem, aut, vt Græce hoc loco est, *Magdala* libro primo Regum capite decimo septimo, versu vigesimo legamus, quamuis incertum sit, verum vnus, idemque sit locus. Tamē si legamus *Dalmanutha*, nullam propterea existimandum est esse repugnantiam; nam aut, vt aiunt Augustinus, & Beda tot diuersa nomine idem locus significatur; aut, vt alii comiciunt, alterum regionis alterum vrbis nomen est; aut vtrumque vrbis, sed vt aque vrbs vicina erat, ita vt, qui in fines venit veniret, in fines etiam alterius venisse diceretur; sicut supra versu vigesimo primo, dicitur venisse Christus in partes Tyri & Sidonis.

Magedan.

CAPVT XVI.

Accesserunt ad eum Pharisæi, & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eum vt signum de cælo ostenderet eis. 2. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum enim est cælum. 3. Et mane: Hodie tempestas erit, rutilat enim triste cælum. 4. Faciem ergo cæli dimidicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Et relictis illis, abiit. 5. Et cum venissent discipuli trans fretum, obliti sunt panes accipere. 6. Qui dixit illis: Intuemini, & cauete a fermento Pharisæorum, & Sadducæorum. 7. At illi cogitabant intra se dicentes: Quia panes non accepimus. 8. Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis? 9. Necdum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? 10. neque septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis?

Matt. 8.1. 17. Luc. 9.21. Ioan. 6.3 69. Ioan. 5.f. 41. Ifa. 22.g. 22. Ioan. 20.c. 23. Matt. 8.d. 32. Supra 10.d. 32. 1 Mac. 5.17. 18.14.f 17. C. 17.f 35. Ioan. 12. d. 23. Act. 17.g. 32. Ro. 8.a 6. Matt. 9.a Luc. 9.b 17.

11 *Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis: Cauete à fermento Phariſæorum, & Sadducæorum?* 12. *Tunc intellexerunt quia non dixit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum, & Sadducæorum.* 13. *Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* 14. *At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut unum ex prophetis.* 15. *Dicit eis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis?* 16. *Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viuentis.* 17. *Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt.* 18. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.* 19. *Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſoluueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* 20. *Tunc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.* 21. *Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Heroſolymam, & multa pati à ſenioribus, & Scribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere.* 22. *Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* 23. *Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.* 24. *Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* 25. *Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.* 26. *Quid enim prodeſt homini, ſi mundum totum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* 27. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.* 28. *Amen dico vobis: ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo.*

IN CAP. XVI.

TRES primos verſus huius capitis, aut etiam qua A tuor indicat Hieronymus in pleriſque codicibus non inueri. Omnes tamen & Græci, & Latini auctores legunt, & apud Marcum cap. 8. 11. leguntur; nec vero ſimile eſt vtroque in loco additos fuiſſe. Poteſt aliquem mouere, quod cap. 12. 38. eadem iam Euangeliſta narraſſet. Sed nihil erat ſæpe Scribas, & Phariſæos non eoſdem, ſed alios alios eadem interrogaſſe. Præterquam quod illis Seriſſæi & Phariſæi, hic & Sadducæi interrogaſſe dicuntur & illic nõ ea de cauſa Chriſtum conueniſſe ſed in mentem cum Chriſto diſputatione relapſos, *voluerunt à ſe ſignum videri*: hic acceſſiſſe dicuntur, quaſi eam ob cauſam ad Chriſtum venerant, vt ſignum ab eo de cœlo peterent.

Phariſæi & Sadducæi.] De Phariſæorum & Sadducæorum ſectis capite 3. 7. diſputauimus. Notandum hic tantum eſt, quomodo duo maxime contrariæ hæreticorum ſectæ Phariſæi & Sadducæi inter ſe conueniant, vt Chriſtum impugnent. Phariſæi enim & Sadducæi immortales inter ſe inimicitias gerebãt, vt non modo ex Ioſepho, ſed etiam ex Luca Act. 23. 6. intelligitur. Sic olim Pilatus, & Herodes, cũ inimici eſſent, vt Chriſtum irriderent, amici facti ſunt. Luc. vigeſimo tertio, verſu duodecimo. Sic nunc Lutherani, & Caluiniſtæ hæreſi maxime inter ſe contrariæ aduerſus Eccleſiam Catholicam, id eſt, corpus Chriſti conſpirare ſolent. *Semper enim Chriſtum*, vt ait Tertullianus, *inter duos latrones crucifigitur.*

Hæretici inter ſe diſſidentes aduerſus Eccleſiã conſpirant.

Vt ſignum de cœlo oſtenderet eis.] Hæc expoſuimus cap. 12. 38.

Facie reſpicere.] Quia ſignum de cœlo petierant, ex cœleſtibus ſignis probat, non debere eos de cœlo ſignum petere. Veſpertinum ruborem ſerenitatis, matutinum pluuiæ ſignum eſſe longe experientia omnes homines docuit, nec opus eſt de ea re longius philoſophari.

Faciem ergo cæli.] Græce legitur τὸ μὲν οὐρανὸν γινώσκετε διακρίνειν, vt ſignificetur faciem cœli cognoſcere, quod & Lucas legit capite duodecimo verſiculo quinquageſimo quarto. Vocat autem hypocritas hoc loco, vt ait Euthymius, quia ſapientes videri volebant, cum eſſent imprudentiſſimi: quales hodie ſunt Caluiniſtæ, qui ſibi omnium mortalium ſapientiſſimi videntur; cum omnium, meo iudicio, imprudentiſſimi ſint. Quæ enim maior imprudentia, quam hominem, qui Chriſtum dici, videri que vult, ſapientiam incredulitate meuri? Nos enim, qui ſimplices, qui tardi, qui fatui, & inſipientes habemur, ſi nihil, niſi, quod humana ratio perſuaſerit, crederemus, ſapientiſſimi apud illos haberemur. Tota huius loci difficultas in eo eſt, qua ratione Chriſtus argumentationem concludat. Quidam hanc interrogationem legentes, vt Chryſoſtomus, & Theophylactus ad hunc modum argumentum explicant. Faciem quidem cœli cognoſcere poteſtis ſigna autẽ temporum (aduentum meum) cognoſcere no poteſtis; non enim primus meus aduentus ex cœleſtibus ſignis Solis, ac Lunæ; ſed ex prophetiis, & miraculis, quæ facio, cognoſci debet. *Non venit regnum Dei cum obſeruatione, ſed regnum Dei intra vos eſt.* Luc. decimo ſeptimo verſu vigeſimo, & vigeſimo primo. Alij per interrogationem, vt Hilarius, Hieronymus, Beda, & Euthymius. Si faciem cœli cognoſcitis, id eſt, ſigna ſereni tatis & pluuiæ, quod difficilius eſt, & incertius; quomodo ſigna temporum aduentus mei, quæ tot prophetiis conſignata, tot à me miraculis comprobata ſunt, cognoſcere neſcitis? confirmat hanc interpretationem Lucas capite 12. 56. *Hypocritæ faciem cæli, & terræ noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis?* Nam etſi illic turbis; hic Phariſæis, & Sadducæis loquitur, credibile tamen eſt eodem verobique modo Chriſtum argumentantem, à maiore ſcilicet ad minus, quod alius memore ad maius vocant. Vtraque interpretatio probabilis.

Generatio.] Hæc à nobis capite duodecimo verſiculo 34. explicata ſunt.

Et cum veniſſent diſcipuli eius.] Cum ſoluerent, vt venirent; tunc enim, cum proficiſcerentur, obliti ſunt panes ſecum accipere. Quærit Hieronymus quomodo oblitiſci potuerint, cum paulo ante capite decimo quinto verſu trigeſimo ſeptimo, ſeptem ſportas plenas facto miraculo collegerint? Reſpondet eos panes ſecum tuliſſe, ſed, cum diſcederent oblitos fuiſſe eos accipere. Vero ſimilius mihi videtur, ſeptem illas ſportas diſcipulos, aut itaque ſponte aut iuſſu Chriſti in pauperibus diſtribuiſſe. Itaque oblitiſci panes accipere, id eſt, emere. Illud Hieronymo concedere non poſſum, ea quæ ſequuntur in ipſo mari inter nauigandum accidiſſe, quæ diuerſe ſcribit Lucas ca. 12. cunctis circumſtantiis turbis, ita vt fieri conueniret, cum ipſe Chriſtum diſcipulis dicere, *attendite à fermento Phariſæorum.*

Et non ſatum.] Inſtitiſtidam, vt ait Marcus c. 8. 12.

Quid inter illos.] Græce διελογίζοντο πρὸς ἑαυτούς. Ieſus autem dixerat illis. Noſter interpres aut pro διελογίζοντο legit ἔλεγον, aut ante eos dens per ellipſim ex præſtat, quod ſæpiſſime ſolet in veteri præterea in Teſtamento facere, vt in Idiomatis obſeruauimus.

Intuemini.] *Videte.* videte. Aliud enim eſt videre, quam intueri; ſicut apud Græcos, aliud βλέπειν quam θεωρεῖν; videt enim aliquando, qui non intuetur, hoc autem ieſus Latini videre dicunt, non intueri: id eſt, animum aduertere. Noſter interpres catachreſi vſus eſt, qua & Græce eadem re loquens vtitur Marcus c. 8. 15. βλέπετε διατηρεῖσθε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, *videte, & cauete à fermento.*

A fermento.] Hilarius & Hieronymus legit obſeruationem fermentum vocant putant. Quod non conuenit cum eo, quod poſtea Chriſtus dicit c. 23. 2. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, facite.* Iubet enim Moyſis doctrinam obſeruari. Potius ergo ea Phariſæorum, & Sadducæorum doctrina in eſſe intelligitur, qua hæretici erant, legemq; corrumpebant & quam ca. 15. 3. 6. Chriſtus reprehendet. Nam ſic doctrina intelligendum ex verſu 12. perſpicuum eſt. Quanquam, quod Lucas dicit ca. 12. 1. *Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis*, conciliari non poteſt. Reſpondeat poſſimus, quod & ipſa videtur indicare, ipſam Phariſæorum, & Sadducæorum doctrinam hypocriſim appellaſſe, quia aliud docebãt, aliud faciebant; aut quæ communis eorum doctrina ad hypocriſim ſpectabat. Maior eſt quæſtio, quomodo Chriſtus hoc loco iubeat ab eorum doctrina cauere, cum c. 23. 2. doceat facere, quæcunq; dicunt. Reſpondeo illic agere de Scribis & Phariſæis ſuper cathedram Moyſis ſedentibus; id eſt, Moyſis legem explicantibus, quod dum faciunt, ipſis credendum eſt; hic autem non de lege Moyſis, ſed de proprio eorum fermento, id eſt, ab hæretica doctrina, à qua cauere iubet. Nemo tamen colligat audiendos eſſe hæreticorum magiſtros, &c., cum ſacris literis continuatim docent, ſequendos, cum ſuos miſcent, refellendos; quod multi hoc tempore, qui Catholici videri volunt, dicere ſolent. Illi enim, quibus hoc Chriſtus dicebat, alios tunc doctores non habebant; & illi ſi ſimendum ex auctoritate erant, nondum tanquam hæretici declarati. Nunc autem cum tot Catholicos doctores habeamus; cum Lutheranos, & Caluiniſtas à Deo, & Eccleſia, tanquam pernitioſiſſimi hæretici declarati ſint, non magis etiam, cum vera dicunt, audiendi ſunt, quam diabolus, cum Chriſtum filium Dei confiteretur. Non magis debet homo Catholicus hæreticum, quam mulier pudica impudicum amatorem etiam honeſta loquentem audire.

Hæretici ne quidem cum vera dicunt, audiendi.

Phariſæorum, & Sadducæorum.] Marcus ca. 8. 15. addit *& Herodis*, aut, vt in aliis codicibus legitur, *Herodianorum.* Vnde manifeſtum eſt aliquam etiam Herodianorum, aut Herodis ſectam fuiſſe. De ſectis eorum hic agitur, cum Sadducæi nominentur, quos certum eſt hæreticos, aut plus etiam, quam hæreticos fuiſſe, & ex verſu 12. apparere agi de falſa corrupta doctrina. Vter autem Herodes fuerit eius ſectæ auctor, magnum ſane illis Antiquariis fuit, qui vltimus regnauit; an Herodes Antipas eius filius Galilææ Tetrarcha, & quam doctrinam inter exit, incertum eſt; nihil enim de ea re, quod ſciam, aut in ſacris literis, aut in profanis auctoribus legitur. Niſi quod coniectura ex iis, quæ de Herode ex Ioſepho ſcribit impenſe Romanis ſtudente, ſuſpicor eum auctoritatem huius fuiſſe ſectæ; ex gradatione vero ipſa, qua vtitur Euangeliſta, qui Herodem vltimo loco ponit, eius ſectam nihil aliud fuiſſe, quam meram hypocriſim, qua ſe ad omnem religionem regnandi cauſa accommodabat; quales nunc ſunt, quos politicos appellamus, homines aut nullam religionem habentes, aut omnem religionem ſimulantes. Sed de hac re c. 22. 16. plura dicemus.

Herodis.

Quorum Herodis fuerit.

At illi cogitabant.] Non ſolum quomodo Chriſti verba intelligerentur: ſed etiã quid acturi eſſent, cũ panes nõ accepiſſent. Hoc enim eſt *ſecum ferre*, diſcipulos decet, id eſt, conſiliabant, ſollicitiq; erant. Propterea eos Chriſtus reprehendit, q̃ non recordarentur duorum tam inſignium miraculorum, quibus panes paucis panibus paulo ante toc hominũ millia ſatiauerat.

Scientes autem Ieſus.] Eorum cogitationes. Præcedentium miraculorum oblitionem, vt ait Chryſoſtomus, declarandis ipſorum cogitationibus, id eſt, nouo miraculo illis exprobrat.

Quinque panes in quinque millia hominum.] Græce τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων quinque illos panes quinq; millia (hominum) id eſt, qui in quinq; millia hominũ diſtributi fuere. Eode modo verſi ſequenti.

Neque ſeptem panum, & quot ſportas tuliſtis hominum.] καὶ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων καὶ πόσους κοφίνους λήμψεσθε, neque ſeptem illos panes quatuor millium (hominum id eſt, qui in quatuor hominum millia multiplicati fuere. Noſter ſcilicet interpres ſententiam, non verba, aut Grammaticam vertit.

Tetrarcha Cæſarea.

In partes Cæſareæ Philippi.] Duæ fuiſſe Cæſareas nemo neſcit. Alteram veterem, quæ antea Straton turris vocabatur, ab Herode autem rege amplitudine, nobiliſque vſſendis operibus exornata ad promerendum gratiam Auguſti Cæſaris, Cæſarea appellata eſt, vt auctor eſt Ioſephus li. 1. de bello Iudaico ca. 16. & lib. 15. ant. c. 13. & Hieronymus hoc loco. Ea autem, vt idem auctores docent, ad finus maris Mediterranei inter Doram, & Ioppen poſita erat. Alteram recentiorem in Phœnicia ad radicem montis Libani, vnde Iordanis fluuius erumpebat, quæ prius Paneas dicebatur, quam Philippus Herodis magni filius, & Trachonitidis regionis Tetrarcha Luc. 3. 1. 2. auctam, ornatamq; in honorem Tiberij Cæſaris Cæſaream etiam vocari iuſſit, poſtea rex Agrippa, vt Neroni placaretur, Neronem appellauit, vt Ioſephus ſcribit lib. 20. ant. c. 8. Quod in commentariis ad hunc locum Hieronymi dictum nunc Paneadem vocari, non eſt, vt opinor, obliuione dictum hiſtoriæ; ſed eſt vero ſimile eius rei poſt delato factato illo, & adulatorio nomine Cæſaree, vetus Paneadis vocabulum recepiſſe. Cæſarea ergo Philippi dicta eſt, quia à Philippo Tetrarcha ſic illa ea appellata, & vt à altera Herodis Cæſarea diſtingueretur.

Et interrogabat diſcipulos.] Matt. c. 2 3. ſi dicebatur in via accidiſſe, Luc. vero c. 9. 18. cũ ſolus eſſet orans. Euthym. reſpondet ſimul iter feciſſe, & oraſſe, quod vt verum ſit, tamen vero ſimile nõ eſt, ſimul oraſſe, & diſcipulos interrogaſſe. Longumq; cũ illis ſermonem vltro citroq; contuliſſe. Probabilius quod dicit Auguſt. ad ea loca. huius c. 53. in ipſa via antequam ad locũ, quorendebat, peruenirent, ſolum in aliquem ad orandum locum via diuertiſſe: finita autem oratione ceteriſſe pergere, atq; tunc diſcipulos interrogaſſe, quẽ ſe homines eſſe dicerẽt. Italq; Luc. aiteũ ſolus oraret, ſecreto enim orare ſolebat, ſic interpretatur, poſtquam ſolus oraſſet, ſicut Hiſpani eadem prorſus phraſi dicunt, in faciendo orationẽ, id eſt, ſimul atq; orationẽ feciſſet; poteſtq; Hebraiſmus eſſe, quo in aliquando idẽ valet, quod poſtquã, vt Pſa. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion*, id eſt, poſtquam conuertit, aut cum conuertiſſet. Fingamus eo loco Latinũ interpretẽ vertiſſe, cum conuerteret Dominus; ſicut hoc loco ſimilem phraſim ὅτε ἦν ὁ Ἰησοῦς προσευχόμενος κατὰ μόνας, vertit, *cum eſſet ſolus orans*; non dubium eſſet ex Hebraiſmo, quin debere.mus

beremus interpretari, postquam conuertisset: ergo & hic interpretabimur, postquam fuisset solus orans: id est, postquam solus orasset.

Quem dicunt.] Multi Latini codices, & Græci plerique habent, *quem me dicunt homines esse filium hominis?* Triplex enim lectio reperitur. Prima, *quem dicunt homines esse filium hominis?* Secunda, *quem me dicunt homines esse filium hominis?* Tertia, *quem me dicunt homines esse?* Primo modo omnes fere codices Latini, & omnes auctores legunt. Secundo modo Epiphanius in Ancorato, Theophylactus, &, vt videtur, etiam Hilarius. Tertio Chrysostomus homilia 55. Non dubito primam lectionem, quæ vulgaris, & communis est, multo esse meliorem; eorumque coniecturam valde probo, qui existimant primum ita scriptum fuisse, *quem dicunt homines esse filium hominum?* aliquoni deinde Græcum, vt moneret Christum de se loqui ad margines appositum esse, *me*, postea aliquem alium correctionem esse putasse, itaque in contextum transtulisse, ex qua tamen esse legi, *quem me dicunt homines esse filium hominum?* postremo aliquem, cum alter rum redundare iudicaret, sustulisse *filium hominum*, quod erat obscurius, reliquisse, *me*, quod erat clarius. Scio quo modo multi, qui vtrumque legunt, interpretentur, aut sine interrogatione per appositionem; aut per interrogationem hoc modo, *quem me dicunt homines esse? filium hominis?* quod vtrumque absurdum mihi videtur, secundum absurdius. Non enim solet se Christus honorifice, sed humiliter filium hominis appellare, nec aliter quam de se per tertiam personam loquens. Cuius rei tot sunt exempla, quoties se filium appellat. Notanda etiam antithesis. Christus rogat, *quem dicunt homines esse filium hominis?* Petrus respondet, *tu es filius Dei viui.* Vnde apparet legendum hoc loco esse, *filium hominis*, vt antithesis constet. Videtur enim Christus data opera contemptissimo vocabulo, *se filium hominis* appellasse, vt discipulorum fidem exploraret, occasionemque præberet illis, quod sentiebant, etiamsi nihil de ipso supra hominem sentirent, libere dicendi. Quare, quod hæreticus quidam interpres Græcum articulum exprimens vertit, *quem dicunt homines esse illum filium hominis*; pudibundo iudico. Non enim Christus, vt se Messiam illum à Prophetis prædictum; sed contrario prorsus consilio, vt se maxime abiceret, & quasi humi prostratus sententiam excuperet, *filium hominis* dixit.

Tuyx in ana.

Homines.] Vulgo, quem Hebraismum sæpe iam expositimus vt capite 5. 13. & Lucas ipse explicat. Nam quod dicit Matthæus, *quem dicunt homines esse filium hominis* ille dicit capite 9. 8. *quem me dicunt esse tumbe?* Nec est contrarium, quod hic dicat dixisse Christum, *quem dicunt homines esse filium hominis*: illic vero, *quem me esse dicunt?* Matthæus enim, vt probauimus, verba; Lucas sensum, expositionem q; recitauit.

Ioseph. in Ad. Gorionis fabulosum.

14. *Alii Ioannem Baptistam.* Cur alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam esse existimauerint, diximus supra capite 11. 4. & 14. 2. Quod autem quidam ex Iosepho Ben-Gorionis afferunt, vt probent Ieremiam esse venturum, apocryphum est: & tot rotus ille auctor fabulosissimus.

15. *Vos autem, quem me esse dicitis?*] Manifesta antithesis est, *vos autem.* Putat Hieronymus Christum Apostolos, tanquam plusquam homines hominibus opposuisse. *Prudens, inquit, lector attende, quod ex consequentibus, textuque sermonis Apostoli nequaquam homines, sed dij appellantur. Cum enim dixisset, quem dicunt homines esse filium hominis, subiecit, vos autem, quem me esse dicitis?* Ego non hominibus tanquam deos; sed vulgo tanquam homines non vulgares opponi credo, quod & Chrysostomus indicat, *vos*, inquit, *qui mecum semper versantes, plura me fecisse vidistis, qui meo nomine complures virtutes ipsi quoque fecistis, quem me esse dicitis?*

16. *Respondens Petrus.*] Cur potius Petrus, quam alij responderit, multas rationes veteres auctores afferunt. Prima est, quod Petrus omnium fuerit princeps, vt Chrysost. ho. 55. Secunda, nymam caput quod ardentioris fuerit fidei, vt Hilarius; & Hieron. 14. 28. docuerunt. Tertia, quod quasi os Apostolorum fuerit, qui pro omnibus loqui solerat; quemadmodum D. Chrys. hoc loco, & D. Aug. solent appellare. nam & Ioan. 6. 68. Cum Christus omnibus discipulis dixisset, *nun quid & vos vultis abire?* Petrus respondit, *ad quem ibimus? verba æterne vitæ habes.* An autem in hoc loco pro se tantum, an pro omnibus responderit vers. 18. dicemus.

Petri primatus.

Tu es filius Dei viui.] Filium Dei vocat naturæ non adoptione. Adoptione enim omnes confitebantur filium esse Dei, quandoquidem virum iustum, & propheram putabant. Certissimum autem argumentum est, quod Petrus Christum filium Dei viui appellans Ioanni, Eliæ, Hieremiæ, & Prophetis opponat, quos certo est filios Dei fuisse adoptione, Christum ergo non adoptione sed natura filium Dei appellat. Itaq; recte veteres auctores ex hoc loco Christi diuinitatem probauerunt, vt Hilarius in commentario, & libr. 6. de Trinitate, & Athanas. sermone 3. contra Arianos, & in epist. de sententia Dion. Alexand. contra Arianos.

Christus filium naturæ, non adoptione.

Christi diuinitas.

Viui.] Deum viuum appellat scripturarum more, vt ab idolis distinguat, quæ res mortuæ sunt, vt Hieronym. Beda, Euthym. annotauerunt. D. Basil. in homil. de pœnitentia legit filium Dei excelsi. Recte autem notauit Theophyl. adiectum fuisse articulum Græcum nomini Filij, vt significaretur nó qualiscunque, sed vnicus ille, & naturalis filius.

17. *Simon.*] ita prius vocabatur, cap. 10. 2.

Bar-iona.] Bar-iona dictum est per contractionem pro Bar-Iohanna, quod Chaldaice filium Iohannis significat, quemadmodum Io. 21. 15 appellatur. Simili contractione vsus est Lucas 6. 3. 9.

Quia caro & sanguis.] Carnem, & sanguinem vocat homines carne & sanguine constantes. Opponit enim hominem Deo, *sed pater meus*, inquit, *qui in cælis est*, vt ad Galat. 1. 16. Continuo non acquiescit carni, & sanguini, & Ioan. 1. 13. *Qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Ita solet scriptura homines carnalia sapientes appellare, & Deo, aut diuina sapientibus opponere, vt 1. ad Cor. 15. 50. *caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Ita etiam sapientia & prudentia carnis appellatur Rom. 8. 7.

Petri primatus.

18. *Et ego.*] Elegans antithesis, Græce etiam est ἐγὼ δὲ. Sed ego dico tibi, quasi dicat, tu qui homo es, filium Dei viui me esse dicis: ego vero, qui filius Dei viui sum, dico te esse Petrum, id est, vicarium meum, quem filium Dei esse confessus es. Nam Ecclesiam meam, quæ super me ædificata est, super te etiam, tanquam super secundarium quoddam fundamentum ædificabo.

Tu es Petrus.] Sunt, qui putent nondum antea Petrum vocarum fuisse, sed nomen tantum illi fuisse promissum Ioan. 1. 42. *Tu*, inquit, *vocaberis Cephas.* Probabilius tamen, quod ho. 2. de consens. Euang. dicit Augustinus, iam inde à principio vocationis fuæ hic appellatum, vt Marci 3. 16. & Lucæ 6. 14. manifestum est. Itaq; cum Christus illi dixit Ioan. 1. 42. *Tu vocaberis Cephas*, nomen illi imposuit, quasi diceret deinceps nó vocaberis Simon, sed Cephas, id est Petrus, sicut Deus Abrahamo per futurum etiam inquens nomen imposuit Gen. 17. 5. *nec vltra*, inquit, *vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituti te.*

Ecclesia super Petrum ædificata contra Caluinum.

Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.] Sunt inter veteres auctores, qui interpretentur super hanc petram, id est, super hanc fidem aut super hanc fidei confessionem, qua me filium Dei viui confessus es. Ita dicit, *super hanc petram*, id est, super te, ædificabo Ecclesiam meam. Idem enim diuersis verbis diuersique metaphoris illi concedit, vt ipsius in Ecclesia ex Chrysost. homilia 55. in hunc locum, & oratione 2. aduersus Iudæos, & Cyrillus Alexandrin. dial. 4. de trinitate, Auctor commentariorum in epistolas D. Pauli, qui Ambrosio tribuuntur, in cap. 4. epistolæ ad Galat. Longius etiam à sensu recedens D. Augustinus interpretatur tract. in Ioann. 27. & 124. & sermone 13. de verbis dominis secundum Matthæum. *Super hanc petram*, id est, super me ipsum, quis petra erat Christus 1. Corinth. 10. 4. Et quia *fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* 1. Corinth. 3. 11. Origenes vero tract. in Matthæum *super hanc petram*, id est, super omnes homines eandem fidem habentes. Quas interpretationes aliter, quam præ se ferunt, intelligendas Caluinistæ multo audiuis, quam veritatem amplexi sint: ne si Ecclesiam super Petrum ædificatam fuisse fateantur, Romanum Pontificem caput aut fundamentum Ecclesiæ cogantur eadem ratione confiteri. Cæteros auctores paulo post interpretabimur. Nunc nihil magis à sensu Christi alienum cogitari potuit, quá vt dicere voluerit super se ipsum, aut super aliam rem quam super Petrum fundandam Ecclesiam. Primum, quis nõ videt pronomen demonstratiuum *hanc* positum esse loco relatiui, perinde ac si dixisset, tu es Petra super quam ædificabo Ecclesiam meam: Petrus enim, & petra idem sunt. Nam quod Caluinus dicit non fine causa Euangelistam orationem variasse, cumque dixisset, *Tu es Petrus*, secundo loco non dixisse super Petrum, sed *super hanc petram*, vt aliam petram, quam Petrum signi ficaret; puerile, & ridiculum est. Nec enim Matthæus Græca, sed Hebraica, aut Chaldaica, & Syriaca lingua, vt in præfatione probauimus Euangelium scripsit. Quibus singulis ita generis differentia quæ Græce, & Latine est inter Petrum & petram, non reperitur. sed vno, eodemque nomine siue Hebraice, siue Syriace Christus dixit, *tu es Petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quemadmodum si Latine Petrus non Petrus, sed petra vocaretur, & Christus dixisset, tu es Petra & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, nemo profecto sanæ mentis intelligere posset aliam petram, aut alium hominem, Petrum ipsum demonstrare; super illum ergo Ecclesiam Christus ædificauit. Dubitabit aliquis, cur si non Matthæus, Matthæi tamen Græcus interpres illam nominum & generis distinctionem adhibuerit. Respondeo in promptu rationem esse, quia quamuis Græce petra & πέτρος genere masculino, & πέτρα fœminino dicatur, tamen Petrus, quia vir erat, non petra fœminino, sed Petrus masculino nomine vocandus erat. Secundo autem loco, vbi de ædificii fundamento agebatur, non Petrus, sed petram dixit, quamuis idem vtrumque nomen significaret, quia in similibus ædificiis nomen petræ fœminino magis est vitarum. nam & Arteuera & rarum est. Præterea dubium est Christum his verbis aliquid magnum & singulare tanquam fidei confessioni præmium Petro concedere, aut promittere voluisse? quid autem concedisset, si eranum illi dedisset nomen, vt Petrus vocaretur? Imo ne nomen quidem dedisset; nam, vt paulo ante probauimus, tam Petrus appellabatur: his ergo verbis, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, signi ficat hanc se illi eximiam, & singularem dignitatem concessurum, vt super eum Ecclesiam suam ædificaret, id est, eum Ecclesiæ caput constitueret, eumque in ea Vicarium facer et. Deinde ex verbis consequentibus, *& tibi dabo claues regni cælorum*, perspicuum est hæc etiam verba, de quibus disputamus, ad Petrum pertinere: absurdum enim est, tam paucis verbis rerum, aut personarum mutationem fieri. Quemadmodum ergo dicit, *tibi dabo claues regni cælorum*, ita dicit, *super hanc petram*, id est, super te, ædificabo Ecclesiam meam. Idem enim diuersis verbis diuersisque metaphoris illi concedit, vt ipsius in Ecclesia

A Vicarius sit, quã dignitatẽ prius fundamenti esse dixit, *& super hãc petram ædificato Ecclesiam meã*, deinde principatus, aut capitis in Ecclesia sua, cum quasi emittere claves tradidit, metaphora declarat: sicut ipse Christus & fundamentum, & caput Ecclesiæ est, quibus duobus nominibus atque metaphoris non duæ, sed vna, eademque res significatur. Quare etsi aliquis cur ergo Christus non aperte, & vno verbo dixit *super te* ædificabo Ecclesiam meam? Respondeo est facilis, ne locutionis gratia & energia periret, quæ in eo consistebat, vt cum de Ecclesia Christus tanquam de ædificio aliquo ageret, accommodate ad ædificium loqueretur: non fuisset autem accommodate locutus, si dixisset, *super te ædificabo* Ecclesiam meam: quia ædificia non super homines, sed super petras fundari solent: quod & D. Hieron. admonet. Præterea, si sensus esset *super hanc petram*, id est, *super hãc fidem*, aut super me ipsum *ædificabo Ecclesiam meam*, maxime propter aduersariorum rationem, qui existimant Petrum non pro se tantum, sed pro omnibus Apostolis respondisse, *Tu es Christus filius Dei viui*, quod fateor nonnullos etiam auctores veteres putasse Chrysostomum, Hieronym. hoc loco, & Augustin. sermone de tempore tertio de verbis Domini secundum Matth. Sed hos auctores paulo post retuerer interpretabimur. Nunc Caluinistarum opinionem refutamus. Si enim pro omnibus Petrus loquis hatur, cur non omnibus à Christo dictum est. Beati estis, quia caro & sanguis non reuelauit vobis? &c. Cur nõ omnibus mutata nomina sunt? Cur non omnibus dictum, vobis dabo claues regni cælorum? Deinde cũ omnes Christi discipuli interrogasset, cur non omnes respondissent? præsertim cum paulo ante interrogante eo, quem se homines esse dicerent, non solus Petrus, sed omnes, aut quicunque voluerunt, respondissent, alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis: melius ergo omnes alij sensisse auctores Petrum pro se vno respondisse, non quod alij idem non crederent, ac dictum etiam fuisset, nisi Petrus præuenisset, sed quod Petrus maiore fide in confessionem primus erupuerit. Atque hoc tantum indicare auctores illi voluerunt, qui dixerunt illum pro omnibus respondisse, quoque cum os Apostolorum appellauerunt. A his hæc commentabar vtique, vt quemadmodum Christus Apostolos duodecim ad duodecim patriarcharum similitudinem elegerat; ita vnum veluti Abrahamum eligeret, qui propter maiorem fidem omnium caput, & vt Abrahamum veteris, ita illic Euangelicæ Ecclesiæ fundamentum esset: petra enim in vtroque sunt omnia, fide Abrahamus excellit, & Petrus nomen Abrahamo, quia pater multarum gentium futurus erat, mutatum est. Genesis decimo septimo, verso quinto, & Petro, quia omnium Christianorum futurus erat pater, & caput. Illa etiam vnica ratio, ob quam hæretici Ecclesiam super Petrũ fundatam fuisse negant, quod non potuerit aliud fundamentum poni *præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus* primæ Corinth. tertio vt ridiculo cauillo, falso omnino est. Namidem Dominus Paulus ad Ephes. 2. 20. Apostolos, & Prophetas Ecclesiæ fundamentum appellat *super ædificati*, inquit, *super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.* Nam quod nõ hæretici exponunt, *super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*, id est, super eorum fidem, atque doctrinam, pertersa omnino interpretatione est. Addit enim Apostolus, *ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Quibus verbis significat in Ecclesia sicut in exteriorum ædificiorum fundamentis multos esse lapides: primum & maximum, atque angularem Christum, quo alii omnes innituntur; secundarios vero Apostolos, & Prophetas, qui & ipsi quidem super primum fundati sunt: sed tamen aliorum Christianorum sunt fundamentum, quod Dominus Ioannes in Apocalypsis capite 21. 14. diserta verbis; & nul-

Petri primatus.

& nullam iam hæreticorum interpretationem recipientibus explicauit ; *& murus*, inquit, *ciuitatis* (de Ecclesia loquens) *habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum agni.* Cur ergo Dious Paulus non potius dixit nos super Christum, quam super Apostolos, & Prophetas ædificatos ? Promptum est respondere, quia nos longius à Christo, quam ab Apostolis & Prophetis in Ecclesiæ ædificio positi sumus. Christus enim primo loco primus lapis, & angularis : super Christum Apostoli & Prophetæ : super Apostolos, & Prophetas nos ædificari sumus. D nique super ipsum Petrum Ecclesiam ædificatam fuisse omnes prorsus, præter hæreticos, veteres auctores docuerunt. Quorum sententias etsi alii diligenter inuestigatas recitarunt, tamen quia res est hoc tempore maximi momenti, non præteribo, loces solum indicabo, verba ipsa si quis desiderabit, apud auctores leget. Ita ergo Clemens Romanus in epistola ad Iacobum ; ita Hippolytus in libro de consummatione mundi, ita Dionysius in epistola ad Timotheum ; ita Tertullianus in libro de præscriptionibus, & in libro de pudicitia ; ita Cyprianus in epistola ad Iubaianum, & in epistola ad Cornelium : ita Origenes homilia quinta in Exodum ; ita Epiphanius in Anchorato, ita Gregorius Nazianzenus in oratione de moderatione in disputationibus seruanda ; ita Basilius in homilia de pœnitentia, & libro secundo, aduersus Eunomium ; ita Ambrosius sermone quadragesimo septimo, de fide Petri, & sermone sexagesimo octauo, de natali Petri & Pauli, & in hymno, qui in Ecclesia decantatur,

Hoc ipsa petra Ecclesiæ
Canente culpam diluit,

quem hymnum à Diuo Ambrosio fuisse compositum celtatur Augustin. ita Hieron. in epistola ad Marcellam aduersus Montanum, & libro primo contra Iouinianum ; ita auctor commentarior. in epistolã D. Pauli, qui vulgo Ambrosio tribuuntur, ad Galat. 2. ita Leo sermo. 2. de Petro, & Paulo, & in epistola ad Episcopum Viennensem, & in epistola ad Germinanum, ita totum Calcedonense Concilium ; ita Iuuencus ; ita Pisellus apud Theodoretum libro tertio, in Cantica ; ita denique illi ipsi auctores senserunt, qui contra sensisse perhibentur. Nam idem Hilarius eodem libro 6. de trinitate, vbi dicit Christum super fidem Petri Ecclesiam ædificasse, his verbis scribit, *& post sacramenti confessionem Beatus Simon ædificationi Ecclesiæ subiacens & clauses regni cælestis accipiens.* Et in commentariis in Psalm. 131. *Tanta*, inquit, *est religio iusti pro humani generis salute patiendi, vt Petrum primum Dei confessorem Ecclesiæ fundamentum, cælestis regni ianitorem, & in terrano iudicio iudicem cœli Satana contactio non superet, & canone 16 in Matthæum. O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret,* & Chrysost. homilia secunda, in Psalm. 50. *audis denique, quid Petro dixerit Christus columna, & firmamento fidei, qui ob robur confessionis vocatus est Petrus dicente Domino, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* & Cyrillus libro 2. in Ioann. capite 12. *tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, vocabulo ipso commode significãs, quod in eo tanquam in petra lapideque firmissimo suam esset ædificaturus Ecclesiam,* & Augustinus sermo. 49. de verbis Domini secundum Ioannem, *Aiit*, inquit, *Petro in quo vno formam Ecclesiam, Petre amas me,* & libr. 1. retractationum cap. 21. aliorum auctorum, qui Ecclesiam super Petrum fundatam dixerant sententiam non improbat. Ex quo apparet hos auctores, qui *super hanc petram*, id est, super hanc fidem exponendum esse dixerunt, aliter quam hæretici intelligunt, interpretandos esse. Commodissima autem interpretatio mihi videtur, si dicamus eos dicere voluisse super fidem, & confessionem Petri Ecclesiam ædificatam, id est, super Petrum propter fidem, & confessionem, quemadmodum & omnes alii senserunt auctores. Huiusmodi enim phrasibus vulgo etiam vtimur, vt dicamus in vnius hominis fide fundatam esse Rempub. id est, in vno homine propter ipsius fidem. Quemadmodum D. Ambrosius in lib. de Resurrectionis fide dixit super aquas non Petri corpus, sed fidem ambulasse ; quia non corpus sed fides effecit, vt super aquas ambularet. Certe ex ipsorum verbis manifestum est eos, quod nunc hæretici negant, negare noluisse Petrum esse fundamentum Ecclesiæ. Dicet aliquis, si omnes alii non solum Apostoli, sed etiam Prophetæ, vt ait D. Paulus, fundamentum Ecclesiæ sunt, quid his verbis singulariter Petro concessum est, *tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam?* Respondeo : hoc illi concessum esse, vt inter omnes Prophetas, & Apostolos primum post Christum Ecclesiæ fundamentum sit, & locum illius absentis teneat. Nam his verbis aliquid vni Petro singulare concessum esse satis à nobis supra probatum est. Cum autem eis etiam fundamentum sint, nihil aliud conferri potuit, quam vt secundus post Christum fundamenti lapis esset, & eo modo, quo Christus, id est, ita, vt eo non vna tantum pars, sed tota Ecclesia niteretur. Hoc interest, quod Christus sua, Petrus Christi virtute fundamentum est ; & Christus nullo alio, Petrus vero alio, id est, Christo nititur fundamento.

Ecclesiam meam.] Ecclesiam Christus suam vocat in dicans se Deum esse, & dominum Ecclesiæ, vt recte Theophylactus annotauit.

Et portæ inferi.] Per portas inferi omnem diaboli potentiam significari dubium non est, illud vero dubium quare per portas potentia significetur ; & quare nõ proprio nomine potentiam, sed metaphorice portas Christus appellauerit, vtrum quæ facile conijcitur. Loquebatur de Ecclesia tanquam de ciuitate aliqua Christus. Solẽt autem munitissima pars vrbium esse porta, vt Psalm. 147. 13. *Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te ;* & quia vrbes plerunque per portas expugnari consueuerunt, vt Genes. 22. 17. & 24. 60. *& possidebit semen tuum portas inimicorum suorum*, id est, hostium suorum vrbes expugnabit & Iudicum 5. *nouos belli electi dominus, & portas hostium ipse subuertit*, & 3. Reg. 8. 37. *si afflixerit eum inimicus eius porta obsidens.* Propterea ergo diaboli potentiam, non potentiam, sed portas inferi appellauit. Ar cur *inferi* dixit, & non potius diaboli, qui Ecclesiæ hostis est, sicut Moyses dixit, *possidebit semen tuum portas inimicorum suorum ?* Id etiam facile, quia sicut de Ecclesia, ita etiam de inferno vbi diabolus dominatur, tanquam de vrbe aliquitalo quitur, sicut Psal. 106. 16. *Qui contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit.* Hi autem duo illis sunt ciuitates, altera Dei, diaboli altera, ex quibus Augustinus eos scripsit libros.

Non præualebunt.] Οὐκ ἰσχύσουσι, id est, non vincent, aut non superabunt. Quorum verborum sensus nõ videtur mihi esse, quem omnes, præter Hilarium, quos legisse memini, auctores putant. Omnes enim existimant sensum esse fore, vt diaboli potentia Ecclesiam quidem exerceat, nunquam vero vincat, nũquam opprimat. Quæ sententia, etsi vera est, tamen est parua, & locum ac verba Christi non implet. Maius enim quiddam videtur Christus significare voluisse. Nec enim solent portæ vincere, sed resistere ; itaque non potuit offendẽdi, sed defendendi vis per portas significari. Sensus igitur, nisi fallor, est fore, vt Ecclesia super petram a Christo fundata omnem diaboli potentiam expugnet ita vt nulla arte, nullis viribus possit resistere. Hoc enim multo maius est, & verbis magis consentaneum : portas enim infesti nõ impugnatores, sed hostes Ecclesiam, Hebraice phrasis est לֹא יִגְבְּרוּ non poterunt aduersus illam, id est, non poterunt illa resistere. Hunc sensum Hilarium secutum apparet, *quia* (Ecclesia scilicet) *infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret.* Veteres auctores per portas inferi id est, diaboli potestatem, alii hæreses, vt Epiphanius in Anchorato ; alii vitia, vt Ambrosius in libro de bono mortis cap. 12. & in commentariis in cap. 3. Lucæ ; alio vtumur, vt Origenes tradam ex Matthæo, Hieronymus, & Beda ; alii blasphemias hæreticorum, & eorum aduersus Ecclesiam persecutiones, vt Eusebius ; alii omnes Ecclesiæ persecutores, vt Theophylactus intelligunt. Præstat non restringere sensum, sed generaliter omnem diaboli potentiam interpretari.

Adauersus illam.] Origenes tract. 29. in Matthæ. & Chrysostomus hom. 55. putant relationem vel ad petram, vel ad Ecclesiam referri posse ; sed non dubio, quin ad Ecclesiam referatur, quod & iidem auctores probabilius, & alii omnes verum putant : quã quam propter eas significat Christus portas inferi aduersus Ecclesiam non præualituras, quia supra petrã ædificata est, sicut sup. 6. 7. 24. 25. dixit *Omnis, qui audit verba hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit : fundata enim erat super petram.* Nisi quod illis significatur domum illam pluuia, fluminibus & ventis resistisse ; hic vero Ecclesiam non solum non referno resistituram, sed illum etiam expugnaturam esse, quia super firmam petram fundata est. Agitur enim de Ecclesia & inferno, vtraque de duobus, vt eum monuimus, verbibus, aut aribus inter se vicinis atque pugnantibus ; quarum, quæ melius fundata est atque munita alteram expugnat.

Quid portæ inferi significatum.

Protestatus & pollicetur se claues regni cœlestis Ecclesiæ traditurum.

19. Et tibi dabo claues.] Claues in metaphoram appellatur potestas aperiendi, atque claudendi regni cœlorum, vt Lucæ 11. 52. *Væ vobis legisperitis, qui sustulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.* Quam potestatem alia item ratione metaphora ligandi, atque soluendi declarat. In quo autem hæc potestas consistat, ex eo inter nos, & nouos hæreticos Lutheranos, & Calumnias hoc tempore disputatur. Illi enim non alia ratione homines cœlum aperire, ligare, & soluere, peccata aut remittere, aut retinere putant, quam docendo, aut remissam esse, aut fore, vt, si quis Euangelio crediderit, illi remittantur. Nos, inquit, & prorsus absurda sententia. lito enim modo mihi aliud Christus Petro concessisse claubus regni cœlorum dedit, nisi quod ante illum Scribæ, & Pharisæi etiam habebant, cuius vigesimo tertio, secundo, *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi : omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, seruate & facite* & Lucæ 11. 52. *Væ vobis, qui sustulistis clauem scientiæ.* At iam satis à nobis probatum est, Christum non solum plus, quam Scribis, & Pharisæis, sed plus etiam, quam cæteris Apostolis Petro dare voluisse aliquid ergo per claues nomine potestatem supra docendi potestatem significatur. Præterea docendi potestatem non solus Christus Apostolis, sed sequenta etiam duobus discipulis dedit eadem decimo, Luc. versiculo primo, claues autem & ligandi, atque soluendi potestatem fuisse Apostolis : non ergo eadem est claues, ligandi, soluendi, quæ docendi potestas, præterea docendi potestatem iam Christus Apostolis dederat ca. 10. ? Claues autem, & ligandi, soluendique potestatem non dederat, non est igitur eadem. Nam quod Caluinus dicit illo loco non dedisse Christum Apostolis generalem vbique, sed speciem ad tempus in finibus Iudæorum verbibus docẽdi potestatem ; & fatium est, &, si verum esset, nihil esset. Iam enim eo loco probauimus generalem docendi facultatem etiam tunc Apostolis fuisse concessam, sed vsum ad tempus fuisse restrictum, nemo vsum gentium abrenit, quin nero contemebit prius gentilibus Euangelium, quam Iudæis quibus promissum fuerat, prædicari. Ex vero quo mos specialem tãtum potestatem illis datam fuisse, quid ad præsentem quæstionem ? Certe si idẽ est docere, atq ; remittere peccata, vbicunque, & quandocunque docere poterant, possunt & peccata remittere : at videmus potestatem illis docendi tunc datam fuisse, potestatem vero remittendi peccata datam non fuisse. Quibus igitur potestas est. Videmus etiam hoc loco, vbi claues concedimur ; & ligandi, atque soluendi peccata facultas datur, nullam de diuersis mentionem fieri. Ecclesiæ vero caput vigesimo octauo, decimo nono, & Marci decimo sexto, decimo quinto, vbi iubentur Apostoli omnia creaturæ Euangelium prædicare, nullam omnino eam de claubis, nullam de ligando, & soluendo factam esse. Nam, quod Ioannes ait capite vigesimo, vigesimo secundo, vigesimo tertio Christum cum Apostolos mitteret, dixisse, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*, etsi sub eam dictum est tempus, non tamen idem dictum est : propterea enim, vt alia multa, Ioannes, tanquam ab aliis prætermissa Euangelistis commemorat. Illud etiam nõ minimum est argumentum, quod potestatem remittendi peccata aliis Christus ceremonia, quam docendi potestatem Apostolis dederit. Nam cum potestatem peccata remittendi dedit, dicitur in Apostolos insufflasse, dixisse q ; *Accipite Spiritum sanctum.* Cum autem docendi facultatem dedit, neque insufflasse, neque Spiritum Sanctum dixisse dicitur ; diuersa igitur docendi, atque peccata remittendi potestas est. Adhuc si non aliter homines hominibus peccata remittunt, quicunque alium docebit, eximit mulier ita, peccata remittet, quod & inauditum & absurdissimum est. Præterea si docere est soluere, id est, peccata remittere, non docere est ligare id est, peccata retinere. Itaque omnes homines, qui non docent, ligandi, id est, peccata retinendi potestatem habent. Quo quid absurdius ? Præterea, si docere est soluere, & non docere ligare, non dedisset Christus Apostolis ligandi potestatem, cum eos iusserit docere omnem creaturam, id est, omnium creaturæ vera est) omnes homines soluere, nemirum ligare. Quorum igitur ligandi potestas, si nemo ligandus erat ? sequitur etiam ex illorum sententia Christi falsam esse sententiam. Nam si soluere est docere, non quæcunque Apostoli soluerunt super terram, soluta fuerunt & in cœlo ; quoniam homines bene docuerunt quibus non credentibus peccata in cœlo soluta non sunt ? Immo quos etiam credidderunt, & benedixit, hanc credentes damnati sunt ? Scio aliam esse illorum sententiam. Nam illi soluere

in mentem Eorum Nouatiani hæresiarcharum fuerit, qui etiam in potestatem Ecclesiæ non datam negarent; sed ad eos rectorum tamen peccatorum remissionem extringerent: argumentabantur, vt ait Ambrosius libro de pœnitentia capite secundo, non posse hominem peccata remittere, sed eam inutilem non fuerunt, veriam Calumniarum rationem, quia non Apostoli tantum; sed omnes etiam mali remissionem peccatorum discrimen instituit facile peccata remittant, excogitarent. Quo modo sentiunt omnes qui post Cheliam fuerunt, Catholici auctores peccata per claues Ecclesiæ tamitis prolata eorum testimonia explicandum esset, siquis eorum aliter quam per pœnitentiæ sacramentum id fieri diceret: sed vbinam id contradicit, quia nos scripturis. Verba tantum, Tertullianus ibi de pœnitentia ponam: *Præscripserat Dominus, vt non septies tantum, sed adhuc septuagies septies fratri peccanti ignoscamus, quia & nos quotidie delinquimus, & quotidie indigemus veniæ, vt tamen cautiores simus, & ad quotidianum delictum quotidiana remedia præparemus.* Deinde agnatum subiungit, & *tempus illi dicit, quo ea remissa peccata non diutius fructuosa, per exemplum hoc ratione, non docendo peccata remittebantur.* Pœnam & Cyprianus in sermone de lapsis: *Confiteantur singuli quisque fratres, dehibitum sumi, dum adhuc, qui deliquit, in seculo est, dum admissa eius ipso penitentiæ, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud hominem grata est,* & alio loco reprehendens eos, qui cum publica peccata commisissent, confessi non erant. *Quæso, inquit, ut idem sentet & timeat melius sit, qui malus non de sacrificio, sed libello sibi spem veniæ promittit, quam de hoc vel ipso verba lenocinia blandientis accipere, & simpliciter confiteri.* Itaque confessione & pœnitentia, non doctrina, peccata remittitur. Hactenus vnus ex his veteribus de hoc loco error structus. Secundus est, quod negent aliquid hic verbis Petro datum esse, quod non omnibus pariter Apostolis datum sit, vt idcirco non tantum existimet de illis disputando verba *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, de quibus fuit supra disputatum, probatumque hoc singulariter fuisse Petro concessum, vt Ecclesia super illum ædificaretur. De his verbis nunc agimus: *& tibi dabo claues regni cœlorum.* Quibus ego verbis nostrum hæreticorum, & nonnullorum Catholicorum opinionem Ecclesiæ principatum Petro datum esse contendo, non quod Catholici illi datum negent: sed quod non hic, sed illis præcedentibus verbis *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, datum putent: claues vero non singulariter Petro, sed omnibus communiter Apostolis fuisse collatas. Ego vero, vt tum dixi in Theologicis scholis docuisse memini, verisque verbis eundem arbitror Ecclesiæ principatum Petro fuisse concessum. Primum enim hoc phrasis significat. Solent enim domos aut vrbes claues penes eum esse, quem domo, vel ciuitate princeps est. Ioan per claues in scriptura principatus significatur, vt apud Isaiam capite 22. *Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat,* id est, fiet eum illi in regno Dauid potestatem dabo. Super humerum autem dixit, cum claues non super humerum, sed in ea re gestari soleant, duas, vt fere in scriptura fieri solet, confundens metaphoras idem significantes, alteram clausum, alteram seperi, quarum vtraque summum declarat imperium: quia ergo scriptum super humerum gestari solet, dixit fore, vt ea domus Dauid super humerum eius poneretur, sicut apud eundem Isaiam capite nono sexto, *cuius principatus super humerum eius.* Eodem sensu dicunt Christus Apocalypsi primo, decimo octauo, habere claues mortis & inferni: est, dominus esse vitæ & mortis, & capite tertio, septimo, habere clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudat, qui claudat, & nemo aperiat. Hoc igitur sensu claues Petro datæ sunt, id est, suprema secundum Christum in Ecclesia potestas, vt claudas, & nemo aperiat; aperiat & nemo claudat id est, quæ vtiouerit, nemo ligare, & ligauerit, nemo soluere possit. Vtrum potestas Romani Pontificis ad referendum, quos vocant, calos efficacissime probatur. Id enim inde colligo, q soli Petro hoc loco dicitur *tibi dabo claues regni cœlorum*, & ita dicatur, tanquam alijs dandæ non essent; quis infitias respondit. Tu *super hanc Dei* vias, sicut soli dictum est, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Diuersis enim metaphoris alterius fundamenti, altera clausum vnus idemque principatus significatur, & vna alterius explicatio est. Nō nego eterē os Apostolos suos etiam claues, id est ligandi, soluendique potestatem habuisse, quemadmodum omnes veteres ac fideres docent, dicentes, claues omnibus datas fuisse; sed nego has, de quibus hic agitur, claues habuisse, & nego eas, quas habuerunt, quæque omnes semper Catholici vere quidem, sed alio tamen sensu claues appellarie in sacris vocum literis claues vocari. Eiusmodi autem est argumentum, quod cum Christus alios Apostolos in sua cæpit decimo octauo, decimo octauo decimo octauo, & Ieremias 20. 23. legunt, solutumque potestatem de claudendi mentionem fecit. Solus ergo Petrus eas claues habuit, quibus aperiebat, vt nemo claudere; in claudebat, vt nemo aperiret; licetio omnia eiusmodi aut omnes, aut nullas habe in claues solus tamē dominus & dominatus, & secretes habet, quibus cum volet, in cui animi, vt nemo aperiat, in aperiat vt nemo claudat. Sed vereor, ne hoc ipsum Origenes tradit, quod Petro solo claues regni cœlorum datæ sint, quasi Petrus in omnibus cœtus, alijs Apostolis ius soluendi potestatem aceperint. Hæc enim ille ait. Tertius Calumniarum hoc loco error est, hanc potestatem, quæ Petro data est eius successoribus non item datam esse. Itaque quamuis concedatur Petri Ecclesiæ principatum habuisse, inde non probari non posse, eundem principatum eius habere successores, & quidem id ipsum in lib. de pudicitia Tertullianus aduersus Ecclesiam fuisse conferit, confirmat ergo me ignorare opinionem nostram, q nemo id vnquam, nisi hæreticus, id est, Calumniarum similis dixerit. Nam & montanistæ Calumniarum in hoc similes erant, quod & illi se Spiritum sanctum habere fatebantur, vt ex eodem Tertulliani libro satis apparet. Probauimus idem per claues, & per petram, super quam Ecclesiam Christus ædificaturus erat, significari. Quia si ita non sit, vereor Christus Ecclesiam in certam super mortalis hominis, dixisse, quem mortuo Ecclesia corruere necesse esset. Non ego super solum Petrum Ecclesiam, & super omnes eius successores, ex Ecclesia fundamento qui omnia deficiunt nunquam. Ecclesia non corruet, loco de claubus idem vel dixerimus, significatibus dicendum est. Præterea quorum Christus soli Petro, nō autem eius successoribus, dixerit? Confirmabat enim Ecclesiā, inde iubebat fieri, quæ vel imprudentia aut [illegible] non perfunctus hoc oti, sed in eo fide Ecclesiæ vnitate instituisset. Tadin igitur erās, quādiu Ecclesia ipsa duraturus, maximeque illud, q vt omnia maximis omnia erat maxime necessarium principio Ecclesiæ q eius fundamentū futurum erat. Itaque, vt alia eiusmodi minora in posteros transferenda nō esset, tamē hoc transmitti ad successores necesse erat, atque id omnes veteres auctores docuerūt. Quamus etiam est error, quod

quod negant Romanum Pontificem esse Petri successorem; nec enim aut Petrum vnquam Romæ fuisse, aut, si fuisset, propterea colligi posse quicunque Romanus sit Pontifex eius esse continuo successorem. Hunc errorem, quia locus proprius non est, non hic aliter refutabimus, quam vt iubeamus illos contra totum terrarum orbem pugnare. Nemo enim ante illos neque Catholicus, neque hæreticus auctor fuit, qui non affirmauerit & Petrum Romæ mortuum, & Romanos Pontifices eius successores esse. *Pugnabit* ergo, vt ait sapiens, *pro illo orbis terrarum contra insensatos.* Quintus error est, quod putant necessarium esse, vt Romani Pontifices Petro doctrina, & moribus similes sint, vt eius successores dici possint, qua ratione necesse etiam erat, vt Mathias Iudæ cui successit, sim lis esset, quod dici sine risu non potest. Necesse etiam erat, vt Iudas aliis similis esset Apostolis, vt eandem atque illi, Apostoli dignitatem retineret. At Apostolus esse non desiit etiam tunc cum fur esset, & loculos haberet, etiam tunc cum in mensa discumbens de vendendo Christo cogitaret, etiam tum cum vendidisset, antequam suspensus crepuerit medius, vt significat Petrus Actorum 1. 18. Quemadmodum ergo Mathias, quia in Iudæ locum electus est, quamuis multo illo melior, verus successor eius fuit: ita Iudas si in Mathiæ locum electus fuisset quamuis multo illo peior, eius fuisset tamen successor. Fingamus Romanum aliquem Pontificem talem esse, qualem iſti in suis concionibus solent pingere: fingamus esse Iudam; successor tamen Petri esse non desinit.

Et quodcunque ligaueris.] Hæc etiam metaphorica est, qua idem, quod duabus superioribus significatur, superemam remittendi, aut retinendi peccata potestatem Petrum habuisse; nec enim eodem sensu, quo Petro, atque alijs Apostolis dictum interpretor, *quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cœlo*; etsi video omnes auctores præter Origenem in eadem fuisse sententia: sed eo sensu, quo super solum Petrum Ecclesiæ ædificata est, quo soli datæ sunt claues, vt ita liget, vt nemo soluere; ita solut, vt nemo ligare possit. Quod iisdem argumentis probari potest, quibus supra probauimus Ecclesiam super Petrum ædificatam, solique claues, id est, Ecclesiæ principatum datum esse. Quæri autem solet in quo ligandi & soluēdi potestas sita sit. D. Thomas in commentariis tres de ea re errores vitandos esse monet. Primus est eorum, qui arroganter videntur existimasse, posse sacerdotes quemlibet pro suo arbitrio ligare, aut soluere, & quicquid iure, vel iniuria fecerint, ratum in cœlo futurum esse. Et vero si quis in sola verba animum figat, id videbuntur præ se ferre, *quodcunque, inquit, ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo, & quod cunque solueris super terram erit solutum & in cœlo.* At non ita est. Tantum enim voluit Christus Petro impertiri, deinde cæteris Apostolis vices suas in terris dare, vt facerent, quod ipse, si in terris esset, facturus erat, & eodem modo, quo facturus erat, vt ligandos ligarent, solutos dos soluerent. Hoc tantum excepto, quod Christus propria, Apostoli aliena, id est, Christi virtute ligaturi erant, aut soluturi. Ex eo ergo ipso, quod suas illis vices tradit, intelligit debere eos, non pro ipsorum, sed pro suo ipsius iudicio vel soluere, vel ligare; ita vt, quemadmodum recte Cyprianus ait, iudicaturo Christo nemo præiudicet. Hoc est, quod Theologi dicunt, claue non errante. Secundus error est, ligare aut soluere nihil aliud esse, quam homines aut iam à Deo ligatos, aut iam solutos declarare, sicut in veteri lege sacerdotes lepr sos neque faciebant, neque curabant; sed aut vere lepr sos aut vere à lepra curatos declarabant, quemadmodum videtur hoc loco Hieronymus docere, ex quo nonnulli Theologi eandem hauserunt opinionem, vt Rabanus, quem D. Thomas citat, & quidam de schola posteriores, quos Calumniatæ, vt solent scabrosa confectari, libenter secuti sunt. Sed hic error ex hoc ipso loco refutatur. Si enim non aliter sacerdotes, aut peccata soluerent, aut ligarent, non dixisset Christus, *quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cœlo*; sed quæcunq; soluta erūt in cœlis, soluetis super terram. Cum autem è contrario dicat quæcunq; soluetis super terram, erunt soluta & in cœlis, apertissime significat prius ab Apostolis super terrā, quam à Deo in cœlis esse soluenda. Atq; hoc fuit munus Apostolis dignum Christi personam referentibus, vt quemadmodum cum Christus ipse in terris versabatur, quæcunq; soluebat super terram, soluebantur à patre & in cœlis: ita eo in cœlum recepto quidquid Apostoli super terrā soluerent, & ab eo in cœlis soluerētur. Nec vero exilimo aliam fuisse Hieron. sententiam, aut eum hunc errorem confirmare, sed illum tantum priorem, de quo iam diximus, refutare voluisse. Tertius error est, cum in peccato sint duo culpa, & reatus pœnæ æternæ, ab vtroq; hominem per contritionem absolui æterna pœna in temporalem commutata; sacerdotes vero eum absoluunt, nihil aliud facere, quam aliquid de illa ipsa temporali pœna mutare. Hoc etiam facile refellitur: dicit enim Christus apud Ioannem, *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*; Sacerdotes igitur non à pœna solum, sed à culpa etiam absoluūt. Nec id magis apertum videri debet per sacramentum pœnitentiæ, quam per sacramentum Baptismi posse facere sacerdotes; quēadmodum D. Ambr. aduersus Nouatianos disputans, de pœnitentia ea docuit. Poteit obiici sacerdotes, cum ligant, non facere homines peccatores, sed declarare. ergo & cum absoluunt, non facere iustos. sed iustos iam esse, & à peccatis absolutos testificari. Respondeo non bene sequi, quia potestas ligādi, & soluendi nō est propter illos, sed propter peccatores Apostolis data. Nam eos, qui iusti id est soluti sunt, Deus ligari non vult. Eos autem qui peccatores, id est, ligati sunt, solui cupit, si digni; vel ligari, si indigni sint: propterea non pauciores sacerdotes eodem modo ligare, atq; soluere; sed solutio vere soluendo, ligant non soluendo, id est, quemadmodum Ioannes loquitur nō faciēdo, sed retinēdo peccata.

Super terram.] Sunt qui colligāt ex hoc loco Ecclesiæ potestatem ad ligandū, atq; soluendum ad mortuos non pertinere, quia super terram, id est, sub Ecclesiæ iurisdictione non sunt, vt ait Strabus aut eor gloſſe, quam vocant ordinariam: quod, an verum sit, non est hic locus subtiliter disputandi, tanti dico ex hoc loco colligi nō posse illud enim *super terrā*, non est ad eos, qui ligantur, aut soluuntur, sed ad eos, qui ligant, vel soluunt, referēdum q. d. Christus, quicquid vos super terrā habitātes soluetis, aut ligatieritis soluum, vel ligatū erit à Deo, qui habitat in cœlis; aut breuius quodquid solutū vel ligatum fuerit à vobis hominibus solutū, & ligatum erit à Deo. Nam per terrā homines, per cœlos Deus significatur, elegans tropheis, qua propter summa distantiā, quæ inter cœlum & terrā est, potestas Apostolis data cōmendatur. Quemadmodum si quis princeps alicui diceret, quidquid vel apud Indos egeris, tanti habebo modi & quātopere illi cōdat, & quam amplā illi cōcedat potestatē. Minus enim solet mushabere ratū, q nostro nomine per alium fit, nobis procul absentibus, quam q præsentibus, aut prope cōmorantib. nobis fit. Solent enim, si ita, quo longius domin⁹ abest, eo maiore vi licentia, sicut parabola illa Euangelica significatur Matt. 24. 48. vbi malus ille seruus Re. *in mortuus gis ait, moram facit dominus meus venire, & capit percutere conseruos suos, & manducare & bibere cum ebriosis.* Duo tamen certa, inq; esse dicebant, alterum, Ecclesiam potestatem habere etiam mortuos ex communicandi, id est, iis priōdi suffragia, q ex D. Cypr. & Aug. semper factum fuisse contra alterum, hāc ec-

Confessionis auricularis assertio.

ecclesiam habere potestatem, vt eos, qui in purgatorio A fuisse respondet, nihil mihi ad rem videtur respondere. Quid enim refert aut temporalem, aut perpetuam animorum fuisse, si aduentum filij Dei prædicabant? Orig. tract. 1. in Matt. respondet Apostolos, non Christum, sed regnum Dei prædicasse. Hieron, è contrario prædicasse quidem Christum, sed non Iesum, id est docuisse illum virum esse iustum. Prophetam, inaudita miracula facientem, Messiam à Deo promissum; sed non docuisse illum esse filium Dei viui, id est verum & naturalem Deum, qualem nunc Petrus confessus est; quia id ne ipsi quidem tunc Apostoli fortasse intelligebant; hoc autem loco prohibuisse, ne se Iesum Christum esse dicerent, vtis plerisque legimus exemplaribus, neque, vt nonnulli putant, abundat. Nam Iesus Dei, qui seruatorem significat; Christus hominis nomen est. Placet mihi hæc ratio, quemadmodum & Ambr. in c. 9. Luc. & Euthymio video placuisse. Illud certum nunquam Christum ante passionem suam Apostolis præcepisse, vt se filium Dei esse prædicarent; ipse vero nunquam satis aperte se filium esse Dei in publico declarauit, quia cum aliquando offensi nonnulli essent, q. Deum patrem suum appellasset, eorum opinionem ambiguitate nominis ludificauit, *nunne*, inquit, *scriptum est in lege vestra: ego dixi Dei ipsa vos estis, & filios dixit Deus, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum?* Ioan. 10. 34. 35. 36.

Confessionis auricularis præceptum.

B

21 *Exinde.* Interpretatio Hieron. est, *Exinde*, id est, cum passus fuero. Sed manifestum est indicare Euangelistam voluisse Christum ex eo tempore, quo C Petrus illum filium Dei esse confessus fuerat, cœpisse de futura sua morte verba facere, & nō semel, sed sæpius Apostolos monere, quod futurum erat, quasi dicat ex eo tempore non renuit Christus fecerit ut futuram passionem suam, sed palam, aperteque de ea loqueretur. Potest quæri, cur ex eo tempore potius, quam ante. Causa in promptu est, quā & Chrysost. & Euthym. & Theoph. indicant, quia ante nondum satis ab Apostolis, tanquam filius Dei naturalis, aut cognitus, aut publica confessione pronunciatus fuerat: & verē dum erat, ne si de futura mortis sua ignominia mentionem faceret, offenderentur, & aut discederent, aut à cursu fidei retardarentur. At cur postea? Eadem nimirum de causa, quia cum se filium Dei confessi fuissent idonei videbantur, vt futuræ mortis illis mysterium explicaretur. D Atque adeo necessarium erat vt id fieret, ne postea, si non præmoniti patientem Christum viderent, de eius diuinitate dubitarent, quemadmodum Theophylactus obseruauit. Idem enim aliis in simili fere causa Ioannis 16. 1. *Hæc locutus sum vobis vt non scandalizemini, absque synagogis facient vos.* Aliam etiam alij rationem afferunt, vt discipulos suos Christus futuro exemplo suo ad patientiam præmuniret, quemadmodum ex versu 24. colligitur, *si quis*, inquit, *vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Ita Petrus epist. 1. c. 2. 21. inquit, *Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.*

Petri desiderium erga Christum.

Oportere. Non absolute, sed posito patris decreto quo hominum genus per mortem filij sui constituerat liberare, pati moriq; eū oportebat. Quo sensu ipse apud Luc. dixit c. 24. 46. *Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die.*

Petri singularis amor erga Christum.

22 Et *assumens eum.* Ἐπιτιμᾶν, quod omnes interpretantur segregans, aut subducens eum, quasi audire non fuerit coram aliis Christum increpare. Ita Chrysostomus, Hieronymus, Beda, & Euthymius. Ego semper existimaui phrasim esse Hebraicam similem Gallicæ, qua, cum significare Galli volunt aliquem ergā alium increpatione vsum fuisse, solent dicere *il le vous a pris*, sensuique consuetis optime. Sic non audeo affirmare verum esse, quia non possum idoneis exemplis vsum phrasis Hebraicæ confirmare, quanquam obseruasi in Numeris capite 16. 1. verbum לקח id est, accipere positum esse pro laqui, aut alloqui incipere; sicut hoc ipsum verbum ἀναλαμβάνειν infra cap. 20. 17. קרח & accepit Core, quod Septuaginta verterunt καὶ ἤρξατο λέγειν, & locutus est Core: quibus hæc interpretatio non placet, illa fortasse placebit, ut dicere non displicet ἀναλαμβάνειν aut ἀναλαμβάνεσθαι, id est, assumere, vel, accipere sæpe in Apostolicis scriptis significare misereri, vt ad Romanos decimo quarto, primo, *infirmum autem in fide προσλαμβάνεσθε assumite*, id est misereminī, & capite 15. 7. *propter quod*, inquit, προσελάβετο ἀλλήλους assumite, aut, vt nostri vertit interpres, *suscipite inuicem*, id est, mutua alii in alios B vtimini misericordia. Hic etiam sensus bene congruit, vt Petrus audita futura Christi passione commiseratione commotus, hoc est, assumens eum cœperit dehortari. Quem sensum videtur Hieronymus secutus esse, assumens, inquit, illum in affectum suum.

Petri desiderium erga Christum.

Cœpit increpare. Non reprehendentis, sed amici consolentis more, vt Beda & Euthymius annotarunt. Nam quod Calumniatorum interpretes in solentibus verbis Petrum reprehendunt, quasi stulte voluerit Christum à morte, ex qua salus nostra pendebat, reuocare, suo illi more factum. Petri fidem eleuant, vt plus ipsi, quam ille, fidei habere videantur: sed si illi fidelissimi homines illic fuissent, vix fortasse quicquam eredidissent, & si ex eorum ingenio licet facere coniecturam, qui omnibus in rebus aut sensum aut, cum se maxime humo adiungunt, rationem, non fidem sequi solent, Christum vt opinor, irrisissent. Alia modestia de Petro Chrysostomus & Hieronymus hoc loco loquuntur. Nimirum quemadmodum paulo ante verbi culo decimo sexto, Christum filium Dei viui esse dicens maiorem, quā C cæteri Apostoli, fidem ostendit, ita nunc illum maiorem erga eundem Christum amorem demonstrare.

Absit a te Domine. Non potuit noster interpres melius vertere, quod Græce est ἵλεώς σοι, id est, propitius tibi, ad verbum, vbi alij subintelligendum putant, θεὸς, alij, fit Deus, ego neutrum. Non enim dubito, quin Græcus Matthæi interpres ex Septuaginta eam phrasim fuerit mutuatus. Solent autem Septuaginta duobus in locis vertere ἵλεώς σοι, propitius tibi, aut cum Hebraice est שלומו לכבי Absit reor, vt Genes. 43. 22. aut cū est לילה Horsolubito, id est, absit, vt 1. Regum 14. 41. & 20. 2. 9. vox ergo abominantis est, & ne id eueniat, quod dictum est, deprecantis. D

Absit a te Domine. Non potuit noster interpres melius vertere, quod Græce est ἵλεώς σοι, id est, propitius tibi, ad verbum, vbi alij subintelligendum putant, θεὸς, alij, fit Deus, ego neutrum. Non enim dubito, quin Græcus Matthæi interpres ex Septuaginta eam phrasim fuerit mutuatus. Solent autem Septuaginta duobus in locis vertere ἵλεώς σοι, propitius tibi, aut cum Hebraice est שלומו לכבי Absit reor, vt Genesis 43. 22. aut cū est לילה Horsolubito, id est, absit, vt 1. Regum 14. 41. & 20. 2. 9. vox ergo abominantis est, & ne id eueniat, quod dictum est, deprecantis.

23. *Qui conuersus.* Id est respiciens, vt Marc. capite 8. 33. exponit, *qui conuersus*, inquit, *& videns discipulos suos comminatus est Petro.* Fortasse Hebraismus est, quo contraria significator, quasi dicat Euangelista Petrum obiurgasse Christum quod patiuelle t, Christum vero è contrario obiurgasse Petrum, quod se pati nollet, vt Psalm. 70. 20. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me*; illud enim *conuersus* iteratione, & vicem contrariam significat, quemadmodum si diceret, cum me prius occidisti, idēq; me postea è contrario viuificasti, & Psal. 84. 7. *Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te*, id est, quemadmodum eo prius nos occidisti, ita nunc idem è contrario viuificabis. E

Vade post me. לך אחורי Hebraica phrasis proprie significat sequere me, quemadmodum & Hilarius interpretatur. Quasi dicat, potius debueres sequi, imitarique passionem meam, quam me ab ea reuocare. Simili etiam sententia Origenes tractatu 1. in Matthæum & Hieronymus in commentariis interpretantur, *vade post me*, id est, sequere potius meam intentionem, quam tuam, quemadmodum & Diuus Augustinus sermone 13. de verbis Domini secundum Matthæum videtur intellexisse. Verè enim *vade post* F

Quæ sit sedes Petri & Christi Satanæ assignata.

me. Sed hoc loco dubium non est, quin oratio sit facientis iubentis, quemadmodum Satanæ idem Christus dixit capite 4. 10 *vade post me Satana.* Nam quod superiores auctores annotarunt, diabolo nun dixisse *vade post me*, sed tantum *vade*; Petro autem dixisse *post me*, non satis est firmum, & quia idem significat *vade*, & *vade post me*, & quia etiam capite 4. 10. quemadmodum illic annotauimus in multis Græcis eo dicibus legitur, *vade post me.*

Satanæ.] Diuus Hilarius veritus est existimare Satanæ nomen Petro tributum. Itaque hæc verba distinguit: *vade post me*, vt hactenus cum Petro Christus loquatur, deinde quasi ad diabolum, qui eam Petro opinionē suggereret, vt ipsum, ne mori eretur, impediret, conuersus dicat *Satana scandalum es mihi.* Quod eo magis miror, quod idem Hilarius in commentariis in Psalmum 131. Petrum ipsum dicat Satanam appellatum. Nec de eo alius quisquam audiuit. Merito admirari aliquis potest, quod & Diuus Augustinus sermone decimo tertio, de verbis Domini secundum Matthæum admiratur cur Christus tam breui interuallo eundem Petrum, & beatum, & Satanam appellarit. Respondet Hieron. minime Ecclesiam super illum ædificatam fuisse: propterea errasse: propterea Satanam vocari potuisse. Respondent Augustinus & Theophylactus beatum, cum non caro & sanguis, sed pater, qui in cœlis est, illi revelauit: Satanam, cum non ex quæ Dei, sed quæ hominum erant, sapiebat, vocatum fuisse. Imprudentes nostri temporis hæretici sunt, qui in hunc locum tribuunt Romanis Pontifice Petro successisse dicentes. Si, inquiunt, Petrum Christus Satanam appellauit, quo nomine Romanum Pontificem, appellauisset? Respondeo, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Rogo quæ vicissim eos, si Petrum Apostolorum principem Satanam appellauit, quo nomine Lutherum, quo nomine Calumnum, non hæreticos tantum, sed pernitiosissimos hæresiarchas appellasset? Nuper ergo Petrū Satanam, quasi proprio diaboli, sed quasi communi aduersarium nomine vocauit, quia hæc omnibus hominibus mira voce ti adnectabatur. At cur ita acriter reprehendit non tam quod Petri culpa, si qua tamen fuit, quam quod rei, de qua agebatur, magnitudo mereretur.

Petrum ab inuentionum humanarum commixtione non desistere.

24 *Tunc.*] Antequam Petrum reprehenderet, vt mihi videtur ex Luca colligi, qui hæc verba ante Petri reprehensionem posuit capite nono, vigesimo tertio, quamus Chrysostomo, & Theophylacto secus videatur.

Discipulo.] Lucas ait, *dicebat autem ad omnes*, & Marcus capite 8. 34. *& conuocata turba cum discipulis suis dixit eis*: quam Euangelistarum dissentionem duobus modis interpretor, aut Christum præsentibus turbis, & quasi tellure adiunctis id dixisse tantū Apostolis; aut præcipue Apostolis dictum voluisse turbam vero, quæ aderat, quod Apostolis diceretur, sibi dictū putasse.

Libertatem ad Christum confirmari.

Si quis vult.] Recte Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus admonuerūt liberum ex his verbis arbitrium confirmari.

Abneget semetipsum.] Quid sit seipsum abnegare, *Quid sibi ipsum abnegare sit.* verte interpretes exponunt. Hieronymus, & Beda hoc loco, & Gregorius homilia decima in Ezechielem existimant nihil aliud esse seipsum abnegare, quam veterem hominem exuere, indueré nouum. *Tunc*, inquit Beda, *non abnegamus, cum vitamus, quod per vetustatem sumus, & amittimus, quo per nouitatem reuertimur.* Sed manifestum est hoc loco non de moribus, sed de mortibus agi, vt versiculo vigesimo quinto declaratur. *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.* Melius Chrysostomus, quid sit nosipsos abnegare eo aliorum abnegatione admoner intelligendum. Alius abnegare est illos contemnere atque deserere, nullam eorum habere

rationem, nullam curam, pro nihilo eorum vitam ducere. Hoc idem est seipsum abnegare, nullam sui habere rationem; vitam suam, cum opus est, pro Christo contemnere, vt vers. 25 declaratur. Vocat enim *sibi ipsum* nō animam, sed vitam corporis, quam contemnere oportet vt anima vitam, quia *qui voluerit animam suam*, id est vitam corporis *salvam facere, perdet eam*, id est, vitam animæ vt cap. 10. 38, 39. explicauimus.

26. *Animæ vero suæ detrimentum patiatur.*] ἑαυτὸν δὲ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ id est, anima vero sua mulctetur, metaphorica de foro sumpta, in quo fiquis de possessione aliqua, quantumuis locupleti, & de vita litigaret, nihil lucraretur, si possessionem quidem obtineret, sed vitam perderet. Nam & hoc loco de iudicio agitur, sequitur enim statim vers. 27. *filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua.*

Aut quam dabit commutationem.] Græcè ἀντάλλαγμα, compensationem pro anima sua, id est, pro vita sua: metaphora etiam est, aut a iudicio, aut a bello sumpta; nam & in iudicio aliquando, qui capite damnatus est, pecuniæ magnitudine vitam redimit, aut quia vita corporis quoquo modo pecunia æstimari potest, aut quia pecunia iudices corrumpuntur: at pro æterna animę vita nulla in Dei iudicio pecunia, nulla compensatio dari potest neque Deus, qui iudex futurus est, corrumpi muneribus. Et in bello solent homines, cum victi sunt, vitam pretio à victoribus emere; sed in iudicio vitam animæ emere non poterunt. Quam enim commutationem dabunt pro anima sua? Ludit ergo Christus nominis ambiguitate, & tacitè à vita corporis ad animæ vitam argumentatur. Vtrumque enim nomen *animæ* significat, sicut versu præcedenti, & cap. 10. 38, 39. quasi dicat quemadmodum pro vita corporis in bello, vel in iudicio nullam satis dignam compensationem quisquam dare potest, ita & multo etiam minus pro vita animæ. Quod autem dicit *homo*, Hebraissimus est pro *quisquam*. Sic enim solent Septuaginta vertere vbi est Hebraice אִישׁ id est, vir, qui pro *quisquam* apud illos ponitur, vt Iudicum 2. 21. & 4. 20. Ruth. 3. 3. & 1. Regum 17. 25. & 24. 20. & 4. Reg. 18. 21.

27. *Filius enim hominis.*] Putat D. Hieronymus hoc ad consolandos discipulos Christum dixisse; potius credo propterea addidisse hoc, quia de animæ commutatione mentionem fecerat, qui ex forensi iudicio translata fuerat. Probat enim his verbis nullam pro anima commutationem dari posse, quia non quilibet iudex, sed filius hominis ad iudicandum venturus est; neque quolibet modo, sed in gloria patris sui, & cum angelis suis venturus est, ita vt bonorum nostrorum non indigeat. Cur autem filius hominis appelletur, diximus capite octauo vigesimo.

In gloria patris sui.] In pro *cum* ex Hebræorum idiomate: gloriam autem non suam, sed patris sui vocat: vel quia, etsi ipsius erat, pater tamen illi vna cum natura dederat, vel, vt Chrysostomus, & Euthymius existimant, vt significet illam sibi communem esse cum patre. Nam & angelos sterum non patris, sed suos vocat. Qui autem angelorum dominus erat, verus Deus erat communemque cum patre habebat gloriam: sed dicitur in gloria venturus, quasi tunc in gloria non esset: quia quamuis eandem tunc gloriam haberet, tamen tunc occultabat, postea ostensurus erat.

Et tunc reddet vnicuique.] Hęc verba c. 10. 41. exposuimus.

28. *Sunt quidam de his stantibus.*] id est, ex iis, qui hic adsunt, vt ca. 6. 5. docuimus standi verbum in sacris litteris non semper statum corporis, sed aliquando solam præsentiam significare, sicut & Hispanissare pro adesse solent dicere.

Qui non gustabunt mortem.] Id est, non morientur: Hebraissimus, qualis apud Lucam ca. 9. 27. Ioannem cap. 5. 52. & apud D. Paulum ad Hebræos 2. 9. quamuis Hebraei potius soleant dicere רָאָה מָוֶת videre mortem quam gustare Psalmo 88. 49. *quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem.* Cæterum quia videre apud Hebræos significat experiri, quod apud Græcos melius dicitur γεύεσθαι gustare, quam videre, solent ita loqui scriptores Ecclesiastici. Hoc Ambrosius in cap. 9. Lucæ de morte animæ intelligendum putat, quasi dicat Christus nonnullos illic esse, qui condemnandi non erunt, cum filius hominis venerit: aut qui peccarui amplius non sunt donec filium hominis venientem videant: quod coactum admodum est.

In regno suo.] Quid Christus hoc loco per regnum suum intelligat, interpretum sententiæ mirum in modum variant. Nonnulli de vltimo iudicio interpretantur, de quo ver. præcedenti dixerat, *filius enim hominis venturus est in gloria patris sui*, idque videtur esse valde consequens, sed quomodo aliqui ex iis, qui astabant, vsque ad diem iudicij morituri non essent, id non satis est consequens. Quidam de Ioanne Euangelista id dictum volunt, quem credunt mortuum non esse, quod apud alium auctorem, quam apud Strabum, non inuenio, neque scripturæ consentaneum est; ipse enim Ioannes videtur ca. 21. 23. hanc de se vulgo conceptam opinionem refutare. Alij de tempore illo, quod post Christi resurrectionem fuit, interpretantur: id enim, quia tunc gloriosus resurrexit, regnum Dei vocari solet, vt infra cap. 24. 29. Et Mar. 14. 25. & Lucæ 22. 29. 30. quod plerisque nonnullis interpretibus placuisse video. mihi vero nullo modo placet; & quia id Christus regnum Dei, quia iam disbolus victus erat, sed non regnum suum, quia nondum in gloria sua venerat, appellare solet, & quia, si id diceret, nihil diceret. Quid enim magni erat nonnullos ex discipulis suis morituros non esse, priusquam ipsum resurgentem viderent, cum non nonnulli, sed omnes viderint: hoc autem loco cum dicit, *sunt quidam de his stantibus*, minime obscure significat non omnes discipulos, sed paucos tantum, & electos eosque singulari priuilegio regnum illud suum, de quo loquebatur, priusquam morerentur, visuros esse. Itaque vera est omnium veterum auctorum interpretatio, Origenis tract. 35. in Matth. Hilarij canone 16. Chrysostomi, Hieronymi, Bedæ, Theophylacti, & Euthymij in commentariis, Ambrosij in c. 9. Lucæ, Augustini in cap. 2. epistolæ ad Galat. Remigij apud D. Thom. regnum Dei Christi transfigurationem appellari, quam non omnes, sed solus Petrus, Iacobus, & Ioannes, antequam morerentur, videre meruerunt, quod vel ex eo probari potest, quod statim omnes Euangelistæ subiungant sex post diebus Christum coram tribus illis Apostolis fuisse transfiguratum: præterquam quod in nec de tempore nullo, nec de tempore resurrectionis, vt probarum est, intelligi potest, necesse est, vt de transfiguratione intelligatur. Nam quod Beda & Greg. apud D. Tho. de Euangel. Ecclesiæ propagatione interpretantur, alienum videtur. Vocat ergo Christus transfigurationem regnum suum, no quia propriè regnum, sed quia futuri regni imago erat. Potest autem merito dubitari, cur Christus tanquam magni aliquid dicat, nonnullos ex circunstantibus morituros non esse, antequam ipsius viderent regnum, si per regnum suum transfigurationem intelligebat, quæ sexto post die facta est; quo tempore non solum tres illi, qui viderunt, sed omnes etiam Apostoli superstites erant. Respondeo id ad futurum longe post regnum esse referendum, de quo ver. præcedenti locutus fuerat, *filius enim hominis venturus est in gloria patris sui*, ante cuius regni visionem nō mori magnū profecto quiddā erat: sed illud ipsū regnum tres illi Apostoli non in ipso, sed in figura, non præsens, sed per transennam ostensum viderūt.

CAPVT

CAPVT XVII.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum seorsum: 2 & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. 3 Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. 4 Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum. Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum. 5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. 6 Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. 7 Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixit que eis: Surgite & nolite timere. 8 Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum. 9 Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat. 10 Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum venire? 11 At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. 12 Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. 13 Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. 14 Et cum venissent ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolatus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. 15 Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. 16 Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? quousque patiar vos? Afferte huc illum ad me. 17 Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. 18 Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus eicere illum? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. 20 Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem, & ieunium. 21 Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum. 22 & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. 23 Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? 24 Ait: Etiam. Et cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis? 25 Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. 26 Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primum ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem illum sumens, da eis pro me, & te.

IN CAPVT XVII.

POST dies sex.] Idem tempus ponit Marcus capite 9. 2. Lucas vero capite 9. 28. post octo fere dies id factum dicit, quod Hieronymus, Chrysostomus, Beda, Theophylactus, Euthymius, hoc loco & Augustinus libro 2. de consensu Euangelistarū c. 56. ita solent Matthæum, & Marcum eum diem, quo superiora gesta fuerant, nō numerasse. Lucam vero numerasse. Potest & alio modo solui. Lucā non precise, sed confuse notasse tempus, ideoque dixisse fere.

Assumpsit.] Multa hic quæri possunt. Primo cur Christus transfigurari voluerit, ad quam quæstionē Hilarius, Chrysostomus & Euthymius, respondent id fecisse, vt discipulos mentione futuræ mortis suæ mœrentes consolaretur. Theophylactus vero, vt probaret, quod superiore capite versu vigesimo septimo dixerat, se in gloria patris sui venturum esse; quod vtrūque probabilius est, quam quod hæretico rum interpretes dicunt, voluisse ostendere se non inuitum, sed sponte sua moriturum, cum tamen habueret gloriam. Alia quæstio est, cur non sit coram omnibus discipulis transfiguratus? Ratio ex versiculo nono facile colligitur, vbi præcipit tribus illis Apostolis, qui ipsius gloriam conspicari fuerant, vt nemini visionem illam dicerent, donec filius hominis à mortuis resurgeret. Noluit ergo Christus gloriam suam euulgari ob eas causas, quas illic explicauimus. Tertia est, cur tribus non pluribus, non paucioribus gloriam suam ostenderit? Ideo, vt opinor, quia volebat futuræ suæ gloriæ testes aliquos esse, *in ore autem duorum aut trium testium stabit omne verbum*. Deuteronom. decimo nono, quinto, & Matthæi decimo octauo, decimo sexto. Adde, quod tu accidit, vt tres haberet discipulos secretorum suorum maxime capaces; hos enim tres ad res magis secretas solebat adhibere, vt apparet ex Marco capite decimo quarto, versu trigesimo tertio. Quarta, cur his potius, quam aliis ostenderit, cuius rei vna modo expolita est ratio. Alia vero est, quod Petrus & primus Apostolorum esset, & maxime ipsum amaret. Ioannem vero ipse amaret maxime; Iacobus autem post Petrum ex primis esset, & fide ardentissimus. Itaque primus omnium ab Herode pro Christo occisus est. Actorum quod decimo, secundo, quam rationem Origenes tract. 35. in Matthæum, Ambrosius in caput nono Lucæ, Augustinus in caput secundi epistolæ ad Galatas Hieronymus, Theophylactus, & Euthymius in commentariis reddunt. In eo autē Ambrosius, & Augustinus memoria sunt lapsi, quod existimauerint hunc Iacobum fratrem illum Ioannis Zebedæi filium fuisse: cum Euangelistæ fratrem illū Ioannis Zebedæi filium fuisse dicāt.

In montem excelsum.] Quis hic mons fuerit Euangelistæ non dicunt, neque vllus, quod sciam, satis antiquus, & grauis auctor; vulgo tamen iam diu inualuit opinio eum fuisse Thabor, quem Dius Hieronymus in locis Hebraicis in medio Galilææ campo esse dicit mira rotunditate sublimē. Sitne is, sine alius mons fuerit, quæri videtur posse, cur, vt gloriam suam demonstraret, in montem ascenderit: ratio vna eius rei ex Luca capite nono versu vigesimo octauo colligitur; dicit enim aliscendisse, vt oraret, solebat autem Christus orandi causa in montem ascēdere, vbi & solitudo maior est, & coeli cōspectus liberior, vt Marci sexto, quadragesimosexto, & Lucæ 6. 12.

Quod autem Luc. dicit ascendisse, vt oraret, non ita intelligendum arbitror, quasi ea tantum ascenderit causa: sed quia solebat in omnibus maioribus rebus orationem premittere, antequam gloriam suam ostenderet, orauit, & est vero simile, cum ab Apostolis discederet, non dixisse se transfigurationis, sed orationis causa in montem ascendere, ne remanentibus inuidiæ occasionem relinqueret. Accedit, quod plerumque Dei gloria in montibus, qui cœlo propinquiores sunt, & ab hominibus remotiores, non in vallibus ostenditur; sic enim Moysi in monte Sina Dei maiestas apparuit Exodi 19. 11. & erat illa res, vt ait Hilarius, figura transfigurationis.

Calumnia in Hier. & Sedulio Alat.

2. *Et transiuit ante eis.*] Putide mihi videntur hæretici transiuit interpretati fuisse, & transformatus est, cum Græcum verbum μετεμορφώθη non magis transformari, quam transfigurari significet, & transformandi vel bonitas nec magis vitiatum, quam transfigurandi. Latinis sit, quo tempore Plinius, Quintilianus, & Suetonius vtuntur, & periculosam includerat ambiguitatem. Poterat enim & ad externam figuram, & ad essentiam quam vocant, formam referri, cum maxime factum sit, vt Hieronymus admoneret, Christum non corporis sui naturam, sed externam tantum speciem, figuramque mutasse.

Filastr. in hæres. 51. Leo Serm. 6. de Nativ. Domini. Epiph. hæres. 66.

Fulgent. ex dictis defenditur.

Sint nix.] Omnia fere Græcorum exemplaria legunt, ὡς τὸ φῶς, sicut lux: nostrum interpretem legisse constat ὡς χιὼν sint nix; quemadmodum & in nonnullis Græcis codicibus legitur: eamque lectionem omnino probandam existimo, & quia Marcus c. 9. 3. ita etiam scribit, & quia Hilarius, & omnes veteres auctores ita legunt; & quia comparatio similior, & magis est vsitata; non enim, quæ alba sunt, solemus lumini, sed niui comparare. splendida lumini comparamus; beatorum autem gloria albis vestibus figuificari solet, vt Apocalypsis cap. 1. 14 & 3. 4. 5. 18 & 4. 4. & 6. 11. & 7. 9. 13. & 19. 14. Fuerunt nostro tempore viri eruditissimi duo, qui exultimauerunt Apostolos in transfiguratione Christi vidisse diuinitatem. In quam sententiam & plurimos auctores veteres, & Ecclesiasticum hymnum, quasi ita sentiat Ecclesia proferre solent.

Apostolis diuinitatem in Christi transfiguratione non vidisse.

Prudentius in hymno de Epiphania.

Illustre quoddam terminat,
Quod nusquam finem patt,
Sublime, celsum, interminum,
Antiquum cælo, & Christo.

Minime tamen illis assentior, neque vllum veterem auctorem ita sensisse credo, & ita sentire periculosum esse arbitror. Nam omnes illi, qui ceteri veteres auctores, nihil aliud dicere voluerunt, quam Apostolos Christi diuinitatem, id est diuinitatis figuram oculis conspexisse. Argumentabantur enim aduersus Arianos, vt Christi diuinitatem inde probarent, & in illo ipso hymno, quem proferunt, Ecclesiastico id etiam explicatur.

Quæ umq; Christum quæritis,
Oculis in altum tollite;
Illic licebit viscere
Signum perenne gloriæ.

Non igitur Christus diuinitatem suam, quæ corporeis oculis videri nō potuit, sed diuinitatis speciem, & corporis gloriam ostendit, quemadmodum & hoc loco Hieronymus indicat, & D. ius Thomas in Theologiæ Summa subtiliter explicauit, quam legere, qui subtiliora desiderant, Theologi debent.

3. p. q. 14. ar. 1 ad 1.

Cur Moyses, & Elias in transfiguratione apparuerint.

3. *Moysi, & Eliæ.*] Cur voluerit Christus aliquos ex alio mundo suæ transfigurationis testes adesse, merito quæri potest. Hilarius respondet, vt resurrectionis fides suscitato Moyse confirmaretur: cæterum non de resurrectione, sed de futuro Christi regno quæstio erat. Itaque duabus de causis inter fuisse arbitror: altera, ne res Apostolis ficta videretur: altera, vt futurum Christi regnum ad vtrumque repræsentaretur, sed cuius aduentum duos testes mittendos esse testatur Ioannes in Apocalypsi capite 11. 3. Cur autem hos potius duos, quam alios voluerit adesse, omnes veteres auctores hanc causam fuisse putant, vt per Moysem lex, per Eliam Prophetæ significarentur, legemque, & Prophetas in Christum tendere, in eoque terminari doceremur, Tertullianus libro aduersus Marcionem 4. fine Marcionitas refellens Christum legi, & Prophetis non esse contrarium, Hilar. Chrysost. Hieronym. Beda. & Euthymius hoc loco, & Ambros. in caput 9. Lucæ, & Augustin. in libro de quinque hæresibus, capite 7. Alias idem Chrysostomus & Euthymius rationes adferunt, quia multa vterque, & Moyses, & Elias miracula fecerat, & quia alij dicebant Christum esse Eliam, alij vnum ex antiquis Prophetis, Moysen autem antiquissimum fuit; & vt ostenderet vitæ, & mortis se dominum esse, qui & adhuc viuentem Eliam, & iam mortuum Moysem testes exhiberet. Similè est, quod Hieronymus dicit, Scribis, & Phariseis signum de cœlo petentibus, & de cœlo Eliæ deuocato, & de inferno suscitato Moyse signum dare voluisse. Alij, vt Moysis mansuetudinem, Eliæque zelum discipuli imitarentur, vt Euthymius exponit; Tertullianus autem in libro aduersus Praxeam putat implicum esse, quod Deus promiserat in Numeris capite 12. 8. se cum Moyse ore ad os locuturum esse. Verissimam ego causam, cur Moyses & Elias apparuerint, esse arbitror, quam doctus quidam nostri temporis interpres indicauit, quod voluerit Christus futuri aduentus sui imaginem repræsentare; ante secundum autem eius aduentum Moyses, & Elias venturi sint, quemadmodum ex Apocalypsi capite 11. 4. 5. 6. haud obscure colligitur. & *duos*, inquit, *duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis; isti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini stantes, & si quis eis nocere voluerit, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum, & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, quibus verbis Elias: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint.* quibus verbis Moyses aperte describitur. Solet quidem, an vere apparuerint, ita quidem omnes, quos ego quidem legi, auctores sentiunt. Strabum & D. Thomam excepto; quorum ille in commentariis in caput nonum Lucæ existimat nō vere ipsos, sed ipsorum imagines apparuisse: hic vero in commentariis ad hunc locum Eliam quidem, quia mortuus non erat, vere adfuisse; Moysem autem, quia mortuus erat, non verum, & integrum; sed eius tantum animam non proprio, sed alieno aliquo assumpto corpore apparuisse. Probabilius, quod omnes alij sentiunt auctores, vtrumque verum, verumque integrum fuisse. Nec enim conueniebat, vt mendacio veritas probaretur; & erat rationi consentaneum, vt quemadmodum Christus non falsam, & adumbratam, sed veram, & expressam gloriam ostendebat; sic non falsis, & imaginariis, sed veris confirmaretur testibus. Quærunt etiam à quibusdam, quomodo Apostoli Moysem, & Eliam quos numquam viderant, cognoscere potuerint. Respondet Euthymius in antiquis Hebræorum libris eorum formas fuisse descriptas, vel extraditione cognitum vulgo fuisse, qua fuissent forma. Theophylactus vero ex colloquio quæ inter se miscebant, ab Apostolis cognitos fuisse putat: nam fortasse, inquit, Moyses dicebat, Tu es, cuius ego passionem occiso agno, & celebrato Pascha præfiguraui. Elias vero, Tues, cuius ego resurrectionem suscitato vidua filio significaui. Scribit quidem Lucas capite 9. 30. 31. sermones illos inter se aliquos miscuisse, non de interitu rebur, *sed diuchbir*, inquit, *excessum eius, quem completurus erat in Hierosalem*, ideo, vt opinor, vt quod Christus de sua futura morte paulo ante prædixerat, confirmarent, & Apostoli offendi desinerent. Fuit etiam

Moysen in se imperium eius figura fuisse. Philip 2. 13.

etiam potest quod alij dicunt, vt interna Dei inspiratione cognouerint. Narrat idem Lucas Petrum; & qui cum eo erant grauatos fuisse somno, quem Chrysostomus non verum somnum, sed stuporem interpretatur, quod vero valde simile est: quomodo enim in tanta gloria dormirent? Nisi fortasse interim, dum Christus orabat, dormire cœperint, quemadmodum passionis tempore fecerunt. capite 26. 40. 43 idque diuino permissu, vt interim & Moyses, & Elias venirent, & sese Christus transfiguraret. Quod & Lucas indicat dicens; *& cum vigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo.*

4. *Respondens.*] Hebraissimus est respondere pro loqui, vt sæpe iam explicauimus.

Faciamus tria hic tabernacula.] de se, & alijs Apostolis mentionem non facit, de solo Christo Moyse, & Elia solicitus. Dubitatur à quibusdam, cur tabernacula facere voluerit, & in eo loco manere. Respondent Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius metu Iudæorum id cogitasse, atque dixisse ne Christus, quemadmodum paulo ante dixerat, in eorum manus traderetur; quasi in summo monte latere posset, &, si opus esset, à Moyse, & Elia defendi, quorum alter Ægyptos, & Amalechitas: alter duos, aut tres Centuriones cum ipsorum militibus deuocato cœlitus igne consumpserat. Sed hæc cogitatio vix Petro videtur digna. Vera igitur causa fuit, quam Petrus ipse indicat dicens, *bonum est nos hic esse.* Bonum enim non vtile aut rutum, vt auctores illi interpretantur, sed iucundum vocat, quemadmodum Galli dicunt, *il fait bean etre ici.* Placuerat enim illi gloriosus ille Christi, Moysis, & Eliæ status, in quo eos permansuros credebat, si semper in monte commorarentur. Aliam videtur causam cap. 9. 33. Lucas indicare, ait enim Petrum hoc dixisse, cum vidisset Moysem, & Eliam discessisse, quasi eos discedere doleret, vellet que ibi semper manere. Marcus capite nono, sexto, & Lucas cap. nono, trigesimo tertio, annotant Petrum nescisse, quid diceret: vnde Calumniatæ more suo occasionem arripiunt Petrum imprudenter accusandi, quasi Moysem, & Eliam Christi collegas, illique pares facere voluerit; quod ne in mētem quidem illi venit; neque propterea Euangelistæ dixerunt illum, quid diceret, nescisse, quod quispiam contra fidem, locutus sit, sed quod rude & quasi puerile desiderium magni amoris signum declarauerit, non confiderans illis quitam gloriosi essent, opus non esse tabernaculis. Non autem consideraut, quia propter gloriæ magnitudinem, quam conspexerat, obstupefactus erat: *erant enim* inquit Marcus, *timore exterriti.* Iuuat videre quanto vernus, quantoque meliore spiritu Diuus Ambrosius quam Calumnus Petri factum interpretetur. Is in caput nonum Lucæ his verbis scribit, *Ignorat*, inquit, *non bic esse. Hinc & ille Dissentes, & cum Cæsare ipso multa melius.* Nec laudasse sententiam non solum affectu, sed etiam salutarem doctrinæ præfatione ad exædificandæ tabernaculata impiger operarius communis obsequium manifestum publicauit. Et quamuis nesciret, quid diceret, tamen pollicebatur effectum: in quo non inconsulta, petulantia sed promptitudo deuotio fructum meritis accumulat. *Nam quid ignorabat confitemus fuit, quod promittebat deuotum.*

Calumnia in hanc narrationem aduersus Calumniæ peruicaciam defenditur.

Mysticus sensus tabernaculorum.

5. *Ecce nubes lucida.*] In nube solere Dei maiestatem ostendi innumeris locis patet. Exodi 16. 10. & 19. 9. 16. & 24. 15. 16. & 33. 9. 10. & 34. 5. & 40. 32. 33. 34. 36. Vnde & Dauid dicit Psalmo 103. 3. *Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* & Christus ad dem onstrandam maiestatem suam dicturus ad iudicium in nubibus cœli venturus esse, infra capit. 24. 30. 26. 64 Quid fiat, facilis coniectura est; nubes res est cœlestis; declaratur ergo per nubem diuina maiestas, vt verus Deus, qui loquitur, cœlique dominator, non fallus, non terrenus esse significetur. Atque hæc fuit causa, aut hoc loco nubes descenderit, vt vox illa, quæ audita est *Hic est filius*

Exod. 33. 11.

meus dilectus, non alius, quam Dei esse crederetur quemadmodum Euthymius animaduertit. Illis etiam fortasse, quam reddit Ambrosius vt Apostoli Dei loquentis maiestatem interposita nube ferre possent: nam eandem ob causam Moysi per nubem locutum legimus. Annotarunt Chrysostom. & Theophylactus hanc nubem lucidam fuisse, non qualis in veteri testamento esse solebat, caliginosam; quia Deus non ad terrendum, sed ad docendum deiciebat. Laudo allegoricę subtilitatem: sed potius propterea lucidam fuisse credo, vt rei, quæ agebatur, id est, Christi gloriæ, transfigurationisque conueniret.

Et ecce vox de cœlo dicens.] Recte Chrysostomus obseruauit hanc vocem, postquam Moyses, & Elias discesserunt, emissam fuisse, vt dubitare non esset non ad alium quam ad solum Christum esse referendam.

Hic est filius meus.] Ambrosius & Hieronymus existimant in pronomine *hic* emphasim esse, quasi dicat non Moyses non Elias, sed hic est filius meus. Idem hæreticorū interpretes, sed peruerso animo dicunt, vt Petrum quasi Moysem, & Eliam Christo æquantem carpant. Ego emphasim quidem in eo pronomine, sed aliam esse arbitror. Neque enim à posteà dubitabant non Moysem, non Eliam, sed Christū filium esse Dei: vnū, cum paulo ante, cum nondum Christi gloriam vidissent, id Petrus confessus esset, Itaque non opus erat, vt Christus à Moyse, & Elia coæsti voce discerneretur. Hæc igitur est emphasis, *hic* id est, quem fugientem, vt solem, quem gloriosum vidistis, est filius meus. Non enim hæc vox ad docendos discipulos Christum esse filium Dei missa est: sed ad docendum, qualis venturus esset, & confirmandū, quod c. 16. 27. Christus dixerat *filium enim hominis venturum est in gloria patris sui*, & ad comprobandam Petri confessionem verticulo 16. *Tues Christus filius Dei viui*, vt alius futuri regni Christi certior esset testis: quemadmodum ipse testatur 2. epist. cap. 1. 18. *Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.* Hunc locum supra tractauimus cap. 3. 17.

Ipsum audite.] Constituit, aut esse indicat Christū legislatorem, cui obediendum sit. Audire enim hoc loco Hebræorum more significat obedire. Sic Psal. 2. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.* Tertul. li. 4. contra Marcionem ad hunc modum interpretatur, *ipsum audite*, id est, non Moysem, neque Eliam, quasi hoc loco lex, & prophetæ abrogatę sint. Calumniatæ vero hæc verba in memoria figenda esse monent, ne alium, quam ipsum Christum audiamus. Boni sane consiliarij, quorum nos vnquam veriti sumus, diligentius sequerentur, ne illos vnquam hæreticos audiremus: nullum enim illi audiorem haberent.

Col. in hæc.

6. *Ceciderunt in faciem suam.*] Inepte quidam Calumniatarum interpres exponit Apostolos audita voce in terram adorabundos cecidisse: id enim Hebraicam phrasim significare נפל על פני *adere in faciem.* Quod vt plerumque verum sit: semper tamen verum non est. Nam primo Regum decimo septimo versu quadragesimo nono, Goliath *in faciem cecidisse* dicitur non adorans, sed moriens, & Daniel capite 8. vertículo 17. & 10. 9. etiam dormiens *in faciem cecidisse* non adorabundus, sed vi sione perterritus, & obstupefactus. In hunc autem locum ea phrasis conuenire non potest; quia statim Euangelista versu septimo declarat, quare ceciderint. *Et tetigit eos*, inquit, *valde, & accessit Iesus, & tetigit eos dextera sua. Surgite, & nolite timere.* Vnde manifestum est examines, aut semianimes fuisse: propterea enim dicitur eos Christus tetigisse: sicut solemus, vt ad se rediant, animes iungere. Timore ergo, non veneratione ceciderunt. Atquare timebant? Quis loquentem Deum non timeat? *Vocem tuam*, inquit, *audiui*

Gen 3. 10.

audini, & timui, & vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros, vox Domini intercidentis flammã ignis. vox Domini concutientis desertum Psalmo 28. 4. 5. 7. *Leo rugiet, quis non timebit?* id est, si rugierit Amos 3. 8.

9. *Et descendentibus illis de monte præcepit eis.*] Alterum relativum abundat ex Hebræorum idiomate. Latine dicendum erat, & descendentibus illis de monte præcepit.

Nemini dixeritis visionem hanc.] Hunc locum supra cap. 16. 20. explicauimus. Probabile est, quod Hieronymus & Beda indicant prohibuisse, ne in populum euulgarent; nihil enim incommodi sequi poterat si id alii Apostoli scirent, & illud commodi, vt magis in fide confirmarentur: vt autem omnis populus sciret, id sequebatur incommodi, vt capite 16. 20. exosculamus, vt qui eius audituri essent gloriam, si postea contrarium viderent, quasi falsa gloria fama decepti fuissent, à fide deficerent, vt Chrysostomus, Euthymius, Hieronymus, Beda, & Theophylactus putant. Probabilius tamen, & Euangelistis magis consentaneum videtur nec cæteros quidem Apostolos scire voluisse: dicit enim Marcus ca. nono, decimo, verbum apud se tres illos Apostolos continuisse, & Lucas capite 9. 36. *ipsi*, inquit, *tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his, quæ viderant.*

Donec filius hominis à mortuis resurgat.] Cur non ante dici voluerit, supra exposuimus. Cur autem postea voluerit scire, in promptu ratio est, quia illud incommodum, quod ante sequebatur, tunc sequi non poterat, & quia tunc totus vtilis Euangelium erat prædicandum.

Quid ergo Scribæ dicunt.] Quorsum hoc Apostoli interrogent, difficultate non caret. Calumniarum interpretes maligne, & impie interpretantur propterea hoc Apostolos dixisse, quia non credebant Christum esse Messiam, de suo, vt opinor, ingenio Apostolos iudicantes. Hieronymus, quia putabant eum in gloria venisse, cum eum transfiguratum vidissent, & tamen Eliam discessisse. Ego ex proximis Christi verbis, *donec filius hominis à mortuis resurgat*, occasionem eos sumpsisse arbitror id interrogandi. Quia enim dixerat, *vt donec à mortuis resurgat*, is eius mortuorum significationem erat, siquidem indicabat post eius resurrectionem Apostolos adhuc superfuturos, dicturos esse, quo diu ætate iam grandes viuere non poterant. Ergo non intelligentes resurrectionis mysterium, vt docent Euangelistæ, Existimabant Christum antequam moreretur in gloria illa, de qua locutus fuerat venturum esse, vt redderet vnicuique secundum opera sua. Nam venturum esse post mortem animo comprehendere non poterant. Quia igitur putabãt Christi aduentum instare, videbatque Eliam nondum venisse, eo saltem modo quo venturus esse dicebatur, vt cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres reuocaret, omniaque restitueret. (nam in trãsfiguratione nõ tam venisse, quam apparuisse videbatur) interrogant quomodo Scribæ dicant ante eius aduentum Eliam esse venturum. Non erat ea prisca Scribarum opinio, (sed omnis Iudæorum populo communis. Verum quia Scribæ legis doctores erãt, eamque traditionem, vt vero simile est, populo solebant explicare, illis eam attribuunt: quemadmodum si quis apud nos de plebe dicat: quomodo hoc vel illos Concionatores dicant, cum id non Concionatores modo, sed Christiani omnes, & scriptura ipsa dicant? Sed illiterati omnes, qui scripturam nõ legunt, omnia solent Doctoribus, aut Concionatoribus attribuere.

11. *Elias quidem venit.*] Tempus præsens ex vulgari loquendi more pro futuro ponitur, sæpe etiam pro infinito cum verbo debitum significante, quasi dicat: Elias quidem venire debet aut Eliam quidem venire oportet. Sicut infra versiculo vigesimo quarto, *magister vester non soluit didrachma?* id est nonne debet soluere? & Ioannis vigesimoprimo, vigesimo tertio, *existit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur*, id est moriturus non esse, aut mori non deberet. Christus affirmat Eliam venturum esse: Calumniæ tamen, vt sibi videntur sapientiores Christo non credunt, neque quia id credimus simplices ex eo tantum: & quod ait Christus Eliam venturum esse, de Ioanne intelligẽdum esse dicunt: quemadmodum idem Christus versiculo sequẽti videtur exponere, ferant tamen quo animo, qui se spiritum Dei habere putant, simplicitatem nostram, vt scripturæ potius quam ipsorum sapientiæ fidem habeamus. Primum quidem Christus non dicit Eliam iam venisse, sed venturum esse: nam quod versiculo sequenti iam venisse dicit, non de eo Elia, quem hic venturũ dicit, sed de Ioanne Baptista loquitur, qui in spiritu, & virtute Eliæ iã venerat: & ex eo ipso, quod de Ioanne per præterium, de Elia per futurũ, at per præsens loco futuri posiimi tempus loquitur, colligere debuerunt voluisse Christum docere præter Ioannem, qui in spirito Eliæ iam venerat, ipsum verum Eliam venturum esse; Deinde, quia addit, *& restituet omnia*, quod Ioannes non fecit. Nam quod isti interpretantur Ioannem omnia restituisse, quia Christi prædicauit qui omnia restituit, inepum est. Nam isto quidem modo omnes, qui Christum prædicauerunt, omnia restituerunt. At manifestum est Christũ Eli. à nullis omnibus opponere, quasi solus post ipsum omnia restituerit. Quod autem dicit eum omnia restituturum, non male quidem exponunt quasi paraphrasis sit verborum Malachiæ capite quarto, sexto, *& convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Ego ego aliam potius arbitror esse sensũ, vt Elias omnia dicatur restituturus esse, partim quia multa ipse per se restituit: partim, & eo quoque magis, quia signum restitutionis omnium, id est, consummationis seculi futuri est, quod in Ioannem conuenire non potuit. Præterea Malachias testimonium apertius est cap. 4. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magni, & horribilis.* Manifestum enim est Prophetam de die iudicii magno, & horribili loqui: ante quem Elias venturus promittitur: non ergo de Ioanne, sed de vero Elia, id est intelligendum. Præterea auctor Ecclesiasticus. 48. 10. de Elia ipse loquens, & ad Malachiæ testimonium alludens, *qui increpatis*, inquit, *in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, antequam exardescat cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* Quemadmodum & hoc loco Christus dixit, *& restituet omnia.* Ac liber, inquiunt Calumniæ, non est canonicus. Id hæretice, & iniquo animo dicunt: sed fingamus ita esse, certe ex eo intelligitur antiquissima traditio, quam Christus his verbis confirmauerit, verum Eliam venturum esse. Præterea Ioannes in Apocalypsi capite 11. 3. 6. tam aperte scribit Moysem & Eliam esse venturos, vt nemo non solum sine temeritate, sed nec sine impudentia negare possit. *Et dabo*, inquit, *duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti sackis.* Quos qui futuri sunt, ita clare describit, *Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, quæ coram Deo terræ astant.* Quis non videt Eliam & Moysem hæc potestatem habituros? *Hanc habent potestatem in cælum claudendi, vt non pluat dies prophetiæ ipsorum.* Quis non videt Eliam? *& potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint.* Quis non videt Moysem? quasi digito demonstrari? Accedit, & vt verbis tertio dictum est, hæc ratio potissima fuit, cur Moyses, & Elias potius quam alii ex prophetis Domini transfigurationi interfuerunt, quia voluit Christus futurum summi aduentum tribus illis Apostolis ante oculos ponere, & quia in secundo aduentu suo Moysen, & Eliam sunt præmittendi, vt eius vitam, quemadmodum in priori aduentu Ioannes fecit, præferant, adesse eos voluit. Denique hæc omnia veterum auctorum opinio fuit, de Elia quidem constantissima, ac nemine dissentiente, quemadmodum supra capite 2. 4. probauimus: de Moyse minus

minus constans: nam secundum secundi aduentus dominii testem alij Moysen, alij Enoch fuisse putarunt. Obscurant Calumniæ, quod versiculo sequenti Christus dixit, *Filius hominis sic & ipse passurus est eis*, & versiculo 13. *tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixerat eis.* Respondeo non ita generatim Christum de Ioanne Baptista locutum fuisse, & Ioannem venisse in spiritu, & virtute Eliæ, vt Angelus apud Lucam capo 1. 17. ait: non est sed affirmamus Christum non negare proposuisse eis, sed diserte potius verbis confirmare eniam Eliam ante secundum aduentum suum esse venturum. Cum autem dicat *Eliam iam venisse*, tantum voluit significare, quod futurus ad effectum, id est, ad signum præbendum aduentus, & ad præcursionis prædicationem, quod verumque in secundo aduentu Eliæ factum est, cum iam venisset, quia in priori aduentu Ioannes verumque præstiterat, quia licuit de secundo aduentu Malachiæ dixit, *Ecce ego mitto Eliam Prophetam.* Sic de priori aduentu, & de Ioanne Baptista dixerat ca. 3. 1. *Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Volunt ergo Christus dicere non per id fuisse, quo minus Iudæi crederent, sed quia perversi, & obstinati erant. Elias enim ille, qui ante primum aduentum promissus fuerat, id est, Ioannes iam venerat. Quemadmodum ca. 11. 14. dixit. *Et si vultis credere, ipse est Elias.*

13. *Quia loquutus est.* Marcus cap. 9. 12. mortuum, & verbi. furdum fuisse dicit. Lucas vero ca. 9. 39. demoniacum fuisse declarat. Vnde sequitur non fuisse vt nonnulli putant, naturaliter sed à dæmone interfectum Enochium. Cur ergo lunaticus appellatur? Quidam vtrumque fuisse existimant, & natura, cur morbo significatum, & à dæmone vexatum. Vero simbus quod Christi illorum scribæ hominis, neque natura, neque morbo, sed dæmonio vexato vexatione hominem fuisse, quem quem Marcus fiendam, & mutum fuisse, quem Lucas demoniacum declarat. Quamquam non spellatum. Quem vero ob rem quisquam dictum humanius fuisse, multas diuersi auctores rationes adferunt. Origines tractatu Matth. Chrysost. homil. 58. Hieronymus in commentariis in c. 4. Matth. ver. 24. vt Ioannes Dei creaturam imitatus, quasi mos horum canis sit. Quod non tam mirabile est quam hæreticorum putant interpretes. Experientia enim docet, quanto studio perinadere dæmones conentur nonnullas creaturas plus quam illis natura concesserit, habere virtutis. Beda vero, & Euthymius, vt creaturam ipsum in insultiam, & odium adducant, hominique illum blasphemant. Non est eriam illa improbabilis coniectura id aliquando dilumulandi, & arcendi causa dæmonem facere. Lucas videtur indicare dæmonem in hoc adolescente non perpetuo manere solitum, sed aliquando exire, aliquando redire: quod & Christus apud Marcum capo 9. 25. videtur significare, cum dicit dæmoni, *Ego tibi præcipio, ne vltra introeas in eum.*

16. *Et discipuli eius non potuerunt curare.* Vero simile est hunc hominem dum Christus cum tribus discipulis in monte versaretur, filium fuisse reliquis discipulis obtulisse, vt Hilarius anno tuali, illud diuini scale ad deos, quemadmodum olim populum, dum Moyses in monte maneret, sita nunc discipulos dum Christus in monte versaretur, fidem per adhibisse. Nam, vt minorem quam debebat fidem habuerint, vt Christus ver. 20 videtur significare: fidem tamen certe non perdiderunt. Simile quiddam videtur Chrysostomo indicare dicens propterea discipulos dæmonem illum curare non potuisse, quia Apostolorum coloniæ non aderant: sed fidem eos perdidisse nil dixit. Totam historiam Marcus cap. 9. 14. apertius, & copiosius scribit, cum Christus ex monte descendisset, inuenisse discipulos, & Scribas magna cum turba cum eis disputantes, interrogasseque eos, quidnam ad eos esset, ac quo inter se differrent: tunc vnum ex turba respondisse, vers. 17, & 18. *Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum, qui vbicunque eum apprehenderit, allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. & dixi discipulis tuis, vt eicerent illum, & non potuerunt.* Ex qua narrationis serie colligi videtur posse Scribas de ea ipsa re cum Christi discipulis disceptasse exprobrantes, quod dæmonem illum eicere non potuissent ac turbæ circumeuntes in maxima esse, & desiderium potestatem, quam sex Christo ad pellendos dæmones, aliaque mirabilia patranda tractarent accepisse. Putarat autem Christus, Hieron. Theoph. & Beda hunc hominem tunc apud Christum esse discipulos accensisse. Id de homine Iudæo facile credi potest: sed benignum tamen præstat pusillimis eum non vt discipulos accusare, sed, vt dæmonis malignitatem, malignamque in eis aggredi vt, diuisis eos eicere non potuisse.

17. *O generatio incredula!* Omnes fere existimant exprimam Christum hoc non de discipulis, sed de patre adolescentis, & de toto Iudæorum genere dixisse, vt Hilarius, Chrysostomus Hieron. Beda, Strabus, Theophyl. & D. Thomas in commentariis. Quod valde probabile est. Ait enim Marcus ca. 9. 18. *Et quocunque eum apprehenderit, allidit eum*, id est, Christus *ipse passus est*, id est, patri adolescentis *dixerat. O generatio incredula!* usque ad patrem ipsum adolescentis, & cæteros illius familiares Iudæos generatione quæ appellatur. Argumentum est non minimum id, quod in fine vers. 22. patet adolescentis Christo dicente, *sed si quid potes adiuuare*, quasi de Christi potestate dubitaret, & quod vers. 23. Christus respondet, *si potes credere, omnia possibilia sunt credenti*, quemadmodum Chrysost. & Theophylactus arbitrantur. Quamquam tamen ista discipulis dicantur illam, vt Origenes tract. 14. in Matthæum: aliquis vtrosque, & ad discipulos, & ad exteros Iudæos referamus, vt Ioannes Monterrensis Hieronymum, Bedam, Strabum, & D. Thomam hæc verba non esse inimicum, sed alias reprehendentis.

Figurate hæc Origenes] Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus non fieri non, quin existimatur Christum his verbis significare se immerito tanti desiderio, vt à Iudæorum perfidia liberaretur; quem enim credo verba esse Eliam Iudæorum desiderantes, & magistri de discipulorum moribus, & salutem quærentis, sicut Apollonius dicit Ioannes de comoquarto nono: *Tanto tempore pulsamus, & nunc cognoscimus?* Hæc Origenes.

19. *Propter incredulitatem vestram.* Ante patris adolescentis, animumque Iudæorum incredulitatem publice reprehenderat: nunc Apostolorum secreto, & priuatim non publice, sed priuatim, vt eorum auditorum conditio reprehendit. Incredulitatem autem vt ego quidem interpretor, non infidelitatem, aut animum eam Iudæi: magnum enim Apostolos habuisse credibile est: sed eundem minorẽ, quam habere Apostolorum decebat Christo veritatis testi, Christoque miracula operanti. Propterea enim eos Christus reprehendit. Credibile est ex Chrysostomo, Hieron. Beda, Strabo, Theoph. & D. Thoma Ioannem Apostolos non solum præstitisse, sed etiam

propter parentis adolescentuli incredulitatem dæmonem expellere non potuisse ; quod ex Marco colligimur, vbi Christus patri dicit, *si potes credere, omnia possibilia uni credenti*, quasi indicans propter eius incredulitatem non potuisse Apostolos prius ejicere.

Contra Calvinistas miraculorum finem.

Si habueritis fidem.] Chrysostomus & Euthymius fidem miraculorum, non eam, qua Christiani fimus, intelligunt : itemque nostri temporis hæretici, quorum errorem miror, nonullos doctos etiam & Catholicos interpretes, dum parum caute hæreticorum scripta legunt, impendenter securos esse. Nolo in eodem errore Chrysostomum, & Theophylactum ponere, quos scio eos tam bono, quam hæreticos malo animo idem dixisse ; hæreticos, vt multos fides, cum nullam haberent, fabricarentur ; Chrysostomum vero, & Theophylactum, vt discipulorum culpam eleuarent ; ne viderentur illam ipsam fidem, qua Christiani iumus, non habuisse. Calumniarum errorem e, vt opposite, & nitidissime efficacter refutemus. Idem quoque ex huius loci circumstantiis refutari potest. Primum quis mirum dubium est, quin Christus, dum hoc dicit, Apostolos reprehendat, & eorum incredulitatem accusaret, quemadmodum Marci 16. 14. eorum incredulitatem dicitur exprobrasse, *quia iis, qui viderant eum resurrexisse non credebant.* Nemo autem reprehendi potest, quod fidem miraculorum non habeat. Est enim donum Dei, non ex humana, sed ex diuina solum pendens voluntate : quod non eis, qui volunt, quemadmodum ea fides, qua Christiani iumus, sed iis, quibus Deus vult, conceditur. Ex etiam aliquando, qui Christianam non habent fidem, quemadmodum prophetia, & aliorum miraculorum dona, fœtur supra ca. 7. 22. differimus : quare non magis reprehendi Apostoli potuerunt, quod fidem miraculorum non haberent ; vt fingamus aliquam esse differentiam miraculorum fidem quam, quod non habeant donum prophetiæ. Præterea eodem modo parum adolescentis, quo Apostolorum incredulitatem Christus reprehendit. Incredulitas autem illa, quam in parte reprehendebat, non miraculorum ; sed Christianæ fidei opponebatur, quæ de Christi diuinitate, potentiaque dubitabatur ; ergo & in Apostolis non fides miraculorum ; sed Christianæ defectum reprehendit. Deinde quia hoc non solum reprehendendo, sed etiam exhortando Christus dicit, vt illum sequitur, *si habueritis fidem, sicut granum sinapis.* Nemo autem quemquam exhortatur vt donum miraculorum habeat, neut neque, vt habeat prophetiam, aut linguarum donum, quia id non in nostra situm est potestate. Denique manifestum est de eadem fide Christum loqui, de qua 1. ad Corinth. 13. loquitur D. Paulus ; adhuc enim loquitur de illa, *si habuero, inquit, omnem fidem, ita vt montes transferam : habeam autem non habuero, nihil sum.* D. Autem Paulum non de fide miraculorum (quamquam de ea etiam Calumnia eum locum interpretantur) sed de Christiana, quæ vna ex tribus Theologicis virtutibus est, loqui ex verbis decimo tertio, perspicuum est, *nunc, inquit, manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.*

Sicut granum sin. qui.] Omnes fere, & vetercs, & nouiores, vt Origenes tract. in Matthæum 4. Hieron. Beda, & Strabus, alicubi etiam D. Augustin. eadem hic non magnitudine, sed efficacitate, & acrimonia comparari putant, quali dicat Christus, si habueris is fidem tam ardentem, tam vehementem, tam efficacem, quam granum sinapis est. *Dicetis montibus hoc, transi hinc illuc, & transibit.* Quod est à multis summisque auctoribus probatum est, difficultate non caret. Primum, quis non fatemur res ardentes, & efficaces : sed partus grano sinapis comparare, vt supra cap 13. 31. 32. *Similes est regnum cœlorum granu sinapis, quod minimum est omnium seminum.* Res vero ardentes, & efficaces igni potius, quam grano sinapis comparari solent : sicut Euangelium comparatur Luc 12. 49. *Ignem veni mittere in terram.* Deinde quia si propter acrimoniam, & ardorem grano sinapis fides compareatur, non fuit necesse dicere, *si habueritis fidem, sicut granum sinapis* ; sed si habueritis fidem sicut sinapi, vt natura, & effectus, non exiguitas significaretur. Cum autem non sinapi, sed granum sinapis dictum sit : manifestum est non vim, & naturam ; sed paruitatem significatam fuisse. Præterea non obscura antithesis est inter granum sinapis, & montem : illam rem minimam, hanc maximam. Voluit enim Christus dicere vel minimam fidem, quale granum sinapis est, vel maximum montem posse transferre : de fide igitur magnitudine aut paruitate, non de efficacitate agitur. Non quod non etiam efficacitas inde colligatur : sed quod non efficacitate, sed exiguitate grano sinapis fides conferatur. Accedit quod est videre potest coniectura, magnum tamen apud me argumentum est, quia ex Christi ingenio & maiestate sumitur. Si dicere voluisset, si habueritis fidem tam ardentem, quam granum sinapis, dicetis monti huic transi hinc illuc, & transibit : sensus eiusdem veri esset : sed vulgaris, humilis abiecta, methaph. & magnificentiæ ingenij Christi minime dignus. Quod enim gratiæ, aut acumen habet, si habueritis ardentem fidem, montes transferetis ? scimus enim quem propter ardorem fidei magna potuerit propellere. Minimam autem fidem ; id est grano sinapis similem ingentem montem posse transferre, ac de gratiam propter antithesim, & acumen propter inspectam sententiam habet. Confirmat me aliquorum antiquissimorum auctorum iudicium, quos scio voluisse ita sentire. Itaque quod Origenes, Hieronymus, Beda, & Strabus existimant hic non minimum, sed maximum potius fidem grano sinapis comparari, quam D. Paulus omnem, id est, totam, integrum, & perfectam fidem appellet sententiæ huius loci mihi videntur esse contrarium. Video quid obici mihi possit : quidque omnes, qui contra eorum auctoritatem mouerit. Certum est D. Paulum 1. ad Corinth. 13. 2. sed hunc locum alludere voluisse ; atque non de minima, sed de maxima fide loquitur, *si habuero, inquit, omnem fidem, ita vt montes transferam.* Respondeo eandem fidem diuerso respectu, & a Christo minimam, & a D. Paulo maximam appellari : minimam quidem a Christo ad eam, quam Apostolos tam diu cum ipso versatos habere oportebat ; non enim significat Apostolos ne minimam quidem habere fidem, quippe magnam habebant, qui ipsum potius ante filium Dei confessi fuerant ; sed reprehendentis more vtitur hyperbole, & exaggeratione, qua fidem, si minimam fidem haberetis, id est, tantam, quantam habere deberetis, non maiorem, diceretis monti huic transi hinc, & transibit. Quemadmodum homini aliqui ingenioso, minus tamen, quod dicimus intelligenti obiurgantes dicere solemus, si vel minimum haberes ingenium, hoc intelligeres. Non enim significantis eum ne minimum quidem ingenij habere, sed minus habere, quam vt hoc intelligere, oporteret. hoc ergo sensu Christus minimam fidem appellauit. D. autem Paulus eandem fidem comparatione eius, quam ait ipse, aut alij vulgo habebant, maximam vocat, quia nemo dum eo perueniffe videbatur fidei, vt montes verbo transferre posset. Hinc ior colligitur necessariam non esse, vt omnis, qui minimam fidem habet, transferat montes. Neque vero omnis, qui maximam habet. Nam Apostolos sic oportuit, & certe posse tantam illam fidem, quantam in illis tunc Christus desiderabat, vt montes transferre possent, habuisse credendum est. Nec tamen montem illos villum tradidisse legimus. Etsi, quod Chrysostomus, Euthymius & Theophylact. scribant probabile est, non nego eos, id aliquando fortasse fecisse : sed sacris literis tradendum non esse, quæcumque omnia Christi miracula, vt sunt in Euangelica scripta sunt. Recte fidem auctores dicunt, si non Apostolos, Apostolorum tamen virorum id præstantiæ alludentes, vt opinor, ad mentem Neocæsariensis Gregorij historiam, qui vt Basilius lib. 7. cap. 23. auctor est, vt Ecclesia quadam ædificaretur, monuerit, qui obiabat, vt alium locum transpositis. Cur autem id Apostoli non fecerint, prudenter iidem auctores respondent, quia necesse non fuit. Nec enim Apostoli, sicut nec Christus, omnia, quæ potuerunt : sed quæ oportebat, quæque necesse erat facere, fecerunt : nec est huius autem regula Dei gloria est, ea cum postulat, miracula facienda, cum non postulat, prætermittenda sunt. Hieron. & Beda in commentariis, & D. Augustinus libro primo quæst. Euang. c. 19. allegatice exposuerunt qui superbiam humanam, quam Apostolos tiuerunt, atque superauerat, per montem intelligunt.

Hæretici Marcionis, & Manichæi non recipiunt Euangelia.

Et nihil impossibile erit vobis.] Non docet, quid illis, sed quid fidei possibile sit, sicut Marci 9. 23. *Omnia credenti, omnia possibilia sunt credenti.* Fides enim quasi Dei manus est, qui quid Deus potest, si fides potest. & ij, qui fidem habent, possunt, quia non ipsi, sed Dei manibus operantur. Nec præterea sequitur, vt annotat D. Thomas eos esse, dicique posse omnipotentes : omnipotens enim dicitur non quilquis omnia potest, sed quilquis sua potentia, & virtute potest, qualis solus est Deus.

21. Hoc autem genus.] Athanasius in lib. de virginitate Chrysostom. Euthym. & D. Thomas in huius loci enarrationibus existimant, non verum aliquod certum, sed omne dæmoniorum genus significari, quod eiusmodi sint omnes, vt non nisi per orationem, & ieiunium expelli possint. Verum multa dæmonia Apostoli non oratione, & ieiunio, sed nomine Christi inuocatione expulerant, Luc. 10. 17. *etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.* Loquitur ergo Christus de certo aliquo dæmoniorum genere, in quo exsplendo plus sit, quam in alijs difficultatis : ita vt orationem etiam, atque ieiunium oporteat adhibere. Quod autem id genus sit, incertum ; Hieronym. hoc loco, & Leo sermo. 2. de ieiunio septimi mensis existimant, nequissimum dæmoniorum genus significari. Alij autem quilibet id est, quod dæmonem possederit, quam vt diu cillius eil diu inueteratos, quam recentes, curare morbos, ita etiam fit difficilius eos dæmones, qui diu, quam qui breui tempore in homine fuerint, expellere. Ideo putant interrogasse Christum apud Marcum cap. 9. 21. quantum temporis esset, ex quo hoc illi accidisset. Mihi obstinatissimum & ferocissimum genus dæmonum videtur indicari : loquitur enim Christus de dæmone tanquam de aliquo hoste arcem custodiente, qui quo ferocior & obstinatior est, eo difficilius pelli potest, sicut Lucæ 11. 21. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet.* Hoc mihi colligi ex effectu videtur ; fecerat hoc dæmon adolescentem illum luna ticum, mutum, & surdum, quales obstinatissimi homines esse solent, cerebri phantastici, superbi, qui nihil rogantibus respondent, precibus surdi. Disputauimus de hac re cap. 9. 21. vbi ex hoc loco diuersa dæmonum esse genera docuimus.

Qui dæmonem teneant & orationi pareat.

Ieiunia, & vtilitas eorum ad commendandas dæmones cum ex Calumniatore.

Nisi in oratione & ieiunio.] Errant hæreticorum interpretes existimantes orationem, & ieiunii nō nisi frustra quæri, quibus fides acuitur, dæmoniorum esse enim fide dæmones pelli, cæteraque fieri miracula. Quod si verum esset, sufficiebat superior illa sententia v. 20. *si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti huic transi hinc, & transibit.* Nunc autem manifestū est Christum eadem, orationē, & ieiunii. tanquam tria distincta remedia, proposuisse. Fatsor & oratione fidem, & ieiunio orationem excitari, sed non propterea neque orationi, neque ieiunio vllas sunt partes. Similis eorundem error est, ieiunium nihil habere operis, quod iam olim simili ipsorum hæresi Montanus docuerat, quem Hieronymus confutauit. Quid ergo ad pellendum dæmonem ieiunium valet ? Nam quid fides, quid oratio valeat, obscurum non est. Respondeo, quid valet crapula ad alia eiundum, ac dæmone ejicit ? Quemadmodum ergo crapula delectatur, ita ieiunium ferre non potest. Fides credendo, oratio petendo, ieiunium tarando, sed flagellando, & vrendo dæmonem pellit. Quemadmodum hostes non solum tormentis, aut facultis, sed etiam fame pelluntur. Dubium inter interpretes est, vtrum orare, ac ieiunare debeat, ne, qui dæmonem pellit, an is a quo pellitur : fuit enim, qui putaret Christum significare eum, à quo pellendus dæmon est, ieiunare debere. Alij vtrumque, vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus. Non dubito verisque rationum, orationemque iuuare : sed Christus de eo tantum, qui dæmonem expellit, mihi videtur loqui : docet enim Apostolos, quæ ratione hoc dæmoniorum genus ejicere debeant.

22. Conuersantibus autem illis in Galilæa.] *Ambulantibus illis.* vel conuersantibus. vel conuertentibus. Ambiguum enim est. Sed melius credo nostrum interpretem conuertendo reddidisse, quia iam die Christus in Galilæa versabatur, neque Euangelista posset dicere eum ex eo fle. Nam ex Phœnicia, quo supra Matthæus, capite decimoquinto, vigesimo nouimo discesse iuisse, iam diu rediisse & cum Iesu versatum esse eum in Galilæa fuisse transfigurationis ergo sensus est, eum adhuc in Galilæa versaretur, antequam inde exiret. Posset enim euenire, vt in Iudæam venirent, & Iesum Christum iustitiarent. Ioan. 11. 14. 15.

24. Accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum.] Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Theophylactus & Euthymius, exsistimant propter miraculorum Christi magnitudinem reuerentia causa eos non fuisse ad Christum accedere. Quod probabilius videtur esse, quam quod idem probabile etiam esse putare, eos fortasse maluisse ad Petrum potius, quam ad Christum accedere, vt ex eo facilius eliceretur, num Christus tributum Cæsari solueret, vt, si negaret, occasionem caperent accusandi. Cur autem ad Petrum potius, quam ad alium discipulum accesserint, ver. 17. dicemus. Didrachmum autem argenteæ monetæ genus erat fere ex proculo valens, atque illud Hispanica Regalia, duo Italici Iulij, decem solidi Gallici hoc quidem tempore. Nam Regale Hispanicum drachmam vnam argenti pendit : & didrachmum duas, vt nomen indicat, drachmas continebat, licet tridrachmum tres, tetradrachmum quatuor, id est siclum Hebraicum. Siclus enim Iudæorum tantum pendebat, quantum quatuor Hispanica Regalia, & quantum Francus Gallicus, quæ Ifrael ante tertium huius annis exdit. Quod autem tributum id fuerit, non omnibus constare. Hilarius existimat illud fuisse, quod Exodi 30. 13. singuli Iudæi soluere singulos annos in templum iustissent, *hoc, inquit, dabit omnis, qui transit ad nomen eius, dimidium sicli in mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur domino.* Et Lucas quidem ponere, & prætium recte conuenit, nam, vt eximus, tetradrachmum, id est quatuor drachmæ siclum efficiebant ; vnde sequitur didrachmum, id est, duas drachmas dimidium sicli effecisse, quod singuli Iudæi maiores viginti singulis annis pendere iubebantur. Ex eo autem Exodi loco Lyranti opinio à multis iam refutata aperte conuincitur. Putat enim didrachmum solidum fuisse Gallicum, id est, duodecim, vt ipse vocat, parvos Turenenses ; cum Moyses dicat sicli viginti obolos habuisse

Quid sit didrachma, an 15 fl. & drachma.

Quid sicli.

Quare tributum quod Iudæi soluere iussi, pro Ieiunio.

constat autem obolum unum idem fuisse, atque solidum Gallicū. Nam, vt dximus ipso pondere certum est Francum vnum, vnoso siclum pependisse, sicut quatuor Hilpenica Regalia, & Francum vigintí solidos, sicut siclum viginti obolos habere. Itaque didrachmum, quod Lyranus vnum tantum solidum habuisse putat: decem solidos habebat. Plura de hac re non dicimus, quia mihi de ea authoret copiose, dil generaque tractauerunt: tantum pro nostro tempore vtilium nostri temporis accommodauimus. Quod ideo dicimus, ne quis miretur, si apud alios legerit didrachmum septem solidos, apud nos decem habere. Tunc enim Hispanicum Regale, quę drachma argenti est, tribus solidis cum semisse æstimabatur, nunc æstimatur quinque. Chrysostomus vero, Euthymius, & Theophylactus existimant hoc fuisse tributum, quod Iudæi iussi sunt Domino dare. Numerorum 3. 45. 47. propter eos primogenitos, quibus extera tribus Leuitarum excedebant. Quod si probabile quidem est, illud enim tributum non mirabamur, & non nisi à primogenitis, & non nisi à ducentis singulis tribus solutum est, quibus nunc inuenta sunt reliquæ tribus Leuitarum tribum superare. Itaque multo vertor ei Hieronymi, & Bedæ sententiæ, qui existimant hoc vectigal illud esse, quod Augustus Iudæis imposuit, cū iussit, vt vniuersus orbis describeretur, 1. utæ 2. 1. vero simile eius rei coniectura est, quod Vespasianus expugnatis postea Hierosolymis tantum Iudæis tributum imposuerit, quantum ante templo soluebant, vt Iosephus libro septimo de bello Iudaico c. 26 author est, & est ex illo Vespasianum illud ipsum tributum, quod Augustus imperauerat, & à quo sese Iudæi rebellando exemerant, illis vbicumque, vt ait Iosephus, terrarum essent, reposuisse. Atque hæc fortasse dicere Hilarius voluit Christum illud solusse tributum, quod Iudæi templo soluebant, quasi non Cæsari, sed patri suo soluerit.

25. Etsem.] Respondet Petrus affirmanter, antequam consulat Christum. Vnde colligitur, aut mens eum ita respondisse, ne negaret, aut dubitare videretur, publicanos offenderet, quasi Christus ex eorum numero esset, qui vt posset accusare est, negabatur tributum dari Cæsari, aut quia de Christi voluntate non dubitabat, aut quia sciebat Christum æstimasse solutum soluere, quod multo est probabilius. Cum v. publicani interrogant *an assistet vester non soluit didrachma?* licitus est, non soleo soluere: eo enim verbum non affirmationem, sed consuetudinem significant, qualia in scriptura multa notantur. Nam si sic erit ex exemplum Iosephi 4. 43. *non testimonium habet Samaritanus*, id est, non soleat vt. Petrus autem respondet *etiam*, confirmans Christum solicum soluere. Cur ergo Euangelistæ hinc rationem animi solutionis manifestarent? vt miraculum, q propter solutionis factum est, exponerent.

Regis terræ.] Quod Christus Petrum præuenit, eiusque cogitationem nouit, magnum per ipsum miraculum fuit. Videtur autem Christus non conuenienter Petrum interrogare, *Regestatere, à quibus accipiunt tributum, vel censum, à filiis, an ab alienis?* quis videatur indicare, aut fateretur Regis esse filium, & quidem Cæsaris, siquidem ea ratione probare vult se non debere Cæsari soluere tributum: aut tributum illud non Cæsari, sed Deo, cuius ipse filius erat, datum fuisse. Respondeo eum à minori ad maius argumentari, vt D. Chrysostomus annotauit, quasi dicat, si filii Regis terræ illi tributum non debent: ego qui Dei Regis Regum filius sum, multi Regi cæli eo. Potuit eam alienate ad originem filiationis referri quod negabat, quia, vt dximus ea filium, vt census, id est, Deo solueretur, quemadmodum Hilarius, & Theophylactus existimant. Disputant nonnulli, an rouera Christus tam quam homo, aut tributum deberet? Respondent debuisse, quia D. Paulus testatur illum per omnia nobis, excepto peccato, similem factum fuisse, & hoc loco, non tamquam hominem, sed tanquam Deum argumentari se à tributo liberum esse. Id, an dici possit, doctiores viderint; ego quidem non diuerim. Obiici potest, quod Christus non de se tantum, sed etiam de Petro loqui videatur, & quod dicat plurali numero liberos esse filios, & quod paulo post addat, *vt autem non scandalizemus eos.* Priori ratione non mouor, quia certum est Christum de se, tanquam de naturali Dei filio, locutum esse, qualis Petrus non erat. Iuxta non potuit cum filiorum nomine comprehendere, sed locutus pluraliter est, quia de omnibus generaliter Regum filiis loquebatur. Secunda magis mouor, videtur mihi Christus significare voluisse nec se, nec discipulos suos tributum debere: se, quia filius Dei erat: discipulos fuos, quia ipsius familiares & domestici censebantur. Et non solum Regum filii, sed eorum etiam domestici à tributi liberi sunt. Quod autem quidam disputant, verū omnes Christiani, quia filiadoptionis Dei, aut quia quodammodo Christi familiares sunt tributa soluti sint, ne scio eum eodem vltium dubitationis habere puto. Nā etsi Christiani adoptione tibi sunt Dei, Christi q nomen gerunt, tamen eius domestici, vt Apostoli non sunt: D. Paulus ad Romanos 13. 7. Christianos iubet suum cuique reddere, cui honorem, honorem, cui tributum, tributum. Nec D. Augustinus quidem eam sententiam etiam fatet lib. 1. qq. Euangeliorū c. 23. tutiorem, & iuxta probabilitatem potuisse Hieronymum illegere qui illa ad hunc locum scripsit. *Ita prorsus (inquit) erit non suffumus, & tributa reddere non prorsus homines tributa non reddunt, & quæ sunt Regis à religiosis imminuta sunt.* Sed aut allegorice loquimur, quod tributum, vt ante fatebamur, diabolo non solumus, aut de solis agit Ecclesiasticis, quibus tempore Christianis tam imperatoribus à vectigalibus immunes erant.

27. *Vt autem non scandalizemus eos.*] Non fuisset datum, sed acceptum, vt Theologi vocant, scandalum sed idipsum, cum facile posset, vitare voluit. Itaque quod Theologi vulgo dicunt scandali datū, non est accipiendum esse vitandum, non est pro certo, & perpetuo, regula accipiendum. Nam & Christus hoc loco & D. Paulus ad Rom. 14. 21. & 1. ad Cor. 8. 13. etiam scandalum acceptum fugiendum putauerunt: cum idem Christus supra c. 15. 14. vitare noluerit, sed contemnendum putauerit, *Sinite, inquit, illos, cæci sunt, & duces cæcorum*: Quemadmodum Chrysostomus, & Euthymius annotarunt. Illic respondet id Christum pro ratione temporis, & aliarum circumstantiarum fecisse. Illic enim gloria Dei postulabat, vt propter Pharisæorum scandalum à docendo veritate non desisteret: eadem gloria hic postulabat, vt, cum facile posset soluere tributum, publicanos non offenderet, & maleuolis Iudæis criminandi occasionem non daret. Nam & eum semper tributum soluisse; tamen necessarium eō posse, quod tribuat Cæsari soluere prohiberet, Luc. 23. 2. Idemq; nobis faciendum esse monent.

Et eum piscem, qui primus ascenderit.] Magnum hoc fuisse miraculum certum est: sed meritò Hieronymus dubitat, in qua re fuerit, verum in eo, quod seuerit Christus, quis esset ille piscis, qui in ore fateretur haberet, an in eo, quod seuerit illum primum omnium ascendisse, an quod fecerit ipse, vt ille primus ascenderet, an quod in eo, qui primus ascendit, fateretur ipse solo verbo fore auuerit. Quod postremum mihi videtur probabilius, quia non solent pisces, si quando fateretur aut aliam pecuniam deglutiunt, eam in ore habere, sed in ventre. Itaque ille piscis, si fateretur illum ipse accepisset, non in ore, sed in ventre habuisset. Nam

Nam quod nonnulli dixerant, quemadmodum Thaspesyla duas recitat, fateretur illum non recusaturum fuisse, sed margaritam, quam pisces habere solet, similiter vero nō est: quia nec margaritas, in ore sed in ventre, nec in pisce tuto, qui à teti capiuntur, sed in lotis conchylis, quę vitiatores à lecopolis maris mantibus auellunt, quod Petrus tributum soluerit. Nā illa quidem ratione nec Christus quidem Ecclesiæ caput esse solui enim tributum, ac solui, cum non debeat nec Petrus, vt ante probauimus, debebat. Si non consideraret Petrum, si nunc inter Christianos Reges in vnis esse, Ecclesiamque gubernaret, solutum non fuisse. Alia vtrique auctoribus quę illis proponuntur, quare Christus, cum locutus haberet, & mulieres religiosæ, quæ illum ex Iudæa sequebantur necessaria esset suppeditarent, non ex suis locutis, sed ex pisce tributum solui? Ratio, quam Hieronymus reddit, voluisse Christum bona præpetum in tributum eō conuertere, à patris probata est. Nam quę in oculis erant, ad omnes necessaria mittebantur, & tributum soluere, quando alia Christus voluebat, verum erat ex necessitate. Chrysost. & Euthymius putant Christum ostendere voluisse se, etiam si tributi solutum esset, & recte & mansi dominum esse, quando quidem ex mari ipse tributum acciperet. Magis alterā ratio, quam iidem reddunt, mihi placet: vt Christum tributum soluere voluisse, vt nec publicanos offenderet, nec suum perderet priuilegium, dum non ex suo, sed ex alieno soluerat. Quāquam ego veram suspicor esse rationem, quod tunc alii discipuli, qui loculos gerebant, non adesset, & cum nollet publicanos essen dere, ad soluendum tributum in mirabilem fecit.

CAPVT XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? 2. Et aduocans Iesus paruulum, stat it eum in medio eorum. 3. & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. 4. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum. 5. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. 6. qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. 7. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit. 8. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proiice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. 9. Et oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te: bonum tibi est cum vno in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. 10. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei, qui in cælis est. 11. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. 12. Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit quærere eam quę errauit? 13. & si contigerit eam inuenire, amen dico vobis, quia gaudet super eam magis quam super nonaginta nouem, quæ non erranerant. 14. Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. 15. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos: vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. 17. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. 19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. 20. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? 22. Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. 23. Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. 24. Et cum cœpisset rationem ponere, adductus est ei vnus, qui debebat ei decem milia talenta. 25. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. 26. Procidens autem seruus ille orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 27. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. 28. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios; & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. 29. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 30. Ille autem noluit: sed abiit,

& misit eum in carcerem donec redderet debitum 31. Videntes autem conservi eius quæ fiebant contristati sunt valde & venerunt & narraverunt domino suo omnia quæ facta fuerant 32. Tunc vocavit illum dominus suus & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me: 33. nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui sicut & ego tui misertus sum? 34. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum 35. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

IN CAPVT XVIII.

1] *Nil hora.* Sub idem tempus, Hebraismus est frequenter usurpatus. Marcus cap. 6. 35. Christum eos præuenisse dicit, rogassequæ, quid in via tractassent, tractauerant autem, *quis eorum maior esset.* Lucas vero cap. 9. 46. vidisse cogitationes eorum, & non quidem interrogasse, sed accersitum puerum dixisse, *quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me suscipit: & qui susceperit me, suscipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.* De qua spetie mi coratæ nihil dixit hunc locum tractans lib. 2. de consens. Euangelistarum cap. 61. Augustinus. Respondent Chrysostomus & Euthymius Apostolos de ea re non semel, sed sæpe contendisse: Primum in via, deinde domi, cum Petrum vel solum in tributi solutione sibi fuisse prælatum: postremo cum interrogati a Christo fuissent, quid in via tractassent. Primum ergo Christus Apostolos quid tractassent, interrogauit: tunc vero Apostoli videntes suas cogitationes, contentionisque pœnitentes Christum interrogarunt, quod is rogare prius non audebant, *quis eorum esset maior.* Disputatur hoc loco, qua occasione id Apostoli rogarint. Hieronymus, Beda, & Euthymius existimant occasionem fuisse, quod vidissent Christum prose. se Petro soluere tributum. Quod nonnulli ideo non probant, quia ex Marco cap. 9. 33. constet eos in via anteq̃am venirent Capharnaum, & tributum solueretur, ea de re cogitasse: seclusam diuinus ex Chrysostomo, & Euthymio eos sæpe, & diuersis de causis in eam venisse cogitationem. Itaque tributum pro Petro datum nonnihil eam cogitationem ingenerauit, sed genuam auxit. Alias etiam prius occasiones habere potuerunt, quod vidissent Petrum cum duobus alijs in montem cum Christo ascendisse, illi dictum fuisse claues regni cœlorum cap. 16. vers. 19. videm Chrysostomus, & Euthymius scribunt. Alij aliam reddunt causam, quæ mihi non displicet, quod audiuissent Christum de morte sua sæpe mentionem facere, quasi proxima iam esset, & cogitarent, quis eo mortuo eius quodammodo hæres, id est, eius vicarius futurus esset. Id enim confirmabat, ac moribus hominum valde consentaneum erat, qui morituri de successione cogitare solent, & idem videmus Apostolos instante Christi passione fecisse Luc. 22. 24.

Quis putas.] 11. 11. Quis tandem? aut quisnam in regno cœlorum maior futurus est? Comparationum pro superlatiuo ponitur ex Græcorum consuetudine. Et verbum præsens est pro futuro: quasi dicant, quis nostrum maximus in regno cœlorum futurus est?

Intrare in cælorum.] Quidam regnum cœlorum cœlum ipsum, & cœlestem gloriam vocari putant, vt Chrysostomus, & Euthymius, quod videtur ex versu tertio probari posse. *Nisi*, inquit, *conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Cœlestis enim est & eodem regno cœlorum, de quo Apostoli interrogauerant, respondisse Christum. Probabilius tamen est regnum cœlorum hoc loco Ecclesiam appellari. Primum propter ecclesiæ mores, quibus Apostoli, vt id interrogarent, motum quod viderent omnibus in rebus Petrum præferri, & cogitauerunt omnium in Ecclesia caput futurum esse. Deinde ex Christi reprehensione: non enim dubium est, quin eorum ambitiunculam reprehenderit. Velle autem in cœlo omnium maximum esse, charitas erat, non ambitio; in Ecclesia vero primum esse velle, cæteris præstare, id merito fugiendum, tanquam ambitiosum, reprehendendum. Id etiam ex versu tertio, vnde cœperis probatur opinio, confirmari potest. Volunt enim Christum dicere eum, qui in præsenti regno cœlorum, id est, in Ecclesia minimus esset, eum maximum haberi, idemque in cœlo futurum maximum. Itaq; Lucas de præsenti Ecclesiæ regno loquens cap. 9. versu 48 *Qui minor*, inquit, *est inter vos omnes, hic maior est.* Laudat ergo Christus nominis ambitionem, cum dicit, *nisi efficiamini, sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*, quemadmodum multis locis annotauimus eum facere solere.

2. *Et statuens Iesus parvulum.*] Qui infantem fuisse putant, properare quod Marcus cap. 9. vers. 36. dicit: Christum eum, quem ad modum Græce est, in vlnas suscepisse falsi videntur. Nam & maior infans in vlnas tolli potuit & quia adoleuerat fuit grandiusculus erat, quia ambulare poterat. Puerum ergo, non infantem, sed innocentem Christus vocauit, & in medio constituit, vt quemadmodum Chrysostomus obseruauit, non solum verbis, sed rebus etiam ipsis præsentibus humiliatam, simplicitatemq; doceret.

3 *Nisi conuersi fueritis.*] Male quidam ex hoc loco colligere videntur Apostolos tunc in statu mortalis peccati fuisse, propterea quod dicat Christus, *nisi conuersi fueritis & efficiamini, sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum*, quasi tunc non tales essent, vt intrare possent. Nihil enim aliud Christus voluit, quam non posse eos in regnum cælorum intrare, nisi simplicitate, & humilitate similes essent pueris, quod non ita intelligendum est, quasi omnino æqualis in omnibus humilitas, atque simplicitas illi, quæ in pueris est, desideretur. Quis enim in regni cœlorum intrare? sed proponitur maximum humilitatis exemplum, non vt ad illud omnino perueniamus: sed vt accedamus, quam proxime possimus: sicut iubemur esse perfecti: sicut pater noster cœlestis perfectus est cap. quinto versu quadragesimo octauo. Neque significatur Apostolos non tantum habere humilitatem, vt in regnum cœlorum intrare possint: sed ostenditur quid illis sit necessarium, vt si non habent, comparent: si habent conseruent. Quod autem dicit, *nisi efficiamini*, non significat eos tales non esse, sed alludit ad eorum ætatem, qui cum grandes iam essent, deberent pueri fieri, sicut Ioannis tertio vers. tertio Nicodemo dixit. *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* At Christus Apostolorum ambitionem reprehendit. Fateor; sed non continuo sequitur eam ambitionem fuisse tantam, vt mortale peccatum esset, & ab ingressu regni cœlorum impediret: potuit enim esse venialis: & eiusmodi fortasse quam, & religiosum est credere. Denique ait illa, aut alia meliori ratione excusandi Apostoli sunt, vt Chrysostomus excusat: non accusandi, vt sacræ hæretici solent. Iubet nos Christus nos omnibus in rebus sed in simplicitate, humilitate, innocentiæ similes esse pueris, sicut Dauus Paulus 1. ad Corinth. 14. 20. *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote,* quemadmodum Clemens Alexandrinus lib. 1. pædagogi. c. 5. & D. Ambrosi serm. 20. interpretantur.

5. *Et qui susceperit vnum parvulum talem.*] Quorsum hæc Christus dicat, dubitare lector potest: sed id facile ex præcedentibus, & consequentibus intelligitur. Vult probare eum maiorem, qui minimo similior est: quia sibi puer simillimus est & ipsius personam gerit: id autem probat, quia qui puerum suscipit, ipsum suscipit: suscipere vero est non solum, vt quidam interpretantur, domo eum excipere, sed quouis benevolentiæ genere prosequi, & vno verbo benefacere, sicut in iudicio dicturus est, *quamdiu vni de his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis* c. 25. 40. Marcus, & Lucas hoc solum narrant dixisse Christum, cætera quæ Matthæus scribit, prætermittunt. Ideo, vt opinor, quia hæc summa rei erat.

6. *Qui autem scandalizauerit.*] Argumentum est à contrario, vt Chrysostomus, & Theophylactus monuerunt; scandalizare autem hoc loco non significat, vt alias, malum præbere exemplum: sed iniuria aliquem afficere, quemadmodum Chrysostomus, Euthymius, & D. Thom. animaduerterunt. Quod ex antithesi manifestum est. Suscipere enim parvulos, & scandalizare inter se opponuntur. Suscipere, vt diximus, est benefacere, ergo scandalizare malefacere, id est, afficere iniuria. Parvulos vero hic appellat non iam ætate; qualis ille erat, quem in exemplum proposuerat; sed moribus: quos addit, *qui in me credunt*, ij enim sunt quibus iniuria plerunque fieri solet, quod homines simplices, & abiecti habeantur.

Mola asinaria.] Plerique molam asinariam vocare putant inferiorem molam, quæ Græce ὀνικὸς, id est, asinus dicitur, & superiore maior esse solet. Perspicuum enim est Christum prægrandem molam significare voluisse. Id mihi propterea non placet, quia Christus non Græce, sed Syriace loquebatur, vbi ea nominis ambiguitas locum non habet. Itaque Hilarij canone 18. & Ambrosij sermone 10. interpretationem sequor, asinariam molam vocatam esse, quam asinus ad multas res commolendas circumagere solet. Quæ ideo asinaria dicta est, vt à trusatili, id est, ab ea quam homines vi brachiorum circumferunt, distinguerentur. Eam autem Christus proposuit, quia multo maior quæ trusatilis esse solet. Adnotat Hieronymus hoc inter veteres Iudæos vsitatum fuisse supplicium, ficut nunc homines nefarios, ac detestabiles sepultura indignos iudicentes in flumen mergimus. Forte Christus ad superbiam, contra quam loquebatur, allusit, sicut capite 11. 23. dixit, *Et tu Capharnaum nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes.* Quod autem D. Augustinus libro 1. qq. Euangelicarum cap. 24. molam asinariam peccatorum pondus, quo homines deprimuntur, esse dicat, allegoricum est.

7. *Væ mundo a scandalis.*] Ita Græce loquutus est, quemadmodum, si Latine dicere mus, magnum mundo periculum a scandalis imminet. Mundum autem nonnulli eos intelligunt, qui scandali auctores sunt, quasi eorum Christus vicem doleat: non enim qui patiuntur, sed qui faciunt scandala, miseri sunt. Magis Hilario, Chrysostomo, Euthymio, & Theophylacto subscribo, mundum vocari eos, qui in mundo sunt, quos paulo ante paruulos appellauerat, & de quibus dixerat, *qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis.* Quia enim de eorum scandalo mentionem fecerat, addit multa illis scandala imminere. In eo Chrysostomo, Euthymio, & Theophylacto non assentior, quod existiment, idem hoc dixisse Christum, vt eos qui scandalizandi erant, reprehenderet; quemadmodum paulo ante eos, qui scandalum erant prabituri, reprehenderat. Non enim solum scandalizare, sed etiam scandalizari peccatum esse, quia iniquitatis est. Cæterum, vt aliquando scandalizari peccatum sit, vt cum Pharisæi Christi miraculis scandalizabantur, ea interpretatio apta non est, quia, vt ex illdem auctoribus versu octauo tredenti docuimus, scandalizare hoc loco non significat scandalum præbere, sed iniuriam facere. Pati autem iniuriam nulla culpa, sed magna virtus est. Itaque non reprehendens, sed mirans Christus dicit, *Væ mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala.* Necesse esse dicit, non abiolute, sed hominum peruersitate considerata. vt Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Euthymius, obscure licet videntur indicare. Illud etiam Chrysostomus, ac Euthymius admonent, non quia Christus prædixit, scandala ventura esse: sed quia ventura erant, Christum prædixisse. Obiicies aliquis aduersarium illam particulam, *Verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit*, indicare hunc esse sensum, quamuis necessarium sit scandala venire, non propterea qui scandalum facerit, culpa vacare. Respondeo non eum, sed similem esse sensum. Quamuis aliquis scandalum venturum esset, non propterea, qui illud facit, culpa careret. Quemadmodum quamuis Saul moriturus erat, non idcirco, qui illum occidit, culpa vacauit.

Verumtamen væ homini illi.] Multi veteres auctores hominem illum, Iudam vocari putauerunt, vt Philastrius in hæreli eorum, qui Iudæ proditionem laudabant, & Dauus Hieronymus & Beda in huius loci commentarijs, & Ambrosius, aut, vt ego arbitror, Remigius in commentarijs in caput 11. 1. epistolæ ad Cor. sed manifestum est, generalem esse sententiam.

8. *Si autem manus tua.*] Docet quanto studio scandala vitare debeamus, vsque adeo vt manus abscindenda, oculus, si scandalizauerit, eruendus sit. Hanc sententiam, totum que hunc versum, atque sequentem c. 5. 29. 30. expositimus.

10. *Angeli eorum.*] Probat non esse paruulos offendendos, aut contemnendos, cum Deo tanræ sint curæ, vt apud eum angelos habeant à quibus custodiantur. Ex hoc loco, & aliis nonnullis communis opinio de angelis custodibus nata est. Primum quidem ex scripturis constat singulis regnis atque prouincijs etiam indidelium singulos angelos esse præpositos, Danielis 10. 13. 20. Quod & veteres auctores fere omnes, maximeque Romanus Clemens lib. 2. recognitionum & Clemens alter Alexandrinus lib. 6. Stromatum, Chrysost. hom. 61. in Matthæum & Theodoretus oratione 10. in Danielem colligunt ex Deut. cap. 32. 8. *Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel*: secuti Septuaginta verbionem, qui pro filijs Israel angelos Dei reddiderunt; quasi fieri non posset, vt singulis esset vnicuique prouinciæ, ac populo vnum angelum esse præfectum. Illud etiam confer Apocalypsis 2. 8. 12. 18. & 3. 1. 7. & 14. vnicuique Ecclesiæ vnum Angelum, à quo quodammodo gubernatur datum esse, vt Hilarius in Psalmum 124. & Gregorius Nazianzenus in oratione habita coram centum quinquaginta Episcopis. & Hieronym. in c. 1. Ecclesiast. & Auctor commentariorum in epistolas ad Cor. qui falso Hieronymo tribuuntur epistola 1. ca. 11. Illud etiam non perpetua traditione solum, sed pluribus probabilibus scripturæ testimonijs semper est creditum, singulos Christianos singulos angelos bonos habere, quorum curæ commissi sint. Sic enim hoc loco Christus loquitur, quasi de re cõperta, & quasi cum certũ sit singulos homines angelum aliquem habere, paruulorum, id est, iuniorũ angelos aliorum angelis præferat. Idem ex Gen. c. 48. 16. colligitur. *Angelus*, inquit Iacob, *qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; patrũ meorum.* Et Actorũ 12. 15 ex cõmuni procul dubio opinione de Petro, cum è carcere ab angelo, nimirũ suo, liberat' esset, foris q; no ẽs domus insperata nocte pulsaret, dictum est no Petrum

De angelis custodibus disputatio.

An, & cum eis demonstrationibus habeant.

Angelum ecclesiæ singulis.

Angelum regionibus & hominibus habere.

trum, sed angelum eius esse. Hactenus omnes veteres auctores consentiunt, Iustinus quæstione 30. eorum, quas gentes Christianis proponebant. Lactantius lib. 2. c. 15. & Basilius in Psalmum 33. & 58. & in cap. 3. Esaiæ. & in libr. 3. contra Eunomium de Spiritu sancto, Chrysostomus hoc loco, & alibi operis imperfecti homil. 40. & Hieronym. in c. 66. Isaiæ, & in commentario nuper loci. & Theodoretus lib. 5. diuinorum decretorum, & orat. 10. in Danielem, & Isidorus lib. 1. de summo bono c. 12. & Origenes quam plurimis in locis, de eius singulari sententia postea dicemus. Longum Theologi quidam nec mali, neq; recentissimi progressi sunt, vt etiam Christum Angelum custodem habuisse dixerint, de quo Lucæ 22. 43. dictum est, *apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum*. Sed hoc, & paradoxum est, & Christo vero Deo nimium dignum. Habet quidem Angelus a quibus sibi ministretur, nō a quibus custodiatur. Calumnia tamen, vt sapientissimi sui iudicio sunt, nihil credunt, tantum dicunt omnes angelos omnium hominum esse custodes, quia vt ait D. Paulus ad Hebræos 1. 14. *Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*. Sed finamus eos sua vti impudentia. De eo à nonnullis dubitatum est, an omnibus hominibus, etiam non Christianis, dati sint angeli. Origenes enim tractatu in Matthæum 6. & auctor imperfecti hom. 3. videntur existimasse solis baptizatis datos esse. Sed & omnium aliorum auctorum contraria sententia est, & ea ex scriptura, & ratione refutatur. Nam si infideli Græcorum & Persarum regno angelus præfectus est, & singulis etiam Græcis, & Persis hominibus aliquem datum esse angelum credendum est, maiorem enim hominum, quam regnorum Deus curam habet. Et non solum Christianorum, sed omnium omnino hominum salutem quærit, in qua procuranda angelorum ministerio quæritur? *omnes administratorii sunt spiritus propter eos qui hæreditate capiūt salutis*. Illud etiam apud auctores minus est certum, an singuli homines non solum vnum, à quo defendantur, sed etiam malum, à quo impugnentur, angelum habeant. Sed tamen & hoc ipsum antiquissima traditione non Christianorum modo, sed etiam Hebræorum traditum est, vt scribit Rabbi Moyses libro 3. More c. 25. Quam traditionem ex antiquo Pastoris, & ex epistola Barnabæ, quam olim inter Christianos in magna auctoritate fuisse legimus, veteres auctores probare solent, vt Origenes homilia 10. in Lucam, & lib. 3. de principijs c. 2. & Cassianus collatione 8. c. 17. & collat. 13. c. 12. & Beda in cap. 12. Act. Apostolorum. Confirmant eandem traditionem Gregorius Nyssenus in vita Moysis, & Auctor imperfecti homil. 3. in Matthæum. Potest aliquod eius rei vestigium in scriptura notari. Nam D. Paulus datum sibi dicit angelum Satanæ qui se colaphizet. Quod etsi alius modo intelligi possit, potest & hoc: & credibile est diabolum dæmoniorum principem in administratione regni sui Deum imitari: & quemadmodum Deus singulis hominibus singulos angelos præponit, ita eum opponere singulos dæmones. Videtur autem Christus cum dicit, *angeli eorum semper vident faciem patris mei*, aliquid singulare patrocinium angelis attribuere, quasi cæteris minores sint, & quasi illi faciem Dei videant, alij nō videant. Et quidem Orig. homil. in Luc. 35. hinc latum confirmat errorem, quasi angelorum beata propter negligentiam custodiendorum hominum statim aliquando beatitudinem amittant, quasi sensus & aliorum hominum angelos aliquando videre faciem Dei, aliquando non videre, quia aliquando bene homines bene, aliquando male custodiunt: paruulorum autem angelos semper videre, quia bene semper custodiunt. Cum ergo paruuli diligentius, quam cæteri homines ab angelis custo-

Angelum custodem Christi num habuit.

Angelum custodi re singulis hominibus.

Veram singulis hominibus malum angelum habeant aquæ impugnent.

2. Corinth. 12. 7.

Origenis error de angelis custodibus.

diantur, offendendos, contemnendosue non esse. Chrysost. etiam existimat aliquid singulare paruulorum angelis tribui, & non omnes faciem Dei videre, sed eos, qui supremi ordinis sunt, significari q hoc loco paruulorum curam supremis angelis commissam esse. Credo ego certe aliquid discriminis inter paruulorum, & cæterorum hominum angelos inditari. sed nec illud, quod Origenes, nec illud quod Chrysost. putat: sed maiores esse paruulorum quam aliorum hominum angelos. Quod ne quis miretur, intelligat hoc loco paruulos non pueros, sed homines appellari, quorum Deum etiam maiorem, quam aliorum hominum habere tota scriptura testatur. Maiores autem, & honorabiliores esse paruulorum, quam aliorum hominum angelos ex effectu probat, quia semper videre faciem Dei: non quod alij angeli non videant, sed quod ea phrasi Hebræi significent Deo aliquem esse propinquū & familiarem eum. Supra enim est ex aulæ consuetudine metaphora, vbi quo quis honoratior est, eo propinquior est regi, eoque frequentius in eius cōspectu versari solet. Ita loquitur regina Sabæ de seruis Salomonis 3. Reg. 10. 8. *Beati viri tui, & beati servi tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam*. Notauit Gregorius, & D. Bernardus *ser. 1. de dedicatione Ecclesiæ* colligi ex hoc loco posse, *lib. 3. moral. c. 3.* quod omnes positæ Theologi docuerunt, angelos quoscunque sunt, suam secum beatitudinem ferre, id est semper faciem Dei videre. Faciem autem Dei per metaphoram Christus appellauit splendorem essentiæ diuinæ, sicut faciei, aut potius vultus hominis est, in quo persona tota resplendet.

11. *Venit enim filius hominis saluare, quod perierat.*] Secundum hæc est argumentum, quo probat Christus contemnendos non esse paruulos, quandoquidem propter eorū salutem filius hominis venit. Si mile argumentum apud D. Paulū legimus 1. ad Cor. 8. 11. *& peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est?* Loquitur autem Christus ex hominum opinione, qui existimant eos, qui maxime inutiles sunt, qui abiectos & humiles vident, maxime esse peccatores, sicut Pharisæi ex eo illi, quibus Christo curatus fuerat, dixerunt Ioannis 9. 34. *in peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Nec cum hoc Christus dicit, indicat exteros homines non periisse, sed tantum significat se propter peccatores venisse. Ita vt si quis peccator non esset, propter eum venturus non fuisset; quemadmodum 1. c. 15. d. 22. *non est opus valitibus meis, sed male habentibus*: vbi explicabimus tum hunc locorum explicaturi.

12. *Si fuerint centum oues.*] Tertium est argumentum, quo bonus pastor exemplo patrem probat pluris se facere paruulorum, id est, eorum, qui peccatores habentur, quam aliorum hominum salutem. Nec quicquam in hac parabola difficile est: nec enim, vt paulo ante diximus, significatur aliquos fuisse homines, qui non erauerunt; sed tantum propter eos qui erauerunt. Christum venisse. De eo autem inter interpretes magna disceptatio est, quæ. 1. la. 99. sint oues, quæ non erauerunt. Vetustissimi auctores angelos bonos dixerunt esse. Oues enim Dei esse omnes creaturas rationales, ex quibus tria, id est, homines erauerint, ialiæ, id est, angeli non erauerint. Ita sensisse videtur Irenæus libro 3. c. 21. & 37. & Origenes homil. 2. in Genesim & homil. 7. in Iosue & Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 15. & Hilarius hoc loco, & Ambrosius in Apologia Dauidis c. 5. & Gregor. hom. 34. in Euangelia, & Theophylactus. Cuius opinionis & hoc loco Hieronymus memini. & Athanasius q. 2. Sed dubium nō est quin de solis hominibus Christus loquatur, nisi quod obscurissimum est Origenē dicamus eum propter angelos, qui peccauerūt, adiecisse. Sēsus genuinus ō quidem est reliquis nonaginta nouem oues, quæ non erauerunt, vt vnam, quæ sola erauerat, quæ-

reret: sed tamen vel vnius hominis salutem facere, vt si tantum centum essent homines, quorum vnus tantum erauisset, nonaginta nouem reliquos futurus esset, vt illum vnum quæreret: quemadmodum boni pastores facere solent. Magnum ipsius erga nos charitatis indicium, magnum argumentum ad eorum refellendam opinionem, qui etiam si homines non peccassent, Christum venturum fuisse docere solent. Itaque versu 14. non concludit Christus sic, te nonaginta nouem oues, quæ non erauerant, vt vnam, quæ erauerat, quæreret, reliquisse: *sed sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis*.

Christus nō dicit se reliquisse ſ. eum, qui non peccauit.

14. *Sic.*] Id est, sicut pastor ille non patitur vel minimam ex suo grege ouem perire: sed magis eius, quæ perijt, quam earum, quæ non perierunt, salutem amat: *sic non est voluntas patris vestri*, vt vel minimus ex iis pereat. Intelligitur enim comparatio, ficut in proposita parabola, quæ latet in vna illa syllaba *sic*, quasi dicat, sic minus vult Deus perire minimos istos, quam maximos illos. Idem altera parabola filij perditi apud Lucam cap. 15. 32. declaratur. Quod autem dicit *ante patrem vestrum*, Hebraismus est ex regum editis sumptum, quæ ab eorum conspectu, vt firma habentur, discussa prodisse. Loquitur enim de diuina voluntate, tanquam de aliqua decreto. *Ante patrem vestrum*, potius quā ante meum dixisse arbitror, vt accommodate ad id, de quo agebat, loqueretur. Sapit vero de Deo erga homines amore, & misericordia, quod virumque patris est proprium.

15. *Si autem peccauerit in te frater tuus.*] Fratrem generaliter vocat omnem Christianum: de aliquo non agit, vt constat ex versu 17. *die Ecclesiæ*, & *si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Nam Ecclesiam, & publicanum fratri opponit: & Ecclesiæ de iis non iudicat, qui foris sunt 1. ad Corinth. 5. 12. propter tamen illum, quem versu 6. pusillum appellauit, tunc fratrem vocat docetq; esse, si quod forte peccauerit, non secure, & tanquam hostem: sed in fraterno ordine, & tanquam fratre essa tractandum, sicut eum filius hominis tractat, qui venit, vt saluaret, quod petierat.

Correctio fraterna quatenus, & quomodo fieri debeat.

Ante.] Quidam hæreticorum interpretes exponunt priuatim, & re solo scientes: tunc enim priuatim, secreteque eum, qui peccauit, esse corrigendum. Nam eos, qui publice peccant, publice arguendos docet D. Paulus 1. ad Timotheum 5. 20. Deberē interpretarē aliquis exemplo, phare. *in te ipso fecisti me esse, aliquis priuatim. Potuisset dicere Hebraismum esse, qualē Psal. 50. 6 legimus tibi soli peccaui*, id est secreto, teque solo sciente: sed repugnat huic interpretationi D. Lucæ ca. 17. 3. *Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi*. Loquitur ergo Christus non de eo, qui secreto, sed de eo, qui contra nos peccat. Repugnat & Petri interrogatio infra ver. 21. *quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* De quibus autem peccatis hoc intelligendum sit, merito quæri potest: quia quædam eiusmodi videntur esse, vt non sit, qui peccatum priuatim corrigendus. Quo genere tractatu in Matthæum 6. de solis venialibus hæc fiue contra nos, fiue cō tra Deum factis interpretatur. Hilarius. Chrysostomus. Hieronymus. Ambrosius in cap. 17. Lucæ. Augustinus sermo. 16. de verbis Domini secundum Matthæum. Theophylactus, & Euthymius de mortalibus: sed de his tantum, quæ contra nos, non de iis quæ contra Deum sunt: nam ea non esse dissimulanda. Credo ego de omni peccatorum genere fiue contra nos fiue contra Deum ag. Spectandum enim est Christi consilium, vt peccantem non acerbe accusemus, sed benigne corrigamus. Dicit autem *si peccauerit in te*, quia nunc acerbi, nunc ecres, nunc diferi geiosi, qui peccauerit, odiosi sic. Sēsus genuinus ō quidem est reliquis nonaginta nouem oues, quæ non erauerunt, vt vnam, quæ sola erauerat, quæreret: sed tamen vel vnius hominis salutem facere, vt si tantum centum essent homines, quorum vnus tantum erauisset, nonaginta nouem reliquos futurus esset, vt illum vnum quæreret: quemadmodum boni pastores facere solent. Magnum ipsius erga nos charitatis indicium, magnum argumentum ad eorum refellendam opinionem, qui etiam si homines non peccassent, Christum venturum fuisse docere solent. Itaque versu 14. non concludit Christus sic, te nonaginta nouem oues, quæ non erauerant, vt vnam, quæ erauerat, quæreret, reliquisse: *sed sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis*.

14. *Sic.*] Id est, sicut pastor ille non patitur vel minimam ex suo grege ouem perire: sed magis eius, quæ perijt, quam earum, quæ non perierunt, salutem amat: *sic non est voluntas patris vestri*, vt vel minimus ex iis pereat. Intelligitur enim comparatio, ficut in proposita parabola, quæ latet in vna illa syllaba *sic*, quasi dicat, sic minus vult Deus perire minimos istos, quam maximos illos. Idem altera parabola filij perditi apud Lucam cap. 15. 32. declaratur. Quod autem dicit *ante patrem vestrum*, Hebraismus est ex regum editis sumptum, quæ ab eorum conspectu, vt firma habentur, discussa prodisse. Loquitur enim de diuina voluntate, tanquam de aliqua decreto. *Ante patrem vestrum*, potius quā ante meum dixisse arbitror, vt accommodate ad id, de quo agebat, loqueretur. Sapit vero de Deo erga homines amore, & misericordia, quod virumque patris est proprium.

15. *Si autem peccauerit in te frater tuus.*] Fratrem generaliter vocat omnem Christianum: de aliquo non agit, vt constat ex versu 17. *die Ecclesiæ*, & *si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Nam Ecclesiam, & publicanum fratri opponit: & Ecclesiæ de iis non iudicat, qui foris sunt 1. ad Corinth. 5. 12. propter tamen illum, quem versu 6. pusillum appellauit, tunc fratrem vocat docetq; esse, si quod forte peccauerit, non secure, & tanquam hostem: sed in fraterno ordine, & tanquam fratre essa tractandum, sicut eum filius hominis tractat, qui venit, vt saluaret, quod petierat.

Ante.] Quidam hæreticorum interpretes exponunt priuatim, & re solo scientes: tunc enim priuatim, secreteque eum, qui peccauit, esse corrigendum. Nam eos, qui publice peccant, publice arguendos docet D. Paulus 1. ad Timotheum 5. 20. Deberē interpretarē aliquis exemplo, phare. *in te ipso fecisti me esse, aliquis priuatim. Potuisset dicere Hebraismum esse, qualē Psal. 50. 6 legimus tibi soli peccaui*, id est secreto, teque solo sciente: sed repugnat huic interpretationi D. Lucæ ca. 17. 3. *Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi*. Loquitur ergo Christus non de eo, qui secreto, sed de eo, qui contra nos peccat. Repugnat & Petri interrogatio infra ver. 21. *quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* De quibus autem peccatis hoc intelligendum sit, merito quæri potest: quia quædam eiusmodi videntur esse, vt non sit, qui peccatum priuatim corrigendus. Quo genere tractatu in Matthæum 6. de solis venialibus hæc fiue contra nos, fiue cō tra Deum factis interpretatur. Hilarius. Chrysostomus. Hieronymus. Ambrosius in cap. 17. Lucæ. Augustinus sermo. 16. de verbis Domini secundum Matthæum. Theophylactus, & Euthymius de mortalibus: sed de his tantum, quæ contra nos, non de iis quæ contra Deum sunt: nam ea non esse dissimulanda. Credo ego de omni peccatorum genere fiue contra nos fiue contra Deum ag. Spectandum enim est Christi consilium, vt peccantem non acerbe accusemus, sed benigne corrigamus. Dicit autem *si peccauerit in te*, quia nunc acerbi, nunc ecres, nunc diferi geiosi, qui peccauerit, odiosi sic. Sēsus genuinus ō quidem est reliquis nonaginta nouem oues, quæ non erauerunt, vt vnam, quæ sola erauerat, quæ-

Correctio fraterna quatenus, & quomodo fieri debeat.

Calum. in locum & eam annot.

bizare non possumus de Ecclesia, non de Synagoga dictum esse. Alii ex eodem hæreticorum grege Ecclesiam quidem Christianam intelligunt: sed omnem Christianorum multitudinem interpretantur. Id etiam absurdum: & quia omni multitudini dici non potest, & quia, si posset, nihil innaret: quid enim imperiti artifices, quid fœminæ peccatori facerent? Deinde quia illi proculdubio Ecclesiæ dici voluit, cui statim dixit, *quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cælo*: hoc autem non omni multitudini, sed solis Apostolis, cum quibus Christus loquebatur, & ijs, quibus eorum locum successuri erant, dictum est. Præterea quia ne apud ipsos quidem Iudæos omnis populi multitudo: sed soli seniores & Archisynagogi excommunicare cœperunt, vt nonnulli etiam eorumdem hæreticorum interpretes annotauerunt. Denique perpetuus vsus Ecclesiæ docet huiusmodi homines non ad totam multitudinem, sed ad eos, qui ligandi, & soluendi potestatem habent, esse deferendos: qui, quia Ecclesiæ gubernatores sunt & totius Ecclesiæ personam repræsentant, Ecclesia vocantur: quemadmodum D. Chrysostomus, & Euthymius monuerunt. Sic enim & magistratus, qui Rempublicam gerunt, Respublica vocantur, & quod ab illis fit, à Republica factum esse dicitur. Quod ergo D. Paulus 1. ad Corinth. 5. 3. 4. dicit, *ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu tam iudicaui, vt præsens in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis tradere huiusmodi Satanæ*, & quod ex Tertullia in Apologetico nonnulli proferunt solitum fuisse, vt in Christianorum congregationibus de peccatoribus iudicaretur, nihil hûc iuuat errorem. Illud enim solum inde colligitur coram multitudine, sed non à tota multitudine iudicia exerceri consuevisse. Nam & D. Paulus dixerat se, non autem totam Corinthiorum Ecclesiam Ecclesium illum hominem Satanæ tradidisse. Alter hæreticorum interpres, qui hoc loco pro Ecclesia Rempub. vertit, ridendus est, non refutandus. Quasi quam illa ridicula & ineptiæ periculosæ sint, quæ Ecclesiam in Rempublicam, & vt dicam clarius, in politicam hominum nihil credentium congregationem vertunt. Colligitur ex hoc loco Ecclesiam visibilem esse, quam nostri etiam hæretici inuisibilem, aut potius nullam nobis faciunt. Quia enim Ecclesiæ iudicium reformidant, videri posse nolunt.

Sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.] Alludit ad consuetudinem Iudæorum, qui ab Ethnicorum & publicanorum, quos pro publicis peccatoribus habebant, consuetudine abstinebant. Itaque sensus est eos, qui Ecclesiæ iudicio non obediunt, non aliter quam si Ethnici essent, esse vitandos. Quod duabus de causis fieri iubet. Cum Iudæi & vt cuiusmodi sint, cum se alienetos ab Ecclesia videri non respiciant, vt ait Diuus Paulus 1. ad Corinth. 5. 5. vt spiritus salutis fiat, & ne, qui sani fiant, eorum consortio congregationem trahant, vt eodem loco versu 11. indicat Diuus Paulus *cum huiusmodi nec cibum sumere*, & ad Titum 3. 10. 11. *hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est*. Et D. Ioan. 2. epist. ver. 10. 11. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei aue, communicat operibus eius malignis*. Eiusmodi sunt omnes, quos excommunicant Ecclesiæ excommunicatorum vero maxime hæreticorum hæreticorum maxime Catholicæ, quorum semo, vt cancer, multo magis serpit, quam eorum, de quibus 2. ad Timoth. 2. 17. dixit D. Paulus.

Ecclesiæ visibilis.

Catholicum Catholic.

Calumnia vocandi.

18. *Quæcunq; alligaueritis.*] Origenes, & Theophylactus, & Anastasius quæst. 2. in scripturam, nescio ex an Chrysost. (obscure enim dicit, hæc verba ad omnes prorsus Christianos existimât pertinere deceptivt opinor, contextu, consecutione q; verborum: qui enim dixerat Christ⁹ paulo ante *si peccauerit in te frater tuus, & tunc dixit quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cælo*, putauerunt hæc verba ad eos solos, contra quos peccatum est, pertinere, quasi sententia sit, si illis iniuriam remiserit, Deus etiam remittet, si non remiserit, non remittet. Eundem errorem Caluinistarum interpretes hausisse non contenti maiore auctorum errore: quasi nullam Christus Apostolis potestatem, ac nec Petro quidem ipsi dederit, quam non omnibus Christianis concesserit. Sic quidam eorum qui apud eos doctissimi habentur, in hunc locum scribunt. Veteres illi auctores, etsi in interpretatione huius loci magis allegorice quam propriè locuti sint, quasi vnusquisq; possit alteri, dum illi pareit, peccata solueret: tamen Apostolis singularem propriæ ligandi, atque soluendi potestatem datam fuisse non negauerunt: sed docuerunt. Facile error vterque refutatur. perspicuum enim est Christum eum, contra quem peccatum est, testes, & Ecclesiam distinguere, & soli Ecclesiæ dicere, *quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo*. Deinde cum dixit, *si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus*, quis non videt Ecclesiam ab eo, qui ad Ecclesiam peccatorem deuitt, distingui, sensumque esse, si Ecclesiæ ligandi non obediuerit, sit tibi, contra quem peccauit, quique eum detulisti, tanquam Ethnicus, & publicanus: alius ergo est, qui iniuriam accepit, alius qui ligat & soluit. Illa maior quæstio, an de sola externa, & vt ita dicam, politica Ecclesiæ potestate hic agatur, vt quidam nescio an latis Catholici, videntur existimare. Dubium non est, quin & de externa, & de interna ligandi potestate Christus loquatur, cum dixit, *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo*, id est apud Deum: quod enim apud Deum ligatur, & solvitur, non solum exinsecus, & hominum opinione, sed etiam intrinsecus, & re vera ligatur & soluitur. Adde quod, qui aliter interpretantur, Christi consilium non intelligunt: voluit enim Ecclesiæ tribunal vltimum esse, ad quod essent peccatores, cum aliud non esset emendationis remedium, deferendi. Id eoque summam illi tribuit potestatem: summam autem non tribuisset, si maiorem illi non dedisset, quam omnis Respubli ea iure suo habet, vt homines permitiosos mittat in exilium, quod in Ecclesia est excommunicare. Quid autem sit ligare, & soluere, & quomodo hinc Confessionis præceptum necessario colligatur cap. 16. 19. exposuimus. Illinc, quæ hic desiderabuntur, petenda erunt. Poterit aliquis obicere ex hoc loco colligitur non agi hic, nisi de externa excommunicandi potestate, nõ aut de potestate absoluẽdi in sacramento Pœnitentiæ: aut, si de sacramento Pœnitentiæ agitur, aliud è contrario sequi, tam illum posse, qui sacerdos non sit, excommunicare: quod Ecclesiæ vsu falsum esse conuincitur. Respondeo proprie de sacramento Pœnitentiæ Christum agere, ex communicandi potestatem partem esse potestatis per sacramentum pœnitentiæ ligandi, atque soluendi. Nam qui quis audirum pœnitentem non absoluit priuatim quod ad modo excommunicat, quia sacramentorum perceptione eum privat, quamuis quia ea excommunicatio secreta est, excommunicatio vocari non solet. Qui autem, cum sacerdotes non sint, excommunicant, alia id ratione faciunt, nempe quia Superiores sunt, & Ecclesiasticam habent iurisdictionem, publicum peccatorem & sacramentorum participatione, & Ecclesiæ suffragiis priuant. Itaque communi vsu excommunicatio vocatur.

19. *Iterum dico vobis.*] Non videntur prima specie bene hæc verba cum superioribus cohærere. Hilar. Chrysostom⁹, Hieronym⁹, Euthymius, & Theophylactus, eo pertinere putãt, vt Christus concedat, quæ loqui coperat, cum dixit, *si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum*, magis commendaret, dicens tantum valere concordiam, vt quodcunque duo ad aliquid à Deo petendum conspirauissent, obtenturi essent. Potuit enim Christum à minori ad maius argumentari voluisse: & quicquid duo petierint, Deus illis concedit: quanto magis Ecclesiæ iudicium ratum habebit? Quod & Diuus Gregorius 1. lib. septimo registri epist. 30. ostendere videtur indicasse. Atque hoc est quod dicit, *iterum dico vobis*, quasi dicat non solum quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo, sed quod amplius est. etiam vobis promitto fore, vt quicquid duo de vobis communi consensu petierint, consequantur. At non agebatur de oratione dicenda quia: sed de ligandi, soluendique potestate: quorsum ergo de oratione subiecit, *si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis a patre meo*, Respondeo propterea id subiecisse, vt ostenderet fore, vt Deus nunquam eos in iudicando, dixit, in ligando, atque soluendo errare pateretur, si suo nomine iudicarent, quia quicquid suo nomine à patre petierint, fiet illis Ioan. 14. 13. & 16. 23. *Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis*. Sunt qui putent propterea Christum de oratione hæc ad iunxisse, quia intelligebat Apostolos, & quicunque ligandi, & soluendi haberent potestatem, nunquam ea nisi præcussa oratione viuros esse, qua oratione parerent, vt Deus sibi gratiam daret recte, iusteque iudicandi. Quod mihi non displicet.

Si duo ex vobis.] Hæc verba mirã modis exposita sunt. Origenes tract. in Matthæum 6. ad virum & vxorem refert, qui, vt ait Diuus Paulus sibi vtri consingit orationis causa, abstinere consenserint, quæquid petierint impetraturos. Alii ad animam, & corpus, vt eodem loco idem Origenes, & Athanasius quæstion. 61. & Ambrosius in mitratione virginis cap. 12. & in cap. 14. Lucæ. Hieronymus, Beda, & Theophylactus in commentariis, quasi quicquid si ne vllo actus effectu, id est, carne aduersus spiritu non repugnante, facile fieri consecuturi: sed hoc ipse Hieronymus allegoricum esse fatetur. Alii referunt ad solos Apostolos, vt Chrysostomus, & Euthymius. Alii ad reprehensum & reprehendentem, vt Anastasius quæst. 24. Alii ad omnes Christianos: quos sequitur, *vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*: quæ generalis videtur esse sententia.

Super terram.] propterea ad didit *super terrã*, vt cælo terram opponeret, significaretque eos, quamuis in terra essent, longe quoe à cælo distarent, ibi tamen cum eo esse, exaudiendi, esse, quemadmodum ii, qui in cælo sunt, in spiritu sententiam, & spe de cimo sexto, decimoseptimo, exhibeantur.

De omni re.] Etiam si generaliter, & vniuerse loquatur, non adeo generaliter intelligenda sententia est, vt ea, quæcunque petierimus siue bonum, siue malum, siue honestum, siue inhonestum, simus impetraturi. Petunt enim tanquam rem eam, quod & apud viros bonos, quasi naturæ lege positum est, non nisi honesta petenda esse: quod autem dicit *de omni re* non ideo dicit, vt bona, & mala sed vt parua, & magna: vt facilia, & difficilia comprehendat. Cur autem non semper, quod petimus, obtineamus, & quibus conditionibus huiusmodi promissiones intelligendæ sint, capite septimo, septimo, decimoctauo.

20. *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo.*] Confirmatio est eius superioris veritas qua rationem reddit, cur quicquid duo cõsentientes petierint, impetraturi sint, quia ipse numerus in medio eorũ est, & quasi ipsorũ ore pro illis loquatur: aut vt ver. 18. quæ pr. bat fore, vt, qu dquid ligauerint super terrã ligatum & in cælo, & quicquid soluerint super terrã

A sit solutum & in cælo, quia ipse in medio eorum est pro illis ligans, aut soluens. Hilarius, Chrysostomus, & Theophylactus interpretatio cosita est, qui congregari mihi aliud esse putans, quam, quod paulo ante dixit confiteri, vt est, amicitia propter Christum coniungi. Cum eam Christus dicat *ibi sum in medio eorum*, perperam est eum de eorum, & confessio egere, in quo se tanquam iudicem medium sedere significet. Illud de summa, vt opinor, ad fudeorum consuetudinem, qui in congregationibus, id est synagoga iudicium exercebant. Dicebatur dictu est, *Quid sit congregari in nomine Christi.* quod ne in nomine Christi congregari. Alii enim in nomine Christi id est, propter Christum inter prætantur, ita vt qui congregantur, nihil aliud, quam Christum, & gloriam eius quærant, vt Chrysostomus, & Euthymius. Alii immutato nomine Christi, quod videtur melius conuenire, quod de oratione agebatur. Hæreses verbo Dei omnia metiuntur, sum omnia contra verbum Dei dicunt. In nomine, inquiunt, Christi congregari est secundum verbum Dei ad decernendum aliquid ex solis scripturis conuenire. Sed ista verbi Dei iactationes iam nos moueri desierunt, scimus idem dicere omnes hæretici confuetisse. Mihi accommodate ad id, de quo agitur, & ad confuetudinem Ecclesiæ nomine Christi congregari nihil aliud videtur esse, quam eius auctoritate, cuique personam gerentes conuenire, sicut Diuus Paulus 1. ad Corinth. 5. 4. dicit se in nomine Christi, id est, Christi auctoritate, atque virtute, vt ibidem declarat, Corinthium illum Satanæ tradidisse. sed sicut Apostolos legimus in nomine Christi baptizasse, & miracula fecisse. Itaque etiam si, qui auctoritatem in Ecclesia iudicandi habent, ad iudicandum conuenisse, eo ipso in nomine Christi dicuntur conuenire. Neque necesse est, vt nihil aliud, quam Christum quærãt: quorsum enim quisque id faceret? Præterquam quod nunquam contare posset, verum, qui congregati essent, in nomine Christi conuenissent. Quæ enim præter Dei hominum cogitasset voluntates? Quod autem hæretici ex eo iudicandum esse dicunt, verum in nomi ne Christi conuenerint, si nihil nisi ex verbo Dei constituerint, peruerse faciunt iudicio. Non enim, quia nihil nisi ex verbo Dei decernunt, in nomine Christi conuenerunt: sed quia in nomine Christi conuenerunt, nihil nisi ex verbo Dei possunt decernere. Frustra enim in nomine Christi conuenient, nisi quod aliquando ex verbo Dei omnia decernere. Itaque inter nos hæreticos & fallacem regulam tradunt, quæ si vera esset, nunquam fieri posset, vt aliquod Concilium in nomine Christi conueniret. Nã ad examinandum, vtrum aliquid non ex verbo Dei decreuisset, alio Concilio opus esset: & ad examinandum, an illud alterum aliquid dixisset præter verbum Dei, rursus opus alterio: sic nusquam fides nostra gradum figeret.

Pallor hæreticorum, regulæ ad fidem regendã.

Quod sit eadem Ecclesiæ Christi.

Ibi sum in medio eorum.] Quod Origenes, Chrysostomus & Euthymius annotarunt non dixisse Christum ibi ero, sed ibi sum, vt ostenderet se iam esse præsentem, haud scio, quam probabile. Illud potius explicandum, quid sit Christum esse *in medio eorum*. Hilarius ita videtur exponere, quasi nihil aliud sit, quam in illis per gratiam habitare. Sed isto modo in omnibus iustis est, quamuis congregati non sint. Christum vero aliter esse in medio congregatorum, quam in medio aliorum, qui congregati non sunt, esse significat. Alii interpretantur esse in *medio eorum*, id est, pro illis petere, pro illis orare. Ego non solum auxilium: sed etiam auctoritatem significari arbitror, quasi dicat ego in medio eorum, tanquam supremus iudex sedeo, eorum sententiam confirmans, quam in meo nomine pronunciant, sicut Dauid dixit Psal. 81. 1. *Deus stetit in synagoga*

Confirmatur Catholicorum modus vitae

Contra Protestantes nonnullos auctoritas.

atque Dicam id est, iudicium, in eadem sententia Deus diuidicat. Saber hoc testimonium ad probandam Canellionem auctoritatem addust, quod non Catholici modo, sed nonnulli etiam Catholici fieri posse negent, quin & deprecatione, non de deprecandi ponegant, quin & deprecatione, non de deprecandi ponegant, quin & deprecatione, non de deprecandi ponegant

& quæ à Marco cap. 10. & à Luc. 9. & 18. & Ioan. cap. 7. & 12. narrantur. A Matthæo & Marco eandem omnes narrari concedunt, duabus duobus Euangelistis dubitatur: quia vterque multa postea commemorat, quæ post hunc Christum Iudæam aduentum fieri non potuerunt. Ego de Luca non dubito: quin eandem narret historiam. Primum, quia hanc Christi in Iudæam profectionem vltimam fuisse constat: tum quia aliam post hanc Euangelista non narrat: tum quia id Christus capit. 10. 21. & cap. 17. 22. indicat dicens se aliquem ex discipulis suis in Hierusalem, ibique passurum, quasi de proxima morte sua loquens. Lucas autem de vltima ea loquitur, *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit, vt iret in Hierusalem.* Quod ergo multa postea Lucas commemorat, quæ ante hanc profectionem facta fuerant, eorum videri non debet: eum passim videamus Euangelistas rerum gestarum ordinem non seruare. De Ioanne idem non nulli putant eandem historiam retexere, quod ego penitus dere mihi non possum. Primum, quia apud Ioannem eodem cap. 7. ver. 6. Christus dicit tempus suum nondum venisse: hic autem apud Matthæum contrarium iam sibi significauit, instare tempus passionis suæ. Deinde, quia apud Ioannem versu 9. & 10. Christus dicitur Galilæa in Iudæam ascendisse, cum hic dicantur non solum discipuli, sed multa etiam turba illum secuta fuisse. Postremo, quia profectio illa, de qua ibi loquitur Ioannes, vltima non fuit, cui idem postea capite vndecimo, versu septimo dicat Christum vt Lazarum suscitaret, in Iudæam iterum venisse.

Et venit in fines Iudææ.] Hilarius, vt paulo ante C diximus, existimat Christum in Iudæam ingressum non fuisse, sed ad solos Iudæ, & Galilææ fines peruenisse: idem quæ Chrysostomus, & Euthymius arbitrantur. Quidam è contrario prius Hierosolymam venisse putant, deinde ex Hierosolymis in fines Iudææ & Galilææ rediisse: nulla, vt mihi videtur, probabili ratione, cum ita sana mente narret Euangelista, vt non obscure declarat eum ex Galilæa in fines Iudææ rediisse, nullasque eum turbas secutas esse. Venit ergo in fines Iudææ, vt Hierosolymam veniret: sed fecit Euangelista eius loci mentionem, vt eiremum illarum loci vbi miraculum, quod narraturus erat, factum fuerat, explicaret, *trans mare*, inquit, *ea ibi.*

Trans Iordanem.] Vtraque, & Iudæa, & Galilæa nō trans sed citra Iordanem erant sed dicitur esse trans Iordanem veniantibus ab Aegypto in terram Chanaan: quam admodum capite quarto, decimo quinto, ex posuimus.

Et secuti sunt eum ibi.] Nō significat omnes, qui secuti fuerant, sed omnes, qui ægrotabant, nec eos ipsos fortasse omnes: sed eos tantum, qui digni erant, curatos fuisse: sicut cap. 14. 14. Marcus c. 10. 1. scribit Christum eos, qui se secuti fuerant, ibi docuisse. q. Matthæus prætermittit: sed quamuis Marcus non dixisset, ex Christi consuetudine poterat intelligi, qui vix sine doctrina miracula faceret. Coniungebat enim fere per facta cum verbis, vt Chrysostomus, & Euthymius animaduertunt.

Ibi.] id est, in finibus Galilææ, & Iudææ noluit, n. vt Galilæi, qui se secuti fuerant, extra patriam suam egrederentur, aut, vt Auctor imperfecti hom. 3. indicauit, ne Iudæi, vt calumniatores erant, dicerent ipsum iactantiæ causa magnam post se hominum multitudinem trahere.

3. Et accesserunt.] Non satis expressum est an eodē in loco ad Christum accesserint Pharisæi: tell tamen probabiliter, quia id narrationis consecutio & apud Matthæum, & apud Marcum videtur indicare. Atque ita Chrysostomus, & Theophyl. existimant.

Quicunque, ex causa.] Non dixerunt an liceat vxorem dimittere aliqua ex causa, sed quæcunq; ex causa. Nam aliqua de causa licere non dubitabant, vt Origenes tractans in Matth. 7. Hiere. & Beda obseruauerunt. Dubitatur à quibusdam, qua occasione hanc Pharisæi quæstionem proposuerint. Nonnulli occasionem fuisse putant, q. Christus ca. 10. 13. dixisset, *Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem*, quasi legem iam abrogatam significaret, voluerunque Pharisæi experiri num id, dum ad quæstionem respondet, fateretur. Hæc causa & mihi non remota, & partim propria mihi videtur: & quia iam diu Christus id prædixerat, & quin, vt id experirētur, multas alias de lege quæstiones proponere potuerunt. Theophyl. hanc quæstionis causam reddit, quod Christus c. 5. 32. dixisset, *Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Auctor imperf. hom. 32. quia homines carnales erant, de nuptiis eos interrogasse, quis admodum, qui valetudinarii sunt, semper loquitur de medicina. Probabile etiam est, quasi dicit fortasse eam quæstionem fuisse tunc inter Iudæos agitatam, vt illa ætate, quam eadem de causa Christo proposuerunt, vtrum liceret tributum dare Cæsari c. 22. 17. Solent. n. alio tempore diuis vrgere quæstionem. Digna est Pharisæorum ingenio coniectura est, propterea eos hāc potius quæstionē, quam aliam proposuisse, quod cum omnes attingeret, inuidiæ plena esset.

4. Non legistis.] Respondet Christus exprobrans illis legis, cuius se scientia iactabant, ignorantiam, vt c. 12. 3. etiam fecerat, ibique Euthymius obseruauit. Marcus scribit Christū eos interrogasse, *quid vobis præcepit Moyses?* quod videtur huic loco esse contrarium. Respondet Augustinus li. 2. de consensu Euangelistarum c. 62. Marcum non verba Christi, sed voluntatē exprimere voluisse. Credibile est ita esse, & quod Matthæus, & quod Marcus narrat Christū dixisse, sed prius interrogasse Pharisæos, *quid vobis præcepit Moyses?* eos vero respondisse, Moysem permisisse vxorem libello repudii dato dimittere. Tunc subiecisse Christum quod Matthæus scribit: *Non legistis, quod qui fecit ab initio masculum, & fœminam fecit eos, &c.* Deinde Pharisæos iterum obiecisse, quod ait Matthæus vers. 7. *quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudii, & dimittere?* Non respondet Christus ad quæstionem directe: sed producens scripturæ testimonium facit, vt Deus, aut Moyses, cuius Pharisæi doctrinam gloriosè sectabantur, pro se tacite respondeat, vt Chrysostomus, & Euthymius animaduertunt, illud etiam notantes, ex factis, & ex verbis Dei Christum ad quæstionem respondisse: ex factis, cū dicit, *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & fœminam fecit eos?* ex verbis, cum dicit ver. 5. *& dixit propter hoc relinquet homo patrem, & matrem & adhærebit vxori suæ.*

Qui fecit.] *vxorem* id est, creator.

Masculum, & fœminam fecit eos.] Quærendum hoc loco est, in quo huius argumenti vis posita sit. Quidam in sexu finam esse volunt, quasi ex diuerso sexu Christus argumentetur non debere vnum virum, nisi vnam habere vxorem, quod ex vtroq; quasi ex duobus imperfectis partibus, vt Plato quodam loco scribit, vnus perfectus homo fiat. Quam interpretationem D. Aug. li. 14. de ciui. c. 22. sexti videtur. Omnes alii interpretes nō in sexu, sed in numero vim esse putant, quasi Christus id argumentetur, si Deus voluisset vnum virum plures habere vxores non vnam tantum: sed plures fœminas initio fecisse. Ita Chryso. Hieronym. Auctor imperfect. Beda, Theophyl. Euthym. Strabus. Vidi ego aliquando apud Caluinistarum Ministro de hac quæstione compositum librum, an liceret vnum virum plures vxores, non vnam quidem posse aliam. sed eodem tempore habere: erat alii scriptus per dialogum, in quo, q non liceret defendebat causā, vt facile ea apparet per quam cari, & quasi sponte victum fuerit se habere.

Adduxe-

Adduxerat hunc locum, vt probaret non licere repudiare sibi, hinc colligi posse, quod non tantum posset concubitū omnibus animalibus, quæ initio non iunxerat, & fœmina facta sunt. Hanc responsionem bellissime Minister existimabat refutari non posse: eo nimirum imprudentiæ progressi sunt, vt non solum casti tatis votum: sed ipsam etiam castitatem tollant: nec vna contenti vxore plures habere volunt. Paria illis, vt mereantur, vxores fecerunt. Scio enim ex aliquando disputasse, & studio, quæ tionem ad Ministros retulisse, an vni etiam vxori liceret plures habere viros. Ergo fatu Christianis esse debet Christum hoc argumento vsum fuisse, vt necessarium crederetur: præterquam quod in alijs generibus animantium non constat vnum tantum marem, vnamque fœminam Deum initio condidisse. Potest aliquis obijcere idem argumentum valere posse, vt probetur ne mortua quidem priore vxore aliam ducere licere. Respondeo ideo non valere, quia prima, & secunda vna reputantur: quia vna item caro est.

5. Et dixit.] Deus: de eo enim loquebatur. Dubitat Hilarius, quomodo Christus dicat hoc Deum dixisse, cum non Deus, sed Adamus dixerit Gen. 2. 24. Respondent Augustinus libro nono de Genesi ad literam capite decimonono, & Theophylactus & Euthymius in commentarijs Adamum, tanquam Prophetam, spiritu Dei hoc dixisse, Deumq; ore ipsius locutum fuisse.

Propter hoc dimittet homo.] Hominem posuit Latinus pro viro, sicut Græcus ἄνθρωπος pro ἀνήρ, quem admodum & infra versu 10.

Patrem & matrem.] Admirabilis est, & minime probabilis Hugonis, & quorundam recentium auctorum interpretatio, quam & Dui Augustini esse putant, sensum esse, *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ*, id est, cum omnibus præter patrem, & matrem coniugium poterit copulare. Quomodo enim vir patrem suum in vxorem acciperet? de solo enim vire sermonem esse manifestum est, etiamsi idem sit de vxore per consequentiam intelligendum. Alij interpretantur, *relinquet patrem & adhærebit vxori suæ*, id est, magis vxorem suam amabit, quam patrem, & matrem: sicut libro tertio Regū capite quarto, vigesimoquinto, dicitur, sed etsi hoc fortasse verum est, non est ad locum accommodatum: vbi non de amore, sed de cohabitatione, & de matrimonij vinculo agitur: itaque sensum esse arbitror *relinquet patrem & matrem*, id est, discedet à parentibus, vt cum vxore habitet, quemadmodum vius ipse interpretatur. Solent enim liberi vsque ad nuptias cum parentibus habitare, post nuptias à parentum domo discedere, & vir vxorem, vxor virum sequi: quemadmodum eodem libro tertio, Efflorescat cap. 4. 20. dictum est, *homo patrem suum relinquit, qui nutriuit illum, & suam regionem, & ad socialem se coniungit.*

Et adhærebit vxori suæ.] Monuit Chrysost. tria hoc loco esse quæ magnam vim habeant. Primum relinquere patrem, & matrem: secundum adhærere, id est, non quoquo modo coniungi, sed penitus adglutinari vxori suæ, hoc enim Latinus dixit adhærere, Græci κολληθήσεται, Hebraice דָּבַק tertium, *& erunt duo in carne vna.*

Et erunt duo in carne vna.] *hoc enim nomen*, in carnē vnā לִבְשָׂר אֶחָד ad carnem vnam, id est, vt fiat vna caro, vt explicatur versu sequenti, sicut Genesis 2. 7. fecisse dicitur Adam in animam viuentem, id est, homo viuens, & versu 22. *ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem*, id est, vt esset mulier. Quomodo autem vir, & mulier dicantur vna esse caro, de eo disputatur. Hieronymus, & Beda, vt Diuus Thomas in Catena, & in commentarijs ad hunc locum interpretantur, ad libros referunt, quia ex viro, & vxore geniti sibi inuicem coniungi possunt, quod non tantum posset concubitus de omnibus animalibus, quæ initio non iunxerat, & fœmina facta sunt. Hanc responsionem bellissime Minister existimabat refutari non posse: eo nimirum imprudentiæ progressi sunt, vt non solum castitatis votum: sed ipsam etiam castitatem tollant: nec vna contenti vxore plures habere volunt. Paria illis, vt mereantur, vxores fecerunt. Scio enim ex aliquando disputasse, &c. studio, quæstionem ad Ministros retulisse, an vni etiam vxori liceret plures habere viros. Ergo fatu Christianis esse debet Christum hoc argumento vsum fuisse, vt necessarium crederetur: præterquam quod in alijs generibus animantium non constat vnum tantum marem, vnamque fœminam Deum initio condidisse. Potest aliquis obijcere idem argumentum valere posse, vt probetur ne mortua quidem priore vxore aliam ducere licere. Respondeo ideo non valere, quia prima, & secunda vna reputantur: quia vna item caro est.

5. Et dixit.] Deus: de eo enim loquebatur. Dubitat Hilarius, quomodo Christus dicat hoc Deum dixisse, cum non Deus, sed Adamus dixerit Gen. 2. 24. Respondent Augustinus libro nono de Genesi ad literam capite decimonono, & Theophylactus & Euthymius in commentarijs Adamum, tanquam Prophetam, spiritu Dei hoc dixisse, Deumq; ore ipsius locutum fuisse.

Propter hoc dimittet homo.] Hominem posuit Latinus pro viro, sicut Græcus ἄνθρωπος pro ἀνήρ, quem admodum & infra versu 10.

Patrem & matrem.] Admirabilis est, & minime probabilis Hugonis, & quorundam recentium auctorum interpretatio, quam & Dui Augustini esse putant, sensum esse, *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ*, id est, cum omnibus præter patrem, & matrem coniugium poterit copulare. Quomodo enim vir patrem suum in vxorem acciperet? de solo enim vire sermonem esse manifestum est, etiamsi idem sit de vxore per consequentiam intelligendum. Alij interpretantur, *relinquet patrem & adhærebit vxori suæ*, id est, magis vxorem suam amabit, quam patrem, & matrem: sicut libro tertio Regū capite quarto, vigesimoquinto, dicitur, sed etsi hoc fortasse verum est, non est ad locum accommodatum: vbi non de amore, sed de cohabitatione, & de matrimonij vinculo agitur: itaque sensum esse arbitror *relinquet patrem & matrem*, id est, discedet à parentibus, vt cum vxore habitet, quemadmodum vius ipse interpretatur. Solent enim liberi vsque ad nuptias cum parentibus habitare, post nuptias à parentum domo discedere, & vir vxorem, vxor virum sequi: quemadmodum eodem libro tertio, Efflorescat cap. 4. 20. dictum est, *homo patrem suum relinquit, qui nutriuit illum, & suam regionem, & ad socialem se coniungit.*

Et adhærebit vxori suæ.] Monuit Chrysost. tria hoc loco esse quæ magnam vim habeant. Primum relinquere patrem, & matrem: secundum adhærere, id est, non quoquo modo coniungi, sed penitus adglutinari vxori suæ, hoc enim Latinus dixit adhærere, Græci κολληθήσεται, Hebraice דָּבַק tertium, *& erunt duo in carne vna.*

Et erunt duo in carne vna.] *hoc enim nomen*, in carnē vnā לִבְשָׂר אֶחָד ad carnem vnam, id est, vt fiat vna caro, vt explicatur versu sequenti, sicut Genesis 2. 7. fecisse dicitur Adam in animam viuentem, id est, homo viuens, & versu 22. *ædificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem*, id est, vt esset mulier. Quomodo autem vir, & mulier dicantur vna esse caro, de eo disputatur. Hieronymus, & Beda, vt Diuus Thomas in Catena, & in commentarijs ad hunc locum interpretantur, ad libros referunt,

R tiem:

trem: quamuis ea verba & Adamus pronunciauerit, & Moyses scripserit: cum autem respondet Pharisæorum argumento, non vult dicere Deum, sed Moysem permisisse: quanquam Deus etiam permiserat. Ita intelligendi sunt multi auctores, qui ita hunc locum interpretantur, quasi Christus significet non Deum, sed Moysem hoc permisisse, & quasi Deum quem ipse enixerat, Moysi, quem enixerant Pharisæi, opponere voluerit, vt Hieronymus, Beda, Strabus, Dionysius, Thomas, Hugo. Multæ hoc loco quæstiones sunt. Prima quibus de causis in veteri lege vxorem dimittere licuerit. Tertullianus quarto aduersus Marcionem libro non nisi ob fornicationem, vt nunc exilimat licuisse: sic enim interpretatur, quod in Deuteronomio ca. 24. scriptum est *si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem*, id est, propter fornicationem hoc tantum interesse, quod tunc dimissa propter fornicationem vxore, aliam ducere licebat; modo non licet. Origenes, Chrysostomus hoc loco, & omnes alij auctores, quos legisse memini, non solum ob fornicationem: sed multis etiam aliis de causis licuisse putant: idque eft multo meo iudicio probabilius. Primum quia, si ob solam fornicationem licuisset, nullus Pharisæorum quæstionem fecisset: nimis enim impudenter insultationi locus fuisset: nimis enim impudenter interrogassent, an quacunque ex causa vxorem dimittere liceret: si sola fornicationis causa licuisset. Cum autem interrogent, an quacunque ex causa liceat, haud dubium eft, quin certi sint multis de causis licere. Id enim intelligitur ex Christi responsa: sic enim respondit, vt voluerit Moysi permissionem restringere, vt cum ante multis de causis liceret, tam non nisi ob fornicationem liceat: Probatur & ex verbis Deuteronomij. Cum enim dicat, *si non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua*, perspicuum est, non loqui de fornicatione, propter quam non dimittebatur vxor, sed lapidabatur. Deinde quia in libello repudij significabatur mulierem adulterium non commisisse: ea enim potissimum de causa fuisse dati, vt mulieris bonos saluos esset, posseque alteri viro, si vellet, nubere. Non ergo ob fornicationem tantum, sed alias etiam ob causas dimittebatur. Quæ autem causæ fuerint incertum. Lyranus in commentaria in caput vigesimum quartum Deuteronomij duas recitat opiniones: alteram, licuisse propter omnem rem turpem, vt propter contagiosos morbos, vel aliquid simile, quod matrimonij omni coniunctionem præcludisset: alteram, licuisse etiam ob omnes causas matrimonio contrarias, etsi matrimonio superinduisset, vt si mulier venefica esset, aut liberorum interfectrix, quod & Origenes tractatu septimo, in Matthæum videtur approbare: quamuis de lege Euangelica agatur, quam Mosaica loquatur. Secunda quæstio eft, quo sensu iudæis permissum fuerit vxorem dimittere, an ita, vt dimittendo non peccarent an ita vt peccarent quidem, sed lege non punirentur. Notauit insignis Theologus Diuus Thomas quatuor modis permitti aliquid: aut quod bonum eft, sed non præceptum, vt vendere omnia, & dare pauperibus permissum esse dicitur, quia bonum eft, & non imperatum: aut quia minus bonum eft, cuius maius bonum non eft præceptum: sicut dicitur matrimonium esse permissum, quia virginitas, quæ maius eft bonum, non eft præcepta: aut quia malum eft: sed non impeditur, sicut Deus dicitur omnia peccata permittere: quia, cum impedire possit, impedire non vult: aut quia malum quidem eft, sed lege non punitur, sicut permissi fuit Deus Iudæis cum alienigenis vsuram exercere, quia non statuit in lege aduersus eos, qui eam exercerent, vllam pœnam. Alio etiam modo permitti dicitur, quod, cum malum sit, dum abeo, qui dispensandi potestatem habet, fieri permittitur, malum esse definit, quemadmodum permissum fuit Osee Prophetæ filios fornicationis suscipere, Osee 1. 2. Quidam ergo vxorem dimittere, aut hoc postremo modo: aut tanquam minus bonum existimant permissum fuisse Iudæis certis de causis vxores dimittere. Alij non tanquam minus bonum, sed tanquam minus malum, ita vt peccarent quidem vxorem dimittendo, sed non punirentur. Vtrumque probabile eft & bonos vtraque opinio auctores habet: prior Auctorem imperfecti, & Diui Thomæ, posterior Tertullianum libro de monogamia, Origenem tractatu septimo in Matthæum, Chrysostomum in commentariis in caput Matthæi quintum, Hieronymum, Bedam, Euthymium, & Theophylactum hoc loco: nisi male intelligendo fallor. Mihi diutius videtur dictu Iudæos post tam amplam, & luculentam Dei permissionem dimittendis vxoribus peccasse: præsertim cum, antequam Christus exclamaret, non satis ex verbis Deuteronomij compertum esse posset, vtrum permisso an præceptum esset: & vt conflaret esse permissionem, certe non conflabat tanquam rem malam permitti, quod satis esse videbatur: vt qui ea vteretur, culpa vacaret. Quod autem ex hoc loco nihilei potest, quod Christus dicat ad duritiem cordis eorum hoc fuisse permissum, facile etiam solui potest: potuit enim propter duritiem cordis permitti, ita tamen, vt peccatum esse deberet. Tertia quæstio eft, quibus ceremonijs & cautionibus libellus repudij dari soleret. Ab Hebræis decem recitantur. Prima erat, vt vxor nusquam discederet, nisi volente marito, hoc enim ipsum in libello repudij exprimebatur. Secunda erat, vt libellus, quemadmodum dicitur in Deuteronomio, in manu vxoris traderetur. Tertia erat, vt scriberentur, vt minimum, nomina duorum testium. Quarta, vt exprimerentur tres generationes viri, & tres mulieris, vt paulo post ex libelli forma intelligetur. Quinta, vt scriberetur libellus literis rotundis: distinctis, atque perspicuis: ita vt vna alias non attingeret, ne quod scripturæ vitium irreperet. Sexta, vt si inter scribendum aliqua atramenti guttula in chartam decideret, libellus auctoritatem non haberet, aliusque denuo scriberetur. Septima vt in libello nullum raturæ vestigium appareret, ne suspectus esset vitij. Octaua, vt charta longior esset, quam latior. Nona vt omnes testes, qui aderant suum quisque sigillum adhiberent: Decima, vt maritus diceret, *Accipe libellum repudij, & esto à me abiecta, & cuicunque viro permissa*. Forma autem libelli repudij erat hæc: *Ego Rabbi N. filius Rabbi N. filij Rabbi N. filij Rabbi N. die prima mensis secundi anni N. à creatione mundi in tali loco ex aduersis mei consensu, & sine vlla coactione repudiauit N. filiam Rabbi N. filij Rabbi N. filij Rabbi N. & dedi illi libellum repudij in manu, sibedam absistentia, & significatum dimissionis, vt sit à me abiecta, & abeat quocunque velit, & nemo possit illi prohibere iuxta constitutiones Moysi, & Israel.*

9. *Dico autem vobis.*] Marcus ca. 10. 10. scribit hoc Christum solis discipulis dixisse, cum se iam domũ recepissent. Respondet Euthymius, quod, quamuis videtur, bis hoc dixisse Christum: primum omnib. in commune, vt Matthæus significat: deinde priuatim discipulis domi: & quidem vero simile eft, quod Matthæus ver, 10. ait dixisse Christo discipulos, *si ita eft causa hominis cum vxore, non expedit nubere*, non publice coram omnib. sed priuatim, & secreto in loco dixisse, sicut proponere solebant separatim, cum aliquid de eius conscionib. dubitabant. Tunc ergo interrogatus à discipulis Christus eadẽ verba iterauit, quamuis Matthæus non narret, addidisque, quod de Eunuchis narrat Matthæus, tacet Marcus. D. Basilius hoc loco eft, & magni animi & raræ sanctitatis contra omnem vxorem vxoris, summa quæque ni fallor, ratione Christus dicit licere fornicationis ea de causa vxorem dimittere, in intelligendum fuit de dimittere, & diuortij potestate secundum mitem vsum. Tres de hac re opiniones inuenio. Prima ea vt quis liceat, & dimittere, & dimittere & dimittere & innocenti, & fuerit in quo errore non solum Lombardus & Caietanus fuit: sed scriptores etiam quidam Catholici versantur. Secunda eft innocenti licere, reo non licere: quemadmodum ex Calchinitis nonnulli aliorum hæretim temperantes dixerunt, vt minus ipsi hæretici viderentur. Argumenti huius illos auctores veteres in ea fuisse sententia, Tertullianum libro quarto, contra Marcionem, Ambrosium, aut, vt ego arbitror, Remigium in commentar. ipsi priorem epistolam ad Corinth. eapse sequuto, nam pro commentario Ambrosij non assequor illos. & Ambrosij legi scripta, dubitare non potest. Scribit etiam Origenes hoc loco quosdam sua ætate Catholicos Antithites permisisse ijs, quorum vxores adulterium admisissent, vt illis dimissis discerent alias, ideoque in Concilio Eliberino concessum fuisse. Gratianus tribuit recitat 32. q. 1. *cap. si qua mulier*, & in Concilio Aurelianensi capite decimo. Tertia eft, quam semper Ecclesia tenuit eft, & vltimo Tridentino Concilio ea eft nostro tempore confirmata, vt nemini iam Catholico dubitare liceat, Christum ita permisisse adulteram vxorem dimittere, vt nec vxori liceat alij nubere viro, neque viro aliam vxorem ducere, quamdiu vxor ea vterque. Quam ego sententiam non solum propter Ecclesiæ definitionem, quæ sola homini Christiano satis esse debet: sed etiam propter argumenta eorum, quibus probari potest momenta ad veterum iudicio, vt mirari satis non possim inuentos esse qui aliter tenuerint. Primum hæc sententia antiquissima, plurex, melioresque habet auctores. In Canone 47. Apostolorum abhinc annos, & generaliter excommunicatur is, qui vxore dimissa aliam duxerit non adhibita exceptione, nisi fornicationis causa dimittat, quæ adhibita profecto fuisset, si eam ea de causa dimissa esset, aliam ducere liceret. Idem Basilius epistola secunda, & Clemens Alexandrinus libro secundo Stromatum sine vlla exceptione docent, & Origenes tractatu 7. in Matthæum Episcopos illos, qui suo tempore permittebant, tanquam rerum Ecclesiasticarum imperitos reprehendit. Sic sentit Chrysostomus homil. in Matthæum decimaseptima, & Hieronymus, hoc loco, & in epithaphio Fabiolæ, & Innocentius primus in epistola ad Exuperium Tholosanum Episcopum capito quarto, & D. Augustinus duobus de hac re scripsit libris de adulterinis coniugijs ad Pollentinum, & libri eius libro secundo de officijs ca. 19. & Beda melior auctor, quam Remigius in commentarijs in c. 10. Marci. Sic iam olim definiuit Concilium Milevitanum can. 17. & Concilium Africanum, si recte in diuersum est canone 69. & Foroiulense canone 10. & Nannetense canone 10. Itaque decretis illis Concilij Eliberini, & Aurelianensis, quæ ea de re rarissima partem adduximus, aut apocryphas sunt, & spuria, aut ita intelligenda, vt maritus, qui adulteram vxorem dimisit, licet alteram ducere, non quidem viuente, sed mortua priore. Dicet aliquis, quid opus erat, vt id permitteretur, cum dubium non esset, quin illi liceret? Respondeo id expressum fuisse ad declarandam differentiam inter maritum, & vxorem adulteram, quæ lex periculum inferebat aliquando eram maritos mortuis a nuptijs abhinc retinere quis ergo illis de mortuis intelligeret explicatum est, vt maritus, si vellet, aliam duceret: sed intelligendum

A ex communi lege Ecclesiastica, mortua priore. Præterea ex oratione, qua hoc loco Christus vsus eft, aut nihil probatur, aut hæc sententia probatur primum argumentorum Deum non plures, sed vnam tantum fœminam voluisse viro, inde colligi non debere plures ducere: id eft, vnam dimitti, & aliam ducere, quæ ratio idem omnino valet, vt probetur etiam propter fornicationem vxore dimissa aliam ducere non licere: nec enim refert, qua de causa dimissa sit, cum eadem semper aliam non ducendi causa maneat, quod vtriuis tantum fœminæ fœdus sit. Præterea quis Christus non solum multas alias causas, quibus lodai vxores dimittebant, ad etiam fornicationem remouerit: sed etiam libellum repudij omnino sustulit, quem non nisi propter fœderum etatium B concessum fuisse dicit. Post Christum autem inter Christianos nunquam audium eft libellum repudij dare, & posse virum aliam vxorem ducere, vxorem alio viro manente: ergo hæc vxorem ducendi, & eorum habendi potestatem sublato libello repudij sustulit Christus: quæ ratio, si alia deessent, satis superque hanc sententiam corroborarent. Deinde si dimissa ob fornicationem vxori alij viro nubere licere sequeretur, quod absurdissimum eft, melioris esse conditionis mulierem, quæ ob adulterium, quam quæ ob morbum, aut aliqua alia de causa extra culpam dimissa sit, cum adultera viuente adhuc priore marito alias nuptias inire liceret, alteri non liceret. Deinde dubium non eft, quin propter- C ea Christus concesserit vxorem adulteram dimittere, ne cogeretur maritus cum adultera delatoria pœnam vitam agere, cum vxor ipsa indignam se adulterando exhibuisset, vt cum ea matrimonium habeatur: hæc autem ratio non eo vsque pertinet, vt marito aliam vxorem ducere liceat posse fatis eam eft, vt liceat priore viuente. Itaque quod harum sedem obtinere, nihil Christum maritum concessisse, si non aliter vxorem adulteram dimittere concessit, quam vt sine vxore in maneret, utpeam eft, & hominum plurimi carnem, quam honorem, vitaque tranquillitatem æstimantium. Virientem boni pro magno damno benefico, quod sibi liceat mala carere vxore, quo tutius alium ducere non liceat: imo hoc ipsum, quod non liceat, alteram ducere, qui prudentiores sunt, beneficij loco habent: quemadmodum qui naufragium timent fortasse, quod sibi mare tentare non liceat. Malum bonum eft non posse malam vxorem mutare quam mutare aliquam bonam posse. Malam autem non mutare non potest, nisi qui vxorem ducere non potest. Illa erat ratio, quam Hieronymus sibi, multum habet ponderis, si mutare liceret omnium adulterarum vxoribus alias ducere, quotidie, quo novas vxores apperarent, contra priores adulteri consingerentur, vt illa repudiatis alias haberent. Itaque non restrinxisset Christus veteris legis dicta rigorem, sed relaxasset. Nam ne in veteri quidem lege iuste mutandarum librum licuit non licere, cum adultera non dimitteretur, sed occideretur. Ita vero ratione, quam hæreses commentantur, licentiam Christus marito præbuisset vxores D quotidie mutandi: quam enim facile eft, si quis animum attendat, aut verum in vxore adulterium, aut probabile deprehendere? quam facile fingere? Procius mihi fatorum Christum non cognouisse, quique memoriam non intelligere videantur ij, qui ad hunc modum eius verba interpretantur. Quis enim non videt Christum eum velle Euangelicam disciplinam maxime restringere, & matrimonij vinculum indissolubile esse docere, non solum non debuisse potestatem facere

maritis dimissa adulteris vxoribus alios docendi: sed frenum potius illi inijcere, vt si nolent vxore carere adulteras potè centur, & corrigere conetentur, non repudiare? Voluntas enim Christi erat, vt maritus etiam adulterum vxorem non dimitteret: sed vt eius dolori consuleret, permisit, non præcepit, vt dimitteret, si vellet, posset. Illud etiam, quod Hieronymus obseruauit, hanc sententiam magnopere confirmat, quod Christus non dixerit, si dimisit vxorem, mœchatur: sed, *qui dimissam duxerit, mœchatur*. Cuius rei non alia potest esse causa, quam quod Christus de vxore etiam propter fornicationem dimissa loqueretur, de qua, quia iam adultera erat, nolebat dicere mœchatur, quia nihil nouæ duxisset: sed dixit fore, vt quicumque eam duceret, mœcharetur: vtrigo fœaret nec dimisse licere alteri viro nubere: nec dicit vxorem ducere. Ad hæc obseruandum non est, quòd oportuit hunc locum ex aliis scripturæ locis in quibus dicebatur agitur explicare in alia fuit locis semper absolute dicitur, nolle vxori dimittere, vt apud eundem Matthæum supra capite quinto, vigesimo secundo. *Ego autem dico vobis, quia quicunque dimittit vxorem suam excepta fornicationis causa facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat*: quo loco exceptionem nullus dubitat esse addendam. Præterea Marcus, & Lucas hanc ipsam verbis historiam sine vlla exceptione duxerunt, quicumque dimittam duxerit, mœchatur, Marcus capite 10. *Et quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit adulterium committit super eam*, vbi non potest excogitari alia causa cur Matthæus excepit fornicationem: Marcus vero non exceperit, nisi quia Matthæus voluit explicare aliquando licere vxorem dimittere, si minorem adulteram fecit. Marcus autem ducere voluit minquam licere aliam vxorem ducere: etiam si prior propter adulterium dimissa fuit. Illud etiam in verbis Marci obseruatione dignum est, quod dicat *adulterium committit super eam*: id est, contra eam: Hebraismus enim est, quia בעד vtrumque significat & *super*, & *contra*, quod ideo Marcus dixit, vt indicaret non magis amari to licere dimissa vxore adultera ducere, quam vxore contra pristinas adulterium committente contra aliam adulterium committere, non enim licet in hoc genere facere para. Lucas vero capite decimo sexto, de eo modo nos generaliter etiam dixit. *Omnis, qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit mœchatur, & qui dimissam a viro ducit mœchatur*. Fugamus Matthæum Euangelium non scripsisse, præt. eo ex verbis Marci, & Lucæ aliam sensum obtinere non posse nam, quam nunquam licere marito, quacunque de causa vxorem dimittat, alteram ducere: nunquam licere vxori, quacunque de causa dimissa esset, alteri nubere. necvllus dubitationi locus esset. Nunc Matthæus scripsit obscure, ita vt de eius sensu atque interpretatione inter nos, & hæreticos disceptetur: quia non intelligit hominis esse prudentis Manlgi obscurum locum ex Marci, & Lucæ perspicuis verbis interpretari: scripsit posse Matthæum, vt creditur Marcus, & Lucas? credibile profecto est eos, quod obscure Matthæus scripserat, perspicue, & sine vlla ambiguitate dicere voluisse. duxerunt autem nunquam viro dimissa vxore alteram ducere licere: hoc igitur timendum, quod sine ambiguitate, & quasi interpretationis loco dictum est. Matthæum tem reliquorum ex aliorum dorum Euangelistarum explicatione intelligendum. Contra facere aque ac admodum hæretici facium, aut nullius, aut pernem, & dilucidi indicis est. Scripsit etiam posse Matthæum Dauus Paulus epistolam ad Romanos, & ad Corinthios. In vtraque hanc quæstionem tractat nunquam adhibet exceptionem, sed ad Romanos septimo, certo, generaliter dicit, *igitur, viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liber a lege est vir eius, non facit adulteram si fuerit cum alio viro*, & apud Corinthios septimo, *his autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus vxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam aut viro reconciliari*. Explicat Dauus Paulus Christi sententiam, & quia hoc loco de separatione quæ debeat exceptionem ad iubiunum fuisse, si vita fuisset ex ea re? quæ dimissa vxore timberet alteri nubere, non inseret. Nunc autem generaliter vtrumque, & absolute dicit, vt neque innupta, aut viro suo reconciliente. Loquor enim de vxore propter adulterium a viro discedente, quæ sola discedere licet: at quæque non reconciliatur, vir non licet alteri nubere. Quæ cum ita sint, quis non videat Dauum Paulum in eius potestate, vt separata a viro, sed innupta maneret, aut vt viro suo reconciliaretur, sed ducendi verbis præcepisse, vt reduceret ad virũ, cum illi non licerat ob aliam causam quam ob adulterium a viro separatam viuere. Ergo illam ipsam mulierem, quæ a viro ob adulterum discesserat, obtorto collo non ex sua sed ex Christi sententia aut innuptam viuere, aut priori viro reconciliari. Deinique si sensus huius loci esset, quæmcunque hæretici putant, vt verba Matthæi construẽs intelligantur, *quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & etiam duxerit mœchatur*, & *qui dimissam duxerit, mœchatur*, quæ sententia sit, qui dimiserit vxorem suam ob aliam causam, quam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: si vero ob fornicationem dimiserit & aliam duxerit, non mœchatur, & quicunque habuit causam, quam ob fornicationem dimissam duxerit, mœchatur: qui autem ob fornicationem dimissam duxerit, non mœchatur: si hæc quam esset sensus, sequeretur imperfectam esse sententiam: Christum tantum dixit, *qui dimittit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*: quod hærentem iudicio intelligamus, si ob aliam causam dimiserit: sed alteram non duxerit: hoc enim Christus non explicauit, quod in primis explicandum erat. Nostra autem interpretatione perfecta, & absoluta sententia est. Nam si ob aliam causam, quam ob fornicationem eam dimiserit, quamuis aliam non duxerit, mœchatur, quia vxorem suam mœchari facit vsque ad finem, trigesimo secundo, explicatur. Statuit ob fornicationem dimiserit, & alteram duxerit, etiam mœchatur: non quia adulteram dimisit, sed quia alteram duxit. Itaque verbum *mœchatur* hoc loco & ad eum, qui ob aliam causam, quam ob fornicationem vxorem dimisit, & ad eum, qui eam ob fornicationem dimiserit, alteram duxerit referendum est, tanquam si diceret quicunque dimittit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & mœchatur, id est facit eam mœchari, & quicunque alteram duxerit (quacunque de causa prius dimissa.) mœchatur id est adulterium contra priorem vxorem committit, vt Marcus interpretatur. Obijcet aliquis, si hic esset sensus, debuisse Euangelistã dicere quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & qui aliam duxerit, mœchatur non amens dimisse, & qui aliam duxerit sed & *aliam duxerit*. Respondeo ex Hebraorum consuetudine *vxorem* relatum præcedens esse repetendum: cætera, quæ ad huius loci interpretationem desiderari possunt, supra capite quinto, & vigesimo secundo, explicata à nobis sunt.

10. *Sit ergo.*] Ambrosius in exhortatione ad virgines, Hieronymus, Chrysostomus & Euthymius hoc loco sic *sit ergo* ad hunc modum intelligũt: *sit ergo*, vt non liceat viro, nisi adulterij causa, vxorem dimittere. Gregorius vero Nazianzenus in oratione, qua edisserit hæc verba. Plus fuerum verbis esse dicit, ut non mœchetur, aut quod magis credo, Augustinus Apostolos ex ea Pharisæorum offensione, & sensu dixisse. Mihi sensus hic videtur esse, *si ita est*, vt etiam ob adulterium vxore dimissa aliam ducere non liceat, non expedit nubere. Credibile enim est, quod magis nouum erat, magisque difficile magis Apostolos commouisse. Quod autem vxore etiam adulteri causa dimissa, aliam ducere non liceret, multo magis nouum, atque difficile videri poterat, quam quod non ob aliam causam, quam ob adulterium vxorem dimittere liceret. Præsertim cum etiam nunc in quæstione versetur, an in veteri lege alia de causa, quam adulterij dimitti posset.

Causa.] *Causa*, negotium, aut res coniugale, quasi dicat, si ita res inter virum & vxorem se habet, ea si hoc iure. si hæc lege vir vxorem ducit, vt ea etiam adulterij causa dimissa aliam ducere *non* possit, præstat nullam vxorem ducere. Theophylactus? Auctor est quosdam ad hunc modum exposuisse, *sita est causa hominis cum vxore*, id est, si propter vxorem dimissam vir reus factus est, vxorem ducere non expedit: Græcum enim verbum *πρᾶγμα* rectum proprie significat.

Homin.] *hominem* Latinus possit pro viro, sicut Græcus *ἄνθρωπος*, pro *ἀνὴρ*, vt supra versu quinto, quemadmodum apparet ex antithesi, *cum vxore*.

Non expedit nubere.] *Nubere*, dixit Latinus interpres pro vxorem ducere contra consuetudinem Latini Sermonis. Græci verbi ambiguitatem secuti: quia γαμεῖσθαι vtrumque significat, & vxorem ducere, & nubere. Hoc autem loco non nubere, sed vxorem ducere significat, quia non de vxore, sed de viro agitur: neque de vxorum, sed de virorum mendatione Apostoli inquiebantur, *sita, inquiunt, est causa hominis cum vxore*. Itaque nouorum hæreticorum vertionem non probo, qui hoc loco pro γαμεῖσθαι, matrimonio contrahere, transtulerint: non enim generaliter de matrimonio, id est, de ducendo vxorem, & de nubendo, sed de vxorum conditione in ducendis vxoribus agitur. Calumnie: vt solet, non solum hoc loco fallus interpres, sed impius etiam, & aduersus Apostolos blasphemus est vocat enim illos inutos, ingratos, impios: homo scilicet pius, qui existimauit Apostolus hoc ideo dixisse, quod homines omnino carnales essent, & nuptiarum multitudine incredibilia: tam longe nimirum ab eorum mente quam ab eorum sanctitate dissabat. Tantum enim abest, vt propterea id Apostoli dixerint, vt contrario omnino animo fierent. Nam cum Christus dixisset adulterum esse, qui etiam ob adulterium vxore dimissa alteram duceret: collegerunt, quod res erat, quodque Christus reprehendit, eo comprobant, non excedit omnino vxorem ducere: quandoquidem adeo vitiatum esset adulterium, vt vix mutuendo vxor esset, quia figura non est. adultera, qua dimissa mutuendum viro sine vxore esse. Itaque præstare ab initio vt quæ ad finem vitæ sine vxore manere. & matrimonio molestias, & adulteræ vxoris zelotypiæ liberum esse.

11. *Non omnes capiunt verbum hoc.*] Non assentior ijs interpretibus, qui existimant Christum neque probare, neque improbare Apostolorum dictum, quod vxorem ducere non expediat: probat enim & maxime quidem probat: volutque eos ea perfectionis adducere, vt, quod verbis dixerant, moribus, ac rebus præsterent. Et vt solemus vulgo dicere, indiscretius plus dixisse, quam intelligebant. Quod autem dicit non omnes *capiunt verbum hoc*, ita fere omnes exponunt, tanquam si sanctus esset, non omnes, quod dictum, præstare possunt, id est, vxore carere, quia non omnes castitatis donum habent: sed quibus datum est, quemadmodum Dauus Paulus 2. Corinthiorum sexto, decimo tertio, iubet diuturi Corinthios, vt maiorum Dei donorum capaces sint. Itaque *non capere* hoc loco significat non esse capacem castæ virtutis, vt sine vxore viuere queat pudice. Hunc sensum Origenes tractatu in Matthæum septimo, Gregorius Nazianzenus oratione in hac verba, & Ambrosius in exhortatione ad virgines secuti sunt. Quam interpretationem adducere non possumus, vt sequar: quia cum Christus, verbis sequentibus dicit *qui potest capere, capiat*, omnino dubium est, quin *capere* dicat pro intelligere. vt eo loco probauimus: ergo & hic cum dicit *non omnes capiunt*, sensus est non omnes intelligunt, non omnes animo comprehendunt. Accedit, quod addidit, *verbum hoc*, quod etsi aliquando rem omnem significat, tamen natura sua non accipitur, nisi pro sermone: nec debemus aliter, nisi aliquid nos cogit, interpretari: hic nihil cogit: sermonem autem capere, nihil aliud est, quam intelligere. Sensus igitur est, non omnes hoc verbum intelligunt: atque ita Epiphanius, quem huius expositionis auctorem habeo, aduersus Manichæos hæreticos interpretatur. Accedit quod ita Christus loqui consueuit, vt loannis octauo, vigesimo sexto. *Loquor ea, quæ audiui a patre, ea loquor, quæ audiui a patre*, quod sequitur, *sed qui misit me verax est*, vnde colligi videtur posse non de omnibus gentibus sed de certis dictum esse. Respondeo eo etiam intelligi omnes esse Deo, vt idem Christus apud Lucam in capite tertio, quadragesimo quarto, declarat. *nemo potest venire ad me, nisi fuerit qui mihi hoc traxerit eum*: generaliter contra eos qui ea, quæ dicebat, propterea non credebant, quia non intelligebant. Itaque necesse non est hoc loco de castitatis dono disputare: sed quia omnes interpretes dissentiunt, & quia nolo quemquam meis interpretationibus adductum esse, de quo hoc tenuisse non hæreti impudenter abnuatur, dicam obiter, quid veteres senserint auctores. Gregorius Nazianzenus in oratione ad hunc locum, & Chrysostomus homilia sexagesima quarta in Matthæum donum castitatis nihil aliud esse videntur existimare, quam propensionem quandam naturalem, qua alius ad salutarem magis apti ad libidinem minus prouisus sunt: ita vt non difficulter vxore careant. At si omnes sufficere propensionem naturalem propensionem, aut etiam contra illam diuinam gratiam esse putarunt sed iidem docent omnibus volentibus, precantibus, & obtinere conantibus eam dari, quamadmodum Origenes tractatu septimo, in Matthæi & Dauus Ambrosius libro tertio, de virginibus, & Auctor imperfecti hanc. 32. Hieronymus, Beda, Theophylactus, & Euthymius, solus Dauus Augustinus docere soler non omnibus, sed quibusdã tantum donum illud conferri: sed tamen ex ijs, quæ Dauus Augustinus adnotauit, in libro de continentia, capite primo, ipsius opinio refutari, eiusque probari potest. Monuit Dauus Paulus 1. ad Corinth. 7. 7. *Omnis dixit vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic*, non solum de virginitate, sed etiam de matrimonio loquutum esse. Donum autem matrimonii omnibus volentibus datur, ergo & donum virginitatis, & castitatis, hoc tantum interest, quod difficilius hoc, quam illud obtinetur, maioremque conatum requirit. Absit hoc loco sint Manichæi, vt probarem duas esse in hominibus naturas, alias ita factas, vt vxore carere non possint: alias ita, vt non possint habere, vt Hieronymus hoc loco nuncupat, & Pelagius in hæresi abiit existimans: sed hoc opus non est refutare. Absumitur & Lucianus theca, & Calumnia, vt probent in quos esse in quibus (loquimur) qui non vertit de eo Deus continentiam probatur. non enim omnes habere. Apud illos non solum non omnes, sed nemo prorsus

Lutheranum non Calumniatur sanctum celibatum monstrum nominatum.

fuit habet certe non apparet. Hæc tenus enim hominem Lutheranum, aut Calumniatum perperam seruasse virginitatem monstrum inauditum est. Non ergo id hæretici agunt, quod agere se simulant, vt Dei gratiam commendent: dum eam non omnibus, sed quibusdam tantum dari dicunt: sed illud potius, vt omnes homines ab Euangelica perfectione, & pernate ad suas reuocent sordes, malimque homines adulteros esse, quam virgines. Cur enim eos, qui virginitatem profitentur impios appellant: eos vero, qui adulteriis omnia permiscent, nunquam impios appellauerunt? Pudet me recitare, quod primum eorum magistrum Lutherum dicere, profitetique non puduit, non magis posse virum sine vxore, quam sine cibo, ac potu viuere: virumque enim rem esse naturalem & necessariam. Epicurum illum, qui in voluptate beatitudinem statuebat, nihil tam Epicureum dixisse legimus: & porci si loquiscerent, dicere nihil auderent. Dicebat olim Hunlt, quidam Aetius rem Veneream *ἀναγκαῖον* necessitatem appellans, vt auctor est aduersus illum scribens Epiphanius. Hoc ista est, satis apparet non solum non omnibus: sed nemini prorsus hoc à Deo donum dari, vt sine vxore viuat. Nam & quidam ex eodem porcorum grege, magnus tamen apud illos habitus doctor, Catholicis dicentibus hanc seruandæ castitatis gratiam, esse certo nefrimus nos habere, tamen posse orationibus obtineri: respondet perinde esse, ac si profiteremur nunquam nos cibum, & potum sumpturos esse, dicentes à Deo nos precibus impetraturos, vt sine cibo, potuque viuere mus. Conflat igitur horum doctorum hanc esse sententiam nos non magis sine vxore, quam sine cibo, & potu viuere posse. Vnde sequitur primum neminem debere sine matrimonio viuere velle, aut experiri, ne Deum tentare videatur. Itaque quod Christus verbi culo duodecimo, dicit esse Eunuchos quosdam, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, illorum opinione locum non habet: nemo enim se propter regnum castrare potest magis, quam cibo, & potu carere. Deinde licere maritis, si eorum vxores ægrotare sunt, longiore præsertim tempore, aut alias vxorem ducere, aut alias mulieres inire: quemadmodum si quis omni cibo, potuque careat, licet viuere eque poterit arripere, & vitam sustentare. Tertio loco sequitur, si maritus aut vxor diu abfit, cuius fi in vitus sit, licere alteri coniugi aliàs adire nuptias: quo enim modo tam diu sine cibo, & potu viuet? Hoc postremum Calumniæ absurdum esse non ducunt: sed vsu potius probant, & in quodam eorum Concilabulo decretum eli itere vxori, si maritus, nescio quam diu abfuerit, alteri nubere. Hæc est Calumniatorum doctrina, quam expedit in vulgus indicari, in lucemque proferri, vt omnes eorum impietatem cognoscant.

Absurda similitudo Lutheri in doctrina Haereticis contra castitatem.

Vide etiam statutum hoc tam Graecanicum.

A mnes, & horreant. Quanto meliore spiritu, & iudicio Chrysostomus exul manu Christum his verbis docere voluisse, possibile esse, quod tunc vulgo (nunc à Calumniatis impossibile) putabatur posse aliquos imo quicunque conarentur: gratia enim omnibus præsto est: tam caste viuere, quam si Eunuchi essent: propterea enim Christum non quocunque modo sed explicatis tribus Eunuchorum generibus Apostolorum dictum contrauenit, non expedire vxorem ducere, ideque haud difficile neri posse, si quis seipsum propter regnum cœlorum castrare vellet, id est, earnem non secare, sed domare. Proponit ergo, vt ait Hilarius tria hunuchorum genera, quosdam à natura, quosdam ab hominibus, quosdam à seipsis factos: quorum primi & culpa, & merito carent: secundi culpam, si suo consensu exfecti sint: tertii meritum habebunt.

Qui seipsos.] Duplex in hoc verbo vis est: altera, qua liberum arbitrium significatur, quo se quisque Dei adiuuante gratia castrare potest, id est, castum efficere, quemadmodum Chrysostomus annotatur: nam & castrandi verbum inde à Latinis dictum arbitror: altera, qua significatur id non sine carnis repugnantia fieri, vt Gregorius Nazianzenus obtestatur. Itaque quod Calumniatæ dicunt, ridiculum est. Primum neminem debere continentiam experiri, nisi certus sit se à Deo continentiæ donum habere: secundo, quisquis continentiæ donum habet, certo scire se habere: quemadmodum, qui fidem habet, certo se habere nouit. Hæc enim & falsa sunt, & inter se pugnant. Nam cum, qui continentiæ donum habet, certo scire se habere, tam falsum & hæreticum est, quam quod Calumniatæ docent, cum, qui gratiam Dei habet, certo scire se eam habere. Nam nemo continentiæ gratia quædam est. Et exemplum fidei, quod afferunt, est falsum, & si verum esset tamen esset ineptum: falsum quidem, quia, qui fidem habet, non scit, sed credit se fidem habere ipsa enim fides non alia cognitione dignoscitur: per fidem autem non scimus, sed credimus: & quisquis fidem scientiam appellat, fidem perdit, quia ex diuina, & Christiana fide humanam facit. ineptum autem, quia etiamsi, quisquis fidem habet, necessario sciret se habere, non continuo sequeretur quisquis donum habet continentiæ, id etiam scire: quia fides cognitio quædam est, donum autem continentiæ non est cognitio: Itaque perinde ac si boni Theologi argumentarentur, atque ita dicerent, quisquis vitam habet, certo scit se vitam habere: ergo quisquis bonum sanguinem habet, certo scit se bonum sanguinem habere. Pugnantia autem dicimus, quia nemo, nisi experiendo scire potest, an calli tas à donum habeat: experiri autem, vt vidi volumus, non prius debet, quam ne dono castitatis certus sit.

Calumnia contra se ipsam.

Calumniatores non experti.

Propter regnum cælorum.] Hæretici exponunt *propter regnum cælorum*, id est, propter Euangelium, vt illi mentum ferniam. Tamen enim, ex hoc loco mentum colligamus. Sed illa eorum ratione Illi Ecclesiæ Doctores, id est, Episcopi, & presbyteri castrare sese deberent, quos illi primum coniugatos esse volunt, & quidem hactenus multum, sed eos Ministrum nouimus, qui etiam illo modo, id est, vt Euangelio licet falso, seruiret, sese castrauerit. Sensus ergo est *propter regnum cælorum*, id est, ad regnum cœlorum promerendum, vt Origenes, Hilarius, Chrysostomus, Auctor imperfecti, & Euthymius, interpretantur. Generaliter enim docuit, non desinis Apostolos, & Euangelii Doctoribus laboriosa esse Christi. Solent dicere Calumniatores cælibatum non magis esse meritorium, quam ieiunium quod per se nec bonum nec malum est, sed quatenus ad orandum conducit. Exemplum arripio,

Maritum.

Castitas meritoria apud Deum non autem Calumniatores.

ripio, si ieiunium per se nec bonum, nec malum est; ergo nec temperantia, cui ieiunium opponitur, nec bona, nec mala est. Atqui intemperantia per se est mala: ieiunium igitur per se est bonum, & cælibatus quandoquidem eandem virtusque rationem esse putant. Et vt per se hæc bona non sint, non sequitur meritoria non esse; non enim solum meremur, dum ea facimus, quæ per se bona sunt, sed etiam, dum ea, quæ ad id, quod per se bonum est, aliquid iuuant. Cuius rei in hoc ipso capite manifestum est argumentum. Nam omnes diuitias abijcere, sicut eas retinere, per se nec bonum, nec malum est: tamen propter regnum cœlorum eas abijcere non solum alicuius, sed etiam singularis, & excellentis meriti esse ex singulari præmio perspicuum est, vbi, inquit, *quæ habuisti omnia & venite sequere me*, infra verso vigesimo septimo, & vigesimo octauo.

Qui potest capere capiat.] Calumnia suam secutus impietatem ad hunc modum exponit, vt Christus docere voluerit, minime spernendum esse coniugij vsum, nisi exea temeritate nostra exitium vellemus præcipere dare. Nam discipulis, inquit, quos videbat sine iudicio ruere, manum iniecre oportuit. Itaque bonus ille Euangelicæ perfectionis interpres non potuit Christum, quod Apostoli dixerant, approbare: sed reprehendere, quisque temerarios, ac eneos fuisse significat, quod exitium merum bonum esse vxorem non ducere. Hæc autem verba *qui potest capere capiat*, non exhortantis, sed prohibentis esse interpretatur, quasi dicat Christus, vos existimatis bonum esse vxore carere: ego autem vero, ne quisquam id facere tentet, nisi certus sit se id posse, id est, sine vxore viuere. Ipse, vt quinto, Hieronymus, si commentarios scripsisset, non potuisset prorsus spiritu, & sensu Christi sentiri magis contrario verba eius interpretari. Quis enim non videt voluisse Christum homines ad castitatem, & cœlibis vitæ perfectionem quasi proposito præmio cohortari? Calumniæ verbis verba Hieronymi opponamus, vt quem admodum dicere soleo, qui diuinter Catholicum, & hæreticum ipsorum interitu ex comparatione lectoris agnoscat. Hæc contra Iouinianum, id est contra patrem Calumniæ libro primo scribit, *Proponit dignitatem præmium, inuitat ad certamen, tenet in manu virginitatis coronam, efflagitat puritatem mentis & corporis, & clamat, qui potest capere capiat. Et ut ait qui potest capere capiat.* Ergo, vt ex eodem ait capiendi verbum hoc loco non pro intelligere; sed pro apprehendere, & obtinere positum esse quemadmodum Hieronymus Chrysostomus, Theophylactus & Euthymius existimant; tamen inde potius sequeretur non prohibenda sed exhortanda esse verba illa: quisquis enim Christus, quemadmodum Hieronymus indicat, tanquam agonotheta præmium proponeret, & in stadio currentes extra vocationem, *qui potest capere capiat*, quibus verba non significat non omnes posse capere. Sed alludit ad stadium, vnde metaphora sumpta est, in quo omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium 1. ad Cor. 9. 24. Non autem sum supra monumus *capere*, hoc loco bistu significare atque intelligere: nihil enim aliud volunt Christum dicere, quam quod alias, cum dere ad quæ egit gratiæ, dicere consueuit, *qui habet aures audiendi, audiat*, vt supra cap. 11. 15. & cap. 13. 9. 43. & Marcus 4. 9. 23. & 7. 16. & Lucæ 8. 8.

Calumnia probare nihil possunt temerarium & præpostere ab Ambrosio prolatum.

Spiritu sancto, nec potest intrare in regnum Dei

13. Tunc.] Post hæc, non enim constat, an statim post superiora hoc factum sit: nam Lucas multa in medio narrat, & nonnunquam sententiam plus iusto refringere. Quamquam Auctor imperfecti non dubitat statim interpretari.

Oblati sunt ei paruuli.] Ex Luca capite decimooctauo, decimoquinto perspicuum est non solum pueros paruulos fuisse, sed etiam infantes *ἀπογάλακτα* & efferebantur illi infantes. Numerum

Mos accipiendi benedictionem ab hominibus sanctis & iuxta Ambrosium.

cum videret populus omnes adultos, qui ad Christum accedebant, magnis aut sanctitatis, aut alterius rerum cumulari beneficijs, cœpit & illi infantes offerre: vt quatenus ex ferebat ætas, beneficiorum Christi participes fierent. Non enim, vt sanaremur, sicut adulti: sed, vt spiritualem aliquam gratiam perciperent, illi offerebantur, vt illatim explicat Euangelista.

Vt eis manus imponeret, & oraret. Id est vt impositis super eis manibus eis benediceret, benequæ precaretur. Hebræorum consuetudinem fuisse, vt qui maiores erant, & aliqua pollebant diuina gratia, manuum impositione inferioribus benedicerent, constat ex Genes. 48. 14 vt. hac ergo ratione adducti parentes infantes ad Christum afferebant, vt impositis manibus illis benediceret. Vnde Ecclesiastica consuetudo nata est, vt laici, ac præsertim pueri à Sacerdotibus, & Episcopis etiam extra Ecclesiam benedicantur, quam consuetudinem Auctor imperfecti commendat.

Discipuli autem increpabant eos.] Id est prohibebant, vt Euthymius interpretatur; id enim significat etiam verbum *ἐπιτιμᾶν*, vt supra alio loco monuimus. Dubium quare discipuli parentes prohibuerunt ad Christum accedere, & illi infantes offerre. Chrysostomus, Auctor imperfecti, Euthymius & Theophylactus ideo prohibuisse putant, quod eam ætatem indignam iudicarent, vt ad Christum accederet: quasi Christi minueretur dignitas, si in benedicendis pueris occuparetur. Itaque tanquam de honore & dignitate magistri solicitæ, puteros arcebant. Probabilius hoc est, quam quod Hieronymus & Beda dicunt; non quod nollent eis salutatoris & manu, & voce benedici, sed quod necdum habentes plenissimam fidem putarent eum hominum efferentium importunitate laßari. Nam quod Christus subiecit, *sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum cælorum*, Chrysostomus videtur interpretationem confirmare.

14. *Sinite paruulos venire ad me.*] Paruulos vocat & per ætatem infantes, & per simplicitatem morum adultos, vt latim explicat dicens, *talium est regnum cælorum*. Propterea enim non dixit horum, sed *talium est regnum cælorum*, vt non solum ætate pueros; sed etiam moribus pueris similes comprehenderet, vt Origenes, Hieronymus, Augustinus libro primo de peccatorum meritis capite decimonono, Beda, Theophylactus & Euthymius monuerunt. Quod Lucas magis expressit capite decimooctauo, decimo septimo addens, *Amen dico vobis quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.* Non habent aliud Calumniæ testimonium, quo infantes baptizandos esse probent, quam quod Christus dicat *sinite paruulos venire ad me.* Nam illud fortissimum, & apertissimum, quo semper Ecclesia, vt infantes baptizaretur adducta est, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*, illi non de baptismo, sed de doctrina interpretantur: ita sit, vt dum hæretici esse volunt, & Ecclesiæ Catholicæ resistere sibi ipsos examinent, & Anabaptistis, qui infantes baptizandos esse negant, resistere non possint. Nam etsi ex hoc loco aliquid argumenti colligitur: quemadmodum & Diuus Bernardus epistola ducentesima quadragesima colligit: tamen non adeo firmum est, vt tam certi, tamque necessarij ad salutem dogmatis fundamentum esse possit.

15. *Et cum imposuisset eis manus.*] Dixerat Euangelista verticulo decimotertio oblatos Christo fuisse pueros, vt manus illis imponeret, & oraret; dicit nunc manus illis impositas esse, sed orasse non dicit. cuius rei causam Origenes fuisse

putat, quod Christus manus imposuerit, non autem orauerit: quia infantes impositionis manuum capaces erant: orationis, quam intelligere non poterant, non erant: opinio minime probabilis. Nam opus non erat, vt infantes orationem intelligerent, vt eius participes esse possent: quemadmodum nunc opus non est, vt verba, quibus baptismus conferatur, intelligant, vt baptismi fructum percipiant: & in manuum impositione oratio etiam comprehenditur. Nec enim sola manuum impositio sine oratione, ac benedictione vnquam adhibebatur, & Marcus c. 10. 16. id expressit. *& complexans eos, & imponens manus super illos benedicebat eos.*

16. *Et ecce vnus.*] Matthæus pro eo quidam, posuit: sicut & Galilæi loqui solent. Lucas tamen decimo octauo, decimoctauo, principem fuisse scribit, id est, primatium, vt interpretor, virum, qui, vt ait Matthæus versu vigesimo secundo, dux adolescendum erat. Videntur mihi veteres auctores hunc adolescentem eum illo legis sperto, de quo Lucas scribit capite decimo, vigesimoquinto non tam memoria confudisse: nam & hunc legis sperium fuisse dicunt, vt Hieronymus, Ambrosius in caput decimum octauum Lucæ, & Cyrillus Alexandrinus secundo libro thesauri capite primo. Melius D. Basilius in homilia contra diuites auaros non solum non putat legis sperum fuisse, sed legis petitio illi, de quo Lucas scribit, opponit, quod ille tentandi causa, hic discendi ad Christum accesserit. Et vero si legis perus fuisset, id potius expressisset Euangelista, quam alias circumlocutiones, quas videmus eos magno studio declarasse, vt quod primo capite fuerit, quod dines, quod adolescens. Putat item idem auctor, tum etiam Epiphanius in Anchorato, & hæresi 69. hunc etiam adolescentem non bono, ac simplici, sed tentandi animo ad Christum accessisse, quam opinionem & Diuus Basilius in eo loco, quem paulo ante annotauimus, & Chrysostomus, & Euthymius in hunc loci commentarius merito mihi videntur, meq; iure omnium reiicere: *Primum*, quia vt Marcus capite decimo, decimoseptimo declarat valde rem rogauerat, & supplicier genua subinde flexerat ad Christum accessit, quod superbilli, & insolentis esse dixit, & Pharisæi, qui tentandi Christum adhuc, facere non solebant. Deinde quia quoties aliquis tentandi causa Christum interrogat, Euangelista solent exprimere: de hoc vero adolescente nihil tale significarunt. Tertio, quia to gat, quid adhuc sibi deesset, vt ad vitam æternam perueniret posset. Quarto, quia, cum Christus illi dixisset, *vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus*, tristis discessit, nulla autem maioris malitiæ causa fuisset, si malo, simulatoque animo Christum interrogasset. Itaq; multo malim hunc Chrysostomus quam Hieronymus ad probandam suam opinionem argumentatur. Addo ego, quod qui tentandi causa Christum interrogabant, non solebant de seipsis, suaque salute: sed de lege, de quo rebus controuersis, & curiosis quæstionem proponere, vtrum liceat tributum dare Cæsari, an liceat quacumque ex causa vxorem dimittere, quod fit maximum legis mandatum, cuius sit illa mulier in resurrectione futura sit vxor, cum duxerit, septem fratres maritos habuisset. Hic autem adolescens non curiosi, non subcilis, non supernaculum rogat: sed ibi ne necessaria, *quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?*

Magister bone.] Vtitur honorifica præfatione ad expugnandam Christi benevolentiam. Alii Christum Rabbi, id est magistrum aliquid interrogaturi appellabant, illa vt maiorem nomi propensionem ostenderent, *magistrum* bonum appellans.

17. *Quid me interrogas de bono?*] Græce in omnibus fere libris est τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; Quid me de bono? nemo bonus; nisi vnus Deus: atque ita legit Origenes tractatu in Matthæum septimo, Hilarius, Chrysostomus, Auctor imperfecti in hunc locum, & Gaudentius tractatu septimo in Exodum. Noster interpres legit τί με λέγεις ἀγαθόν; *Quid me interrogas de bono?* quemadmodum in nonnullis etiam nunc Græcis codicibus legitur, & vt Hieronymus hoc loco, & Diuus Augustinus libro primo de Trinitate capite decimoterrio legunt. Origenes vtramque lectionem ponit. Verum eorum coniecturam nequaquam probo, qui vtroque modo Christum dixisse putant, prius quidem, *Quid me dicis bonum?* qui dixerat adolescens *magister bone*, dein *de quo me interrogas de bono?* ita legamus non significat, quid me interrogas, quid boni facturus sis? sed quid me interrogas bonum appellans?

Vnus est bonus Deus.] Obiciebant Ariani Catholicis hunc locum, vt probarent Christum non esse Deum, quod videtur his verbis à bonitate, diuinitatemque se ipsum excludere, vt scribit Epiphanius aduersus Arianos hæresi 69. & Cyrillus Alexandrinus libro secundo thesauri capite primo, & Diuus Basilius in epistola ad Amphilochium, & Diuus Ambrosius in commentarium in caput decimum octauum Lucæ, & Diuus Augustinus libro tertio contra Maximinum Arianorum Episcopum capite vigesimotertio. Omnes respondent Christum non negare se bonum esse, ac Deum. Nam & homines, & Angelos, & multa alia præter Deum ita quodam modo bona esse manifestum est, & multis scripturæ exemplis probat Epiphanius, sed dicit neminem bonum esse præter Deum, eo modo, quo Deus bonus est, id est, per se, & natura sua: quemadmodum dixit Diuus Paulus 1. ad Timoth. 6. 16. solum Deum habere immortalitatem, cum & Angelos, & animos nostros immortales constet: quia nemo præter Deum natura sua; id est, non alterius participatione immortalis est: quemadmodum in quæstionibus Christianis propositis Iustinus explicauit. Itaque etsi Christus Deus non fuisset: bonus tamen fuisset: & quemadmodum se à bonitate non excludit dicendo, *Vnus est bonus, Deus*, ita non excludit à diuinitate: quin imo his verbis, vt paulo post explicabimus, maxime indicat se esse Deum. Cur ergo ita Christus adolescenti respondit? Ratio, quam Caluinus affert, inepta est, & ad Arianorum errorem accedit, vt, inquit, *offenderet suam doctrinam à Deo profectam esse.* Nam neque id Christus voluit offendere, sed potius dicere se esse Deum: & si voluisset, non hinc ea ratione offendere potuisset. Alii voluisse Christum adolescentem illum, quasi nimium operibus legis confidentem, abiillas euellere, & ad fidem in se adducere, quod facit, dum indicat se non solum magistrum bonum, sed etiam bonum Deum esse. Ita Origenes videtur significare tractatu in Matthæum octauo, ita certe Epiphanius aduersus Arianos, & Cyrillus libro secundo Thesauri capite primo interpretantur. Quod dicunt Christum voluisse significare se esse Deum, vehementer probo: quod dicunt adolescentem in operibus legis confidisse, & abillis eum Christum voluisse reuocare, non probo, nec illi mihi videntur bene probare. Vera igitur causa, cur ita Christus respondent, ea mihi videtur esse, quam Auctor imperfecti homiliatrigesimatertia, Hieronymus in commentariis, Gaudentius tractatu 7. in Exodum, Augustinus libro primo de Trinitate cap. 15. & libr. 3. contra Maximinum cap. 23. Beda, Theophylactus, & Euthymius hoc loco asserunt, quod adolescens ille, etsi bonam, non tamen satis magnam, atque perfectam de Christo habebat opinionem. Manifestum enim est conatum illum fuisse quam magnificentissimis titulis Christum ornare, vt eius inire gratiam: & videmus tamen non nisi magistrum bonum appellasse, quasi nihil de illo supra sperret. Nam si Deum esse credidisset, aut Deum sum, aut certe Dominum appellasse: volunt ergo Christus tantam bono animo de se fiduciam confutare, vt non admirare hilarem, atque perficere, eaque inter rogando per discere, vt le non tantum magistrum bonum, sed Deum etiam bonum esse credere et, propterea ex eius ore verbum erripuit, vt doceret tantum illi opus esse, vt ea, quæ dicerat, bene intelligeret. Voluerat Christum magistrum bonum, docet illum Christus neminem bonum esse, præter Deum, vt probet se Deum esse, si bonus est, quemadmodum ille ipse asciens, quod dicerat, confessus erat. Fatetur ambiguitatem in verbo esse: nam aliter magistrum bonum, aliter Deum bonum appellatur: sed hæc ipsa ambiguitas gratiam argumentationi affert: hinc enim Christus argumentatur, quam non intelligat, quod inter magistrum bonum, & Deum bonum interit. Aliis autem multis locis laborum fuisse Christum ambiguitate verborum ludere, vt supra c. 22. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quæres aliquis, cur Christus non eo modo aliquando respondent, quo credidisset aliquando aut familiares, aut quidam ex illis vtos fuisse. Ratio mihi videtur esse, quod hic adolescens ita eum magistrum bonum appellauerat: quasi ex illo timaret aliquem tributum tribuere hominem, quem ad ipsum tribuere nolebant. Voluit ergo Christus eum opinionem errore, docere que non esse, si magnum sibi nomen tribuisse se enim non Deum magistrum bonum, id est Deum etiam bonum esse.

Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.] Pernicissima, & me auctore omnino contra est interpretatio Caluini; sic enim exponit, quasi Christus bonum illum, & simplicem adolescentem eludere voluerit; quemadmodum si quis interroganti, qua via Romam iretur, extremos locos ostenderet. Sic enim putat Christum respondisse, *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, non quod mandatorum obseruatio vitæ æternæ via esset, sed potius diuerticulum, quod à via æterna homines aberrarent: inuenem enim illum obseruatione legalium præceptorum iustitiam fuisse, atque confidentem, quæ tantum abesse, vt hominem ad vitam æternam duceret, vt abea potius retardaret. Duplex error; alter, quem iam refutauimus, quod existimet illum adolescentem in legalium præceptorum obseruatione confidisse: nec enim confidebat, qui præter illa quæ rogabat aliquid, quod faciendo in viam æternam ingrederetur: alter, quod putet Christum de legalibus agere præcepta, de quibus enim agat, tam ipse mox exponit, *non homicidium facies*, &c. quæ præcepta non legibat, sed Euangelica sunt: quinam ante legem esse putat, legem ignorat: si enim lex data fuisset, vana cum ipsa lege fuisset, & abrogata: tantum vero abest, vt abrogata fuerint, vt tunc eo præcipue vigere, cum coepit lex maxime omni, vt Christus eam ne quidem exulcerant. Legalia igitur eatenus, qua eum lege perierunt, vt Circumcisio, cæteraque cæremoniæ, ac sacramenta. Verum vitæ æternæ viam Christus ostendit, æqua longissime Caluinus aberrauit. Nam nec viam illam legis adolescens ignorabat: nec eam Christus ostendit: quideo venerat, vt ea abolita nouam hominibus viam doceret; veluti quæ nolle Caluinus, meritò hinc bonorum operum superfluum probantur: nec enim mandatis adeo tantum via vitæ æternæ vocantur, quod per ea, sed etiam quod propter ea ad viam æternam hominis venitur, vt capite vigesimoquinto 34. 35. manifestum est. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me: hospes eram, & collegistis me: nudus, & operuistis me.* Neque hæc Christi sententia, vt Caluinus putat, nobis adscribitur, quasi hinc colligatur nulla alia præcepta, præter decem Decalogi, nullas

A que traditiones esse ad salutem necessarias; eodem enim argumento colligeretur ad salutem necessarium non fuisse, vt Christiani Apostolorum constitutiones obseruarent, & à sanguine, suffocato, quæ abstinerent Actorum 15. 20. eodem argumento colligeretur nullis esse in Euangelio necessaria sacramenta; nec enim in decalogo continentur. Nec sane obijcere possis: si mandatorum obseruatio, vt Christus significat, ad salutem satis est, fidem non esse necessarium. Respondeo, Christum tantum respondisse ad quæstionem adolescentis, *quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* propterea non docet, quid credere debeat: sed quid facere: inter ea autem, quæ ad consequendam vitam æternam faciendæ erant, sola mandatorum obseruatio fuisse debuit, in quibus & parentum, & Ecclesiæ mandata, traditionesque comprehenduntur. Nam cum in quarto præcepto iubemur parentes honorare, iubemur illis obedire: cum autem illis iubemur obedire, iubemur obedire omnibus, qui parentum oubis loco esse debent, qualis Reges sunt, & magistratus, multo vero magis Ecclesia: quin potius ex hoc loco maximum adueritis Catholicis sumitur argumentum, vt probetur male eos colligere sola nos hac iustificari, & fideles fieri, quia sola aliquando hæc inter iustificationis causas enumeratur. Nam quemadmodum hic cum sola mandatorum obseruatio causa saluti esse dicitur, non excludunt fides: sed tantum significatur inter ea, quæ faciendæ sunt, ista esse mandata seruare: ita, cum sola fides inter iustificationis, & saluris nostræ causas commemoratur, opera non excluduntur, sed tantum ostenduntur inter ea, quæ non facienda, sed credenda sunt: satis esse credere, idemque nobis certe obiicuram, & quodammodo ea cum ecclesiasten iubet omnia scire, & omnimque doctrinarum esse oportere.

18. *Quæ?*] Hieronymus, qui hunc adolescentem tentandi causa venisse putat, non simpliciter, sed fraudulenter interrogasse dicit, quasi diuina illa mandata: quasi diuina illa mandata: quasi diuina illa mandata:

Propterea & Christus hic, & D. Paulus illic volentes nos doctorum observationem proponere secundo tantum tabulæ meminerunt. Dixit aliquis eadem ratione, ac nullus enim maiore primum tantum tabulæ proponere debuisse, quis & qui primam observat, secundam observat, qui enim Deum diligit, omnia quæ Deus præcipit, facit: eliquæ prima tabula multo brevior, quam secunda, vt eo magis videatur tanquam omnium præceptorum summa proponi debuisse. Respondeo illius omnia vera esse: sed tamen faciliùs esse proximum diligere, quam Deum, vt D. Ioannes 1. epistolæ cap. 4. 20. argumentatur, qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Solet ergo Scriptura sacra ad obtinendam nos mandatorum Dei perficiendam tabulam, tamquam gemmæ sacellum, magis planam, magis lubricam nitens viam dirigere.

19. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.*] Nimis audax: O genus arrogantiæ, o Marcha nimis! confitearis hæc verba absque uno esse audita propter ea quæ apud alios Euangelistas pulchre leguntur. Præstabat existimare ab aliis præterita, quæ mad modum solent non omnia semper dicta, facta, ita Christi commemorare. Est ergo, quasi breuis complexio, qua omnia quæ Christus recensuerat, vno verbo comprehendantur, quasi & Dominus Paulus ad Roman. 13. 9. 10. & ad Galat. 5. 14. vsus est. Nec enim vnum est præceptum: sed omnium præceptorum summa ex Leuitico capite decimonono, decimoquinto.

20. *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea.*] Hilarione in Matthæum 19. Auctor imperfecti homil. 33. Ambrosius in commentariis in cap. Lucæ 11. D. Augustinus epistola octuagesima nona. Hieronymus, & Beda hoc loco, & nonnulli, vt opinor, Græci, quorum Theophylactus, qui nonagesimum recitat, existimarunt hunc adolescentem, cum dixit se omnia mandata à iuuentute sua seruasse, fuisse mentitum. Melius magis D. Basilius homilia contra diuites auaros, & Chrysostomus, atque Euthymius probabilius tamen, cum dixisse quod res erat, nec enim sine causa narrat Marc. cap. 10. 21. Christum hoc audito eum diligere. Quod profecto non fecisset, si dissimulator fuisset, quod Christum omnia scientem latere non potuit. Quod autem Caluinus respondet dilexisse enim, sicut diligit Deus res omnes naturales, quia creatæ sua bona sunt: ridiculum est. Nam illo quidem modo non solum omnes homines: sed omnes etiam dæmones diligit. Perspicuum autem est Euangelistam aliquam Christi erga hunc adolescentem propter mandatorum obtemperationem singularem amorem significare voluisse, quo amore non solum non illos peccatores, sed ne vllum quidem aspici, antequam id animaduisset, profecto credi non quod id prius ignorarit, aut quod non prius eum diligeret: sed quod ostenderet se nunc hominum ex eius responso, quod ante ignorauerat, id dicisse, & quem ante non diligebat, diligere cœpisse. Quod ad confirmationem sententiæ nostræ facit est. Magis etiam ridiculum, quod quidem Caluinus Catholicis ex hoc loco colligendibus præcepta non posse fieri pro bona opera, & mandatorum obtemperationem ad iustificationem disponere, ea enim bona, quæ fiunt, antequam iustificetur, hoc quidam modo Deo grata esse, ac vt Theologi vocant, meritoria de congruo, respondet eodem modo nunc, & esse bona meteri; quia ex quo factum naturaliter bonum sunt, eaque Deo amantem etiam iustificatum Christum hunc adolescentem non tantum propter amplectendi bonitatem, non tamen propter amplectendi bonitatem, non tamen mores communiter hominum; sed propterea propter mandatorum obtemperationem, quæ naturalis non est, singulariter amasse.

21. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus.*] Pari ratione etiam hoc loco, & septima incipere prætatus Caluini, qui exemplum Christum non secuti, & vt perfectionis cor similum daret: sed cauere. vt adolescentes hypocrisim detegeret, hinc illi dixisse. Quia enim, inquit, mendacium est, dicere se mandata omnia obseruasse, volunt Christum, vt palam omnes intelligerent non ita esse, præponere illi vnum tantum præceptum, ex quo, an proximum diligeret, apparetet, vt venderet omnia, & daret pauperibus, & scirent eum factorum non esse, atque ita eius mendacium deprehendendum. Malè tamen hic etiam errores: primus est, quod illum adolescentem mentitum puter, quem superiore versu refutauimus. Hic dignus erat venia, nec error appellandus, quia multi, vt diximus, & graues auctores ita eadem fuerunt opinione, vnus illi Catholico, Caluinus hæretico animo dixisset, non, vt aliquid eorum auctoribus tribueret, quos si fefellit, ea fefellit, coniectura fortasse, vt videtur, dictura fuisset: sed vt Euangelica consilia, quæ illi & probarunt maxime, & ita sunt non solum ipse non sequeretur, sed etiam refutaret, & quantum in se esset, penitus tolleret. Secundus est, quod nullum prorsus consilium esse putet, & hoc ipsum, quod Christus adolescenti dixit, vt sua omnia venderet, & daret pauperibus, atque sequeretur, non consilium, sed præceptum esse dicat, quod ante illum tempus cognouerat. Est genus quoddam Pelagianorum qui olim docere videbantur neminem saluum esse posse, nisi omnia venderet, & daret pauperibus bona quasi non consilium, sed præceptum hoc esset; non tam ab Augustino epistola 89. quam vt verbare refutati sunt, quam, vt iniuria ab omnibus irrisi. Et vero qui non videt consilium illud esse, quod eum bonum sit, in perpetuum tamen non est, alioquin & perpetuam seruare virginitatem præceptum esset, quia bonum esse D. Paulus testatur. At hoc Calui. nus, vt opinor, non concederet. Nam si præceptum est, seruari ergo ab omnibus debet, & qui non seruant, saluari esse non possunt. Itaque eo Caluinus suo errore ducitur necesse est, vt statuerit, quod olim Eustathius auctor in Concilio Gangrensi condemnatus affirmabant, neminem, qui vxorem haberet, saluum esse posse, & quod illi Pelagiani docebant, neminem posse ad vitam æternam peruenire, nisi omnia venderet, & pauperibus daret. Deinde quia tam ob oculos est, vt non animaduertat, quam exquisitis illi verbis præcepta Christus, consiliaque distinguat? Cum de præceptis loquatur, non dicit, si vis perfectus esse, serua mandata: sed *si vis ad vitam ingredi*; enim vero de consilio, non dicit si vis ad vitam ingredi, sed *si vis perfectus esse*. Præterea mandatorum obseruationi tanquam præmium, præponit vitam æternam, *si vis*, inquit, *ad vitam ingredi, serua mandata*: obseruationi vero consiliorum non vitam æternam, sed *thesaurum in cœlo*, id est vitæ æternæ maiores diuitias pollicetur. Et non solum beatum esse, sed beatorum principem, & iudicem, *sedebitis*, inquit, *& vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël*. Non possum ego melioribus verbis, quam Augustinus sermone sexagesimoprimo, de tempore, aut probare, aut explicare Euangelica consilia. *Aliud*, inquit, *est consiliuum, aliud præceptum. Consilium datur, vt virginitas consecretur, vt vidua, & acerbitas sustineatur, vt vendantur omnia, & pauperibus erogentur. præceptum vero datur, vt vnusquisque iustitiæ consolatur, vt omnia humo diuertat à malo, & præcepta faciat bonum. Denique de virginitate dictum est, qui potest capere capiat. de iustitia vero non dictum est, qui potest faciat. sed omnia arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Consilium qui libet audiret audierit, & fecerit, maiorem habebit gloriam. præceptum qui non impleuerit, nisi pœnitendo*

subuenerit, pœnam euadere non poterit. Errorsus in lib. de sancta virginitate cap. 14. *Præcepto, inquit, quisquis non obtemperat, reus est, & debitor pœnæ. Prouidet, qui a vxorem ducere, vel nubere peccatum non est: si autem peccatum esset præcepto vetarentur, propterea præceptum Dominus de virginitate nullum est, sed quantum depitatur, tenuisse peccato adeundæ est vitæ æternæ, in qua est quædam egregia gloria, nil omnibus in æternum victuris. sed quibusdam sic tribuenda, vt consequenda parum sit liberatam esse à peccatis, nisi aliquid ipsis liberatoribus reparetur, quod non sit crimini non venisse, sed venisse, ac reddidisse sit laudi. Consilium, inquit, dogmatum misericordiam consecutus à Deo, vt fideles essemus, & eiusdem libri capite trigesimo. Nec enim sicut non mæchaberis, non occides, ita dicit potest non nubes: illi exiguntur, ista offeruntur. Si fiant ista, laudantur, nisi fiant illa, damnantur in illo dominus debitii imperat voluntis hoc autem, si quid amplius supererogaueritis, in reddendo reddet vobis.* Et sermone decimooctauo de verbis Apostoli, *Quid iubes ne adulterem fumum? hoc præcipit, amando te ipsum facimus, quam iubet. De Virginibus, ait Apostolum præceptum Domini non habeo. Ergo quare hoc facitis. Consilium autem do. Ille autem mentes, quibus terrena cupitia vilescunt, quæ terrenis amplexus non desiderauerunt, vsque adeo acceptauerunt præceptum, vt non recusarent consilium.* Sant Caluinistæ, & negent vllum esse consilium, dicant opera supererogationis Sophistarum esse commentum. Nos enim Christum, & Diuum Paulum consiliorum ac præceptorum doctores atque assertores; Christi vero, ac Dei Pauli Diuum Augustinum, omnesque omnino veteres auctores interpretes habemus. Caluinistæ, quia Euangelica consilia seruare nolunt, esse non credunt, aut se credere dissimulant, & obiciunt illud tritum, quod Christus ait apud Lucam, *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, capite decimoseptimo*, decimo, illum locum in commentariis in Lucam, si Dominus iuuerit, explicabimus: nunc tantum dicimus illum Caluinistis aduersari maxime: primum, quia docent neminem omnia præcepta seruare posse: Christus autem ostendit nos posse seruare, cum dicit, *cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis*. Deinde quia ex illis ipsis verbis colligitur posse nos vltra præcepta aliquid facere. Hic enim tota spectabat parabola, vt doceret Christus eum, qui non facit, nisi quæ sibi præcepta sunt, non maiorem gloriandi occasionem habere, quam seruum, qui domino suo tantum ministrauit. Indicat ergo tunc gloriari nos posse, cum vltra præcepta aliquid etiam boni fecerimus; facere igitur possumus. Expressum est exemplum in Diuo Paulo, præceperat Christus, vt Euangelium prædicaret; non præceperat, sed tanquam consilium in medio reliquerat, vt qui Euangelium prædicarent, de Euangelio non viuerent, dicit se, si Euangelium prædicauerit, nullam gloriam habere: necessitatem enim, id est, præceptum sibi incumbere: gloriam autem suam esse, vt *Euangelium prædicans sine sumptu ponat Euangelium* 1. ad Corinth. 9. 15. 16. 18. Obiicit etiam Caluinus, quod Abrahamo Genes. 17. 1. à Deo dictum sit, *ambula coram me, & esto perfectus*, cum illi non consilia, sed præcepta seruanda traderentur, quasi inde sequatur Euangelicam perfectionem non in consiliorum, sed in præceptorum obseruatione sitam esse. Respondeo puerilis esse ignorantiæ nescire inter legalem, aut naturalem, & Euangelicam perfectionem distinguere. Tertius error est, quod existimet satius esse bona sua retinere, & paulatim ex aliis pauperes iuuare, quam simul illis erogare. Hue quidem non pertinet, sed consilium est, non tamen Christi; sed hominum quarumcumque, qui hoc solent prætextu diuitias suas retinere, eundemque Vigilanti olim errorem fuisse aduersus illum Hieronymus scribit, idemque in libro de Ecclesiasticis dogmatibus capite septuagesimoprimo Gennadius indicauit. Non Calumus, non Vigilantius, sed Christus est, qui adolescenti consilium dedit, vt si perfectus esse vellet, non post longas indutias, sed statim; nec paulatim sed simul omnia quæ haberet, venderet, ac pauperibus daret, secundum nudus quoque sequeretur.

Et habebis thesaurum.] Valder. si, cum apud magnum quendam hæreticorum interpretem hanc expositionem legerem, ne, inquit, putaret sibi deperdita esse bona, si illa pauperibus daret, adiunxit præcepto huius volitatem. Per imitationem autem loquitur ob id, quod hic adolescens non simpliciter bona sua, sed thesauri loco possidebat. Qua si dicat, putas te thesaurum habere, quia dues es, maiorem habeb sin cœlo, si me audieris. Quæ omnia propterea hæreticus ille dicit, ne merita bonorum operum, quæ hinc manifestissime colliguntur, colligi posse videantur; propteres paucis verbis multos errores complexus est; quod præceptum voerit, quod consilium est, quod propterea putet Christum vitam æternam thesaurum appellasse, vt ad adolescentis opinionem alluderet, qui magnum se habere thesaurum ait; hinc putaretur; quod nolit sensum esse propter rel ita, & pauperibus data bona thesaurum in cœlo illum habiturum, ne merita concedere videatur. Primum errorem satis paulo ante refutauimus. Secundum non magnopere opus est refutare, quia quisquis aliquid habet iudicii, facile reprehendet & ridebit. Quis enim tam hebes est, vt non animaduertat, voluisse Christum ad mercatorum consuetudinem alludere, qui vno loco minorem pecuniæ summam dare solent, vt in alio longe distante maiorem recipiant? Propterea ergo vitam æternam thesaurum appellauit, quod hic bona reponantur, vt illic aucta inueniantur, sicut solet quotidie crescere thesaurus cum ab aliquo reconditur: quemadmodum capite sexto, vigesimo, Christus dixit, *thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque arugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, neque furantur.* Agebat autem de eleemosyna, sicut hoc loco, significatoque eum, qui dat eleemosynam, quasi in cœlum thesaurum transmittere, sicut Salomon dixit Prouerbiorum decimonono, decimoseptimo, *fœnerator domino, qui miseretur pauperis*, Ex illo ergo superiori loco, non ex hæreticorum interpretatione hic est intelligendus. Præterea qui non animaduertit, voluisse Christum hominem diuitè, & vt vero sui esset, dedutum lucro spe maioris lucri, qua eiusmodi homines capi solent ad regnum cœlorum allicere? quasi dicat; etiam si multa habeas bona, multo tamen plura, maioraque recipies, si ea pauperibus dederis. Itaque tantum abest, vt voluerit Christus ad thesaurum, quem se adolescens habere arbitrabatur alludere, vt potius voluerit significare illum nihil habere; si ea quæ habebat, cum regni cœlorum diuitiis comparaturus; illum enim, vt diues sit, tamen thesaurum non habere, quem non nisi Reges, nec illi quidem omnes habent: in cœlo autem thesaurum habiturum. Thesaurum ergo regni cœlorum optibus adolescentis non aliquis parat; sed opponit: quemadmodum si quis ex quis possessionibus ingentes totius mundi opes opponat. Præterea illud Christus significat, eum maiorem in cœlo gloriam habiturum, si Euangelica consilia, quam si sola præcepta secutus fuerit. Nam qui præcepta sola sequuntur, singuli singulos tantum denarios accipiunt, vt sequenti capite, vndecimo, & decimo explicatur: illum autem, si præter præcepta, quæ iam seruauerat, hoc etiam consilium amplexus fuerit, vt omnia sua bona pauperibus tribuat: non tantum denarium, sed ingentem etiam thesaurum accepturum esse. Atque hinc etiam tertius error refutatur:

ex

ex hoc enim sensu, quem proprium, ac genuinum esse constat, manifestum est hominis per eleemosynas, & promissa per omnia opera bona vitam æternam promereri. Idem enim, imo maius est id, quod hoc loco significatur, quam apud Lucam capit. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Nam & illic de eleemosynis agitur, & facere sibi amicos nihil aliud est, quam eorum amicitiam gratamque promereri. Atque hoc sensu omnes veteres auctores interpretantur. Cyprianus libro de opere & eleemosyn. negotiatores cælestis gratiæ, & comparatores salutis æternæ diuitias omnibus rebus huius terræ pretiosam margaritam, hoc est, vitam æternam Christi cruore pretiosam de quantitate patrimonij sui dicit debere mercari, & Hilar. *substantiæ, inquit, terrenæ substantia cælestem apti emendis sumus.* & Chrysostomus homil. in Matthæum 64. *Nam quantum magna illa cura de pecuniis erat, & quando quidem ipse tua consilia deuenderi rebus consulebas, vt offenderet non dimittam locupletandi rebus tua: sed tanto plura, maiora atque immensiora, quanto terra cælum præstabilius est, tertiumve præstantius thesaurum appellauit, & simul stabilitatem, atque interruptionis tatem præmij, vt fieri poterat, humano verbo significanter expressit.* Ad eumdem modum Chrysostomus in commentariis in cap. 6. Matthæi.

Et veni, sequere me.] Tria Christus adolescenti faciendo præcipit, vt omnia bona sua venderet, vt confectam pecuniam pauperibus daret, vt se sequeretur, quod vltimum omnium fuit, ma erat. Nam & Socrates, vt ait Hieronymus, & alij multi Philosophi diuitias contemserunt; sed quia Christum secutition sunt, nihil illis profuit. Quomodo autem Christus intelligat *sequere me*, minus certum est, quã vulgo videtur existimari. Clemens Alexand. libro Stromatum 4. Hieronymus hoc loco, aliique nonnulli interpretes de Christi imitatione dictum intelligunt, quod & ex Marco 10. 21. videtur confirmari, vbi in quibusdam Græcis codicibus legitur *dixit vis esse, tollens crucem*: sed verbum illud *vis*, indicat Christum non de imitatione solum, sed de corporali etiam comitatu agere, vtique eum, vt se sequatur, quem admodum Apostoli, & familiares discipuli sequerentur. Quod autem Marcus ait *tollens crucem*, ea non lectione eum intimus, contrarium huic interpretationi non est. Nam Apostoli, & discipuli maxime cruce m furebant, qui Christum non animo tantum: verumetiam pedibus proximi sequebantur.

Abiit tristis.] Hæretici interpretantur propterea tristem abisse, quia victus, atque confusus conscientia sua fuerat, quod manifesta non seruauisset: quemadmodum se paulo ante iactauerat: sed hanc interpretationem iam versu vigesimo refutauimus. Tristis ergo abiit, quia, cum mandata seruauisset, non existimabat quicquam sibi tam arduum, quam Christus dixit, ad consequendam perfectionem superesse, vt vendenda sibi omnia bona essent, & pauperibus distribuenda. Denique rationem, cur tristis discesserit, expressit Euangelista, *erat enim habens multas possessiones.* Facilius enim est pauca, quam multa bona derelinquere.

23. *Diues.*] Marcus capite decimo vigesimo tertio, & Lucas decimo octauo, vigesimo quarto pro diuite dicunt, qui pecunias habet, non quantascunque, sed magnas pecunias intelligentes: de diuitibus enim Christus, vt Matthæus explicauit, loquebatur.

Difficile intrabit in regnum cælorum.] Marcus scribit Christum circumspexisse, dixisseque *quam difficile, qui pecunias habent in regnum Dei introibunt:* quod vtrumque ad sententiæ commendationem, & exaggerationem pertinet. Circumspexisse enim ad postulandam attentionem rem maxime necessariam dicentur videtur, & eadem de causa vsus admiratione, *O quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt!* Potest dubitare lector, quorsum hoc de adolescente Christus dicat, & quorsum Apostolis; cum adolescentem non à præceptorum observatione, nec à regni cælorum ingressu; sed à sola Euangelicæ perfectionis consecutione diuitiæ retardauerint. Responsio est facilis, Christum exadolescente, qui propter diuitias à consilijs Euangelicis deterritus fuerat, occasionem accepisse de diuitibus in vniuerso genere disputandi, quemodo à vita æterna propter diuitias retardentur.

24. *Et iterum dico vobis.*] Marcus cap. 10. 24. scribit, antequam hoc Christus diceret, discipulos miratos fuisse; vnde horum verborum sensus colligendus est, quia enim Apostoli mirabantur, quasi nimis dura esset, ac seuera sententia; respondit Christus eam etiam, atque etiam exaggerans, & seueriorem reddens; neque hoc est, quod ait, *iterum dico vobis*, quasi dicat, non solum, quod modo dixi, verum est; sed amplius etiam vobis dico *facilius esse camelum per foramen acus transire, quam diuitem introire in regnum cælorum.*

Facilius est camelum.] Absurditas, vt videbatur, *Quid pera-* potius eam mirabilem huius sententiæ in causa *mirum Chri-* fuit, vt quicunq; camelo nomine nauicum funem, *stus intelli-* quo anchora alligantur, intelligerent: quasi abhur- *gat.* dum esset camelum prægrandem, & deformem bellum per foramen acus introire: funis autem cum acu analogum aliquam haberet, quia solet filum, aut funiculus per foramen acus induci, & auctore Sacra Græcum nomen κάμηλος ad eam significat. Sic Theophylactus interpretatur, & nonnulli alij, vt opinor, Græci, vt refert Euthymius. Alij petita in vrbe Ierosolymitana portam quandam fuisse negunt, quæ foramen acus appellaretur, adeo humilem, vt cameli per eam, nisi exonerati, ingredi non possent. Isti interpretes non animaduertunt, quo absurdior videtur, eo veriorem oportere esse sententiam: propterea enim Christus dixit facilius esse camelum introire per foramen acus, quam diuitem in regnum cælorum, quia camelum per foramen acus introire maxime absurdum, & impossibile erat; & volebat significare maxime absurdum, & impossibile esse, vt diues in regnum cælorum introiret, sicut paulo post vers. 26. *hoc inquit, apud homines impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Itaque qua ratione motus sunt, ne camelum animal intelligerent: ea maxime moueri debuerant, vt animal interpretarentur, quemadmodum Origenes, Hilarius, Chrysostomus, Hieronymus, Auctor imperfecti, Iunenrus libro tertio histor. Euangel. Sedulius libr. 4. carminum interpretantur. Syrus etiam interpres vertit גַּמְלָא, quod non potest, nisi camelum animal significare. Erat autem hæc proverbialis vulgo locutio, qua cum aliquid significabatur, impossibile esse, dicebatur facilius camelum per foramen acus introire posse, quam id fieri, quem admodum & Thalmudistæ sæpe loquuntur, vt multi iam viri docti annotauerunt. Est autem hyperbole, & exaggeratio, qualis in eiusmodi proverbijs esse solet. Itaque disputare quomodo difficilius sit diuitem in regnum cælorum, quam camelum per foramen acus introire, inanis est operæ: cum sententiæ summam esse constet valde esse difficile diuitem in regnum cælorum introire, nec sit necesse, vt difficilius sit, quam vt camelus per foramen acus introeat, quia, vt diximus, proverbialis hyperbole est. Illud maioris, vt arbitror, est operæ pretij inuestigare, cur potius de diuitijs, quam de alijs rebus hoc dictum sit, cum multæ sint aliæ, quæ hominibus salutem ma-

Proverbium apud Iudæos, facilius illa fieri, quam hoc.

gis impediunt, vt ambitio, libido, iracundia. Ratio, vt ego quidem existimo, est, quia cæteræ res, etsi aliquos magis, tamen plerosque minus impediunt, diuitiæ vero fere omnes retardant, quia omnes auaritiæ student, à minore vsque ad maiorem, Isaiæ quinquagesimo sexto, vndecimo, & Ieremiæ 6. 13. & 8. 10. & de ipsis Euangelij prædicatoribus loquens D. Paulus ad Phil. 2. 21. dixit *omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Iesu Christi.*

25. *Quis ergo poterit saluus esse?*] Quasi dicant, cum omnes diuitiis incumbant, & diues in regnum cælorum introire non possit, quis saluus esse poterit? Marcus cap. 10. 26. ait Apostolos hoc dixisse πρὸς ἑαυτοὺς inter se ipsos, id est tacite, ita vt ipsi soli audire possent, quod ideo nos tandum putaui, quia ex eo versu 26. intelligendus est.

Homil. 5. in Euang.

Nihil ofsimus.

26. *Aspiciens.*] Propterea, vt arbitror, Christus discipulos aspexit, vt indicaret, se eorum cognouisse cogitationes, sermonesq; quamuis secretos, intelle xisse; eo enim pertinet, quod Marcus, vt paulo ante annotauimus scripsit Apostolos hos inter se tantum sermones musitasse.

Apud homines hoc impossibile est.] Omnes Euangelistæ in eo conueniunt, vt priori loco docuerit difficile esse diuitem intrare in regnum cælorum: secundo loco dicant impossibile esse. Quod magnum est argumentum eos non sententiam tantum: sed verba etiam Christi recitasse, Christumque voluisse sententiam hiam magis, ac magis exaggerando confirmare. Primum enim simpliciter dixit, difficile esse diuitem in regnum cælorum introire: secundo loco dixit facilius esse camelum introire per foramen acus. Tertio impossibile omnino esse, sed apud homines, non apud Deum.

Regeneratio in scriptura interdum ex tertio in decimum sæculum fit.

27. *Tunc respondens Petrus.*] Id est, verba facere exorsus, eo Hebraismo, quo vt sæpe notauimus, respondere dicitur quicumque loquitur, quamuis nemini interroganti, aut loquenti respondeat. Quanquam hoc loco Petrus videri potest Christo prius locuto respondisse.

Ecce nos reliquimus omnia.] Causam cur hoc Petrus interrogauerit, nonnulli fuisse putant, quod Christus adolescenti dixisset, *vade, & vende, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me*: Petrus vero de se deque aliis Apostolis dubitauerit, quale essent præmium habituri, quia etsi tua omnia reliquerant, tamen nec vendiderant, nec pauperibus dederant; ita vt non viderentur Christi satis feciss consilio, nec digni esse, vt promissum adolescenti in cœlo thesaurum consequerentur. Secus, vt mihi videtur, potius apparet, voluisse Petrum significare se, aliosque Apostolos fecisse iam, quod Christus ab adolescente illo postulauerat, quem admodum Origenes, Hieronymus, & Chrysostomus existimant. Cur ergo dubitabat, *quid erit nobis?* cur non credebat se, cæterosque Apostolos thesaurum in cœlo habituros? quia thesaurum Christus, ideo adolescenti promiserat, quia possessiones multas relicturus erat: Apostoli vero paucas, & exiguas, aut etiam nullas reliquerant: ideo thesaurum in cœlo sperare non audent: sed quia aliquem in cœlo gradum sperant, interrogant quale is, quantusue futurus sit. Nec illud probo, quod interpretes illi soluere, & sine exceptione pronuntiant Apostolos bona sua non vendidisse, nec dedisse pauperibus. Nam etsi id in scriptura expressum non est, tamen est credibile, & Apostolorum virtuti, perfectionique consentaneum aut omnes aut aliquos vel omnia, vel aliqua ex iis, quæ habebant vendidisse, ac dedisse pauperibus; qui vero non vendiderunt, eos quinquis suis, quia vere pauperes erant, reliquisse id quæ ex Petri interrogatione haud improbabili coniectura colligitur; cum enim rogat, *ecce nos reliquimus omnia; quid ergo erit nobis?* quamuis non dicat vendidimus & pauperibus dedimus; intelligi tamen vult, quia fi-

Apostoli bona sua pauperibus dederunt.

Sedes Christi, & apostolorum in futura.

cunt, probabiliter sequi. Hanc igitur ego secutus & Christi, & Apostolorum sedes nubes futuras arbitror, quia vbique scripturam video dicere Christum in nube venturum, vt infra capite vigesimo quarto, trigesimo, & vigesimo sexto, & sexagesimo quarto, & Apocalypsis primo, septimo, & est vero simile in eadem nube, qua venturus est, sessurum esse. Id etiam ex alio loco Apocal. colligitur c. decimo quarto, decimo quarto, *& vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.* De Christo enim loquitur Ioann. cum filium hominis appellet, & de extremo iudicio, vt falx in manu sedentis declarat. Apostolorum autem sedes futuras esse similes indicat hoc loco Christus, *sedebitis*, inquit, *& vos super sedes duodecim*; quasi dicat, sicut ego, ita & vos sedebitis. De numero sedium dubitari potest, quomodo duodecim futuras esse dicat, cum constet Iudam vnum é duodecim Apostolis sessurum non esse. Itaque si vndecim tantum sedebunt, tantum vndecim erunt sedes. Si præter vndecim Apostolos, qui sessuri sunt, etiam Paulus, & Barnabas, qui postea ad Apostolatú extraordinarie vocati fuerunt, sedebunt non duodecim, sed tredecim erunt sedes. Respondent Diuus Augustinus libro vigesimo primo, de ciuitate capite quinto, & Beda in commentariis ad hunc locum numerum certum, & finitum pro incerto, & infinito posituin esse: quasi dicat, sedebitis vnusquisque super sedem suam. Sed quia duodecim erant Apostoli, quibus eum loquebatur, dixit, super duodecim sedes, quasi etiam Iudas sessurus esset, non quod putaret esse sessurum; sed quod si in officio perstitisset, sicut alii, sessurus fuisset: quemadmodum Diuus Chrysostomus annotauit. Loquitur enim Christus, vt Theologi dicunt, secundum præsentem iustitiam, & non tam de personis, quam de personarum statu: quasi dicat Apostolorum officium hos habere propositum præmium, vt qui eo bene functus fuerit super sedem in iudicio sessurus sit, & exteros iudicaturus.

Quomodo Apostoli duodecim sedes sint habituri.

Quomodo Apostoli iudicabunt.

Iudicantes.] Non dissicet interpretatio Hieronymi, etsi nonnullis displicere video, qui iudicare hoc loco accipit pro condemnare. Quo autem modo iudicaturi Apostoli sint, vix nobis compertum esse potest: quemadmodum magni quidam Theologi dixerunt. Communis multorum opinio est eos non aliter, quam per comparationem iudicaturos, quia illis credentibus exteri Iudæi credere noluerunt, quemadmodum viri Niniuitæ surgent in iudicio contra generationem hanc, quia in prædicatione Ionæ pœnitentiam egerunt; hæc autem generatio Christo prædicanti noluit agere pœnitentiam, & regina Austri dicitur Iudæos condemnatura, quia *venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic*, capite duodecimo, quadragesimo primo, quadragesimo secundo, sic Hieronymus Auctor imperfecti, & alii plerique interpretantur. Nonnulli vero Theologi, quia plus Apostolis hoc loco, quam Niniuitis, & reginæ Austri Christus videtur promittere voluisse, dixerunt Apostolos iudicaturos, non per comparationem solum; sed tanquam ministros & quasi præcones Christi eius sententiam promulgantes. Alii iudicaturos esse tanquam Christi consiliarios, sicut ii, qui iudici assident, dicuntur etiam iudicare. Quod eo mihi minus placet, quod ab hæreticorum interpretibus profectum video, & *qui consiliarius eius fuit?* mihi illud certum videtur esse Apostolos non per comparationem tantum, sed modo aliqno honoratiorem esse iudicaturos, quia per comparationem non solum iusti omnes; sed multi etiam peccatores, & iniusti magis iniustos iudicabunt, sicut Niniuitæ Iudæos, & manifestum est aliquid hic Apostolis tribui, quod non solum iniustis, sed ne iustis quidem omnibus concessum sit. Quis autem ille honorificentior modus sit, mea hæc est opinio, quam neminem sequi ego; Apostolos iudicaturos, tanquam doctores, tanquam testes accusantes quodammodo eos, qui sibi Euangelium prædicantibus, & salutis viam docentibus credere noluerunt: condemnabunt enim eos conuincentes eorum incredulitatem, dicentesque feciste se, vt illi crederent, & salui essent, quicquid potuerunt. Quemadmodum de Moyse Christus dicit Ioannis quinto, quadragesimo quinto, *nolite putare, quia ego accusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos Moyses.* Moysen enim dicit eos accusare, non quod verbis accuset; sed quod nec illi credere, nec eius legem seruare voluerint. Idem de Apostolis dicit, quia sicut Moyses veteris testamenti legislator, & doctor; ita Apostoli noui doctores fuerunt. Quod ergo illic dicit accusare, hic dicit iudicare. Ergo & Moyses, dicet aliquis, sedebit super sedem, & duodecim tribus iudicabit? fortasse; quid enim absurdi est? tamen non sequitur necessario; quia Christus hunc honorem non omni doctori concedit; sed illis, qui relictis omnibus rebus se propter Euangelium pauperes secuti sunt. Quid ergo, an soli Apostoli sedebunt? Origenis tractatu in Matthæum octauo, Diui Augustini libro vigesimo, de ciuitate capite quinto, Cyrilli Alexandrini in commentariis in caput sexagesimum Isaiæ, opinionem probabilem esse non nego, eamque secutus sum aliquando, omnes, qui idem fecerint, id est propter Euangelium bona sua vendiderint, & pauperibus dederint, eundem esse honorem habituros. Sed mihi videtur esse hic honor promissus non solum, quia Euangelii doctores; sed quia primi fuerunt, per quos promulgatum est Euangelium, quemadmodum non omnes, qui veterem legem docuerunt; sed solus, qui primus docuit.

Rom 11.14.

Duodecim tribus Israel.] Similis huic oritur quæstio, cur duodecim tantum tribus Apostoli dicantur iudicaturi; cum tredecim essent tribus, si Leuitica etiam numeretur; quæ haud dubie est iudicanda, & non solis Iudæis: sed etiam gentibus Euangelium prædicaretur, ex quibus multi obstinati non crediderunt. His etiam Augustinus, & Beda respondent, numerum certum pro incerto positum. Id probo: rationem quam asserunt, non probo, quia inquiunt, duodenarius numerus perfectionem vniuersitatemque significat: quasi sensus sit vniuersos homines iudicaturos. Cur enim potius duodenario, quam septenario aut denario vim sell numero, qui & ipsi vniuersitatem solent significare? Causam ergo fuisse arbitror, quod Christus accommodate ad eos, quibuscum loquebatur, & ad eos, de quibus loquebatur, locutus sit. Loquebatur cum Apostolis, qui duodecim erant; loquebatur de Iudæis, inter quos erat, & ad quos in primis venerat, & cum quibus volebat Apostolos comparare: quasi si eos illis præferret, omnibus præferret. Iudæorum autem, etsi tredecim re quidem ipsa erant tribus, tamen quia Leuitica quasi exempta ex numero erat, & Deo primo genitorum loco nata, non numerabatur: quasi non iam ad homines, sed ad Deum pertineret: ideoque duodecim tantum tribus solebant nominari. Intelligit ergo Christus non solum duodecim Apostolos, sed etiam tredecim Paulo, & Barnabæ numeratis, excluso vero Iuda esse iudicaturos non solum duodecim tribus; sed omnes etiam gentes, quibus Euangelium prædicauerunt. Alia etiam est ratio, cur duodecim tribus nominauerit: quia gentes, quæ Euangelio crediderunt quasi in populú Iudaicum insertæ sunt, & veluti ciuitate donatæ, vt non iam gentes, sed Iudæi, id est confitentes, credentesque appellarentur in duodecim tribus cooptatæ, sicut

Numerus septenarius in scriptura pro indefinito. Contra Christianos.

Cur in scriptura tantum tribus nominentur.

Apostolis non tantum Iudaei, sed Gentiles iudicabunt.

sicut disputat D. Paulus ad Romanos 11. 17. 19. & 24. *cum oleaster*, inquit, *esses*, id est Gentilis, *insertus es in illis*, id est in populum Iudaicum, & rursus, *fractis sunt rami, vt ego inserar*, id est Iudæi non credentes Gentiles reputati sunt; ego Gentilis cum essem, credendo Iudæus factus sum. Hæc eadem est causa, cur D. Ioannes in Apocaly. omnium prædestinatorum numerum ad duodecim tribus Israel retuocauerit; *Ex tribu*, inquit, *Iuda duodecim millia signati, &c.* ca. 7. 5. & in portis cœlestis Ierusalem, quam cap. 21. 12. describit, nomina duodecim tribuum Israel scripta se vidisse dixerit. Itaque Theophylacti & Euthymij non probo sententiam, qui existimant Apostolos solos esse Iudæos iudicaturos.

In scriptura nomine tribuum Israel omnes alii quandoque intelliguntur.

29. *Et omnis qui reliquerit.*] Chryso. Auctor imperfecti, & Theophylactus putant hanc esse sententiam, vt omnes, qui idem fecerunt, eundem honorem recipiant. Origenes vero, cuius opinionem probabiliorem arbitror, existimat Christum de alio inferiori hominum gradu disserere voluisse. Dixerat ante de iis, qui omnia sua bona vendidissent, dedissentque pauperibus, seque pauperes facti secuti essent: dicit nunc de iis, qui non omnia quidem sua aut vendiderint, aut pauperibus dederint, aut se in similitudinem Apostolorum secuti fuerint, sed tamen propter se aliquid reliquerint, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut vxorem, aut liberos, aut domum, aut agrum; illis enim non tantum quidem, quantum Apostolis honorem pollicetur: sed magnum tamen præmium promittit, fore, vt centuplum accipiant, & vitam æternam possideant. De vxore, quomodo propter Christum relinqui possit, nonnulli dubitant, quia dissolui non potest matrimonium. Respondet Chryso. & Euthymius ita dictum esse, *qui reliquerit vxorem, & centuplum accipiet, &c.* sicut dictum est cap. 10. 39. & 16. 25. *qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.* Non ergo vult Christus matrimonium dissolui: sed vult se vxori præferri, & si vxor virum impediat, quo minus Christum sequatur, vxorem relinqui non matrimonio dissoluto; sed facto diuortio. Vult, vt maritus potius vxorem; quam Christum perdat; vult spiritualia carnalibus anteponi, vt Fulgentius epistola 2. de fide vitali interpretatur. Quanquam & de matrimonij inter gentes dissolutione interpretari possimus, quorum alter si factus Christianus sit, alterque fieri Christianus nolit, neque cum Christiano sine religionis iniuria habitare, Christianus potest non Christianum dissoluto matrimonio derelinquere, vt 1. ad Corinth. 7. 15. docet D. Paulus, sed generalis sententia ad vnam speciem restringi non debet.

Centuplum accipiet. Id est infinitis partibus plura, ac meliora; sicut dixit D. Paul. ad Rom. 8. 18. *non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Numerus ergo finitus pro infinito positus est, vt constat ex Luca cap. 18. 30. qui non centuplum, sed *multo plura* accepturum dixit. Idem Lucas, & Marcus cap. 10. 30. addiderunt, *nunc in tempore hoc*, quod verbum, vt ait Hieronymus, Millenarius antiquit hæreticis occasionem præbuit suú errorem confirmandi futuros post resurrectionem mille annos, quibus iusti pro singulis rebus, quas in hac vita reliquissent, centenas essent accepturi, quos Hieronym. ita refellit, *Non intelligentes, inquit, quod, si in cæteris digna sit repromissio, in vxorem apparet esse iniquitate; vt, qui vnam pro domino dimiserit centum recipiat in futuro.* Itaque idem Hieronym. & eum secutus Beda, bonaque pars posteriorum interpretum sensum esse putant fore, *vt qui carnalia*, vt Hieronymi verbis vtar, *pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiat, quæ comparatione, & merito sui sta erunt, quasi si paruo numero centenarius numerus comparetur.* Quibus repugnat, quod Marcus dicit non solum centuplum in hoc sæculo accepturum, sed etiam explicat, quibus in rebus accepturus sit, *domos*, inquit, *& fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros.* Propterea Origenes, Auctor imperfecti, Theophylact. & Euthym. interpretantur centuplum in hoc sæculo accepturum, quia omnia inter Christianos communia quodam modo charitas facit; omnes enim viros fratres esse, omnes fœminas sorores, omnia bona communia, vt inter primos Christianos fuisse legimus Actorum quarto, trigesimoquinto. At Quomodo communes vxores, quæ inter Christianos maxime sunt propriæ? Quanquam dici potest charitate omnes vxores communes esse, quia ita omnes Christianos in Domino sicut viros suos diligunt. Sed ego tamen aliter interpretor centuplum recepturum, *& domos, & fratres, & matres, & filios, &c.* non quod illa recepturus sit; sed Christum, qui ei instar est omnium, quique nobis & pater, & mater, & frater, & soror, & vxor, & liberi, & domus, & possessio esse debet, sicut ipsemet docuit capit. 12. 49. 50. *Ecce mater mea, & fratres mei; quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Adnotauit D. Bernard. in declamatione in hunc locum hoc Christum Apostolis non dixisse, propterea quod domos, & agros, quos non habebant, non reliquissent. Atcerte patrem, & reté, quæ habebant, reliquerant, & ad primum verbum vocantem Christum secuti fuerant, capit. 4. 22. Propterea ergo hoc illis non dixit, quia maiora fecerant, illisque maiora promiserat, *sedebitis*, inquit, *& vos super sedes duodecim, &c.*

Quomodo communes vxores.

Calumniatorum propositum interpretatio contra doctrinā Ecclesiæ de meritis operum.

30. *Multi autem erunt nouissimi primi.*] Non apparet quorsum hoc Christus adnexerit. Chrysostomus & Euthymius existimant ideo addidisse, vt homines ad sequendam Euangelicam perfectionem propolito singulari præmio magis accenderet. Aliam etiam nobis causam suspicari licet, ne Apostoli nimia securitate confiderent, propterea quod omnium primi vocati fuissent; sed fic currerent non quasi in incertum; sic pugnarent, non quasi aerem verberantes: sed castigarent corpus suum, & in seruitutem redigerent, ne, cum aliis prædicarent, ipsi reprobi efficerentur, vt de Iesaite Diuus Paulus primæ, & Corinthios nono, vigesimosexto, vigesimoseptimo. Qua autem esset horum verborum sententia, nemo dubitare posset; nisi eam, vt solent, hæreticorum interpretes, peruertissent, dicentes præuidisse Christum futuros multos, id est omnes Catholicos, qui operibus bonis confiderent, illisque existimarent se vitam æternam promereri, ideoque primos inter Christianos se esse ducerent; in iudicio autem omnium vltimi futuri essent, id est à regno cœlorum penitus excludendi; arroganter enim Petrum meritis confisum dixisse. *Ecce nos reliquimus omnia.* Non erat dignus tam absurdus error cofutatione: sed expedit, vt lector hæreticorum interpretum peruersitatem intelligat. Primum eum Christus dicit *erunt primi nouissimi*, manifestum est non appellare primos eos, qui aut opinione sua, aut dignitate, & meritis primi sunt: sed qui primi vocati fuerunt, & ad vineam domini venerunt, vt subiecta statim parabola declarat capite vigesimo, decimosexto. Iti autem boni interpretes primos vocari putant, qui aut meritis primi sint, aut primi sibi esse videantur; perinde prorsus atque si nigrum album interpretentur. Deinde illorum opinione omnes *primi erunt nouissimi*, id est omnes à regno cœlorum excludentur, quia omnes, qui putant se vitam æternam mereri, primi sunt, & omnes à regno cœlorum excludentur; at Christus non dicit omnes; *sed multi erunt primi nouissimi*, indicans aliquos, qui primi fuerunt, primos etiam, cum denarius soluetur, futuros esse. Itaque non potuerit illi quicquam dicere ímagis Christi menti, & consilio contrarium: denique Christus dicit multos pri-

tos primos futuros nullos in regno cœlorum, id est excludendos esse: sed futuros nouissimos, id est minores multis, qui post illos venerunt. Loquitur enim de iis qui omnes denarium acceperunt; sed qui vltimi venerant primo loco, vt sequenti parabola declaratur. Nam quod Basilius putat in Reg. breuior. inter. 255. cum dictum est capite se-

A quenti decimo quarto, operario illi querenti, *Tolle quod tuum est, & vade*, iussu esse in infernum ire, merito nemini, quod sciam, probatum est: sed scilicet apud Caluinistas istud est egregium scripturæ interpretem esse Apostolos accusare; Christi mentem torquere, sensumque peruertere. Caluinista Apostolorum imperitiam accusant.

CAPVT XX.

SIMILE est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. 2. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. 3. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos. 4. & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustũ fuerit, dabo vobis. 5. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, & nonam horam: & fecit similiter. 6. Circa vndecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, & dixit illis: Quid hic statis tota die otiosi? 7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. 8. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à nouissimis vsque ad primos. 9. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. 10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. 11. Et accipientes murmurabãt aduersus patremfamilias. 12. dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. 13. At ille respondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum? 14. Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. 15. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? 16. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, multi enim sunt vocati, pauci vero electi. 17. Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secrete, & ait illis. 18. Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. 19. & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurgeret. 20. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. 21. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. 22. Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. 23. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. 24. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. 25. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis, quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. 26. Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. 27. & qui vult inter vos primus esse, erit vester seruus. 28. sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis. 29. Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa. 30. & ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt, quia Iesus transiret: & clamauerunt, dicentes: Domine miserere nostri, fili Dauid. 31. Turba autem increpabat eos vt tacerent: At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili Dauid. 32. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? 33. Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. 34. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

Sap. 19. d. 30. Mar. 12. d. 28. Luc. 21. f. 31. Mar. 10. d. 32. Luc. 18. f. 31. Mat. 10. f. 33.

Mat. 10. f. 41. Luc. 22. f. 25. Phil. 2. d. 7.

Mat. 10. f. 40. Luc. 12. f. 37.

IN CAPVT XXI.

1 SIMILE *est regnum cœlorum homini patrifamilias.* Id est ita se habet regnum cœlorum, quemadmodum si quis pater familias exiret primo mane cõducere operarios in vineam suam. Non enim regnum cœlorum homini comparat sed domui patrisfamilias, homines operariis, & negotium negotio simile esse dicit, id est quod accidit in regno cœlorum, & quod accidit in vinea patris familias: quemadmodum c. 11. 16. ex Hugone explicauimus, qui id optime omnium, & nescio an primus adnotauit. Regnũ autem cœlorum hoc loco, aut solam militãtem Ecclesiam, vt plerique, aut militantem simul, & triumphantem, vt nonnulli interpretari possumus. Nam in militante operarii conducuntur, in triumphante denarius soluitur. Tota parabola, quæ vsque ad versum decimũ sextũ, extenditur, facilis est: duo tantum in illa sunt, quę difficultatem habent: alterũ, quo tota spectet parabola, id est quorsum proposita sit: alterum, quæ sint eius partes necessariæ, & veluti

D propriæ, quæ ad sensum aliquid conferant, & quomodo intelligendæ. Hæc igitur duo nunc explicabimus, & necesse non erit vsque ad versum 16. vt folemus, verba percurrere. Hæretici cum variis modis exponant quorsum tota parabola tendat, & quis fit, vt ipsi loquuntur, illius scopus, nemo eorum scopum attigit. Nonnulli dicunt nihil aliud Christum declarare voluisse, quam æqualem futuram omnium beatorum gloriam, quia non propter merita, sed gratis dabitur, quemadmodum videtur versu decimo significari, vbi eundem omnes operarii denarium accipiunt. Credo istos non tam certo animi sensu hoc dixisse, quam metu, ne, si non dicerent

E omnes ex hoc loco, vt verba præ se ferunt, merita probarent, & voluerunt veritatem impudentia preuenire. Bene est, quod ista interpretatio magno ipsorum magistro Caluino non placuit. Quanquam ideo, vt opinor, non placuit, vt perniciosorẽ adhiberet, & suum de reprobatione errorem confirmaret, quasi nihil aliud probare Christus voluerit, quam Deum posse, & solere regnabare pro suo arbitrio, quos vult. Sunt enim inter Catholicos qui hinc tantum spectare parabolam putent, vt probet Christus Deum præter omnium opinionem alios plus, alios minus, quam sperabant datorum esse. Mihi non videtur alio interpretę, quam ipso Euangelista opus esse. Dixerat capite præcedenti extremo, *multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi*, id est totam parabolam; ergo hoc est, quod tota parabola significare, ac probare voluit multos qui primi fuissent nouissimos; multos, qui nouissimi, primos futuros esse. Id etiam ex conclusione parabolæ vertit decimo sexto, perspicuum est, vbi concludendo eadem repetit verba, *sic*, inquit, *erunt nouissimi primi, & primi nouissimi*. Firmat hanc opinionem, quod in Græcis codicibus, & nonnulla etiam manu scripris Latinis initio capitis causalis particula ponatur ad hunc modum, *simile enim est regnum cœlorum homini patrifamilias*: vnde perspicitur Christum per hanc parabolem præcedentem aliam sententiam probare voluisse, *multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi*. Itaque non debuit caput hoc vigesimum à præcedente distingui, ne malecta alium crederetur sententia, sed versu potius sequenti decimo septimo, vbi nouum argumentum Christus orditur. Verumtamen quisquis primus capta dilinxit, hoc non animaduertit. Non opus est hac ratione confirmata sententia hæreticorum interpretationem refutare: nihil enim mentes illæ scelestæ, vt eorum ignorantiam simul & malignitatem ostendas, non cognoscent. Tantum absit, vt doceare Christus voluerit, quod illi fingunt, æqualem omnium beatorum futuram gloriam, quia non meritis, sed gratis datur; vt contrarium omnino probare voluerit non omnium gloriam æqualem futuram esse; quia non gratis, sed meritis datur: quod autem datur meritis, non æqualiter omnibus; sed alius plus, alius minus pro cuiusque meritis datur. Id ita esse primum ex propositione, ad quam probandam inducta parabola est, plane intelligitur. Propositio vero est, *multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi*. Ibi autem de meritis, & præmiis agebat: vnde eius propositionis occasio sumpta est. Dixerat enim Christus adolescenti, *si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me*, hoc meritum est, & habebis thesaurum in cœlo hoc præmiũ est. Dixerat Petrus, *ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis præmium* vtique pro meritis postulat. Respondet ei Christus, *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel* præmium vtique promittit. Adiungit & generalem sententiam, *quicunque reliquerit domum, vel fratres, & cætera*. & hoc meritum est, *centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit*, & hoc præmium. Adiecit continuo, *multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi*, significat ergo propterea multos primos nouissimos futuros esse, quia quamuis primi venerunt ad vineam, minus autem laborauerunt, ideoque minorem mercedem meruerunt. Deinde ipsum initium parabolæ hæreticos refellit, *exiit*, inquit, *primo mane conducere operarios*: operarius enim est, qui propter mercedem, quam labore suo meretur, laborat, & *conducere* verbum iustitiæ, id est meriti, & mercedis est. Concludimus enim pacto pro meritis mercede; & verbis vigesimo primo, *conuentione autem*, inquit, *facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam*. Conuentionem ex denario facere iustitia vtique est, non solum gratia. Præterea verba quarto. *Ite*, inquit, *& vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis*, non potuit profecto apertius meriti, & mercedis iustitiam declarare. Atque hic, vt postea

Caluinus hæreticos damnat, quia dicunt, quod Deus possit damnare innocentes, contra ea, quæ Christus docet.

Damnatio de meritis & præmiis, ex parabola petita contra Caluinistas.

A dicemus, minus, quam primis operariis promittit, cum quibus ex denario diurno conuentionem fecerat. Propterea non denarium, sed quod iustum fuerit, illis promittit. Ad hæc versu decimo tertio, decimo quarto, operario de mercede conquerenti Œconomus respondet. *Amice non facio tibi iniuriam, tolle quod tuum est, & vade*. Quid est, *non facio tibi iniuriam*, nisi, quod iustum erat, tibi dedi? Quid est *tolle quod tuum est*, nisi, tolle, quod iustum est tolle, quod tibi debetur, tolle, quod meruisti, & vadit? Fingamus nullam esse ad probandam hanc sententiam coniecturam, tota ipsa parabola probaret, tota perpetuum esset argumentum: comparat enim

B Deum patrifamilias, homines operariis Ecclesiam vineæ, gloriã denario diurno; quemadmodũ ergo operarii in vinea laborantes denarium diurnum proprie, vereque merentur, ita quicunque Ecclesia Dei laborant, vere merentur vitam æternam. Finis ergo parabolæ est mercedem vitæ æternæ iustam tempori, quo quis laborauit, sed labori, & operi, quod fecit, esse reddere. Sæpe enim fieri, vt aliquis vna hora tantum laboret, quantum alius toto die, ideoque æqualem mercedem, id est eundem denarium acceptum esse, eodem plane sensu, quo Sapiens dixit eque quarto, decimo sexto. *Consummatus in breui explenit tempora multa*, id est cum breui tempore vir multa vixerit, tantum fecit boni, quantum multi, qui longo tempore vixerunt, propterea non debere quemquam antiquiore vocationis suæ gloriam *arunt enim multi primi nouissimi,*

C *& nouissimi primi*. Patefit aliquis obscure, cur ergo idem omnibus denarius datus est, quis videtur æqualitas gloriæ significari? Respondeo, quia Christus tantum voluit, probare plus aliquem breuiori tempore, quam alium longore laborare. Cur ergo non plus denario dedit eis, qui vndecima hora venerunt, siquidem nouissimi primi futuri erant? Respondeo eosdem eo fuisse extremo præditos, quod, cum nouissimi venissent, primi omnium denarium acceperunt. Eundem igitur acceperunt denarium, quia tantum vna hora, quantum cæteri tota die laborauerant: primi autem acceperunt, quia hoc ipsum egregiæ fuit laudis, quæ primum locum inter eos, quibus merces soluebatur, meruerunt, quod tantum vna hora, quantum alii multis laborassent. Nam æquale opus æqualem mercedem, maiori diligentia, & breuiori tempore primum locum meruit. Obiici etiam potest, quod versu decimo quarto dicitur, *tolle quod tuum est, & vade*: *non licet mihi quod volo facere?* quibus verbis videtur significari denarium non ex merito & iustitia, sed ex sola patrisfamilias voluntate datum esse. Respondeo hoc eum fuisse causam, cur pater familias ita responderit; sed quia voluit patrisfamilias decorum seruare; non conueniebat autem personæ patris familias, vt vili operario declararet, cur tantum nonissimis, quantum primis daret: sed iaquam dominum dicere, sic volo, sic iubeo. Nam & prudentes domini seruis rationem quæ eundas, cur hoc, vel illud iubeant, eramsi minimam habeant consiliorum suorum rationem; non solent tamen rationem reddere, sed

D pro ratione suam exponere voluntatem, cur iubes? quia volo. Adde quod noluit prudens pater familias conquerentem operarium pudore suffundere, quod vtique fecisset, si rationem illi exposuisset, cur tantum nouissimis, quantum primis daret, quia tantum nouissimi, etiamsi illi laborassent. Hoc enim fuisset eos, & alios eum primi venerant, negligentiam obliquo iubratore, quod & Chrysostomus obiicuam. Pertinet ad hunc locum, quod Theophylactus in commentariis in epistolam ad Romanos capite nono, decimo nono annotauit, soleri Deum, cum agressum hominibus non malignus, & inuocabilis, facturum suorum cuius-

E pro-

rem reddere, cum tamen aga cum malignis, & querulis, suam solam allegare voluntatem, quis digatmon sint, vt rationem illis Deus reddat. Huius rei in scriptura infinita sunt exempla, quorum nonnulla Theophylactus recitat, hoc autem vnum est, nam quis ita operarius præter rationem, & maligne quereb atur, non aliter ille pater familias respondet, quid *tolle quod tuum est, & vade: nolo autem & huic nouissimo dare, sicut tibi, & an non licet mihi quod volo facere?* Cum tamen præcedant in capite, cum Christus cum Apostolis, & aliis docti oribus ageret, eadem explicauerit, cur alios minus, alios maiora darit præmium. Nam seruantibus tantum mandata propositus vitam æternam versu decimo septimo, vendenti autem omnia quæ habebat, & superfluum danti, sequi Apostolorum more sequenti promissit thesaurum in cœlo, id est immortale, & excellentiorem gloriam versu vigesimo primo, maiorem adhuc Apostolis, quia non solum omnia reliquissent, sed Euangelii causam prædicaturi omnibus fuerant essent. *Sedentes*, inquit, *& vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël*, versu vigesimo octauo. Maiorem vero, qui pauciora reliquisset. *Qui reliquerit*, inquit, *domum aut fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit*, versu vigesimo nono. Hactenus explosimus, quæ huius parabolæ finis esse, in quem omnia ipsa sententia dirigeretur. Reliqua alteri differentes est, quæ sint eius propriæ partes, & necessariæ, & quid quæque significet. Nam vt sæpe nominauimus, & hoc loco Chrysostomus docet, in omni parabola sunt quædam, quasi propria eius membra, aliæ necessariæ, sine quibus stare sententia non posset; aliæ quasi adiuncta, &, vt ego vocare soleo, ambitus magis vel ad explicandam, vel ad ornandam parabolæ narrationem. In hac ego parabola octo ego partes necessarias esse arbitror. Prima est paterfamilias, qui ad vineam suam operarios conduxit. Hunc plerique Deum interpretantur, cuius vinea est, & de quo Christus dicit *pater meus agricola est*. Ioannis decimo quinto, primo, & vltima parabola declarat capite sequenti versu vigesimo octauo, & trigesimo tertio, & Marci duodecimo primo, & Lucæ decimo tertio, sexto, & sicut Deus suum propheta populum suum vineam sæpe passim appellat, vt Hosæ tertio, decimo quarto, & Isaiæ 5. 1. 7. & 27. 2. & 32. 12. & Ieremiæ secundo, vigesimo primo, & duodecimo, decimo, & Ezechielis 15. 6. 7. 8. & Ioelis 1. 7. 12. Sic Irenæus interpretatur libro quarto, capite septuagesimo, & Athanasius, aut quisquis auctor est, quæstione quinquagesima secunda, & Gregorius homilia decima nona in Euangelia, & Beda in enarrationis ad hunc locum. Alii Christum intelligunt, qui semper in hunc mundū, qualium forum exierit, vt in vineam suam conduceret operarios: cum enim fuisset, qui olim Patriarchis apparebat, & Prophetis loquebatur. Ita Hilarius canone in Matthæum vigesimo, & Auctor imperfecti homilia trigesima quarta, & Theophylactus hoc loco. Vtrumque probabile. Secunda parabolæ pars est diei, cuius mane paterfamilias in forum exiit, & cuius vesperi mercedem operariis solutam fuisse, quæ ipsum plerique putant totum significare tempus, quod inter initium, & finem mundi ma riscitum est, vi Irenæus libro quarto capite septuagesimo, Origenes tractatu in Matthæum decimo, Hilarius canone vigesimo, Opeat. Millenar. libro quarto, contra Parmenianum, Auctor imperfecti homilia trigesima quarta, Gregorius homilia decima nona, in Euangelia, Beda hoc loco: quamquam nonnulli illud contendat, quod eorum sit per vesperam tempus vltimi iudicii significari, cum mercenarium denarius, id est mercer secundū opera reddenda est: hic ergo vesperæ eius dies, qua tempus vltimi iudicii, mane erit mundi initium.

A Totus vero dies, quæ cuiq; inseruiret temporis. Alii non totum hoc fæculum, sed tempus, quod est a primo aduentu Christi ad secundum, dicunt de quo hoc agitur, esse putant, vt Athanasius quæstione quinquagesima secunda. Alii vniuscuiusque hominis ætatem esse dicunt, vt Christus significet eum eiunt, *ambulare dum lucem habet*. Ioannis duodecimo, trigesimo quinto, & *me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari*: capite nono, quarto, noctem cuiuscque mortem appellans: sic Hieronymus, & Chrysostomus intelligunt: & eam sententiam magis etiam, quam alteram Origenes videtur approbare. Ego quidem certe magis probo, quis vt paulo post dicturi sumus, non refertur consilium Christi, qua quisque tempore vocatus ætate: sed qua ætatis suæ parte vocatus sit. Tertia pars est vineæ, quā nonnulli vtilitas, & mandata Dei interpretantur, quæ, vt colant homines, vocantur, vt Irenæus libro quarto, capite septuagesimo, Chrysostom. Auctor imperfecti, & Euthymius hoc loco.

Alii totum mundum, vt Athanasius quæstione illa 52. Alii cuiusque animam, quam iubetur excolere, vt Theophylactus. Alii Ecclesiam, vt Origenes & Gregorius homilia in Euangelia 19. hoc postremum probabilius. Quarta pars est hora prima, tertia, sexta, nona, & vndecima, quod quæque significent. Authores, qui totum diem vniuersam mundi ætatem interpretantur, horam primam fuisse dicunt ab Adam vsque ad Noe, tertiam à Noe vsque ad Abraham, sextam sub Abraham vsque ad Moysen: nonam à Moyse vsque ad Christū, vndecimam a Christo vsque ad finem mundi, quo videri aliquere Diuus Ioannes cum dicit nouissimum horam esse 1. epistol. canon secundo, decimo octauo. sic Hilarius, Auctor imperfecti, Gregorius, Beda, & Theophylactus, quam opinionem, & Hieronymus recitat, sed non probat. Alii diuersas horas diuersas cuiusque hominis ætates esse intelligunt, primam horam esse infantiam, tertiam pubertatem, sextam ætatem virilem, nonam ætatem in senectutem inclinatam, vndecimam decrepitam. Nam nonnulli a prima infantia, & ab vtero matris vocatos fuisse, vt Samuel, Ieremias, Ioannes Baptista, alii alis arguntur. Sic Diuus Basilius in regulis breuioribus interrogatione 224. Diuus Hieronymus, Beda, & Euthymius hoc loco, & Fulgentius epistola septima, quam opinionem & Theophylactus probat. Ego non dubito, quin diuersæ horæ non diuersas mundi, sed diuersas cuiusque hominis ætates significent, quia, vt diximus, hac tota spectat parabola, vt Christus doceat eos pios minori tempore, quam alios multo laborare: vt autem hoc probet nihil refert, vtrum mundi ætate, sed quo ætatis suæ tempore quisque vocetur. Quæ autem sit prima, quæ tertia, quæ sexta, quæ nona, quæ vndecima hora, non arbitror esse huiusmodi inquirendum, ne minus sententia retringi videatur. Nam quod Christus diuersas horas nominauerit, id ad parabolæ significationem necessarium est, quia docere volebat plusalios breuiori tempore, quam alios sumpsisse laborare. Quod autem, has quinque horas nominauerit, id non necessario, sed ex consuetudine fecit, & vt parabolam ornaret. Solebant enim veteres ludæi, sicut & multæ aliæ gentes, totum diem à solis ortu vsque ad occasum in duodecim æquales partes distribuere, quas horas appellabant, sicut Christus apud Ioannem capite vndecimo, nonne dicit *nonne duodecim sunt horæ diei?* quæ eodem die æquales erant, diuersis vero diebus inæquales: fuerunt omnes inter se dies inæquales sunt. Itaque prima hora erat diei, qua sol oriebatur, tertia media inter solis ortum, atque meridiem vtrinque æqualiter distans, sexta meridies, nona media inter meridiem, & solis occasum tribus vtrinque horis distans. Vndecima, vna hora ante solis occasum.

occasum. Diuidebant rursum totum diem in quatuor partes, quarum vnaquæque tribus constabat horis, & nocte m in quatuor vigilias distribuebant, quarum vnaquæque tres horas continebat. Hæc est causa, cur frequentius in scriptura hora prima, tertia, sexta & nona, quam certæ diei horæ nominentur: quia præcipuæ diei partes afficiebant: propereas etiam eas Christus hoc loco nominauit, vt quicquam nouit mysterij significaret: sed quod iam diximus, alios prius alios posterius à Deo vocari. Cur ergo, dicet aliquis, non quatuor, sed quinque horas nominauit? In promptu est responsio, quia volebat initium primæ, quarūe partes dari, & finem vltimæ explicare, vt doceret alios initio vitæ suæ, alios sub finem vitæ vocari. Quinta pars est forum, in quod paterfamilias dicitur exiisse, vt conduceret operarios, per quod recte Origenes & Auctor operis imperfecti intelligunt totum mundum, qui extra Ecclesiam est, in quo homines tot sunt, aut otiosi, aut festis laribus negotiis occupati, & inde in Ecclesiam, tanquam in vineam, vocantur. Sexta pars est denarius, quidem omnibus datus, quo nos eū dubium salutem, ac vitam æternam significari, in eoque Auctores omnes conueniunt. Solus D. Basilius in breuioribus regulis interrogatione 235. ita videtur interpretari, quasi denarius præmium aliquod huius vitæ significet, quo etiam qui damnantur, donari soleant: sic enim, vt diximus, exponit aliud, quod versu decimoquarto dicitur, *tolle quod tuum est, & vade*, quasi operarius ille accepto temporali aliquo præmio, quod meruerat in infernum migrat. Sed id iam diximus non magnam speciem habere probabilitatis. Potest dubitari, cur denario potius, quam alteri pecuniæ generi vitam æternam comparauerit. Respondet Irenæus libro quarto, capite septuagesimo, propterea quod denarius imaginem regis haberet, & qui fidei erant, conformes fierent imagini filij Dei, vt D. Paulus ad Romanos 8. 29. & *reformet abet corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*, Philippenses 3. 21. Et quidem hoc scimus, sed allegoricum; nec aliam ego causam fuisse arbitror, cur potius denarium, quam aliam pecuniam nominauerit, quam, vt accommodate ad consuetudinem loquerentur. Est autem credibile vitam hanc operationum in singulis diebus mercedem fuisse denarium, qui, vt cap. 18. 28. diximus, quinque aut sex obolos, id est Gallicos solidos continebat. Quæri Chrysostomus quid causæ fuerit, cur paterfamilias cum iis illis, quos primo mane conduxit, ex denario conuentionem fecerit: cum alios autem conuentionem non fecerit; sed tantum dixerit, *& quod iustum fuerit, dabo vobis*. Credo etiam in ea re vulgarem eum nimendimem secutum esse Christum, non enim tolerans eorum mercedem pangere, antis operatus, quos mane conduximus, vt loco laborem dies; si qui serius venient, quasi nihil eo die laturi sint, nihil certi policeatur; tantum pronuntiamus aliquid nos illis daturos esse: hoc est, quod ait, *& quodcunque iustum fuerit, dabo vobis*. Quare etiam idem, & Euthymius, cur Deus non omnes itaque primo mane vocet. Respondent omnes vocari, sed non omnes vetere velle, quod & Origenes indicat, argumentum esse ex re, quod paterfamilias, quotquot in forum iuerit, conduxerit; omnes ergo primo mane Deus vocat, quamadmodum & per Prophetam dicit, *Ego misi ad vos mane seruos meos, & loquens, & non audistis* Ieremiæ 7. 13. & rursum *mane consurgens consolatus sum, & dixi, audite verbum meum, & vos audiuistis, nec inclinastis aurem vestram*. Ieremiæ 11. 7. 8. & iterum, *Ego autem intuitus sum ad vos de mane consurgens, & loquens, & non audiebatis mihi*, Ieremiæ trigesimo quinto, decimoquarto. Quam ob rem quod operarius ille respondeat versu septimo, *quia nemo nos conduxit*, excusationis causa non vera dictum esse Chrysostomus

vt Chrysostomus ait, adeo magnam mercedem multos, qui vltimi venerunt, accepturos, vt si fieri posset, vt beati murmurarent ob mercedis magnitudinem murmurator esset. Simile quod vers. 14. & 15. dicitur. *Volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi, & an non licet, mihi in meis facere, quod volo?* Sic enim Græce legitur, & ad hunc modum Latinam verbionem corrigendam puto. Quibus verbis, vt supra disputauimus, non indicatur Deum pro sua tantum voluntate, nullaque habita iustitiæ ratione vitam nobis æternam daturum esse: sed dicitur, quia credibile est ita reliquorum fuisse parentis familias, si alij operarij sine vlla causa murmurauissent; aut, si quam hoc habet significationem, illud tantum significat non debere Deum quam ob rem alijs plus, alijs minus mercedis dederit, ratione eis nobis reddere. Hæc vt diximus, & si qua sunt alia generis eiusdem, si quis ad aliquod significandum voluerit subtiliter trahere, non solum operam perdet, sed in periculum etiam incurret multa aut falsa, aut ridicula, aut certe aliena comminiscendi; quisquis enim, quod non est, quærit, aliquando fit vt fingit, quod illud, quod quærit esse videatur. A mendacij autem labem incurrere, quam nihil. Præmunendum autem humanum ingenium est, ne sua sibi libido ac intemperanter, & in rebus sup. erantibus abutantur.

16. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.*] Mirum videri potest, cur hanc sententiam Christus adnexerit, cum minime præcedenti congruere videatur. In superiore enim parabola de iis tantum dictum est, qui omnes salui futuri sunt, omnes enim denarium, id est, vitam æternam acceperunt: hic autem agit de iis, qui cum vocati fuerint, non omnes sunt salui; sed plerique damnantur. Hoc vix apud illum interpretem explicatum inuenio: sed ita tamen existimo voluisse Christum ex vna specialique sententia sententiam, & generalem concludere. Probauerat per parabolam non omnes æqualem mercedem recepturos esse: sed futuros multos primos nouissimos, multos nouissimos primos esse, quia non omnes, qui vocati venient ad vineam, eadem diligentia laborant; concludit nunc generaliter non omnes, qui vocati sunt, mercedem accepturos; quia plerique vocati venire volunt: quemadmodum supra ex Origenis, Chrysostomi & Euthymij sententia declarauimus. Sic Christus in præcedenti cap. versu vigesimotertio, ex occasione vnius adolescentis, qui diuitijs suis impeditus Euangelica consilia sequi noluerat, generalem sententiam de omnibus diuitibus, & non iam de consiliorum, sed de præceptorum obseruatione concludit difficile esse, diuitem in regnum cœlorum introire. Non ergo significamus non omnes esse vocatos, omnes enim vocat, qui ideo venit in hunc mundum, vt peccatores vocare ad pœnitentiam cap. 9. 13. Omnes enim peccatores erant; omnes vocauit *qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* 1. Timoth. 2. 4. omnes vocauit, qui pro omnibus mortuus est. Cur ergo non dicit omnes, sed multos vocatos esse? quia omnes multi sunt, & voluit multos paucis opponere, non omnes nullis, sicut D. Paulus ad Roman. 5. 13. *Sicut, inquit, per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi; ita & per vnius obedientiam iusti constituentur multi.* Nam per vnius hominis inobedientiam non solum multi, sed etiam omnes peccatores constituti fuerant, sicut idem Paulus paulo ante versu duodecimo dixerat, *& ita in omnes homines mors pertransit*, & versu decimo octauo, *igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem*: propterea ergo dixit paulo post per vnius hominis inobedientiam multos esse peccatores constitutos, vt multos opponeret vni & non solum sententiæ, sed etiam orationi elegantiam adhiberet. Eodem modo hoc loco dicit Christus multos vocatos, paucos electos, per multos omnes intelligens. Id ex altera parabola nuptiarum, quam capite vigesimosecundo, proposuit, perspicuum est, vbi non solum omnes ad nuptias vocati, sicut & eiusdi, electi, & quotquot in planeis erant, sed compulsi etiam intrare. Et tamen eodem modo parabolæ concludit, *multi sunt vocati, pauci vero electi*, vbi certum est multos non omnibus, sed paucis opponere. Omnes enim vocati fuerant.

Scriptura sæpe multos dicit pro omnibus.

17. *Et ascendens.*] Multis locis in vetere Testamento Rabbinorum eam mentem refutauimus, qui putant Ierusalem altissimum totius orbis terrarum locum esse, ideoque ire in Ierusalem ascendere esse, quod vndique eo ascendatur. Nam si de loco, situque loquuntur, nullus est in rotundo terræ corpore altero altior, si de monte, multi sunt etiam longe altiores. Solet ergo scriptura dicere ascendere in Ierusalem, vel quia vna eius pars in monte Sion posita erat, vel quia Hebræi, & multo magis Chaldæi, & Syri, quorum lingua Christus loquebatur, ascendere dicunt pro ire. Marcus capite decimo, trigesimosecundo, sic narrat, *Erant autem in via ascendentes Ierosolymam & præcedebat eos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant.* Vbi & Christi ad mortem eunti alacritas, & Apostolorum admiratio, timorque significatur. Mirabantur Christum tam erecto, & intrepido animo Ierosolymam ire, vbi se multa passurum sæpe dixerat c. 16. 21. & 17. 22. timebant illi, ac fibi. Præcedebat autem Christus, vt viam Apostolis ad crucem offenderet, docereque, quam prompti, cum opus esset, obire mortem deberent. Inde D. Paulus verus Christi discipulus dicebat Act. 21. 13. *Ego enim non solum alligari sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu*, quemadmodum Orig. obseruauit.

Ascendere quid sæpe apud Hebræos significet.

Assumpsit.] Segregauit vt cap. 16. 22. noluit enim discipulis coram omnibus dicere, ne res euulgata aut impediretur, aut mors ab ipso videretur procurata. Possumus etiam interpretari *assumpsit* aggressus est eos alloqui. Hoc enim verbum etiam significat, vt illic docuimus, & ea significatio recte conuenit in hunc locum.

18. *Ecce.*] Videtur hæc particula hoc loco tempus iam instans indicare.

19. *Et tradent eum gentibus.*] Pilato & exteris Romanis. Est autem antithesis inter Iudæos, & gentes, quasi inter amicos, & hostes: quasi dicat, non erunt contenti Iudæi filium hominis ipsi per se supplicijs afficere; sed hostibus eum tradent, vt grauius etiam crucietur, & interficiatur. Illis enim non licebat interficere quenquam, Ioan. 18. 31. scribit Lucas capit. 18. 34. *& ipsi nihil horum intellexerant.* Quod non ita intelligendum est, quasi Christi verba non intellexerint, quibus signi fecerat se ad mortem progredi; sed ita vt mortis eius mysterium non comprehenderint; neque cognouerint morte sua Christum salutem vniuerso hominum generi allaturum, quemadmodum prudenter D. Chrysost. omnes animaduertit. Si enim verba non intellexissent, nec mirati fuissent Christum stantem, neque mortis periculum timuissent, vt Marcus scribit capite decimo, trigesimo secundo. Potest aliquis obiicere cur Dominus Ierosolymæ appropinquans Apostolis dixerit. Respondet Chrysostomus, vt eos ad patientiam, & animi constantiam præmuniret, vt cap. 16. 21. & cap. 17. 22.

Hæreticis nihil licet accusare Apostolos præsertim accusantibus.

20. *Tunc.*] Id est cum videret eius mortem instare: ambit enim veluti morturi hominis hæreditatem. Accedendi namq; ad Christum, & honoris primum filijs suis locum in regno petendi occasio fuit. 9. paulo ante de proxima sua morte locutus esset Christus, vt Hieronym. Beda, & Euthym. obseruarunt.

Mater filiorum Zebedæi.] Salome, vt annotat Author imperfecti & vt ex Matth. Marcique comparatione colligitur. Nam quam Matthæus capit. 27. 56. vocat matrem filiorum Zebedæi, Marcus capit. 15. 40. apostolos, supra dixi: Euangelista capit. 10. 3 Marcus cap. 10. 35. scribit ipsos filios Zebedæi ad Christum accessisse, dixisseque *Magister, volumus, vt quodcunque petierimus, facias nobis*, quod etsi videtur esse, non est tamen contrarium, quia dixisse dicuntur quod per matrem suam, non per se dixerunt, vt Auguſt. libr. 2. de consensu Euangelistarum cap. 64. & Chrysostom. homil. 66. respondent. Simile exemplum habuimus supra capit. 8. 5. vbi Matth. dicit Centurionem quendam ad Christum accessisse, rogasseque, vt seruum suum paralyticum sanaret, cum Lucas capit. 7. 3. non ipsum Centurionem: sed per amicos suos accessisse, rogasseque dixerit. Dubium an Apostoli matrem solicitauerint, atque suaserint, vt hunc sibi à Christo honorem peteret: quasi facilius mulier, &, vt multi existimant, Christo cognata (sororem enim beatæ Virginis fuisse credunt) esset quicquid peteret impetratura, & filij pudorem, atque aliorum Apostolorum inuidiam effugerent: quasi non ipsi, sed pro ipsis mater, vt cæteris præponerentur, petiisset. Sic multi sentiũt Auctores, Augustin. libro 2. de consensu Euangelistarum cap. 63. Chrysostom. Auctor imperfecti, Theophylact. Euthym. hoc loco, & Gregorius homilia in Euangelia 27. Alij matrem per se pro filijs solicitam nullius eorum impulsu petiisse credunt, vt Hilarius canone in Matthæ. 20. & Ambros. libro 5. de fide capit. 3. quod valde mihi probabile videtur nolenti de Apostolis male iudicare. Nam aliorum Auctorum argumentum, quo matrem à filijs submissam probant, quod nonilli; sed filius Christus respondeat versu vigesimosecundo, *nescitis quid petatis, & rursum, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* facile solui potest; propterea illis respondisse, non quod illi per matrem: sed quod pro illis mater petiuisset. Placet etiam mihi pietas Ambrosij, atque Hieronymi, qui matrem ipsam excusant. Ambros. quidem his verbis, *Consideremus*, inquit, *quæ sua filijs, & pro filijs petat; mater est vtique, cui pro filiorum honore solicitæ immodestior quidem: sed tamen ignoscenda mensura votorum est. Atque mater ætate longæua, studio religiosa, solatio destituta, quæ tunc temporis, quando vel tuenda, vel alenda foret valida proli auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, & voluptati suæ mercedem sequentium Christum prætulerit filiorum.* At paulo infra, *Et si error*, inquit, *est, pietatis tamen error est: nescisse enim materna viscera patientiam; etsi vocis aurata, tamen venerabilis cupiditatis, quæ non petuniæ est auida, sed gratiæ. Nec inuerecunda petitio, quæ non sibi, sed liberis consuleba t. Matrem consideremus, matrem cogitate.* Hieronym. autem sic: *postulat mater filiorum Zebedæi errore mulierbri, & pietatis affectu nescions, quid peteret.* quis etiam inter eos Auctores, qui filios matrem subornasse dicunt, Auctor imperfecti sic eos excusat, quod nihil temporale, nihil carnale, nihil ambitiosum: sed solum spirituale perfectionem postulauerint: quod & de matre dicit Ambros. si peccandum est, præstat in hanc partem cum tam bonis Auctoribus, quam cum hæreticis in contrariam peccare semper Apostolos accusantibus.

Excusantur filij Zebedæi, eorumque mater.

Adorans. προσκυνῶν. Inclinans se, aut genua flectens, quod eo pertinebat, vt Christi sibi gratiam, beneuolentiamque conciliaret.

Et petens aliquid.] Aliquid hoc loco non diminutionem, sed incrementum potius videtur significare, quasi dicat petens magnum quiddam ab eo; sic enim Græci loquuntur αἰτεῖν τι esse aliquid, id est esse magnum: sicut & Galli solent dicere, videtur sibi aliquid esse, id est, magnus esse vir, quemadmodum Paulus loquitur Actorum 23. 17. *Adolescentem hunc perduc ad Tribunum, habet enim aliquid indicare illi*, id

est rem magni momenti. Hanc ob causam, vt opinor, expositi Euangelista illam adorabundam accessisse, vt indicaret voluisse magnum aliquid postulare. At cur non statim dixit, quid postulauerit? quia voluit rem, vt gesta erat, exponere; illa autem initio non declarauit quid vellet petere, sed generaliter rogauit Christum, vt, quicquid peteret, sibi concederet, vt intelligitur ex Marco capite decimo, trigesimoquinto. *Volumus, vt, quodcunque petierimus, faciat nobis.* Illa enim verba, vt paulo ante docuimus, quamuis filius Marcus attribuat; non à filijs, sed à matre dicta sunt. Accessit ergo supplicabunda mulier, dixitque, volo, aut rogo, vt, quicquid petiero, mihi concedas; solent enim, qui aliquid volunt petere, quod, an impetraturi sint, dubitant, non statim, quid sibi dari velint, declarare, ne, si declarauerint, sibi negetur: sed generaliter, atque confuse dicere quiddam habeo, quod te rogem; sed velim mihi prius te facturum promittas: quemadmodum mater Salomonis libro 3. Regum c. 2. 20. filium rogat. *Petitionem vnam parandam ego deprecor à te, rogo ne confundas faciem meam.*

Hebraismus.

21. *Quid vultis.*] *Mater*, inquit Hieronymus, *postulat & Dominus discipulo loquitur intelligens preces eius ex filiorum descendere voluntate.* Sed iam diximus potius filijs, non matri respondere, quia etsi non eorum impulsu, tamen pro eis mater postulauerat.

Dic.] Hebraismus pro iube, statue: ficut c. 8. 8. *tantum dic verbo & sanabitur puer meus.*

Vt sedeant.] Nonnulli Auctores, in quibus Euthymius existimant moratum fuisse eam mulierem, vt hoc peteret, ex verbis Christi capite 19. 28. *Sedebitis & vos super sedes duodecim.* Cum enim intellexisset omnes Apostolos in regno Dei circum Christum sessuros esse, optabat, vt duo filij sui proximi illi astiderent, alter ad dexteram, alter ad sinistram. Putat enim Euthymius Petrum timuisse, quem videbat omnibus in rebus cæteris Apostolis anteponi.

22. *Nescitis quid petatis.*] Plerique ita interpretantur, quasi propterea dicat eos nescire, quid petant, quia non spiritualia: sed carnalia petebant, quasi Christus more regum temporaliter esset regnaturus, & principes viros habituros aliquos, qui ibi assiderent: quorum eo quisque esset honoratior, quo propius se sederet. Alij diuerso penitus sensu non carnalia, sed spiritualia petiisse; tamen propterea Christum dixisse *nescitis, quid petatis*, quia rem maiorem, meliorem quæ petebant, quam existimabant, quemadmodum Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus exponunt. Alij bonum quidem, & spirituale eos petiisse: vt cæteris Apostolis virtute, ac meritis antecellerent: sed non eo ordine, quo debebant; quia petebant ante victoriam triumphum, vt exponit Auctor operis imperfecti, quam interpretationem videntur illa verba confirmare, *potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* quasi viam illis demonstret, qua ad dexteram, & sinistram suam ponerent. Nescitis ergo quid petatis, quia, etsi quod petitis, bonum est, tamen non intelligitis triumphum ante victoriam nec dari posse, nec promuti. Alij, bonum quidem petitis, sed non bene intellectum: putatis enim occupari precibus posse, cum eiusdem sit, vt non petentibus ici meritibus dari possit: Omnes istę interpretationes probabiles: probabilissima postrema.

Hæretici interpretationem accusant.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?] Hæreticorum interpretes, qui hoc ad calicem Eucharistiæ referentium existimant, omnino mihi videntur delirare; quis enim calicem illum bibere non potest? Dubium igitur non est, quin Christus passionem suam, & mortem calicem appellet, vt capite 26. 39. & Mar. 14. 36. & Lucæ vigesimosecundo, quadragesimosecundo & Ioan. 18. 11. Cur autẽ passio, ac mors calix appelletur, minus copertũ. Chrys. Euthymius, & Theo-

Vetera hæreticorum interpretatio.

Cur calix mortis ac sectis passio appellata.

& Theophylactus ideo vocari putant calicem, quod eam Christus non minus libenter obierit, quam si poculum vini biberet. Parum conuenienter Christo metaphora præterquam quod ista ratione sola Christi mors, non aliorum, calix appellaretur. Credo ergo metaphoram ex antiqua consuetudine ductã, qua solebat damnatis ad mortem poculum veneno plenum porrigi, vt ea ratione vitam finirent; quemadmodum Athenis Socrati ab Areopagitis datum legimus inde factum, vt mors ipsa & supplicium calix, siue poculum appellaretur, vt Psalm. 115. versu 13. *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*, id est morte libens, & nomen Domini innocãs subibo, vt hoc loco Origenes, & Hieronymus interpretantur. Sequitur etiam, *pretiosa in conspectu mors sanctorum eius*. Scio aliam etiam esse in Scripturis metaphoram calicis ex vetere deductam more, quo inter lueẽdos pater familias, aut quisquis in conuiuio honoratissimus erat, vinum pro suo arbitrio temperabat, & vnicuique conuiuæ alii plus, alii minus distribuebat. Itaque aliis melior, aliis peior portio contingebat. Qua ratione factum est, vt vniuscuiusque hominis fors, quæ à Deo immittitur, siue bona, siue mala, calix appelletur; bona vt Psalmo 15. 5. *Dominus pars hereditatis meæ, & calicis*, & Psalmo 22. 5. *Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est?* Mala vt Psalmo 107. *Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum*, & Psalmo 74. 9. *Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fex eius non est exinanita*. & Psalmo 59. 17. *Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quia bibisti de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces*. Simile est exẽplum apud Ieremiam capite 25. 15. & capite 51. 7. & Thren. 4. capite 21. & apud Ezech. 23. 31. 32. 33. Marc. capite 10. 38. ait, addidisse Christum, *& baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* quod alia metaphora significat; nam & baptismus pro passione, & morte poni solet, vt Luc. 12. 50. *baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, &* 1. ad Corin. 15. 29. *quid facient, qui baptizantur pro mortuis?* id est qui pro defendenda mortuorum resurrectione appetunt mortem. Vnde factum, vt & martyrium baptismus appelletur. Metaphora, vt opinor sumpta est ab iis, qui, vt moriantur, in mare submerguntur. Græce enim baptizari idem est, atque submergi. Itaque quod Origenes, Chrysostomus, Theophylactus dicunt propterea Christum mortem suam baptismum appellauisse, quod sicut per mortem, sic & per baptismum peccatorum expiatio facienda esset, non probo: minus etiam, quod auctor imperfecti dicit metaphoram à lana rubeo colore tincta sumpcam esse: sic enim Christi mortem sanguine fuisse rubeam. Quod autem Christus rogat Apostolos, an possent calicem bibere, quem ipse bibiturus esset, non ignarus rogat: sed hominum more, qui triumphum petentem rogare solent, an possit hostes debellare. Ostendit autem illis viam, qua ad eum honorem quem petunt peruenire possint; ostẽdit vero & verbis, & exemplo; verbis, cum rogat, *potestis bibere calicem*, exemplo, cum dicit, *quem ego bibiturus sum?* præcedit enim, tãquam bonus dux ad pugnam inuitans, vt ait auctor operis imperfecti. Sic Diuus Paulus ad Philippens. 2. 5. 6. 7. 8. 9. *hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui, cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum*, & ad Romanos octauo, decimo septimo. *Si autem filii, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur*, & 2. ad Timo. secũdo, quinto, *non coronabitur, nisi qui legitime certauerit*, & versu duodecimo. *Si sustinebimus, & conregnabimus*.

Diog. Laert. lib. 2.

Baptismus in scriptura pro morte & martyrio.

Possumus.] Multi auctores existimant, quemadmodum temere, & ambitiose honorem petiuerant; ita quoque temere, ambitioseque respondisse se posse ealie em bibere, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius. Alii, quemadmodũ paulo ante, quod nesciebant, postulauerant: ita nunc, quod non intelligebant, promisisse; non quod non intelligerent Christum de morte locutum fuisse: sed quod nescirent quid esset mori; & dulce bellum inexpertis, vt Auctor imperfecti interpretatur. Malo ego credere nec temere, nec insciẽter: sed amãter, & vere respõdisse separatos esse, vt pro Christo morerentur, vt postea exitus docuit. Nam quod hæreticus nobis obiicit interpres, paulo post initio pugnæ omnes Apostolos diffugisse, facile excusari potest, propterea fugisse, quod nihil Christum iam comprehensum iuuare possent, quod & Caluinus, vt erat homo prudens, factorus, vt opinor, fuisset. Et tamen Ioannem alterum ex duobus filiis Zebedæi vsque ad crucem legimus secutum fuisse Christum.

Calvinus in postea exitus docuit.

harm. Apostoli contra Calvinum defendit.

23. Calicem quidem meum bibetis.] Disputant Origenes, Hieronymus, & Chrysostomus quemodo filii Zebedæi calicem biberint, cum Iacobum quidem ab Herode occisum legamus, Actorum duodecimo, secundo: Ioannem vero occisum non legamus: quin ne mortuum quidem esse aliqui putant, vt refert Euthymius. Respondet iidem Auctores, & Beda Ioannis auxilium loco martyrii fuisse, & quod Romæ in oleum feruens iniectus fuerit, vt Tertullianus in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos Auctor est. Itaque non voluntatem martyrio: sed martyrium voluntati defuisse. Potest facilius meo quidem iudicio responderi, cum Christus dicit, *calicem quidem meum bibetis*, non prædicere fore, vt pro se opperant mortem: sed tantum significare hoc est illis posse concedere, vt calicem suum bibãt: vt autem ad dexteram, & sinistram suam sedeant, concedere non posse, nisi quibus paratum est à patre suo: videtur enim hæc duo inter se opponere: concedere, vt calicem bibant, & dare, vt ad dexterã, vel sinistram sedeant.

Sedere autem ad dexteram meam, & sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est à patre meo. Hoc loco frequenter Arianos vsos fuisse legimus, vt Christi auctoritatem probarent minorem esse, quam patris, vt Auctor est Epiphan. hæresi sexagesima nona, & Idacius Clarius capite decimo quarto, & Ambrosius lib. quinto, de fide capite 3. & Augustinus libro 1. de Trinitate capite 12. & Cyrillus lib. 10. Thesauri ca. 5. cui obiectioni tribus modis iidem Auctores respondent. Quidam eorum dicebant hoc Christum non tanquam Deum, sed tanquam hominem, vt multa alia, dixisse, quale est illud, *Pater maior me est*, Ioan. 14. 28. Ita D. Augustinus. Alii, vt Ambrosius pronomen illud *meum*, cum Christus dicit, *non est meum dare vobis*, non potestatem, sed officium significare. Itaque non indicat Christus se id facere nõ posse, sed non esse officii sui, vt id faciat, quia nõ venerat in hunc mundum, vt coronas daret, sed vt iniuitaret ad pugnam. Hoc est dictum subtiliter, & vere; sed non videtur proprius esse verborum sensus. Proprius est ille, quem idem Ambrosius, Epiphanius, & Cyrillus iisdem in locis, & Chrysostomus homilia sexagesima sexta, & Diuus Hieronymus in cõmentariis ad hunc locum exposuerunt, Christum non negare suæ potestatis, atque officii esse concedere, vt aliquis ad dexteram, vel sinistram suam sedeat; sed tantum negare non esse suæ potestatis, & officii illis dare, sed solis his, quibus à patre suo paratũ est. Summa est non fieri comparationem inter Christum & patrem, vt Ariani putabant, quasi pater posit, filius vero non possit: sed cõparationem fieri interpersonas, quibus huiusmodi honor dari potest, quod

Locus contra Arianos pro diuinitate filii explicatus.

quod non omnibus, sed quibus à patre paratus est, concedi possit. Hæc est vis eius pronominis *vobis*, quasi dicat, *non est meum dare vobis*, propterea quod pectis, aut propterea quod cognati mei estis, *non est meum dare vobis*, qui nondum meruistis, *sed quibus paratum est a patre meo*, id est, qui meruerint, & vt Remigius apud D. Thom. interpretatur, non est meum dare superbis & ambitiosis, quales vos estis, sed humilibus, quibus paratum est à patre meo, quod Chrysostomus, Euthymius, & Theophylact. accommodato admodum exemplo declararunt; Si quis, inquiunt, rex aureum coronam ei, qui in stadio currendo cæteros vinceret, proposuisset, eamque manu teneret; aliquis vero ex eis, qui non ioxim non vicisset, sed ne cucurrisset quidem, coronam ab eo peteret, recte responderet, currere quidem poteris, coronam autem non est meum dare tibi, sed quibus parata est, id est vincentibus; non enim significaret se dare non posse, cum ipsius sit; sed dare non debere, nisi vincentibus, quibus eam destinasset. Alio exemplo Cyrillus vtitur; si quis à iusto aliquo iudice aliquid peteret iniusti, merito responderet, non possum hoc facere, non quod non posset; sed quod non debeat. Hinc sequitur, quam necessarium sit pronomen illud *vobis* ad implendam, exprimendamque sententiam, quod in plerisque Græcis codicibus non legitur; nec vllus, quod sciã, Græcus Auctor, & antiquus legit, nec inter Latinos Diuus Augustinus libro 1. de Trinitat. capite 12. Satis enim est veterem legisse interpretem, legisse Hieronymum, & Ambrosium, & sententiam requirere. Quanquam si non legatur, non propterea mutatur sensus. Nam Chrysostomus, Cyrillus, Theophylact. & Euthym. qui non legerunt, in eandem tamen sententiam interpretantur. Recte vero doctus quidam, & piæ nostri temporis interpres obseruauit, si non legatur pronomen *vobis*, Græcam dictionem ἀλλ', *sed* pro οὐκ ἔστι μου δοῦναι, *non est meum dare*, accipi debere, vt apud Marcum cap. 9. 8. & 2. ad Corinth. 2. 5. vt sit sensus, *sedere autem ad dexteram meam, & sinistram non est meum dare, nisi quibus paratum est a patre meo*. His autem verbis tantum abest, vt significet Christus non suum esse officium præmia distribuere, vt potius officii sui esse declaret. Cum enim dicit non esse suum omnibus dare, sed meritis, & dignis iudicem se, præmiorumque distributorem futurum esse indicat, vt apud Ioannem capite 5. 22. *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio*, & apud Lucam capite 22. 29. 30. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel*, sicut & cap. præcedenti ver. 28. Apostolis promisit fore, vt sederent super sedes duodecim, quasi ipse hoc illis concessurus esset. Cur ergo, dicet aliquis, adiunxit, *sed quibus paratum est a patre meo*, quasi sibi patrem opponat. Respondeo non sine causa non dixisse, non est meum dare vobis, sed patris mei; sed dixisse, *non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo*; ne significaret se quidem dare non posse, patrem posse; sed de dare alijs non posse, quam quibus à patre suo paratum esset, vt recte D. Chrysostom. annotauit. Nam Auctor imperfecti qui homilia 35. ita exponit, *non est meum dare vobis*, sed patris, quia suspectus est hæresis Arianæ, hoc loco audiendus non est. Cur ergo dixit, *quibus paratum est à patre meo* potius, quam, quibus paratum est à me, quasi plus patri, quam sibi auctoritatis tribuat? facilis responsio, id per vehementiam in sacris literis attributionem factum esse, in quibus, etsi omnia opera externa, vt Theologi dicunt, tribus personis communia sint, tamen quædam vni, quædam alteri personæ, tanquam propria soleant attribui; vt potentia, & prouidentia, patri sapientia filio; gratia ac dona Spiritui sancto. Quia ergo paratum esse, est esse præ-

Auctor imperfecti opinio in Matth. reiicitur.

Resellitur error hæreticorum nostri temporis.

Prouidentia & predestinatio pro

facult. omnib. principatu.

tuno Ecclesiæ statum, sæcularem tollentibus.

UNIVERSIDAD DE NAVARRA

Domi-

Dominantur eorum.] In eas. Noster interpres & Græcissimum, & Hebraissimum secutus est. Græcissimum, quod *eorum* dixerit pro in eos. Hebraissimum, quod non Grammaticum, sed naturale secutus sit genus.

28. *Et dare animam suam redemptionem pro multis*] Declarat, quid debeant boni Ecclesiæ pastores facere; *bonus enim pastor ponit animam suam pro ouibus suis*, Ioan. 10. 11. 14. Collegerunt ex hoc loco Augustini tempore quidam hæretici, quos Prædestinatianos antiquitas appellauit, idemque nostro tempore Calumniatæ dicere coguntur, si eum de reprobatione errorem tueri volunt, Christum non pro omnibus natum, non pro omnibus mortuum esse; sed pro solis, qui salui futuri erant, prædestinatis, vt Arnob us, vel quisquis alius Auctor fuit eorum commentoriorum in Psalmos, qui falso Arnobio tribuuntur, Psalmo 146. & Faustus libr. 1. de libero arbitrio ca. 14. & 16. In eodem errore Lotharij tempore fuit Godeschalcus in Gallia, vt in libr. aduersus Prædestinatianos Hincmarus Rhemensis Episcopus scribit, & vt videtur, Remigius Lugdunensis in libr. contra tres epistolas eorum Episcoporum Galliæ. Quod & ex aliis locis similibus comprobant, vt infra cap. 26. 28. *Hic est sanguis meus qui nouæ testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, & ad Hebræos 9. 28. *Sic & Christus semel oblatus ad multorum exhauriendâ peccata.* Qui error non solum absurdus est, sed maximo Christi beneficio, & liberalissimè charitati maximè etiam ingratus, aliisque perspicuis scripturæ testimonijs refutatur. Quid enim apertius, quam quod dicit D. Paulus 1. ad Timoth. 2. 6. *qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*, & 2. ad Cor. 5. 14. 15. *Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant; sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Cur ergo Christus hoc loco, sicut & apud Marcum c. 10. 46. non dixit se venisse, vt daret animam suam in redemptionem pro omnibus, sed *pro multis*? Cur dixit sanguinem suum *pro multis*, effundi? Cur dixit D. Paulus eum *ad multorum exhaurienda peccata* oblatum esse? Probabilis est responsio quorundam omnes multorum nomine significatos, quia ὄγκοι multos Græci vocant non tam nomine numerali, quam infinito: quemadmodum Latini omnes homines multitudinem appellant. Sed magis credo voluisse Christum non voluntatem suam, sed mortis suæ fructum declarare. Nam si eius quidem voluntatem spectes, pro omnibus hominibus nemine excepto mortuus est, vt illis scripturæ testimonijs, quæ paulo superius adduximus, declaratur. Si spectes fructum, non ad omnes peruenit; sed ad multos, quia non omnes percipere voluerunt; sicut videmus Christum aliquando pro omnibus hominibus etiam reprobis orare, vt pro iis, qui se crucifixerant Lucæ 23. 34. vt declaret velle se, idque optare omnes saluos fieri; aliquando non orare, nisi pro prædestinatis, vt apud Ioannem ca. 17. 9. *Non pro mundo rogo, sed pro iis, quos dedisti mihi.* Ad hunc modum Hieronym. hunc locum inter, retatur.

Errore prædestinatiano veri exposse refutatur.

Commentarium Psalmo falso Arnobio inscriptum.

Multi in scriptura pro omnibus.

29. *Et egredientibus illis ab Iericho.*] Erat Iericho in via, cum ex Galilæa Ierosolymam propter fluuium Iordanem veniebatur.

30. *Et ecce duo cæci.*] Dubium, an eadem sit historia, quæ hic à Matth. & quæ à Marco ca. 10. 46. & à Luc. c. 18. 35. narratur, qui tres prope Iericho cæcos Christum curasse scribunt. Sunt, qui tres diuersas historias esse putent, vt Euthymius, quia Matth. duos cæcos fuisse dicit; Marc. & Luc. vnum, & Mar. narrat eum illum, quem curatum fuisse dicit, vestimentum suum proiecisse, vt prosiliret ad Christum, quod alij non narrãt. Alij duas historias esse creeunt. v. D. Augustin. libr. 2. de consensu Euangelistarum cap. 65. & libr. 2. qq. Euangelicarum quæstione 48. & Beda, Strabus, & Lyranus hoc loco. Nam eam, quam Matth. & Marc. scribunt vnam esse; quam autem Luc. esse diuersam; quia Matth. & Marc. scribunt id factum esse cum Christus ab Iericho egrederetur: Luc. vero, cum appropinquaret, quod videtur adeo esse contrarium, vt non videatur idem miraculum esse posse. Magis assentior Theophylacto, qui vnam tantum historiam à tribus Euangelistis narrari putat. Omnia enim sunt adeo similia, vt non videantur diuersa esse posse miracula. Omnes dicunt id accidisse in ea profectione vltima, in qua Christus, vt moreretur venit ex Galilæa in Ierusalem; omnes in eodem loco prope Iericho; omnes cæcum, aut cæcos qui curati sunt, sedisse iuxta viam, qua Christus præteribat; omnes clamasse iisdem verbis, *Iesu fili Dauid miserere mei*; omnes à turba iussos fuisse tacere; omnes vehementius clamasse, omnes fletisse; Christum, & cæcos ad se vocasse; omnes rogasse cæcos, *quid vultis, vt faciam vobis?* Non potuerunt profecto in diuersis historijs tam similia esse tam multa. Quod ergo Matth. duos; Marcus vero, & Lucas vnum tantum commemorant cæcum, recte D. Augustin. respondet duos quidem fuisse, vt Matth. scribit; sed ex iis vnum nobiliorem, & vulgo magis celebrem, ideoque illius tantum Marcum & Lucam fecisse mentionem. Confirmat hanc conjecturam Marc. exprimens nomen cæci, & patris ipsius, quasi homo esset vulgo omnibus notus; vocat quippe Bartimæum filium Timæi. Simile exemplum vidimus supra capit. 8. 28. vbi Matth. scribit duos à Christo dæmoniacos in regione Gerasenorum curatos fuisse, cum Marc. ca. 5. 2. & Luc. cap. 8. 27. vnius tantum meminerint. Difficil or nodus est, quod Matthæus veri. sup. & Marc. cap. 10. 46. dicant id contigisse, cum Christus ab Iericho egrederetur; Luc. vero cap. 18. 35. cum appropinquaret. neque quorundam interpretationem verba Græca recipium; quæ exponunt, *cum appropinquaret*, id est cum inde discedens adhuc esset prope; est enim Græce, ἐγγίζειν τῇ Ἰερειχῶ καὶ ἐκπορεύεσθαι, cum appropinquaret in Iericho, id est vt ingrederetur in Iericho. Itaque mag s eorum probo coniecturam qui existimant cæcum illum nobiliorem, de quo Marc. & Luc. scribunt, tum cum Christus ad vrbem appropinquaret, sedisse secus viam, & ad prætereuntem Christum acclamasse, *Iesu fili Dauid miserere mei*: Christum vero tunc curare eum noluisse, vt paulo post duos simul curaret. Cæcum ergo iterum viam obsedisse, quia sciebat exiturum Christum, & iterum vna cum altero cæco iisdem clamasse verbis, atque tunc vocatos à Christo fuisse, atque curatos, & quia non omnia narrant Euangelistæ, Matth. & Marcum dixisse id factum fuisse, cum Christus egrederetur, Luc. cum appropinquaret. Illud vero, quod aut Marcus cæcum, cum vidisset se à Christo vocari, abiecta veste accurrisse quodque Matt. dicit Christum cæcorum oculos tetigisse, quod alij Euangelistæ non dicũt, minime difficile, cum sæpe vnus Euangelista vnam facti circumstantiam declaret, quam alij prætereunt.

Fili Dauid.] Id est Messia. Cur ita Christus appellaretur abijs præsertim, qui aliquod ab eo beneficium postulabant, diximus in præfatione.

31. *Turba autem increpabat eos, vt tacerent.*] Non inuide atque maligne; sed amanter, & officiose id piam turbam fecisse credendum est, ne homines abiecti Christo obstrependo molesti essent, vt Auctor imperfecti, & Euthym. existimant.

34. *Tetigit oculos eorum.*] Cur tetigerit supra cap. 8. 3. exposuimus. Marcus vero, & Lucas addunt subiunxisse Christum, *fides tua te saluum fecit*, quod quemadmodum sit intelligendum ca. 9. 2. copiosè disputauimus.

CAPVT

CAPVT XXI.

ET cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphagé ad Montem oliueti: tunc Iesus misit duos discipulos 2 dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi. 3 Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. 4 Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: 5 Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis asæ. 6 Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit eis Iesus. 7 Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. 8 Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebãt in via. 9 Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: hosanna in altissimis. 10. Et cum introisset Ierosolymam commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? 11. Populi autem dicebãt: Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ. 12. Et intrauit Iesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes, & ementes, in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. 13 & dixit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. 14 Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo: & sanauit eos. 15. Videntes autem principes sacerdotum, & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes: Hosanna filio Dauid: indignati sunt. 16. & dixerunt ei: audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: vtique. numquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? 17. Et relictis illis, abiit foras ex ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit ibi. 18. Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit. 19. Et videns ficũ vnam secus viam, venit ad eam & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum: & arefacta est continuo ficulnea. 20. Et videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit ficulnea? 21. Respondens autem Iesus ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tollere & jacta te in mare: fiet. 22. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. 23. Et cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotũ, & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hãc potestatem? 24. Respondens Iesus dixit eis: interrogabo & ego vnum sermonem quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. 25. Baptismus Ioannis vnde erat? de cælo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus de cælo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam: omnes enim habebant Ioannem vt Prophetam. 27. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. 28. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit, Fili vade hodie, operare in vinea mea. 29. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. 30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. Ille respondens, ait: Ego domine, & non iit. 31. quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. 32. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt credaretis ei. 33. Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrem, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. 34. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. 35. Et agricolæ, apprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. 36. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. 37. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. 38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. 39. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam & occiderunt. 40. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? 41. Aiunt illi: Malos malè perdet, & vineam suã locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. 42. Dicit illis Iesus: numquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? 43. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. 44. Et qui ceciderit super lapidem istum, conquassabitur: super quem verò ceciderit, conteret eum. 45. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. 46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

IN CAPVT XXI.

1 ET cum appropinquassent Ierosolymis, &c.] Cum venissent Bethphagé.] Erat Bethphage ad radicem montis Oliueti, quem proximum Ierosolymæ fuisse, colligat ex Luc. c. 21. 37. Marc. ca. 11. 1. cum appropinquarent Ierosolymæ, & Bethaniæ, Luc. vero ca. 19. 29. factum est, cum appropinquassent ad Bethphagé, & Bethaniã. ex quibus verbis intelligitur Bethaniam, & Bethphagé æqualiter fere ab Ierosolyma remotas fuisse: quidquidem quod Matth. dixit, *cùm appropinquassent Bethphagé*: Marc. dixit: *cum appropinquarent Bethaniæ*. Quod aut colligunt quidã Bethaniam longius ab fuisse ab Ierusalem, q Bethphagé, propterea quod ex Ioan. c. 11. 18. manifestum sit Christu die sabbathi pregressum in Bethania fuisse, ibiq; cenasse, & noctem egisse: Marc. vero significat ita ex Bethania discessisse, *vt appropinquaret Bethphagé*, & discipulos ad solue ndã asinã mi-

T tere;

terret ; itaque Lucam præpostero ordine nomen Bethphagæ, & Bethaniæ posuisse, cum deberet prius nominare Bethaniam, quæ paulo longius distabat, postremo Bethphagen nominare, quemadmodum & Marc. prius Ierusalem, quam Bethaniam ; hoc inquam non magna utitur coniectura : nam si quæ maior erat Bethaniæ distantia, quam Bethphagæ, non ait per exagerationem esse ponam, cum ex Ioanne cap. 11. 18 compertum sit, Bethaniam ab Ierusalem quindecim stadia abfuisse, quæ mille octingentos septuaginta, aut circiter passus efficiebant ; in Actis vero Apostolorum cap. 1. 12. dicitur Bethphagæ distare ab Ierusalem sabbathi iter, id est quantum iudæi die sabbathi progredi licebat : licebat autem, vt Gellius ait, mille passus, vt ait, bis mille cubitos facere. Quod est probabilius, quod Christus cum Ierusolymam esset, solebat sub noctem ire in montem Oliveti, erat Lazari capite 11. 37. & est vero simile eum ad domum Martæ sororis Lazari iisse, quæ in Bethania erat, vt apparet ex Ioanne cap. 12. duodecimo primo.

Misit duos discipulos. Qui duo illi fuerint discipuli, prudentis est interpretis non inquirere, prudentis lectoris liberaliter ignorare, cum Euangelista non expresserit, expressuri vtique, si quid nostra interesse iudicassent. Quamquam non ignoro magnos Auctores non inconsulte noto, sed quandam modo etiam definunte, nam Hilarius, Auctor imperfecti, Beda, Strabus & Auctor historiæ, quam Scholastici vocant, Petrum, & Philippum fuisse credunt, Origenes & Theophylact. Petrum & Paulum ; C sed quia, vt opinor, nec eum ignorare poterant nondum Paulum num Apostolum fuisse. Itaque non tam Petrum & Paulum nullis fraudi fuisse, quam Petrum & Paulum per eos quorum tolerant significatos dicere voluerunt, quos adiuuandi malignum & pullum mihi fatium, ex alio, vt ego putant, populum Iudæorum pullum Gentilem significabat, & Petrus ad Iudæum, Paulus ad Gentilem populum mittendus erat.

In castellum. κατὰ τὴν κώμην in pagum, aut in vicum. Lyranum valde miror aliosque nonnullos Auctores, castellum hoc loco Ierosolymam villas ex oppidis & in nomine diminutionem parum considerare fuisse, quasi per comen pro nomen castrum ; sed castellum Christus appellauerit, cum non solum Græca lingua, quam non primos ignorabat ; sed vrbs erant ipsa, qua Christus ire iubebat, docere potuerat locum, in quem Apostoli missi sunt, aliquanto spatio ab Ierusalem distans fuisse.

Virgil. 1. Æneid. *Quod contra nos est.* Est proprium, sicut Latinus Poeta dixit, Italum contra, & Galli solent dicere, ecce contra te est, id est ante te. Nam quorundam interpretatio qui contra id est accipiendum vox exponunt, est allegoria est, aut parum apta.

Asinam & pullum. Marc. Luc. & Ioann. solius pulli memorantur. Matth. asinam etiam nominauit, & veterem totam narrauit, sicut erat, & vt est audiendi vers in pleram fuisse Zachariæ prophetiam, quæ non solum de pullo ; nec enim de asina loqui videbatur, aut meliuscerte poterat, & fort. sic etiam vt nomina asinæ indicaret, ideo matrem fuisse pullum, vt neminem dum vexisset, sicut Marc. cap. 11. & Luc. cap. 19. 30. explicatum. *super quem nemo hominum adhuc sedit* non enim solent pullos asinas separari, donec onerari incipiant. Cæcri vero Euangelistæ solo de lolo pullo mentionem fecerunt, quia super solum pullum Christus insedit. Quod Auctor scholasticæ historiæ, & Lyranus dicunt asinam, & pullum nullum certum habuisse dominum : sed in vsum pauperum exponitur fuisse, vt quisque illis indigeret, vteretur, nec debuerunt fine aliquibus hominibus Auctoris testimonio affirmare & non viderunt Euangelistas esse contrarios ; scribit enim Lucas c. 19. 33. *soluentibus autem illis pullum, dixerunt dominis eius ad illos, quid soluitis pullum?*

3. *Continuo dimittet.* Quidam intellexerunt Christum dimissurum, quasi sensus sit, fiet, vt Christus simultatis immensis vsus fuerit ea remittat, vt interpretatur Auctor imperfecti homil. 37. sed ex Marco cap. 11. 3. manifestum est, id non ad Christum sed ad dominum pulli esse referendum ; quasi dicat, simul atque dixerint dominum opus illis habere, dimittet vobis eos.

4. *Hoc autem factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam.*] Dictionis, vt, duplex sensus esse potest ; alter, vt non causam, sed consequentiam significet, quemadmodum capite 2. 15. explicauimus : quasi dicat res factum esse, vt impleretur ; quod dictum fuerat per Prophetam : alter, vt causam finalem declaret ; quasi velit Euangelista significare, propterea voluisse Christum asino vectum ingredi in Ierusalem, vt prophetiam Zachariæ sibi conuenire declararet, hoc mihi magis probatur. Nam vt Chrysostomus & Auctor imperfecti hoc loco disputant, non est existimandum temere Christum, & sine vllis significationis mysterij voluisse tunc asino insidentem vrbem intrare, cum nunquam ea in eandem vrbem ingressus antea fuisset. Posthumam ergo eius sedendi causam fuisse arbitror, vt cognoscunt Iudæi ex prophetia illi ipsum eapquam ipsum Regem & Messiam agnoscere. Quæ enim alius Iudæorum rex, vt Chrysostomus argumentatur, asino vectus in Ierusalem ingressus vnquam est, de qua Propheta variarum gentium mentio fit ? Aliam ergo causam Chrysostomus affert, vt Apostoli, & nobis omnibus hominibus exemplum præberet. Tertiam Auctor imperfecti, vt Iudæorum mendacium conuinceret, qui si eo facto regem se Iudæorum fuisse probaretur, vt eum tempus mortis datum esset, illos insequeretur, vt ferro deremerent : cum alias antequam moriendi tempus appropinquaret, ex eorum manibus effugere soleret v. Luc. 4. 29. & 30. videtur etiam Christus regni sui fortem, quod in humanitate consistebat, ante oculos ponere voluisse.

5. *Dicite filiæ Sion.*] Hæc verba apud Zachariam non sunt, ex quo sumptum est testimonium, quod sequitur : sed an Euangelista expleendi causa proposuit aut ex Zacharia & Isaia c. 62. 11. testimonium consuluit, qui idem prædicens his vtitur verbis. *Dicite filiæ Sion, ecce salus tua venit.* Apud Zachariam c. 9. 9. sic legitur, *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ* : quemadmodum Hieronymus vertit. Matth. ne omnia prophetæ verba recitet, causa vi posse cuiquam necessaria non erant, nec Hebraicum lectionem ; sed verbionem Septuaginta interpretum, vt multis aliis locis fecisse est.

Filia Sion.] Et Hebraismus est, & synecdoche. Hebraismus, quod ciuitatem filiam appellet, quod in sacris fieri est frequentissimum, & a nonnullis Græcis Poetis vsurpatum a Luciano in Iupiter. tragœdiam, & similibus in accentum, qui vrbes fœminarum nomine appellare solent, & synecdoche, quia ex parte totum intelligimus. Sion enim mons erat, in quo vna tantum pars vrbis erat collocata. Sobrantem tota verbi propterea ex eo monte nominari, quia iter erat regis. Ioannes ca. 12. 16. paulo aliter hoc testimonium citat, *Noli, inquit, timere filia Sion.* Sensum mutauit, non verba secutus est. Nam quod Propheta dicit, *exulta, illa dicit, noli timere, non enim times*, qui exultat.

Ecce Rex tuus.] Videtur diu expectatum Messiam, quasi iam prope adueniantem & ante oculos positum digito demonstrare ; quemadmodum cum diu aliquem expectatus & in viam, qua venturus est intentos habemus oculos, vt videamus vtrum appareat, qui

qui primus illum venientem prospicit, dicere solet, ecce venit, hanc vim habet illud *ecce*, & illud *venit*. Nam etsi propheta futurorum sit tempore, dubium non est, quin pro Hebraica lingua proprietate futurum pro præsenti positum sit, quod intelligentes septuaginta per tempus præsens transtulerunt, vt & Matth. fecit.

Venit tibi.] Sic iungenda sunt verba, vt ex Hebraico contextu perspicuum est. Significat enim Propheta filiæ Sion suum regem venire, id est, quem per multa sæcula expectauerat : significat etiam proprie ad filiam Sion, id est, ad populum Iudaicum missum esse, quia non venerat, nisi ad oues, quæ perierant domus Israel, vt dixit cap. 15. 24. hoc ergo est *venit tibi*. Itaque qui pronomen *tibi* cum sequentibus copulant, quasi sensus sit, tibi manisuetus, non iratus, B non elatus, non crudelis, etsi bene faciant, extra chorum tamen saltant.

Mansuetus.] Hebraice est עני pauper ; sed Septuaginta conuerterunt πραΰς mansuetus, quia, vt opinor, legerunt ענו, eosque Euangelista secutus est, nulla sententiæ Prophetæ iniuria. Nam & , qui pauperes sunt, mansueti, ac mites esse solent, & vtrumque nomen apud Hebræos ab eodem verbo originem trahit.

Christus fuit asina pullo vectus.

Ipse ductor, & subsessor in propria natiuitate.

Sedens super asinam, & pullum.] Vulgatis hoc loco quæstio, quomodo Christus super asinam, & pullum sedere potuerit. Nonnulli auctores existimantes id litteraliter intelligi non posse, ad allegoriam confugiendum esse dixerunt, vt Hieronymus, & Beda. Alij supra vtrumque sedisse non solum, sed prius super asinam, deinde supra pullum, idque mysterij declarandi causa : asinam enim populum Iudaicum, in quo prius insederit ; pullum Gentilem, in quem relicto Iudaico se transtulerit. Ita Theophylactus, Strabus, Remigius, D. Thom. & Hugo. Contra Lyranus prius supra pullum, deinde supra asinam sedisse : quia pullus indomitus erat, & patiens forem noluerat. Et quidem verba Euangelistæ videntur præ se ferre Christum sedisse super vtrumque, & quia propterea videtur asinam à pullo distinxisse etiam in testimonio prophetæ, in quo Hebraicum nomen עיר & asinum, & asinam significare poterat ; & quia versus 7. ferunt Apostolos super vtrumque vestes suas posuisse, vt Christus insideret. Ex aliis tamen Euangelistis perspicuum est non nisi super pullum Christum sedisse, & quia asinæ ne mentionem quidem vllam fecerunt, & quia Marcus & Lucas indicant mysterij alicuius causa non solum non super asinam : sed ne super asinam quidem dominum sedere voluisse, verum super pullum, super quem nemo hominum sederat, siue populum Gentilem adhuc tudem, & indomitum significare voluerit, sine non docuerit sedere Christum super asinam, super quem alij homines insedissent, siue, vt nonnulli Auctores volunt, in ea etiam re virtutem suam voluerit declarare, quod indomitus pullus sibi obediret. Itaque super eis nunc alia quæstio, quomodo Matth. super vtrumque sedisse non sibi indicare ; sed plane dicere videatur. Nobilis eiusdam Calumniatarum interpretis ridicula mihi videtur esse sententia, qui Gallica phrasi Euangelistam dixisse putarit super asinam, & pullum Christum sedisse, quemadmodum Galli vulgo dicunt ire duobus equis, non quod qui ita ire dicitur, sedeat super vtrumque, sed quod in comitatu suo duos equos habeat. Recte forsasse coniecisset, si Matthæus natus fuisset in Gallia, præterquam quod, vt ea phrasis in hunc locum conueniret, oportebat, vt aliquis alius sederet super asinam : nec enim calo, & licu, qui vno vehitur equo, & duos alios capistro trahit, tribuesquis ire dicitur. Melius alij existimant hoc loco Græcum vocabulum ἄμφω, quamvis & asinam, & asinum significet ; tamen non asinam, sed asinum fuisse vertendum, vt non duo, sed vnus tantum fi-

Beza in annotat. reprehenditur.

gnificaretur ; tanquam diceret Euangelista sedens super asinum, & super pullum filium subiugalis repetitione apud Hebræos vsitata, qua idem diuersis nominibus significatur. Inuit interpretationem Hebraici sermonis consuetudo, qua nomen נערה quod est apud Prophetam, asinum fere vbique, vox vnquam asinam significat. Est in hac sententia Græcus Auctor Euthymius, eaque valde mihi aliquando placuit : sed animaduerti postea ita Euangelistam loqui, vt dubium non sit voluisse significare Christum super asinam, & pullum sedisse : nec enim sine causa nomen, quod apud Prophetam ambiguum erat, vt & pro asino, & pro asina accipi posset, sine ambiguitate asinam vertit, præsertim cum neque Ionathas Chaldæus Paraphrastes, neque Septuaginta interpretes ita vertissent. Nec dubium est, quin noster interpres melius hoc loco asinam, quam asinum verterit ; cum ex ipso contextu manifestum sit Christum versu secundo de asina, & pullo eius locutum fuisse, vbi Græcum participium *adducentes* generis fœminini omnem ambiguitatem tollit. Eorum ergo probo sententiam, qui Euangelistam per synecdochem, aut ellipsin primo loquutum fuisse dicunt, qua de vna re plurium loquimur numero, vt cum dicuntur Apostoli ob eiusdam vnius C crucifixi eram, blasphemasse, cum alius Euangelista declaret non blasphemasse nisi alterum. Suspicor tamen Euangelistam certo consilio & non asinum, sed asinam conuertisse, & ita fuisse locutum, vt Christum super vtrumque sedisse diceret videretur ; vt si quis forte testimonium prophetiæ ad hunc modum intelligebat, vt putaret verborum regem super asinam simul, & pullum eius sessurum esse, nihil calumniari posset, quo minus prophetia impleta esse in Christo videretur. Cur ergo Apostoli non solum super pullum, sed etiam super asinam vestes suas dicuntur posuisse versu 7. Respondet Euthymius : quia nesciebant vtrum super asinam, an super pullum Christus sedere vellet. Quod probabile non est, quia cum Marcus & Lucas dicant Christum dixisse iis, quos ad soluendum pullum miserat, *inuenietis pullum super quem nemo adhuc hominum sedit*, non poterant Apostoli ignorare Christum non super asinam : sed super pullum sedere velle. Itaque facilius quæstionem soluemus, si dicamus simulem illis esse ellipsim.

Et eum desuper sedere fecerunt.] Græca verba ἐπάνω αὐτῶν super ea, quod vel ad asinam, & pullii, vel ad ἱμάτια vestimenta referri potest, vt Euthymius & Theophylactus volunt.

Plurima autem turba.] Turbam hanc eam fuisse, quæ Christum iter Ierosolymam versus facientem miraculorum causa sequebatur, apparet ex Ioanne capite duodecimo, duodecimo, videntur autem Apostoli initium fecisse huius rei, vt indicat Lucas capite decimonono, trigesimo septimo. *Cum appropinquaret, inquit, ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turba discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna.*

De Hosanna quotiens vsurpetur.

9. *Hosanna filio Dauid.*] Multa à Græcis, & Latinis Auctoribus magnis alioqui, & grauibus de hoc nomine dicta sunt, quæ cognita, comperaque veritate si perfluum fuerit commemorare. Quædam obiter attingamus. Nonnulli nihil significare videntur existimasse, sed interiectionem tantum esse gaudentis, & obsecrantis, vt Augustinus tractatu in Ioann. 51. deceptus, vt opinor, ab aliquo Hebræo, aut non bene, quæ sibi dixerat, intelligens. Nam forte dixerat quod verum est, vtiamen eius dictionis syllabam אָ nã obsecrantis interiectionem esse ; ille vero non intelligens totam dictionem nihil aliud, quam interiectionem esse existimauit. Reprehendit Hieronymus in epistola ad Damasum D.

Hilarium, quod dixerit scribens in hunc locum *Hosanna* redemptionem domus Dauid significare, quod idem ab Hilario, vt arbitror, mutuatus in commentariis in caput Lucæ 19. dixit Ambrosius, immerito fortasse, vt paulo post docebimus, vterque reprehensus. Alij *Hosanna* hymnum, ac laudem significare dicunt, vt Euthymius hoc loco. Alij ramos: quos Iudæi in festo tabernaculorum gestantes clamare solebant *Hosanna, Hosanna*, vt vir quidam nostro tempore in litteris Hebraicis singulariter doctus ex Hebræorum commentariis obseruauit. Nam quia gestantes ramos solebant canere *Hosanna* factum esse dicunt Hebraï, vt *Hosanna* ipsi vocarentur rami. Itaque ea consuetudine excitatam turbam ramos arborum deferentem, & clamantem *Hosanna filio Dauid*, quasi dicat, præcidite, & date ramos filio Dauid, ne scio quis dixit *in auribus Isaiæ illa plenis*. Placuit hæc sententia nostro tempore quamplurimis, quo non nisi noua, & inaudita placere solent, mihi fortasse, quia non satis intelligo, nullo modo placet. Primum, quia, vt paulo infra dicemus persuadere mihi non possum turbam illam consuetudine festi tabernaculorum inductam fuisse, vt Christo ramos præferret, quod commune nihil esset Christo cum ramis tabernaculorum, qui ideo tantum gestabantur, vt tempus illud, quo sub tabernaculis Iudæi fuerant, in memoriam reuocaretur; & non est credendum turbam illam, præsertim duecibus Apostolis, temere, ac sine sensu ramos præcidisse. Vera igitur est Hieronymi hoc loco, & in epistola ad Damasum sententia *Hosanna* הושיעה נא, aut הושיעה נא nihil hic aliud significare, quam saltum fac obsecro, sumptumque esse ex Psalmo 117. vers. 25. Dubium tamen, ad quem, tanquam personam agentem, & ad quem, tanquam ad patientem referenda sunt verba. Omnes quos equidem viderim, veteres interpretes ad Christum referunt, tanquam ad personam agentem; ad turbam, tanquam ad patientem, quasi dicat, serua nos ô filii Dauid. Sic Irenæus libr. 4. cap. 24. Origenes tractatu in Matth. 13. Hilar. canone 21. Ambros. in cap. 19. Lucæ, Hieronym. & Beda in commentariis in hunc locum. Atq; hoc Hilarius & Ambros. indicare voluerunt, cum dixerunt *Hosanna* redemptionem domus Dauid significare, vt ex præcedentibus, atque sequentibus eorum verbis apparet: quasi dicerent turbam illam, quæ clamabat *Hosanna*, id est serua obsecro, professam hoc voce fuisse Christum tanquam domus Dauid redemptorem venisse. Huic sententiæ multa repugnant, primum, quod non videatur turba tunc tantam de Christo opinionem habuisse, vt verum Deum, ac redemptorem esse crederet: alia vero ex parte non ignorabat carmen illud *Hosanna* non nisi vero Deo cani solere. Deinde quia, q statim sequitur, *Benedictus: qui venit in nomine Domini* nõ ad Christum, tanquam ad personam agentem; sed tanquam ad patientem refertur; non enim orabant, vt Christus sibi benediceret, sed vt ille à Deo benediceretur. Præterea quia in Psalmo, vnde desumpta sunt verba, *Hosanna* non refertur ad *qui venit in nomine Domini*, sed ad Deum, & non est credendum turbam, multo vero minus Apostolos, qui præcinebant, alio sensu, quam à Dauide dicta fuerant, hæc verba recitasse. Adde, quod Grammatica non conuenit: quis enim sensus est, *salua nos filio Dauid?* Etsi non ignoro nonnullos Auctores legere *fili Dauid*, in quibus est Irenæus: sed constans est omnium Græcorum codicum, & Latinorum magis emendatorum consensio, qui non *fili Dauid*, sed *filio Dauid* legunt. Denique si hanc interpretationem sequamur, non video qua ratione id quod statim sequitur, intelligere possimus, *Hosanna in altissimis*. Quis enim sensus esset, *saluos fac nos, ô fili Dauid, in altissimis?* Quod ergo recentiores quidam interpretes ante me dixerunt, valde probo, hæc verba

A ad Deum, nquam ad personam agentem; ad Christum, tanquam ad patientem referri oportere: precatur enim turba Deum, vt nouum regem, dinque desideratum seruet, ac prosperet, sicut Psalm. 44. 4. 5. de eodem Christo loquens dixit Dauid, *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, intende, prospere procede, & regna.* Solemus enim nouis regibus regnum, aut vrbem regiam ineuntibus fausta precantes acclamare, viuat rex: quod & Iudæos solitos facere multis exemplis compertum est 1. Regum 10. 24. 3. Regum 1. 25. 39. 4. Regum 11. 12. 2. Paralipomenon 23. 11 quod ergo turba clamat *Hosanna*, perinde est, ac si dicat, viuat rex: quod autem ramos præfert, consuetudine triumphantium, & gaudentium videtur facere: solebant enim Iudæi, sicut & cæteræ B gentes, in præliorum lætitia ramos arborum ferre, vt apparet ex primo Machabæorum libr. capite decimotertio, quinquagesimoprimo. Itaque minime assentior iis, qui existimant turbam illam consuetudine quadam festi tabernaculorum ramos arripuisse. Nam in tabernaculorum festo non lætitiæ, sed recordationis causa ramos præferebant: hæc autem turbam triumphantium, & lætitia gestientium more præstitisse manifestum est, præterquam quod, qui hoc dicunt, mysterium etiam illius singularis facti videntur abojere. Ergo non dubito, quin turba non cæco, & inconsiderato impetu consuetudinis; sed aut prudenti consilio, aut, quod similius est vero, diuino quodam instinctu id fecerit, vt omnes intelligerent, quod Dauid de futuro Messia prædixerat, impletum in Christo. Cerum huius rei argumentum est, quod versiculo decimoquinto, etiam infantes isidem verbis dicuntur acclamasse, quod neque consuetudine, neque humano consilio; sed solo diuino afflatu facere potuerunt. Ideo non clamarunt, viuat rex; sed loco eius consuetæ acclamationis *Hosanna*. Dicet aliquis, neque cum hac interpretatione Græcam, Latinamque constructionem conuenire, nisi, cum precaretur Deum turba, vt Christum seruaret, non dicere: Hosanna filio Dauid; sed filium Dauid. Bene iam à nonnullis interpretibus respõsum est, Hebraicam esse constructionem, quam & Græcus & Latinus interpres secutus est. Hebræi enim verbum ישע non solum cum quarto, sed & cum tertio casu copulare solent, vt Deut. 22. 27. Iosue 10. 4. Iudicum 7. 2. 1. Reg. 25. 26. Psal. 43. 4. Psal. 85. 16.

D *Benedictus qui venit.*] Id est prosper sit eius aduentus, sicut paulo ante ex Psal. 44. recitauimus, *Intende, prospere procede, & regna.*

In nomine Domini.] In nomine Domini venire dicitur non solum, vt plerisque interpretibus visum est, quia à Deo missus veniebat: sed etiam quia personam gerebat Dei, qui per eum populum suum visitabat. Marc. cap. 11. 10. addidit *benedictum, quod venit regnum patris nostri Dauid. Hosanna in excelsis.* Repetitio est ex vehementi affectu profecta. Legimus in nonnullis antiquis Conciliis, & in quibusdam prophanis etiam historiis obseruatum fuisse, quoties vna, eademque vox à turba Imperatori acclamante repeteretur; ex numero enim repetitionum effectus æstimabatur. Quod autem dicit *Hosanna in altissimis*, qui optime videntur hactenus interpretari, sic exponunt, quasi Græce intelligatur pronomen ὑ, qui es in altissimis, cuius eclipsis exemplum profrunt ex Psalmo 147. 1. Hoc mihi nimis durum, & inusitatum videtur. Itaque potius credo præpositionem Græcam ἐν in positam esse pro ἐκ ex, sicut Hebraice ב pro מִן Exodi duodecimo, quadragesimotertio, & Leuitici 8. 32. & 2. Paralipomenon 16. 6. & illo ipso Psalmo, quem alij citant 147. *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis*, id est de excelsis, sicut ante dixerat *de cœlis*: repetitionem enim esse manifestum est, & Hebraismum, & Septuaginta interpretes Græce, & Hieronymus

nymus latine imitatus est, quem etiam imitati sunt A hoc loco, & *in altissimis* dixerunt pro, de altissimis: rogant enim Deum, vt de cœlo, hoc est cœlitus, diuinitus, mirabiliter nouum regem seruet. Hinc intelligitur, quomodo, quod Lucas scribit capite decimo nono, trigesimo octauo, turbam acclamasse, *pax in cœlo, & gloria in excelsis*, non sit alteri eiusdem Lucæ sententiæ contrarium capite 2. 14. *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus.* Nam illic angeli gloriam Deo, pacem hominibus annũtiabant: hic turbæ & gloriam, & pacem Christo *in excelsis*, id est ab excelsis, & à Deo precantur, nam & apud Lucam & ponitur pro ἐκ, in, pro de.

10. *Commota est vniuersa ciuitas.*] Non est credendum singulos ciues fuisse commotos; sed vniuersa B ciuitas commota fuisse dicitur, quia & maior pars, & qui auctoritate primi erant, vt Scribæ, Pharisæi, & sacerdotes commoti sunt, quemadmodum capite secundo, tertio, dixit Euangelista Magorum aduentu vniuersam Ierosolymam fuisse turbatam. Commota autem ciuitas non gaudio, non admiratione, non metu; sed inuidia, & maligna quadam indignatione, quod videret Christo tantum honorem tribui, vt ex verbis sequentibus intelligitur, sicut monuit Euthymius.

Quis est hic.] Non ignorabant, quis esset Christus, cum enim per tres iam annos cognouissent; sed sensus est quantus hic est, vt tantum honoris mereatur: sicut dicebant Nazareni cap. 13. 55. *Nonne hic est fabri filius?*

11 *Populi autem.*] ὁ δὲ ὄχλος. Turba, quæ alinude secuta eum fuerat, non autem Ierosolymitanus populus. Opponit enim rusticam turbam, qui e Christum secuta fuerat, Ierosolymitanis ciuibus, quod hi per contemptum, & inuidiam dicerent, *Quis est hic?* illa per fidem responderet; *hic est Iesus Propheta à Nazareth.* Cum autem prophetam vocat, non qualemcũque, sed Messiam illum iam olim promissum, diuq; expectatum intelligit, vt ex superiore acclamatione perspicitur: propterea enim dixerat *Hosanna filio Dauid, & Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Non enim regis solum, sed etiam prophetæ nomine Messias promissus erat, vt Deuteronomii 18. 15. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies*; quod Petrus D Actorum tertio, vigesimo secundo, & Stephanus 7. 37. de Christo interpretantur.

Triplex Christi patria.

A Nazareth.] Triplicem patriam Christum habuisse. Bethlehem in qua natus; Nazareth, in qua educatus; Capharnaum, in qua plerumque versatus est c. 9. 1. exposuimus.

12. *Et intrauit Iesus in templum Dei.*] Non satis compertum est, quando Christus in templum intrauerit. Sunt qui dicant eum recta via asino insidentem per medium vrbem progressum, & in templum intrasse. Alii non eo die, quo in vrbem egressus est: sed postridie: quemadmodum videtur narrasse Marcus cap. 11. 15. Matthæum autem per anticipationem dixisse Christum in templum ingressum esse. Alij è contrario eadem die, qua in vrbem ingressus est in E templum etiam ingressum; Marcum vero non seruasse ordinem narrationis; sed per recapitulationẽ, quod præcedenti die gestum erat, sequenti narrasse. Ita sentit Diuus Augustinus libro 2. de consensu Euangelistarum capite 68. quod ex ver. 17. confirmat, *& relicto illo abiit foras extra ciuitatem*, quibus verbis indicat Euangelista Christum, antequam ex vrbe exiret, vt iret Bethaniam, disputationem quam Matthæus & Marcus narrant cum sacerdotibus habuisse, quamuis Marcus eam non narret, nisi secundo die, cum Christus Bethania Ierosolymam rediisset. Alij, vt Matthæum, Marcumque concilient, vtroque die Christum in templum ingressum fuisse dicunt: quod probabile quidem est, quia quotiescunque Ierosolymis Christus erat, templum frequentabat: sed est dictum absolute, quia Euangelista non de quocunque Christi in templum ingressu: sed de eo tantum loqui voluerunt, quo ea, quæ sequuntur, gesta sunt: vt pueri, qui in templo erant, acclamarent, *Hosanna filio Dauid*, & sacerdotes Christum interrogarent, vtrum ea, quæ dicerentur, audiret. Ea autem non secundo, sed primo die accidisse, probabile est, cum pueri adhuc clamarent *Hosanna*, quod primo potius, quam secundo die fecisse credendum est. Ita que Diui Augustini sententia multo mihi videtur probabilior. Scribit etiam Ioannes capite 2. 14. 5. similem historiam; sed vero simile est, quod Chrysostomus, Augustinus & Euthymius existimãt, similem esse non eandem, bisque Christum è templo B vendentes, & ementes eiecisse. Cum autem in templum dicitur ingressus, prima pars templi intelligenda est, quæ atrium, & porticus Solomonis appellabatur, vbi docere, & ambulare solebat Christus Ioannis 10. 23. Is enim locus patebat omnibus, Actorũ tertio, vndecimo, & duodecimo: nam in reliquas duas templi partes, non nisi sacerdotes ingrediebãtur, vt ait Diuus Paulus ad Hebr. 9. 6. & 7. Atrio ergo templi & vendentes & ementes versabantur.

Vendentes.] Non possumus hunc locum melius, quam Hieronymi verbis interpretari; *Et hoc*, inquit, *primo scendum, quod iuxta mandata legis augustissimo in toto orbe Domini templo, & de cunctis pene regionibus Iudæorum illuc populo confluente innumerabiles immolabantur hostiæ, maxime festis diebus tantorum armentorum, hircorum, pauperibus, ne absque sacrificio essent, pullos columbarum, & turtures offerentibus: accidebat plerunque, vt qui de longe venerant, non haberent victimas: excogitauerunt igitur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent. & omnia animalia, quibus opus erat, ad sacrificia vendebant, vt & venderent non habentibus, & ipsi rursum empta susciperent. Hanc ergo phasm eorum crebra venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum bostias non habebant: sed ne vnde emerent quidem aues, & vilia munuscula. Posuerunt itaque & nummularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam: sed quia erat lege præceptum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, quæ commodo nihil haberet, & interdum fortem perderet; excogitauerunt & aliam technam, & pro nummulario colybistas facerent, cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Colybadicuntur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula, verbi gratia, fixi ciceris, vuarumque passarum, & poma diuersi generis. Igitur qui vsuras accipere non poterant, colybistæ, qui pecuniam fœnerati erant, pro vsuris accipiebant varias species, vt, quod nummo non licebat, in his solum exigerent, quæ nummis coemuntur.* Cætera mihi placent; illud tantum certum non est, quod Hieronymus refert, eam consuetudinem à sacerdotibus introductam esse.

Leuit vt. 19. Deuteron. 23. 19.

Et cathedras vendentium columbas euertit.] D. Hieronymus hoc loco, & Ambrosius in cap. 19. Lucæ non putant, posse hoc aduerbium intelligi, absurdum existimantes columbarum venditores, tanquam doctores legis cathedras habuisse. Itaque ad mysticum sensum confugiunt, venditores columbarum Episcopos esse, qui dona Spiritus sancti pecunia vendunt: hi enim in Ecclesiis cathedras habent, quam allegoriam & cæteri omnes veteres interpretes secuti sunt: sed non sublato tamen literali sensu. Igitur venditores columbarum cathedras, in quibus sederunt, habuisse credendum est, non quales legis Doctores; sed quales eiusmodi rerum in foro venditores habere solent. Cur ergo dicet aliquis, non potius dicitur nummulariorum, quam columbas vendentium cathedras euertisse, cum nummularii potius, quam columbarum venditores cathedras habere soleant? Respondeo, voluisse Euangelistam dicere, quod erat maius; prætermittere, quod minus: in nummulariis autem maius erat

Cæca Episcopi somnia.

Hebraismus notatus.

eorum mensas vna cum pecunia, quam eorum cathedras euertere: propterea mensas, non cathedras dixit euertisse. Merito mirantur multi, quomodo nummulatrij, & reliquum hominum genus auaritissimum Christo non restiterint. Recte Hieronymus respondet, *Plerique arbitrantur maximum esse signorum, quod & Lazarus suscitatus est, quod cæcis ex vtero lumen aperuit, quod ad lordanem vox audita sit patris, quod transfiguratus in monte gloriam ostendit triumphantis. Mihi inter omnia signa, quæ fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod vnus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, vt posset crucifigeretur, Scribis, & Pharisæis contra se fauentibus, & videntibus iura sua defensa, potuerit ad vnius flagelli verbera totam ejicere multitudinem, mensasque subuertere, & cathedras confingere, & alia facere, quæ infinitus non fecisset exercitus. Angeli enim qui illam, atque ejus deitatem radiosa ex oculis eius, & diuinitatis maiestas irradiat ea fecit.*

Ioann 11.43. 9.6. Matt 3.17. Marc 1.9.11. Maximum Christi miraculū Hieronymi sententia.

13 *Scriptum est.*] Quod Ieremias de hominibus sui temporis dixerat, ad nummularios & venditores columbarum accommodat. Simile exemplum notauimus supra capite decimoquinto, octauo, vbi non interpretatur prophetiam, sed ad personas similes accommodat.

16. *Ex ore infantium.*] Dubium an qui clamabant, infantes omnino fuerint, an pueri iam grandiusculi, qui cum ardem clamantem audiuissent, *Hosanna filio Dauid*, eandem cantionem, vt ea solet ætas, imitati sint. Hilarius, Auctor imperfecti, & Strabus pueros quidem, sed non infantes fuisse putant. Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus infantes; quod ego multo magis probo, & quia id Christi gloriam magis auget; & quia verba id significant, & quia eo sensu dicere videtur Christus, sicut apud Lucam capite decimo nono, quadragesimo, de eadem re loquens dixisse dicitur, *si hi tacuerint, lapides clamabunt.*

Psalmorum locus explicatur.

Perfecisti laudem.] *Κατηρτίσω αἶνον* perfectam laudem consecutus es. Eodem sensu Dixit Dauid, יסרת fundasti laudem, id est stabilem, perpetuam, & immortalem laudem tibi comparasti. Quis apud Dauidem sensus sit, in commentariis in Psal. 8. 3. explicabimus. Dauidem se per *infantes* infantem, & lactentem appellasse, ex cuius ore gratias pro deuicto Goliath regentis magnum Deus laudem consecutus esset, vt citatus sequitur, *vt destruas inimicum, & vltorem*, id est, quia inimicum & vltorem destruxisti: hunc enim sensum Hebraica, verba recipiunt. Obseruandum est Christum se in huius accommodatione sententiæ Deum declarare. Nam quod Deo Dauid dixerat sibi dictam esse interpretatur.

17 *Et reliquit illos.*] Principibus sacerdotum, & Scribis, de quibus vers. 15. dictum erat. Quo autem consilio eos reliquerit, varijs sunt sententiæ. Euangelista quidem ita videtur scribere, vt Christum significet certa aliqua, & non leui de causa eos reliquisse. Aliqui non erat, quod diceret *& relictis illis abiit foras*; saris erat, vt scriberet eum se in Bethaniam recepisse, quod ibi haberet hospitium; cum autem dicit, *& relictis illis*, significare videtur eorum causa discessisse. Ergo Chrysostom. Auctor imperfecti, & Euthym. propterea eos reliquisse dicunt, ne ab illis ante tempus comprehenderetur. Theophylact. vero, quod eius præsentia atque colloquijs indigni essent. Verumque probabilius, quam quod Hieronymus, Beda, & Strabus existimant, non alia de causa discessisse, quam quod pauper cum esset, hospitium in tanta ciuitate non inueniret. Nec enim credibile est neminem fuisse, cum tam multi iam in eum credidissent, qui domo vellent recipere.

18 *Esurijt.*] Sunt qui existiment non esuriisse vere, cum maturum esset tempus; sed vt occasionem acciperet edendi miraculi, esurire finxisse, vt sentit Euthymius, nescio etiam, an Augustinus lib. 2. quæstionum Euangelicarum quæstione 51. Id est valde probabile. Nam, vt postea dicemus, etiam finxit in ficu se fructum quærere, cum non ignoraret fructum non habere. Certe si vere esurijt, recte mihi videtur Chrysostomus existimare non naturalem fuisse famem; sed voluntariam, & sponte accersitam, vt causam haberet miraculum edendi, quemadmodum capite 8. 24. docuimus tempestatem dormiendo. Iam, quæ ipso cum discipulis nauigante fieri coepit, non naturalem; sed eius studio, & voluntate exercitam fuisse, vt occasionem haberet ventis, marique imperandi, & ostendendi potestatem ac diuinitatem suam.

A

B

C

D

E

19 *Et nihil inuenit in ea.*] Fructum in ficu Christum non inuenisse non est mirum, cum, vt scribit Marcus capite vndecimo, decimotertio, ficorum tempus non esset; erat enim dies mensis Martij vndecimus, vt ex Euangelistis aperte colligitur: quæ fuisse mirum est. Quod hæreticorum scribit interpres Christum quæ fuisse in arbore fructum, quod nondum cognouisset, quænam arbor esset guttaferque, cum longe vidisset, aliquam aliam arborem esse ex iis, quæ iunc maturum fructum haberent, ridiculum est. Nam neque, quæ esset arbor Christus ignorare potuit, neque vllam arborem eo tempore maturum fructum habere potuisse. Et, vt fingamus, quemadmodum hæreticus dicit, Christum arborem non cognouisse; cur illi maledixit, cum ficum esse videret, quæ nondum maturos deberet habere fructus: Scienς ergo, & prudens Christus ad arborem diuertit, neque ignorans esse ficum, neque fructum non habere; sed fingens se quærere more hominum, quod se sciebat inuenturum non esse; sicut, vt miraculi occasionem captaret, vt Augustinus libro secundo, quæstionum Euangelicarum quæst. 51. & Chrysostomus & Euthymius in hunc locum scribentes existimant, siue, vt ego arbitror, vt mysterium, de quo paulo post dicemus, declararet. Altera quæ illo est, cur arbori maledixerit, eamque arefecerit, quasi punire vellet, quod fructum non haberet: cum habere non deberet eo tempore, quemadmodum Marcus quasi arborem excusans dixit, *non enim erat tempus fructuum.* Id ego non ira impetu, qui in Christum cadere non poterat, non pœnæ inferendæ causa, quam nec arbor meretur, nec poterat semire, si meretur: sed solo mysterio factum credo; quemadmodum Origenes tractatum Matthæum 17. Hilarius, & Hieronymus putant. Mysterium autem fuit, quod, cum Synagoga arbor esset, à Deo in vinea sua plantata, fructumque in eaque quæsiuisset, nunquam inuenisset vllum: quemadmodum apud Isaiam dicit capite 5. 2. *Expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruscas*, & vt peraliam apud Lucam parabolam declaratur capite 13. 6. 7. *arborem*, inquit, *fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit: dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio: succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?* Quemadmodum ergo ille succidit, ita Christus arefecit, id est legem veterem, & Synagogam, quia bonorum operum fructus non ferebat, abrogauit: hoc est, quod alia parabola paulo post docet, cuius conclusio est vers. quadragesimotertio. *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*; indicat enim propterea gentibus dandum, quia fructus facturæ erant: propterea Iudæis auferendum; quia fructus non fecerant; sed filium potius demisit sui, & hæredem vnicum occiderant. At videtur per arborem significari nõdum fuisse tempus, vt Synagoga fructus afferret; *non enim erat tempus fructuum.* Respondeo non eius rei causa arefactam fuisse ficum: sed tantum voluisse Christũ facto illo sine vllis verbis declarare se Synagogam arefacturum, quia fructum non afferebat: quemadmodum arbor illa fructum non habebat; in eo igitur tantum, quod Christus docere voluit, ficus Synagogæ similis esse debet, quod neutra fructum habebat. In eo vero, quod Christus dicere noluit; similis esse non debet, vt quemadmodum tempus non erat, vt ficus haberet fructum; ita tempus nondum esset, vt Synagoga bona opera faceret; etsi scio aliter Hieronymum interpretari: hoc enim inter arbores, & homines interest: quod arbores natura sua nonnisi certo quodam anni tempore fructus ferre debent: homines vero debent toto vitæ suæ tempore benefacere. Tota vita nobis est ætas, tota debet esse frugifera; nec quicquam nos præter voluntatem nostram steriles facit.

Calumnia Hæret.

20. *Et videntes Discipuli.*] Die sequenti, qui tertius fuit ab eo, quo Ierosolymam Christus ingressus fuerat, cũ iterum Ierosolyma Bethaniam reuerteretur, vt apparet ex Marco.

21. *Et non hæsitaueritis.*] *καὶ μὴ διακριθῆτε*; & non disceptaueritis, vt solent, qui dubitant apud se in vtramque partem argumentari. Ita Actor. 10. 20. & Rom. 4. 20.

Non solum de ficulnea.] *ἀ μόνον τῆς συκῆς* non solum, quod in ficu factum est.

24. *Interrogabo & ego vos.*] Non respondet Christus ad quæstionem facere dotum, ne audita veritate magis irritentur, sed alia proposita quæstione vult vt eam soluentes ipsi sibi respondeant. Nam non poterant respondere baptismum Ioannis ex cœlo esse, quia omnium testimonio conuicti fuissent confiteri Christum non humana, sed diuina potestate facere, quæ faciebat, quia Ioannes de illo testimonium præbuerat. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ioannis vigesimo nono. Baptismum autem Ioannis vocat Christus non solum baptismum, quo homines aqua baptizabat, sed omnem eius professionem omnemque institutum, omnem prædicationem, atque doctrinam; quemadmodum nomine circumcisionis tota lex Moysis intelligebatur, vt air Paulus ad Galatas 5. 3. *Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.*

Cur Christus ficulneam arefecerit.

27. *Nec ego dico vobis.*] Non respondet nec ego scio, sicut illi dixerant, *nescimus*, quemadmodum sermonis consequentia postulare videbatur, quia id vere respondere non poterat, sed respondet, *nec ego vobis dico.* Inest particula illa *nec*, quæ similitudinẽ significare solet, non significat hoc loco similitudinem eius, quod dicitur, id est *nescimus*; sed eius, quod intelligitur, aut, quod consequitur; quod nimirum non dixerunt Christo, vnde esset Ioann. baptismus: nec Christus dixerat illis, in qua potestate faceret, quæ faciebat.

28. *Homo quidam habebat duos filios.*] Noluerant sacerdotes ad Christi quæstionem respondere, nere-spondentes Christi auctoritatem asserere cogerentur, cum noa ignorarent tamen Ioannis baptismum ex Deo non ex hominibus fuisse. Quod ergo illi respondere noluerant, Christus nunc proposita docet parabola diuinum fuisse Ioannis baptismum, eosque penitus inexcusabiles, quod cum publicani, & meretrices Ioanni credidissent, & ad eius prædicationem egerint pœnitentiam, ipsi nec illi credere nec pœnitentiam agere voluerint. Parabola, quæ vsque ad vertam tricesimum tertium, extenditur, facilis est. Homo, qui duos habebat filios, non dubium, quin Deus sit. Magis dubium, qui duo sint filii. Mirum quanto consensu veteres interpretes duos filios, populos duos Gentilem & Iudaicum fuisse dixerint: quorum prior à Deo per naturalem legem iussus in vinea sua laborare, responderit se nolle, quia ne legem quidem naturæ seruare voluit, postea ductus pœnitentia in vineam venerit, id est non solum naturalem: sed Euangelicam etiam legem receperit, atq; seruauerit. Contra Iudaicus iussus à Deo in vineam ire, id est legem seruare, respondit se iturum esse. *Cunctis*, inquit, *qualecunq; est Dominum facere*

Zach. 13.8.

A *mus*, postea non iuit, id est non fecit, quę in legis præcepta fuerant. Ita Origenes tract. in Matthæum 26. & Athanasius quæstione 39. Chrysostom. Auctor imperfecti, Hieron. Beda, & Euthym. hoc loco. Cæterum probabile est ex vers. 31. vbi parabola concluditur duos filios duo hominum Iudæorum genera significare: primum plebem, & publicanos meretrices, & peccatores, qui iussi à Deo in vinea sua laborare, id est obseruare legem, non verbis, sed factis se nolle respondérunt, quia non obseruarunt: postea vero Ioannis exemplo, & prædicatione commoti, ducti pœnitentia non solum veterem legem seruauerunt, sed Euangelicã etiam receperunt; secundũ sacerdotes, Scribas, & Pharisæos qui in vinea iussi

B laborare se respondérunt rituros esse, id est legis obseruationem, & quidem seueram, atque perfectam profitebantur: sed reuera nõ iérunt, quia legem minime seruarunt: neque Ioannẽ, de quo Prophetæ locuti fuerunt, credíderunt, vt Christus ipse vers. 32. & 32. declarat, quod etsi facile est, tamen solus, quod sciã, inter veteres Auctores Aucto imp. animadvertit. Credibile tamen est, & ne ab omnibus antiquis auctoribus discedamus, pium existimare etiam hunc Christum respexisse, vt Gentilem, & Iudaicum populum obscure, & oblique significaret. Nam publicani, & meretrices Gentilium; sacerdotes vero, Scribæ, & Pharisæi Iudæorum expressãmagis esse videbantur, & videmus alio loco Christum simili duorum filiorum parabola Gentium, & Iudaicum

C populum significare voluisse Lucæ decimo quinto, vigesimo.

31. *Publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.*] Videtur Christus his verbis indicare etiam sacerdotes, quibuscum loquebatur, in regnum Dei ingressuros esse: quemadmodum & Origenes interpretatur, quasi Christus significet, non eos quidem ipsos, cum quibus agebat; sed alios tamen sacerdotes sub finem mundi, cum, vt air Diuus Paulus, plenitudo gentium intrauerit, conuertendos esse, & in regnum Dei ingressuros. At non id mihi videtur indicare Christus voluisse; sed potius sacerdotes in regnum Dei ingressuros non esse. Dicit autem publicanos, & meretrices præcedere nõ quod illi sequantur; sed quod, cum legis doctores essent, præcedere

D deberent, & non solum non præcedant, sed ne sequantur quidem quemadmodum capite 8. 11. 12. dixit, *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum; filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Adde, quod nisi fallor, sensus huius loci est, præcedunt vos in regno cælorum, id est vilã vobis æstimãt, exemplũ vobis præbent: sicut versu sequenti explicatur. *Vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei*: id est cum videritis publicanorum & meretricum exemplum, qui Ioanni credebant & pœnitentiam agebant, ne eorum quidem exemplo prouocati, aut credere, aut pœnitentiam agere voluistis propterea, vt opinor, non dixit *εἰς βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, in regno Dei, sed *ἐκ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ*, in regnum

E Dei.

31. *Venit enim ad vos Ioannes.*] Nunc respondet, quod sacerdotes respondere noluerunt, docetque Ioannem à Deo missum fuisse, proinde eius baptismum non humano, sed diuino consilio institutum.

In via iustitiæ.] Hebraismus est, דרך צדקה id est per modum iustitiæ, iustitiam præ se ferens habitu, & moribus viri iusti. Videtur enim Christus non tam de vera, internaque iustitia, (etsi in Ioanne verissima fuerat) quam de ea, quæ sacerdotum opinione sola iustitia esse videbatur, posita in solis rebus externis, in habitu, in gestu, & aliis eiusmodi, quæ fuerunt in Ioanne singulares, & sicut capite vndecimo, decimo octauo, dixit: *venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens,*

& dicunt, dæmonium habet. Cum ergo eam iustitiam Ioannes præ se ferret, quam sacerdotes aut solam, aut maximam esse iudicabant, excusationem nullam habebant, quamobrem illi non crediderint.

Videntes.] Publicanos, & meretrices credere, vt paulo ante exposuimus, & Euthymius hoc loco interpretatur.

Nec pœnitentiam habuistis, vt crederetis ei.] Duo Christus in sacerdotibus reprehendit; incredulitatem, qua nuntio Ioanne non crediderunt; & pertinaciam, atque obstinationem, qua posteaquam vidissent etiam publicanos, & meretrices credidisse, credere noluerunt: hoc est, quod dicit, *nec pœnitentiam habuistis postea*, id est, nec postquam eorum exemplum vidistis, sententiam mutare voluistis.

33. *Aliam parabolam audite.*] Matthæus Christum introducit iisdem sacerdotibus parabolam proponentem: Lucas vero capite vigesimo, secundo, plebi, *cœpit*, inquit, *dicere ad plebem parabolam hanc.* Facile à multis ea quæstio soluta est Christum sacerdotibus in primis, cum quibus disputabat, parabolam proposuisse, sed quia circumstans, & audiente plebe proposuit, Lucas scripsit ad plebem dixisse. Cæterum, quod in omnium parabolarum explicatione solemus, id est, hoc loco memoriæ repetendum, ea, quæ quasi necessaria, & propria parabolæ membra sunt, ab iis, quæ sunt adiuncta, & vt ita dicam, accidentia diligenter distingui oportere. In hac igitur parabola, quæ vsque ad versum 42. tractatur, sex mihi partes propriæ esse videntur, ac necessariæ. Prima est, homo quidam qui vineam plantauit, per quem nemo dubitat Deum significari. Secunda est, vinea, quam plantauit, quam Athanasius quæstione 49. mundum, quem Deus condidit, interpretatur; Irenæus vero libro 4. capite 70. vniuersum hominum genus; quod si ita est, qui erunt coloni, quibus eam Deum locasse dicitur? Itaque melius alij omnes auctores vineam Ecclesiam interpretantur, in qua volunt Deus homines laborare. Vsitata in scripturis metaphora est, vt Psalmo 76. 9. *Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.* Similis metaphora est apud Isaiam capite 5. 2. & apud Ieremiam capite 2. 21. & capite 12. 10. & apud Ioelem capite 1. 7. plantasse autem vineam dicitur Deus, cum legem dedit, quia notitiam sui per eam in animis hominum quodammodo plantauit, vt Diuus Augustinus ait sermone de verbis Domini 59. Tertia est, quod septem circumdederit, quod torcular in ea, & turrim ædificauerit; quæ tria vnam tantum, vt mihi videtur, partem efficiunt; nihil enim aliud his tribus rebus significatur, quam Deum fecisse Ecclesiæ suæ, quicquid facere debuit, vt bene & custodiri, & coli posset; quemadmodum dicit apud Esaiam capite quinto, quarto. *Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* Proposuit enim Christus ea, quæ domini vinearum facere solent, vt coloni nihil ab illis desiderare possint, quominus vineam bene colant, & partos fructus reddant. Solent autem qui vineam plantant, primum sæpe cingere, ne aut bestiæ, aut fures possint irruere. Deinde torcular ad colligendam, promendamque vindemiam ædificare. Postremo turrim partim ad ornamentum, partim vt ex ea vinitor speculetur, ne quis in vineam insidiè. Etsi scio omnes veteres auctores existimare hæc tria suam quodque habere significationem. Nam sepem plerique Dei tutelam, & angelorum custodiam interpretantur, vt Origen. tractatu in Mattheum 19. Ambros. in caput Lucæ 20. Auctor imperfecti, & Hieronym. hoc loco: ficut Psalmo 79. 13. dicitur, *Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes, qui præterpediuntur viam?* maceriam enim eius Deus destruxisse dicitur, quia auxilium, quo eam protegere solebat, atque tueri retraxit, & ab ea quodammodo discessit, vt dicitur versu decimoquinto. *Deus virtutum conuertere, respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.* Alij sepem nomen Abraham, Isaac, & Iacob, quo Iudæi à cæteris Gentilibus distinguebantur, esse dicunt, vt Hilarius canone 22. Alij legem, atque præcepta, quibus Iudæi quasi certis limitibus concludebantur, ne quicquid liberet, facerent, vt Irenæus libro quarto, capite septuagesimo, & Auctor imperfecti homilia 40. Torcular vero plerique interpretantur altare, quod victimarum sanguine, quasi musto redundabat, vt Origenes, Hieronym. Beda, Euthym. & Theophylact. alij Prophetarum spiritum, qui quasi mustam seruebat, vt Irenæus loco paulo ante notato. Hilar. Ambros. quam interpretationem & Hieronym. approbat; alij Ecclesiam, vt Auctor imperfecti; alij baptismum, vt Athanasius quæstione quadragesimanona, quod minime omnium probabile est, cum Christus non de Ecclesia Euangelica, sed de Iudæorum loquatur Synagoga, in qua aut baptismus non erat, aut non poterat per torcular significari. Turrim autem plerique interpretantur templum Ierosolymitanum, vt Origenes, Hieronym. Beda, Theophylact. Euthym. alij vrbem ipsam Ierosolymitanam, quæ vna ex parte in monte sita erat, vt Irenæus; alij legis latitudinem, vt Ambros. capite 20. Lucæ, Auctor imperfecti, & Hieronym. hoc loco. Quarta pars sunt coloni, quibus vinea locata fuisse dicitur. Per colonos autem multi auctores solos sacerdotes, Scribas, & Pharisæos intelligunt; qui colendæ vineæ, id est populum docendi munus susceperant, vt Origen. Hilar. Auctor imperfecti, Euthym. & Theophylactus, quorum opinionem confirmat, quod Christus cum solis sacerdotibus disputabat, & in eos parabolam proponebat, & quod reliquus Iudæorum populus non tam coloni, quam vinea fuisse videatur. Ex parabolæ tamen conclusione, quæ ponitur versu 41. intelligitur colonos non solos sacerdotes, sed totam Iudæorum gentem vocatos fuisse, quia concludit Christus vineam Iudæis auferendam, & aliis colonis, id est gentibus elocandam. *Auferetur*, inquit, *a vobis regnum Dei; & dabitur genti facienti fructus eius.* Atque hoc modo Ambrosius interpretatur. Locasse autem Deus colonis vineam suam dicitur, quia in ea laborantibus mercedem certam vitæ æternæ promisit: quemadmodum alia etiam vineæ parabola cap. præce. declaratum est. Itaque vel ex solo locationis verbo, insaniant licet hæretici, bonorum operum merita probantur. Quinta pars sunt serui, quos dominus vineæ diuerso tempore, vt fructus colligerent, diuersos misisse dicitur, per quos omnes auctores consentiunt, & ex verbis Christi manifestum est veteres Prophetas significari. Quomodo autem alij occisi, alij lapidati sint, ti qui siguorat, epistolæ ad Hebræos capite vndecimo, & Hieronymi in hunc locum legat commentarios. Sexta est filius, quem dominus vineæ ad extremum misit. Eum esse Christum ne illi quidem sacerdotes, in quos iactata parabola est, ignorare potuerunt. Hæc propriam habent, & necessariam significationem cætera, quæ in parabola videmus, ad exactis sunt, & ad significationem trahi non debent, ne quid violenti, aut absurdi dicamus, & dum nimis mulgemus, sanguinem eliciamus; eiusmodi sunt sepes, torcular, turris, vt supra explicauimus, domini peregre abitus: quanquam per eam domini peregre profectionem Chrysost. Theophy. & Euthym. diuturnam Dei erga Iudæos patientiam significari volunt. Hieronym. vero, & Beda liberum illis arbitrium relictum esse, vt, si vellent, laborarent; si nollent, non laborarent; quemadmodum eiusmodi seruis absente Domino, aut laborare, aut cessare liberum esse solet. Mihi, vt dixi, non videtur hæc pars certam, necessariamque habere significationem; sed ad explendam, ornandamque parabolam adiecta. Si quis tamen significationem aliquam eliciendam

eiendam esse contendit, illa mihi maxime placet, quam Origenes tractatu in Mattheum decimo nono, & Theophylactus elicuerunt dominum vineæ, id est Deum peregre profectum esse, quia, cum Lucæ 19. in monte Sina apparuisset, vt vineam illis suam locaret, id est, vt legem daret, & fœdus cum illis de ea seruanda sanceret, postea apparere desiit, quasi peregre discessisset. Adiectum etiam est, quod in parabola dicitur tempus fructuum appropinquasse; quasi non semper tempus fuerit fructuum: aut quasi non semper Deus à Iudæis honorum operum fructus exegerit. Nõ enim ita est, sed, vt diximus supra versu decimo nono, semper fructuum tempus fuit. Deinde quod dicitur, *verebuntur filium meum*; nec enim id ideo dictum est, quod ad parabolæ significationem necessarium esset; sed quod esset vero simile id dominum vineæ, cum filium suum mitteret, dicturum fuisse. Chrysostomus, Euthym. & Theophylactus legunt, *forte verebuntur filium meum*: quemadmodum & apud Lucam capite vigesimo, decimo tertio, legitur. Quod ideo dixisse putant, vt indicaret dominus vineæ, quid coloni facere deberent, non quod ignoraret non reuerituros filium suum esse: nec se Dei prædictione coactos fuisse dicerent. Sed non dubito ista omnia, tanquam de homine, nõ tanquam de Deo dicta esse. Homo autem nõ potuit scire fore, vt coloni filium suum occiderent; potius debuit credere fore, vt reuererentur.

41. *Aiunt illi, malos male perdet.*] Marcus capite 12. 9. & Lucas cap. 20. 15. hæc verba à sacerdotibus; sed à Christo dicta fuisse tradunt. E contrario vero Lucas scribit sacerdotes respondisse *absit*, quasi quod Christus dixerat, negarent, & abominarentur. Diuus Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarũ capite 70. respondet hæc verba vt ait Matthæus à sacerdotibus dicta fuisse: sed quia vera erant, & quicquid verum est, à veritate proficiscitur; veritas autem erat Christus, alios duos Euangelistas Christo illa tribuisse, coactum hoc videtur. Itaque probabilius est, quod Chrysostomus, & Euthymius respondent, hæc verba, vt Matthæus scribit, primum à sacerdotibus dicta: Christum vero & confirmasse, & explicasse, ita vt sacerdotes intelligerent illum contra se loqui, velleque significare fore, vt Deus illos, tanquam malos colonos disperderet, & vineam suam aliis agricolis elocaret; propterea Marcus, & Lucas illa Christo tribuisse; tũc autem respondisse sacerdotes, quod Lucas ait, *absit*.

42. *Nunquam legistis.*] Exprobrat sacerdotibus legis scientiam profitentibus legis ignorationem, vt supra versu decimo septimo, & capite 12. 3. & 5. & capite decimo nono, quarto, confirmat Christus alia metaphora, & scripturæ testimonio euertitur esse, quod sacerdotes abominati fuerant dicentes, *absit*. Itaque nisi Lucas id expressisset, hic locus non satis eũ præcedentibus hærere videretur. Nunc autem, vt Diuus Augustinus libro secundo, de consensu Euangelistarum capite septuagesimo, animaduertit, recte hæret. Nam quia sacerdotes dixerant *absit*, negantes id euenturum, quod Christus comminabatur, Deum illos male perditurum, probat id euenturum, quia lapis, quem ipsi ædificantes reprobauerunt, factus est in caput anguli, & qui ceciderit super eum, confringetur; super quem autem lapis ceciderit, conteret eum. Mutauit Christus subito metaphoram: quemadmodum alias locis eũ fecisse animaduertimus. Nam Ecclesiam, quam prius vineæ cõparauerat nũc cõparat ædificio, quia Dei ædificatio est vt ait Diuus Paul. 1. ad Cor. 3. 9. & 2. ad Cor. decimo tertio, decimo, & ad Ephes. 2. 21. & 4. 12. & quos prius colonos, nunc ædificantes: quem prius filium, nunc lapidem appellat, vt Hieronymus, & Euthymius annotauerunt. Christum lapidem vocari vitata in scripturis metaphora est, Isai. vigesimo octauo, decimo sexto. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum*: & Danielis 2. 34. Christus lapis ille, qui de monte sine manibus abscissus fuisse dicitur, & Zachariæ cap. 3. 9. *Ecce lapis, quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt.* Dicitur autem Christus lapis Ecclesiæ respectu, quia firmum eius fundamentum est, vt declarat D. Paulus 1. ad Cor. 3. 11. & ad Ephes. 2. 20 nec dubium est quin Dauid Psal. illo 117. 22. vnde hoc testimonium sumptum est, de Christo locutus fuerit, eumque lapidẽ appellauerit, quod ne ipsi quidem sacerdotes Christi aduersarii differi potuerunt.

Lapidem, quem reprobauerunt.] Hebraissimus est, quem Septuaginta frequentissime imitari solent, vt Genesis trigesimo primo, decimo sexto, eum etiam Græcus Matthæi interpres, & Græci Latinus secutus est, *lapidem, quem reprobauerunt*, pro lapis, quem reprobauerunt; nam Latini vix ita loquuntur. *Hebraissimus*

Ædificantes.] Hic etiam Hebraissimus est, quo participium præsens ponitur pro nomine verbali officium significante, id est ædificatores, architecti, vt supra capite decimo nono, quarto annotauimus: quos autem Christus, & ante Christum Dauid ædificantes appellauerit, non consentiunt interpretes. Nam quidam solos sacerdotes ita vocari putant, vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus, quia illi quasi architecti erant veteris Synagogæ, qui eam ædificabant, id est docebant; ædificare enim, docere est, vt Ieremias 1. 10. ad Romanos 15. 20. 1. ad Corinth. 3. 10. ad Galatas 2. 18. ad Ephes. secundo, vigesimo, sicut Diuus Paulus se Euangelii architectum appellat 1. ad Corinth. 3. 10. Ita videtur hunc locum D. Petrus exponere Actorum 4. 11. *Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli.* Alii ædificantes omnes Iudæos generaliter vocari dicunt, quia omnes quamuis nõ singuli Christum reiecerunt; hoc enim est, quod dicit *reprobauerunt*, id est quasi inutilem, & ad ædificium ineptum abiecerunt, vt dicunt impii Sapientiæ 2. 12. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & infamat in nos peccata disciplinæ nostræ.* *Hebraissimus* *Cur Christus lapis angularis ab ædificantibus reprobatus appellatur.*

Hic factus est in caput anguli.] Id est caput anguli. Hebraissimus quales multos supra notauimus capite 19. 5. Caput autem anguli, id est lapis in ædificio angulo efficiens tribus de causis appellatur Christus. Primũ, quia est firmissimus totius ædificii lapis, qui totum continet, atque sustentat: quo sensu à Diuo Petro declaratur Actorum 4. 11. cũ dicit, *Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli*, id est primus, optimus, opponit enim caput anguli reprobationi: ficut honorem iniuriæ, vt Isaias appellauit lapidem pretiosum, id est, qui honoratissimo in loco positus est. Eodem sensu Diuus Paulus explicauit ad Ephes. secundo, vigesimo. *Super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo*: angularem enim interpretatur summum, ac primum, quo totum nititur ædificium. Secundo, quia est lapis offensionis multis. Solent enim angulares lapides extra ædificium extare. Itaque qui minus cauti sunt, dum prætereunt, ad angulum offendunt; sicut Iudæi ad Christum, tanquam ad angulum offenderunt. Hũc sensum distertis verbis D. Petrus explicauit epist. 1. c. secũdo septuagesimo octauo. *Vobis igitur honor credentibus; nõ credentibus autem lapis, quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali his, qui offendunt in verbo, nec credunt, in quo positi sunt*: eundem etiã sensũ videtur D. Paul. secutus esse ad Roma. 9. 32. 33. Tertio, quia diuersos populos Iudaicũ, & Gẽtile inter se nectit, faciens vtraque vnum, *& medium parietem maceriæ soluens*, vt ait Diuus Paulus ad Eph. 2. 14. quam interpretationem omnes fere veteres auctores secuti sunt, vt Origenes tractatu in Mattheum 19. Hilarius canone 22.

Augu-

Augustinus in Psalmum 58 & 99.& tractatu in Ioannem 9. & sermone 18. & 40. de verbis Domini, & Hieron. Theophylact. Beda, & Euthym. hoc loco omnes tres sensus videtur Christus colligere voluisse; primum, quia significat se à Iudæis reprobatum maiore in honore apud gentes futurum esse; secundum, quia significat fore, vt Iudæi ad eum impingant, & confringantur; vt Isaias declarat, *qui ceciderit super lapidem illum, confringetur*; tertium, quia indicat se hoc facturum fuisse, vt ab vno populo rejectus pro vno duos habeat, id est tanquam angularis lapis duos parietes coniungat, atq; conectat.

Hebraismus non inusitatus.

A Domino factum est istud.] Ista fuere dicta facta est hæc. Hebraismus, quia, vt omnes sciunt, apud Hebræos fœminini generis pro neutro poni solet, quod sæpe & Septuaginta, & Latinus interpres imitantur: vt Psalmo 26. 4. *Vnam petii a Domino, hanc requiram*, id est vnum. A Domino autem factum esse dicitur, quia à solo Domino non humano consilio factum est, vt non credentibus Iudæis crederent gentes, & vt abscissis ramis oleastri furculi in bonæ olivæ trucũ insererentur, vt copiosè & subtiliter in epistola ad Romanos capite vndecimo disputat Divus Paulus.

Et est mirabile in oculis nostris.] Hic etiam est Hebraismus esse mirabile in oculis, id est mirabile videri; metro autem Iudæi, quorum persona apud Dauidem hoc dictum est, mirabile sibi videri dicũt, vt gratia Christi non solum Iudæis, sed multo etiam largius maligne à Iudæis repudiata gentibus detur, eũ hoc mysterium ne ipse quidem Petrus iam princeps Apostolorum factus intelligeret Actorum 10. 14 nec intelligere potuisset, nisi demisso cœlitus linteo omne animalium genus continente edoctus fuisset.

34. Auferetur à vobis regnum Dei.] Hæc est parabolæ conclusio, qua significatur abolendam Synagogam, & Dei Ecclesiam, quæ regnum Dei hic appellatur, & supra per vineam fuerat significata, ad gentes transferendam, quemadmodum Actorum 13. 46. Paulus, & Barnabas Iudæis dixerant. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes.* Quod Origenes aunotauit primis de vinea dictum esse versu trigesimo tertio, locatam fuisse agricolis; nunc autem non locari, sed dari gentibus, quasi primis Iudæis propter merita promissa mercede locata sit; postea gentibus gratis data, subtile potius, quam verum est. Nam neque Iudæi magis, quam gentes, vt illis vinea locaretur, meruerũt, neque gẽtib⁹ minus quam Iudæis sibi bene vineam coluerunt, mercesq; promissa est, ergo dari hoc loco, aut transferri, aut locari significat, aut ante.

Facienti fructus eius.] Id est, quos, vt proferret, vinea plantata est, & ad quos colligẽdos missi fuerant à domino serui versu 34. 36. 37. Cum autem dicitur, *& dabitur genti facienti fructus eius*, non quidem meritum, sed causa tamen significatur, quam ob rem gẽtibus danda sit, quia fructus eius facturæ sunt, id est bene eam culturæ, & fructus domino reddituræ: oblique vero notatur Iudæorum culpa, cuius causa illius auferatur, quia nimirum fructus eius non faciebant, quod an ad quæstionẽ de prædestinatione

A & reprobatione aliquid lucis afferat, iudicent docti: certe Divus Paulus eodem modo dicit ad Roma. 11. 19. 20. *fracti sunt rami, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas.*

44. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur.] Illud hoc loco manifestum est Christum duplicem pœnam, alteram minorem, alteram maiorem significare voluisse; quemadmodum, qui super magnum lapidem cadit, lædit quidem se, & membra sæpe confringit: sed multo minus, quam si lapis super eum de superiore loco caderet; eum enim prorsus comminueret. Illud dubium, quid sit super lapidem cadere, quid lapidem cadere super aliquem, Calumnia Hareticorum interpres cadere super lapidem esse dicit Christum tyrannorum more, quasi superiores illo simus, velle opprimere. Inepte isto enim modo, qui in Christũ non credunt, & illũ tamen non persequũtur, hac sententia non comprehenderẽtur & minime dubium est, quin de medio sit sumpta metaphora; cum autem aliquis super lapidem cadit, nõ ideo cadit, vt illum opprimat, atque confringat. Denique quis dubitat super lapidẽ cadere esse ad Christum tanquam ad lapidẽ offendere? propterea enim lapis offensionis, & petra scandali vocatus est Isaiæ 8. 14. & 1. Petri 2. 7. 8. Auctor imperfecti Hieronym. & Beda existimant eos, qui in Christum credunt; sed tamen peccant, & illum offendunt, super lapidẽ cadere: quia puniuntur quidem, sed leuius; super eos vero, qui in Christum non credunt, lapideri cadere, id est grauius puniri. Chrysostomus, Augustinus sermone 40. de verbis Domini, Euthymius, & Theophylactus videntur sentire, cadere supra lapidem esse, non credere in Christum, qui mihi videtur proprius esse sensus: quia cadere super Christum eadem sententia dictum est, qua Christus lapis offensionis appellatur. Christus autem ideo vocatur lapis offensionis, quia multi eius miracula videntes, quibus, vt in eum crederent, adduci debuerũt, tantum abest, vt crederent, vt ea potius de causa calumniati eum sint. Hoc ergo est cadere super lapidem, idque mihi videntur Diuus Paulus ad Romanos 9. 33. & D. Petrus 1. epistola cap. 2. 7. 8. prorsus expressisse. *Non credentibus*, inquit, *factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali.* Non credere ergo est super lapidem cadere. Quid autem sit lapidẽ cadere super aliquem, id est obscurius. Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus dicunt mihi aliud esse, quam Christum illi iratum esse; sed vix quicquam hęc metaphora similitudinis haberet. Melius, vt mihi videtur, Augustinus sermone de verbis Domini 40. lapidem cadere super aliquem esse Christum de cœlo ad eum iudicandum, & condemnandum venire. Itaque perinde est, ac si Christus dicat, miserum quidem esse etiam in hac vita, quicquis in se nõ credit, hoc est super lapidem cadere, miseriorem futurũ in altera vita, cum ipse eũ cõdemnauerit, hoc est, eũ super eum lapis ceciderit; eodẽ prorsus, modo, quo D. Ioan. in Apocaly. c. 2. 11. 20. 6. 14. & 21. 8. mortem primam, & secundam, quasi duas pœnas, alteram minorem, alteram maiorem significat.

CAPVT XXII.

Luc. 14. d. 16. Apoc. 19. b. 9

ET respondens Iesus dixit iterum in parabolis, eis dicens 2. *Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. 3. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias & nolebant venire. 4. Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. 5. Illi autem neglexerunt: & abierũt, alius in villã suam, alius vero ad negotiationẽ suam. 6. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. 7. Rex autem cũ audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. 8. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidẽ parate sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. 9. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias. 10. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerant, malos & bonos: & impleta sunt nuptiæ discumbentium. 11. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. 12. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. 13. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. 14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* 15. Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierũt, vt caperent eum in sermone. 16. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominũ. 17. Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari an non? 18. Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ? 19. Ostendite mihi numisma censũs. At illo obtulerunt ei denarium. 20. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio? 21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. 22. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. 23. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum. 24. Dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. 25. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ducta, defunctus est, & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. 26. Similiter secundus, & tertius vsq; ad septimum. 27. Nouissime autem omnium & mulier defuncta est. 28. In resurrectione ergo cuius erit de septem? omnes enim habuerunt eam. 29. Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis nescientes scripturas, neque potentiam Dei. 30. In resurrectione enim neq; nubent neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. 31. De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum sit à Deo dicente vobis: 32. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium. 33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. 34. Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum. 35. Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. 36. Magister, quod est mandatum magnum in Lege? 37. Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. 38. Hoc est maximum & primum mandatum. 39. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. 40. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ. 41. Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus. 42. dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? dicunt ei: Dauid. 43. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens. 44. Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? 45. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? 46. & nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

IN CAPVT XXII.

ET respondens Iesus.] Aggressus iterum loquti. Redire pro loquti, aut aggredi dicere, vt sæpe ex Hebræorum idiomate explicauimus.

2. *Simile factum est.* Simile apud Lucam 12. 14. 16. parabola est. An autem eadem sit, inter interpretes disceptatur. Quidam multis quidem argumentis diuersa esse putant; quia quinque fere illorum, hoc est rex illic non est; quia hic prandium, illic cœna; quia hic multi serũ, de sæpe ad vocandos inuitatos mittitur, illic vnus & semel tantum; hic nõ excusant se, sed venire negligũt mutati: illic alius excusat, quod villam emerit, & necesse habeat exire, & videre illi: alius quod iuga boũ emerit quinque, & ea probare illi: alius quod vxore duxerit & venire non possit: hic serui occiduntur: illic non occidũtur: hic mittitur à domino vnus exercitus, qui colonos occidat: illic nõ mittitur: hic interfectis in angiportum, vt discũbentes videat, & inuenta hominẽ non habentẽ nuptialem vestẽ iubeat ligari, & in tenebras exteriores mitti: illic nihil tale factum dicitur. In hac sententia sunt, D. Aug. li. 2. de consensu Euangelistarum ca. 70. & Greg. hom. in Euangelia 38. Strabus & D. Thomas. Alii eadẽ esse existimant, vt existimare videtur Irenæus li. 4. c. 70. & 76. quia communis hoc nuptiale, quod factum fuisse dicatur, nunc prandium, vt Matt. nunc cœnam, vt Lucas appellat. Itemque Theoph. hoc loco, eam quæ sententiam etiam Gregorius probabilem putat: ego alteram probabiliorem quia & reliqua omnia, quæ hic à Matthæo, illic à Luca narrantur, similia sunt, & quæ dissimilia videntur adeo sunt lenia, vt eos ab hac sententia dimouere non debeam. Etenim quod hic rex appellatur, illic non appelletur; quod hic prandium, illic cœna dicatur, nihil est. Nam quod & Greg. ipse respondit, quia veteres vsq; ad horam nonam prandere non solebant: prandium apud eos cœnã vocatã fuisse, hoc fere certum non est: sed vno verbo omnia argumenta contraria solui possunt. Euangelistæ enim non solum eandem parabolam: sed eum eadem etiam narrent historiam, nec omnia narrare necesse eadem verbis sed eadẽ sententia vti solere. Quod & hoc loco necesse credendum est. Illud magis mouere lectorẽ potest, quod Lucas hãc parabolam alio tempore, scilicet ea Christo proposita fuisse dicat, cum Christus in eodem conuiuium principis Pharisæi esset, & eosque quidam ex discumbentibus dixisset beatos, qui in regno Dei. Sed & hæc obiectio facile potest dilui: ait Lucam eius Matth. ordinem temporis vt saepe Euangelistis accidit, secutũ non esse probabilius autem est Lucam rem sine ordine tempore narrasse. Matthæum vero propterea in loco non dubitasse, quia vt ea de re parabola aliena erat, & nõ foret illi cure historia, vt gesta erat, ex ea sed Christi doctrinam exponere, idq; ea, quæ similem habebant significationem, atque doctrinam, eodem loco posuit.

Homini regi. Id est, idẽ accidit in regno cælorũ, atque si quis rex nuptias fecisset filio suo, vt c. 18. 18. explicauimus. Nec enim regnũ cælorũ, id est Ecclesia homini regi, sed comactio, vbi communi celebratur fruitur est. Videtur autem illi, quo loca ipsa parabolæ, deinde quę sunt eius, vt inemus dicere, proprie petere atq; necessarie, quæ ad sententiã aliquid faciãt. Duo mihi Christus videtur significare voluisse alterum multos ad regnũ cœlorũ, id est ad Ecclesiam vocari, paucos venire, vt conclusit vers. 14. Multi

Multi sunt vocati, pauci vero electi: alterum non omnes, qui ad Ecclesiam vocati veniunt, salvos fieri, id est, dignos esse cœlesti comitio, qua aliqui nuptiarum vestem non habent, vt significat vers. 11. Dirigit autem parabolam ad Iudæos, qui nolunt venire nolueruntq; ideoq; gentes eorum loco vocatæ sunt. Patres autem parabolæ, quæ necessariam habent significationem, septem mihi videntur esse. Prima est homo rex, qua nimirum dubium est Deum significari. Quod autem non homo quilibet; sed res facile dicetur; partim ad declarandam diuinam maiestatem, partim ad explicandam omnium magnificentiam dictum fuisse arbitror. Secunda pars sunt nuptiæ, id est, conuiuium. Nam toto hoc capite nuptiarum conuiuium Euangelista nuptias appellat. Conuiuium autem quid amodi sit cœleste tui gloriam, ac beatam vitam significare, quæ sæpe in scripturis per conuiuium declarari solet. Vide illud est Psalmo decimosexto, decimoquinto. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*, & illud Apocal. vlt. vers. 9. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt*, & illud Lucæ 14. 15. *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei*, & capite 22. 29. 30. *Ego disponam vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo*. Sic Hilarius canone in Matthæum 22. Alij conuiuium gratiæ affluentiam, quæ in Ecclesiam venientibus datur; aut verbum Dei, quo pascuntur, esse dicunt. Nam & verbum Dei, cibo comparari solet, vt apud D. Paulum *lac nos parabolam Christo lac. 10. hi potum dati*. 2. ad Corinth. 3. & *facti sibi, quibus lac, & esca opus sit*. ad Hebræos 5. 12. Simile est, quod apud Amos. capite 8. 11. minatur Deus se in terram famem mitturum, non famem panis, sed famem verbi Dei. Sic Origenes tractans in Matthæum 20. hic Auctor imperfectus, & Euthymius hoc loco. Tertia pars est filius regis, cuius nuptiæ celebratæ sunt, quam manifestum est esse Christum, qui sæpe solet sponsus appellari, vt supra; capite 9. 15. & infra per alteram parabolam c. 25. 1. & Ioannis 3. 28. Apocalyps. 19. 7. 9. quæ si eiusmodi sponsa minus comperiuntur. Quidam vnumquemque animam esse dicunt, vt Theophylactus. Auctor imperfecti homilia quadragesimacima. Alij Ecclesiam, vt Origenes tractatu 20. in Matthæum, Hilarius canone 22. Hieronymus in commentarijs, & Gregorius homilia 38. in Euangelia. Hoc probabilius, quia etiam D. Ioann. in Apocalypsi cap. 21. 2. Ecclesiam sponsam Christi appellat. *Vidi, inquit, sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo*. & vers. 9. *Veni, & ostendam tibi sponsam vxorem agni*. Similiter cum D. Paulus ad Ephesios 5. 25. exhortatur viros, vt vxores suas diligant, sicut Christus dilexit Ecclesiam, haud obscure significat Ecclesiam vxorem esse Christi; nec quicquam vers. 31. 32. dicit. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna; Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia*. Christum sponsum, Ecclesiam sponsam vxorem facit. Variant autores quotidiani hymenæi modi inter Christum & Ecclesiam, in quibus celebrata sunt. Nonnulli enim post resurrectionem celebratas esse dicunt; sed hominibus ad futuras nuptias inuitari. Ita Origenes, & Hilarius. Ita vero in parabola illa, quæ infra cap. 25. 1. proponitur de sponso ad nuptias media nocte veniente, haud dubium, quin tempus resurrectionis, & vltimus Christi aduentus significetur. Ioann. etiam in Apocalypsi cap. 19. 9. de nuptijs loquens, quæ non in terra, sed in cœlo post resurrectionis tempus celebrandæ sunt. Alij tunc celebratas dicunt, cum filius Dei homo factus est, tunc enim Ecclesiam sibi, tanquam sponsam copulauit. Ita Gregorius homilia illa, quam sæpe citauimus in Euangelia trigesimaoctaua. Verumque verum est. Nam sæpe, vt alio loco diximus, Christi nuptiæ celebratæ sunt. Primum, cum homo factus est, quæ veluti sponsalia fuerunt; deinde celebrabuntur, cum reddet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam; quod tunc proprie fiet, cum eam sibi ab omni mundanarum macula in cœlo copulabit. Ad vtrasque nuptias homines inuitati sunt; ad priores, vt ad Ecclesiam veniant & Dei verbo pascantur; ad posteriores, vt tales fiant, & manducent, & bibant super mensam Christi in regno Dei. Quarta pars, fuisse inuitatos, quos Ambrosius in commentarijs in caput Lucæ decimoquarti. Gentiles, Iudæos, & hæreticos esse dicit. Alij omnes auctores solos Iudæos interpretantur; & quidem maxime obscurum est contra illos potissimum parabolam Christum proposuisse, vt figuraret Iudæos inuitatos ad regnum eorum venire noluisse; Gentiles vero venisse. An autem de omnibus Iudæis, an de iis solum, qui post Christi incarnationem vixerunt, id sit intelligendum, dici dubitari potest. Nam Hilarius eos tantum inuitatos fuisse dicit, quos Christus ipse fructus iam homo, aut Apostoli, eorumque successores vocauerunt. Origenes vero tractatu in Matthæum 20. & Athanasius quæstione 47. Hieronym. Beda, Euthym. & Theophylact. in commentarijs, Gregorius in homil. illa, quam dximus 38. de omnibus Iudæis ætatibus, qui ante Christi incarnationem fuerunt, intelligendum putant. Id probabilius, quia illi proculdubio fuerunt, qui ternos a rege misso, id est vates prophetas communibus affectos oculeorum. At quomodo illis Christi aduentus tam remotus inuitari ad eas nuptias potuerunt? Respondeo ad futuras nuptias inuitatos fuisse, vt in venturum crederent Christum, & interim verbo legis, & quæ Prophetarum pascerentur, quorum præcepta hi seruarent, ad vitimas illas, id est cœlestes, ad quas & nos, quum primi versamur, inuitamur, nuptias prouturo & vt sit Gregorius, & eos, in anteactis ormationem Christo, & nos, qui post incarnationem nymur ut, Deus nunquit, *quia misericordiam vocauit, & per prophetas dixit futuram, & per Apostolos nuntiari fecit*. Quinta pars iuniti seruli Hieronymus milicas in multis codicibus singulari numero scriptum legi, quemadmodum apud Lucam: sed & nostri codices legunt seruos, & eam lectionem, vt planiorem, videtur sententia postulare. Qui fuerint serui, quos Deus ad inuitandos primum homines misit; non est difficile; tamen non omnino auctores consentiunt. Hilarius enim solos Apostolos fuisse dicit. Alij omnes auctores, vt Origenes, Chrysostom. Auctor imperfecti, Hieronym. Gregorius & sieda, prophetas, & Apostolos. Nam primum prophetæ missi fuit. & eo tempore eis effecti; atque eo etiam postea multis Apostolum plateas, & exitus viarum, vt omnes non Iudæos tantum, sed etiam Gentiles inuitarent. Quarta Theoph. & quisquis fuit Auctor operis imperfecti, quomodo vocati sunt, qui inuitati tam fuerant: aut quomodo inuitati fuerunt, antequam vocarentur, cum inuitati, & vocati iidem esse videantur. Respondet Theoph. probabiliter per legem naturalem inuitatos fuisse, vt bene, pieque viuerent, postea per prophetas, vt venirent, vocatos. Melius tamen per legem Moysis inuitatos dixisset. Nam per naturalem legem non tantum Iudæi, verum omnes etiam homines inuitantur. Nec enim in eo parabolæ res subiectæ similis est, quod prius homines inuitati postea vocati fuisse dicantur; sed locutio est Christi ex consuetudine, & dixit, non quod a Deo erga Iudæos factum erat; sed quod vulgo ab hominibus solebat fieri; sic autem fieri solet, vt homines ad conuiuium prius inuitentur rogenturque; deinde, cum tempus venierit est, vocentur. Sexta pars est, quod rex, dum conuiuium celebratur, ingressus in cœnaculum dicatur. Ingredi in cœnaculum, & discumbentes diu pere interpretatur Auctor imperfecti, Deum homines rentare, vt

Similis a. in Luc. 14.

tare, vt apparet quantum quisque vestimenta habeat, & eam locu quæ uis locupletissimus, dignus in meliorem ordinem. Beda tractans de consortium Dei inuitati quotidie eum venire, & ita qui vestem nuptialem habere negligunt, non, qui non habent, excludere. Nam ego ita de vtroque sed eio ex eo per scriptum est, quod ille, qui vestem nuptialem non habebat, ligatis manibus & pedibus mittitur in tenebras exteriores, vbi est fletus, & stridor dentium quod in vltimo iudicio propriæ fiet. Videmus eum idem per hanc parabolam, & per illam alteram de zizaniorum c. 13. 4. & per illam figuram missi in mare, & ex omni genere piscium congregantis significari. Dubitare tamen lector potest, quomodo rex dicatur in cœnaculum ingredi, cum non rex ipse sed filius regis, id est Christus ad id eundem venturus sit. Respondeo regem venturum esse, quia filius pro eo venit: *omne enim iudicium dedit filio*, Ioannis 5. 22. Septima pars est ille, qui non habet vestem nuptialem. Quid enim per nuptialem vestem significetur, variæ sententiæ auctores edisserunt. Irenæus lib. 4. c. 70. & Hilarius in hunc locum vestem nuptialem Spiritum sanctum interpretantur; sicut Christus loquitur apud Lucam c. 24. 49. *Vos autem sedete in ciuitate, quoad vestiamini virtute ex alto*. Augustinus vero lib. 22. contra Faustum cap. 19. Christi gloriam esse dicit, quam qui sequi quærit, nuptiali indutus est vestis, quisquis autem non Christi, sed suam in Ecclesia gloriam quærit, vestem nuptialem non habet, quia non Christi, sed sua ipsius gestat insignia. Existimant, vt apparet. D. Augustinum vestem nuptialem appellari certam aliquam, & insignem vestem, qualem sponsus ipse gestare, sicut videmus regis pueros certo, atq; insigni colore vestiri habere vestes, qui regius color appellatur, ex quo regis esse pueri cognoscuntur. Verum hanc consuetudinem apud Iudæos, aut apud aliam aliquam fuisse gentem legere non memini. itaque nuptialem vestem vocari puto non certam, & insignem, quasi eandem aut similem omnes gerere tenerimi tam: sed pretiosiorem, atq; spiciosiorem quotidiana, qualem solent homines, cum ad nuptias inuitantur, indere, vt sponsum honorent, & conuiuium condecorent, atque eiusmodi vestem ille, qui forte electus est, non habebat, ideoque in tenebras exteriores mittitur, quia temeraria fuit impudentiæ ad conuiuium, vbi omnes pretiosa velle indui erant, fordidum, atque pannosum venire. Sed quid per eam vestem significetur, id quærimus. Calumniantur interpretes nuptialem vestem fidem esse dicunt; omnia enim fides illa sunt, cum multa dicitur fides. Neque confidentiam hominis valde, vt sibi videntur, assimilitudinem illum, non nisi per fidem venire, aut in eam maculam, id est in Ecclesiam ingredi posuisse. Venire enim est credere. Nemo ergo, qui inuitati non venerunt, propterea non vestis esse dicuntur, quia credere noluerunt. Itaq; habebat ille quidem fidem, sed vestem nuptialem non habebat: non ergo nuptialis vestis fides est. Vera & propria est Tertulliani libro de resurrectione. Orig. Chrys. Auctoris imperfecti, Ambrosij serm. 14. de natali Domini, Hieronymi, Gregorij, Theophylacti, & Euthymij sententia vestem nuptialem charitatem, bona opera, & ex eam inde Christiano: & videtur in scripturis bonam vitam per vestem significari, vt in Apocalyps. c. 3. 17. 18. *Dicis, quod dives sum, & locupletatus, & nullum ego. & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt locupletes fias, & vestimentis albis indu*

Calumniatorum de fide expositio reprehenditur

Locus insignis contra Calumniatores quod sola fides ad salutem non sufficiat.

Prædicandum, vt Christus postea dixit c. 28. 19. & Mar. 16. 15. Quanquam Gregorius virtutem existimationem nostrarum vitia esse dicit: quis scripturas actiones nostras vitia appellat; allegoria nonnihil coacta. Item, quod Lucas ait, vt pauperes, debiles, cæcos, & claudos in conuiuium introduxerit, tantum hoc significat nullam gentis, nullam personarum habendam esse rationem, sed omnes æqualiter ad Euangelium conuocandos: propterea autem Christus pauperes, debiles, cæcos, & claudos potius, quam alios hominum genus nominat: quia cuiusmodi homines vocari non solent, vt intelligeremus ab Euangelico conuiuio neminem excludendum. Quod autem dicit *compelle intrare*, non significant ad id deos cogendos esse homines, sed adeo rogandos, atque incitandos, vt quodammodo compelli videantur: denique de illis ad exitum est, quod verba illa subiecit de illis qui vestem nuptialem non haberent, manibus, & pedibus illigari: quod tantum significat eos qui clamando sint, ita clamandos, vt sententiæ executioni resistere non magis possint, quam si manibus, & pedibus ligati essent.

13 *In tenebras exteriores.*] De tenebris exterioribus c. 8. 12. disputauimus.

14. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.*] Hæc est parabolæ conclusio, in qua illud videtur aliquid habere difficultatis, quod cum ex iis qui vocati fuerant, vnus tantum electus sit; Christus concludat, *multi sunt vocati, pauci vero electi.* Non enim pauci; sed omnes, vno tantò excepto, electi sunt. Refert Augustinus in libro contra Donatistas post collationem 20. illum vnum, qui ejectus fuit, omnium reproborum, qui multo plures, quam electi, sint, personam sustinuisse: ideo concludisse Christum, *multi sunt vocati, o unus vere electi.* Verum potius existimo hanc conclusionem non ad proxima verba: sed ad totam superiorem parabolam esse referendam, in qua videmus multos fuisse vocatos, paucos venisse, & ex illis ipsis, qui venerunt, non omnes electos esse. Cur ergo vnus tantum ejicitur; cum ex iis, qui in conuiuium, id est in Ecclesiam ingrediuntur, non vnus tantum; sed maior pars ejiciendi sint, id est condemnandi, vt alio loco Christus indicauit, *lata est per angustam portam, quam angusta porta & arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui in eam inueniunt eam* supra c. 7. 13. 14. *& si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* 1. Petri 4. 18. Non difficile responderi potest Christus parabolam non contra Gentiles, sed contra Iudæos proposuisse, qui primo loco inuitati non tantum venire noluerunt, sed seruos etiam regis, qui se inuitabant, contumelijs affectos occiderunt: de illis ergo concludit, *multi sunt vocati, pauci vero electi.* Volunt deinde, quasi oblitus etiam docere eos, qui venissent, sine Iudæi essent, siue Gentiles non debere sibi confidere, propterea quod in conuiuium ingressi essent; posse enim ejici, si vestem nuptialem non haberent; hoc vt probaret, satis fuit, dicere vnum ex discumbentibus, qui vestem nuptialem non habebat, ejectum esse. At cum plures ejiciendi sint, quam retinendi, quare non dixit plures ejectos fuisse, paucos retentos? quis non id agebat; sed illud tantum, vt probaret multos vocari, paucos eligi.

De Herodianis cæpisse disputatio.

16. *Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.*] De Herodianis, quinam fuerint, nihil diximus c. 12. 14. hic, quia proprius est locus, paulo copiosius dicendum est. Sunt ergo, qui existiment Herodianos Gentiles fuisse, fortasse eo, qui sub Herodis diuine erant, vt Auctor imperfecti homil. 42. minime, vt mihi videtur, probabiliter. Cur enim Gentiles, qui Iudæos contemnebant Herodis Iudæorum regis, tum certe Iudæi nomen sibi quasi honorificum, arrogitassent? Alij eos dixerunt ita vocatos, qui Herodem Antipam Iudæorum regem pro Christo habuissent, vt Theophyl. & Eut. hoc loco, & Philastrius in hær. Herodianorum, huius autor D. Hieronymus hæresim sibi se de hac re vnquam legisse cum Philastrio paulo ante eius vitam scripserit. Alij Herodianos milites Herodianos: occisos fuisse dicunt, vt idem Hieron. & Chrysost. Probabilius esse opinio, si nouum tantum nos iudicemus. Nam & Cæsarianos milites vocatos legimus sed obiit, quod tum Iudæa rex mortuus esset, neque milites haberet non potuisse: at vero Herodes eius filius non in Iudæa, sed in Galilæa dominabatur, aut Romanis potius seruiebat. Quare eos milites, vt negamus Herodianos vocatos fuisse, ita fortasse esse non potuerit. Alij eos ita vocatos volunt, qui negabant tributum Iudæis Cæsari soluendum; hanc enim paulo ante Christi aduentum sectam fuisse Iosephus libro antiquitatum 18. 01. Iudæ Galilæo, qui tempore Augusti Cæsaris fuit, & Herodes Antipas, & Herodes Agrippa, & Herodes Agrippæ filius, qui Cæsarem Neronem habuit, Herodianos appellatos fuisse, quod illa tempestate Herodes regnaret, vt Iudæorum iura ac res gestas, neque non verum modo Iudæum, sed Iudæa ex etiam libertatis vindicem esse declararet. Hæc mihi minime probabile videntur esse: nec enim Herodem ego non multa, aut ijs, qui tributum Cæsari negabant, minime fuisse homo Romanæ potentiæ, à qua regnum acceperat adulator, quique non Iudæi regnum suum, vt multis locis Iosephus tradit, verum suam etiam familiam, suosque libertos ad Cæsaris voluntatem, nonnunquam gubernabat. Duæ ergo opiniones mihi videntur esse probabiles, altera, quæ huic opposita est, eorum, qui existimant eos Herodianos appellatos fuisse, qui Cæsari tributum soluendum esse contendebant: ita vero vocatos, quod Herodes Cæsari impense faueret, & vt Iosephus ait, Cæsaris tributo Iudæa quodam modo præesset. Ita Origenes tractatu in Matthæum 21. & Hieronymus in commentariis sensit, & vt videtur, Cyrillus Alexandrinus libro 2. in Isaiam c. 11. scribit enim Herodianos publicanos fuisse, qui tributa colligebant. Hanc opinio eo est probabilior, quod verosimile est Pharisæos, qui Iudæam libertatem maxime defendebant, & Herodi, vt ait Iosephus, aduersabantur, finxisse sibi hunc quæstionis, quæ inter ipsos, & Herodianos agitabatur, iudicem constituisse Christum, quo magis malignitatem suam occultarent, ostenderentque se non tentandi, sed controuersiæ finiendæ causa eum interrogare, cumideo quæstionem proponerent, vt inde eum Christianum adducerent. Nam si respondisset tributum Cæsari soluendum non esse, facile maiestatis arguissent, vt postea fecerunt Luc. 23. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari.* Si non omnem ea de re suspitionem videretur esse Christus, & promissis Iudæorum rex, qui tam ab esset, vt eos qui eum odio prosequebantur tributis liberaret, vt Gentiles potius tyrannis faceret tributarios. Contrahitur ex Luca hæc coniectura, qui eos simulatores appellat, tum etiam ex verbis Christi vers. 18. *Quid me tentatis hypocritæ?* Alterum ipsi ea de re nihil vnquam scripsisse, nec ullum eorum, qui suspicantur aliquid Herodianos, id est aulicos fuisse Iesu contrarij, qui Herodi regi adulabantur, cui, modo regno suum conseruaret, omnia religio bona erat, quales hodie sunt, quos vulgo politicos appellamus. Sed hæc sententia eo minus, quæ superior, probabilis est, quod nec vllis veterum & grauem habet auctorem, nec vllis probabilibus coniecturis confirmari potest. Hoc tantum habet probabilitatis, quod illi nihil repugnat quod que videntur Euangelistæ de Herodianis, nempe de aliqua secta religionis loqui, qualis Pharisæorum, & Sadducæorum erat. Cum dixisset enim

19. *Ostende mihi numisma census.*] Hoc loco de Romano denario agi, ex eo intelligitur, q Cæsaris imago, & inscriptio in eo esset, quam lex, vt ex maximis exercitibus in sua moneta nequaquam

quam imprimi fissent. De denario autem Romano, A est vetus illa sententia, quæ Matth. 17. 23. Petro tributum pro se & pro Christo soluenti, Christum ita locutum esse, vt ostenderet, se, qui Dei filius esset, non debere tributum pendere. Vnde Augustinus serm. 18. de verbis Domini, & Hieronymus in Matthæum 17. Regum, id est, ait, principes Gentium tributa non pendere. Vnde quidam existimant, quod Christus dicit, *ut non scandalizemur eos*, ad Iudæos referendum esse, qui tributum de more pendere solebant, quia videlicet Christum non agnoscebant pro Deo, & pro Filio Dei, sed pro homine, & pro Propheta, quem ipsi quoque Iudæi, qui Christum agnoscebant, non tam Dominum, quam Magistrum appellabant, & quem Iudæi, qui Christum non agnoscebant, ne Magistrum quidem appellare volebant, quod illis scandalo esse non debuerit, quod Christus tributum pendere, & alio loco dicebat, se non esse nisi ad oues, quæ perierant de domo Israel missum, & aliud tributum Iudæis imperasse, quam quod Romani imperassent, videlicet dimidium didrachmum, id est duos denarios Romanos argenteos, quos non esse Iudæi Romanis B tributum, sed ad templi Dei Iudæorum ædificationem, & ornatum, & ad duos denarios Romanos argenteos, quos Romani Iudæis imperabant, quos ad templi ædificationem non autem pertinebant, quam ob rem non esse verisimile Christum Dominum tributum Romanis pendere voluisse, quod tamen ipse Augustinus libro 33 cap. 3. contra Faustum Manichæum, & Hieronymus in Matthæum 17. Regum, & Ambrosius in Psalmum 118. octonario 8. & Beda in Lucæ cap. 20. & Theophylactus in hunc locum existimant, vt Christus pro se & pro Petro tributum pendere voluerit, ne Romanis, quibus tum Iudæa seruiebat, ansam præberet calumniandi, quod Christus, & Petrus tributum Cæsari non soluerent, & ne Christus, & Petrus Romanis tributum soluendo, Iudæis, qui Christum non agnoscebant, scandalo esset, quod Christus, & Petrus Romanis tributum soluerent, quod illi Iudæi, qui Christum non agnoscebant, Romanis tributum soluendum esse non putarent, quod C

32. *Ego sum Deus Abrahæ.*] Difficile hoc loco est intelligere, quomodo Christus ex hac testimonio efficaciter argumentetur. Difficultas autem duabus rebus ista est. Primo, quia ex eo, quod Deus dicitur *Ego sum Deus Abrahæ, Isaac, & Iacob*, non videtur hoc sequi Abrahæm, Isaac & Iacob adhuc esse: genitivus enim casus Deum appellationis causa positus, ut Deus dicitur quando fuerat: hanc locutionem, & Ioannes dicentes *Rex Zabedæi*, cum Zabedæus non amplius esset, & mente mortui fuisse videantur, qui sensus est, & ex sequentibus probatur. Abrahæm, Isaac, & Iacob non vivere, non comprehendi ea ratione, qua Deus ipse est. Ad primum igitur dicendum est, Christum argumentum sumpsisse ex eo, quod Deus dixit, *Ego sum Deus Abrahæ*, non quod Deus dixerit, *Ego fui Deus Abrahæ*, sed quod dixerit, *Ego sum*. Deus enim, qui est, & qui semper est, & qui ubique est, quod est, & quod semper est, & quod ubique est, dixit, *Ego sum Deus Abrahæ*, quod est, & quod semper est, & quod ubique est. Quæ cum ita sint, quis dubitet, quin Abrahæ, Isaac, & Iacob animæ, quæ semper sunt, & ubique sunt, quod est, & quod semper est, & quod ubique est, Deus dixerit, *Ego sum Deus Abrahæ, Isaac, & Iacob*?

refutaminus, & ex hoc mani festè veraque eorgitur. Nam si apud veteres Iudæos Christi tempore certum non fuisset & hunc Psalmum à Dauide compositum, & de Christo intelligendum esse, facile alterutrum Scribæ & Pharisæi, qui posterioribus Iudæis multo doctiores erant, vtique respondissent. Nunc autem recentiores Iudæi patrum suorum silentio aperte condemnantur.

45. *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo si-*

A *lius eius est?*] Loquitur Christus ex Pharisæorum opinione, qui Christum purum hominem futurum esse mentiebantur, cum scriptura nō solum hominem, sed etiam Deum futurum prædiceret. Non ergo conclusit Christus quum eorum, non esse illum Dauid, sed esse plusquam filium Dauid, id est filium Dei, ac verum Deum ideoque Dauidem Dominum ipsum appellasse.

CAPVT XXIII.

2. Reg. 23. 1.

TVNC Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos 2. dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi 3. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt. 4. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. 5. Omnia vero opera sua faciunt: ad videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. 7. & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. 9. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est. 10. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est, Christus. 11. Qui maior est vestrum, erit minister vester. 12. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. 13. Væ autem vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. 14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarū, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. 15. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. 16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Qui cunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. 17. Stulti, & cæci: Quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum? 18. Et quicunque iurauerit in altari, nihil est: quicunque autem iuraverit in dono quod est super illud, debet. 19. Cæci: Quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? 20. Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt. 21. & quicunque iuraverit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso: 22. & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui decimatis mentham, & anet hum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. 24. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 25. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & parapsidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditia. 26. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, & parapsidis, vt fiat id, quod deforis est, mundum. 27. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. 28. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. 29. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum. 30. & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus eis eorum in sanguine prophetarum. 31. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. 32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. 33. Serpentes, generatio viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? 34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: 35. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. 36. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. 37. Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? 38. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. 39. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Luc. 11. 53. 46. Act. 15. 10. Deut. 6. 8. 11. Num. 15. 38. Matt. 12. 2. 32. Luc. 11. 52. 43. 46. 20. 46. Matt. 6. 2. Luc. 14. 11. & 18. 14. Mat. 12. 2. 40. Luc. 20. 47.

Luc. 11. 52.

Exod. 3. 6. 7.

Gen. 4. 8. Hebr. 11. 4. 2. Par. 24. 22. Luc. 11. 51.

IN

IN CAPVT XXIII.

TVNC] Cum videret Scribas, & Pharisæos eorrigi non posse, vt Chrysostomus, Auctor imperfecti, & Euthymius annotarunt.

Locutus est ad turbas, & ad discipulos suos.] Vero simile est Christum ea, quæ sequuntur, non omnibus discipulis suis, sed iis, qui minus familiares, & instructi erant, proposuisse. Nam Apostolos, & eos qui ipsum semper comitabantur, non opus erat admonere, vt Origenes tractatu in Matth. 24. indicauit, quin etiam D. Augustin. serm. de verbis Domini 49. neminem existimat Christum ad Pharisæorū, & Scribarum scholam misisse, vel visse, sed Scribarum, & Pharisæorum nomine Euangelium, quam fundabat, Ecclesiæ Episcopos significasse: sed hoc violentum est.

2. *Super cathedram.*] Quidam aut suggestum intelligunt, ex quo ab Scribis, & Pharisæis audiente populo lex Moysis legeretur, quod & Esdræ 8. 2. 4. facile legimus. Ita sentit Euthymius quod alii refellunt: quia ex Luca c. 4. 16. & ex Actis Apostolorum c. 13. 16. intelligimus Iudæorum consuetudinē non fuisse, vt qui ser pturam aut legabat, aut interpretabatur, in suggestum ascenderet: sed vt surgeret, & stans loqueretur: quod & hodie inter Iudæos fit & olim inter Christianos. D. Paulus fieri voluit 1. ad Cor. 14. 30. Ergo per Cathedram Moysis Hieronymus & Beda Moysis doctrinam intelligūt, quod qui docet in cathedra sedere soleat, etsi iam tunc ea inter Iudæos consuetudo non esset.

Scribæ & Pharisæi.] De Scribis, & Pharisæis, & eorum officijs c. 2. 4. à nobis dictum est.

3. *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate & facite.*] Occurrit etiam lectori quæstio, quomodo iubeat Christus omnia, quæ Scribæ & Pharisæi docuerunt facere: cum eorum sæpe doctrinam reprehendat, & c. 16. 12. iubeat discipulos suos cauere à fermento, id est doctrina Pharisæorum, & hoc ipso capite vers. 16. & 17. falsam eorum doctrinam coarguat. D. Aug. lib. 4. de doctrina Christiana ca. 27. & libr. 2. contra Faustum c. 19. respondet Christum non loqui de Pharisæis, nisi in cathedra Moysis sedent: hanc autem cathedram ipsam eos significare vera dicere. At quis dubitat illa ipsa facta, quæ docebant, in cathedra ipsa, si in cathedra sedebant, aut in synagoga, & schola Moysis docuisse? Chrysostomus vero, & Euthymius existimant Christum non omnia, quæ in lege erāt, intelligere: sed ea tantum, quæ ad salutem erant necessaria, qualia erant Decalogi præcepta, non cæremonias, & cætera præcepta, quæ ad tempus tantum data fuerant, tantum abest, vt seruare iusserit, vt potius abrogauerit. Probabilior hæc est sententia: sed mihi tamen non probatur, quia non solum hoc loco sed vbique alios legem, quibus erant cæremonias seruare iussit, & ipse ad mortem vsque seruauit, quia nondum abrogata erat. Ergo cum iubet seruare, ac facere, quæ Scribæ & Pharisæi, dum in cathedra Moysis sedēt, dicunt: non de ipsorum, sed de legis ac Moysis doctrina loquitur: perinde enim est, ac si dicat, omnia, quæ lex & Moyses vobis dixerint, Scribis & Pharisæis nec tantibus *seruate ac facite, secundum autem opera eorum nolite facere*, vt Hilar. & Hieron. videntur intellexisse. Cur ergo dicet aliquis, non dixit, quæcunque Moyses dicit seruate, ac facite: sed quæcunque Scribæ & Pharisæi dixerint? Duplex reddi causa potest: altera, quod voluerit Scribarum & Pharisæorum hypocrisim arguere: non autem arguisset, nisi dixisset eos aliter viuere, aliter docere. Altera, quod toto capite acerbe eos esset reprehensurus, & cauere debebat aliquantulum eos prius laudare, ne omnia ex affectu, ac sine iudicio improbare videretur.

4. *Alligant enim onera grauia.*] Metaphora à sarcinis sumpta est, quæ, vt in iumenta, aut in hominum humeros imponātur, atque portentur, ligari solent. Vocat autem onera, non cæremonias, vt Chrysost. eximius, quia, vt diximus, nondum Christus abrogat legem, de quibus D. Petrus in Actis Apostolorum c. 15. 10. dixit. *Quid tentatis Deum, imponere iugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?* sed onera vocat opera Scribarum & Pharisæorū traditiones, aut leges scripturæ & veteratas, aut nō certe necessarias, quales illæ sint, quas ver. 16. 17. & deinceps reprehendit, vt Origenes, & Theophylactus exponunt.

Digito autem suo.] Digitum humeris opponit. Solemus onerata iumenta non solo digito, sed vtraq; manu, & toto sæpe corpore iuuare: illi miseros homines quos suis ineptiis onerauerant, ne nimiūm quidem digito subleuabant, id est nec exemplo suo incitabant ad onera ferenda, nec in suis traditionibus dispensabant, cum in Dei lege sæpe dispensarent, hoc est, *digito autem suo nolunt ea mouere.*

5. *Dilatant enim.*] Gr. autem, sed ponitur pro γὰρ enim, vt alibi sæpe, quemadmodum noster vertit interpres, multo melius, quam qui verendum esse dixit, aut: reddit enim causam nō eorum, quæ versu præcedenti dixerat, sed proximorum verborum, *Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Quod probat duobus minimarum rerum exemplis, phylacteriorum, & fimbriarum, quasi velit ex rebus minimis maximas intelligi, & vt in prouerbio est, ex vngue leonem cognosci. Nam qui in fimbriis, & phylacteriis gloriam captabant, quid to rebus maioribus facturi erant?

Phylacteria sua.] Phylacteria, vt Origenes, Chrysostomus, & Euthymius, scribunt, membranulæ erant, in quibus legis præcepta scripta erant, eas Scribæ & Pharisæi circum caput, & circum brachia gestabant, vt perpetuo Dei legem ante oculos haberent: sic intelligentes, quod Deus per Moysem præceperat Deuteronomij 6. 8. *& ligabis ea quasi signum in manu tua, erunt que, & mouebuntur inter oculos tuos.* Hoc Hieronymus suo etiam tempore ab Indis, Persis, & Babyloniis factitarum fuisse dicit: dicta sunt autem à Græcis προσευκτήρια phylacteria, id est conseruatoria, quod conseruandam legis memoriam instituta essent; fimbriæ autem vocabantur illa quædam non texta, quæ ex intima ora vestis dependebant, quæ ab Hebræis vocantur צִיצִת Num. 15. 38. vt Rabbi Dauid interpretatur, & גְּדִלִּים Deut. 22. 12. vnde & Hispani, vt opinor, *Gardatas* vocauerunt. Fimbrias hyacinthino colore Iudæos gestare duobus illis locis, quos modo posuimus, Deus præceperat, vt legis recordarentur. Eas ergo Scribæ, & Pharisæi præ cæteris Iudæis magnificabant, id est maiores, quam cæteri, faciebant. Scribit Hieronymus solitos etiam fuisse acutissimis spinis intexere, quibus eum ambularent, & cum sederent, compungerentur, eoque dolore diuinam legem in mentem reuocarent. Nescio, quam eorum hoc sit: facile tamen Hieronymo credo non dicturo, nisi ab Hebræis, aut à bono aliquo Auctore didicisset. Potest merito lector quærere, quare Scribæ, & Pharisæi ambitionis causa fimbrias, ac phylacteria dilatarent. Respondeo quidam, vt plura legis præcepta in phylacteriis inscribi possent. At, vt id de phylacteriis dici possit, de fimbriis certe dici non potest, in quibus præcepta non scribebantur: vero similius, quod indicat Theophylactus ideo dilatasse, vt longius conspicerentur, & legis obseruatores esse viderentur, aut, vt videtur sentire Chrysostomus vt legem diligentius, quam cæteros Iudæos se seruare declararent.

Phylacteria Iudæorum.

Fimbria Iudæorum.

Cæterum.

8. *Vos autem nolite vocari Rabbi.*] Ab hoc loco vsq; ad ver. 13. & vna est, & facilis sententia, ne Pharisæorum mores discipuli imitentur, non prohibet pater, aut magistri vel vocari, vel vocare in terris absolute, sed comparate ad Deum, & ad Pharisæos, de

quibus loquebantur. Ad Deum quidem, vt comparatione illius nemmem mortalium neque patrem, neque præceptorem esse posse, & ne illos honoris, & attentionis erga illius honori, amoriq; præferamus. Ad Pharisæos vero, vt eo modo, quo illi, id est ambitiose gloriosèq; sua præpostera. aut patres appellemur, aliosve appellemus, vt illi appellabant qui dicebãt: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo.* vt sibi quisque magistro gloriaretur 1. ad Cor. 3.4. alioqui dubium non est, quin patres, & magistros & vocari, & vocare nobis liceat.

13. *Væ autem vobis.*] Hic versus apud Chry. Euth. & Theophyl. & apud Auctorem operis imperfecti est 14. & 13. positus est hoc loco. Immitissima ira Christus acrimonia in Scribas & Pharisæos vsq; ad finem capitis, eorum præsertim hypocrisim accusans, non ylla quide maiorem impotentis impetus, aut maledicentiæ: sed certo iudicio, atque consilio, vt paulo post moriturus miseram plebem admoneret, ne Scribarum, & Phariszorum fuco capta falleretur. Dubium autem non est, quin Christus hoc capite in Scribas & Phariszos ea die, eodem loco ac tempore, ubi illo die fin. Nam Lucas c. 11. 39. 41. 52. multa ex iis narrat, quæ alio tempore dicta fuerint, & D. quidem Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum ca. 79. docet, vt eius vtar verbis, sermones esse putat, alterum, quem Matthæus, alterum quem Lucas recitant, hisque eadem die isse Christum. Sed mihi probabilius videtur, sese ei dixisse hæc omnia, eodemque tempore vt apparet ex Luca: sed Matthæum idcirco omnia in hunc locum contulisse, quod similis essent argumenti, & non id ageret, vt historiam ordine seruato temporum texeret, sed vt Christi doctrinã exponeret, quod c. præcedenti versu 2. in re simili fecisse antea adnotauimus.

Quia clauditis regnum colorum. Luc. c. 11. 52. paulo aliter dicit, *quia tulistis clauem scientiæ*, quæ verba maiores vim habent emphasim. Significant enim Scribas & Phariszos tabellis legis scientiã vsurpasse, vt existimarent neminem, nisi ipsis viam indicantibus: in cœlum se posse sumptu. n. à dominis aditu metaphora est, qui eum neminem ingredi, aut egredi, nisi iussu suo, volunt, clauem totius domus accipiunt: claudere autem Scribæ, & Pharisæi regni cœlorum dicuntur, quia perfidè docent hominibus neminem nisi ipsis aperturibus, id est docentibus intrare posse, quo suasu omnes, quas volebant, traditiones, quasi grauia onera populo imponebant. Quod autem dicit *ante homines*, Hebraismus est לפני אדם ante facies hominum, id est occludendo illis aditum ante oculos, qua phrasi significatur, eos impedire multos quitam ad cœlestium aditum propinquarent, &, nisi illi obstarent, ingressuri essent, vt etiam Chrysost. vidit, & proximis verbis indicatur, *Vos non intratis, nec introeuntes*, id est eos q introire volunt, *finitis intrare*. Quid aũt sit ipsos nõ intrare, neq; alios ingredi permittere, duobus modis ab antiquis Auctoribus explicatur. Origenes, Hilarius Auctor imperfecti, Hieron. & Beda ideo dictum putant, q; nec ipsi in Christũ crederent: & ne alii crederent, impedirent. Si interpretationem idcirco non probo, q; vt ver. 3. diximus, Christus hic de lege obseruatione agit, quare magis placet Chrysostomi sententia, ideo Scribas, & Phariszos introire regnum colorum non intrasse, q; Dei præcepta non obseruabant: ideo alios, quo minus intrarent, obstitisse, q; eos inutilib. & intolerabilib. traditionib. onerabant, quas cum ipse populus seruare non posset, nec in regnum cœlorum Phariszorum quidé opinione ingrediebatur. Nec. n. propterea saluus esse non poterat, q; Phariszorum non seruaret traditiones: sed loquitur Christus ex Phariszorum opinione atque doctrina. Hic sensus ex ipsa, quæ dicuntur, ver. 16. & deinceps facile colligitur.

14. *Quia comeditis domos viduarum.*] Nonnulli putant D. Hieronymum & Origenem, quibus ver sum non explicant, non legisse, & quod in octauo Euangelicorum canone, quos solus Marcus, Lucasque comuunione, potius lectionis coniectura, quæ potius sit in canonem, quam in Euangelium valere debuit: præsertim cum omnes, & Latini, & Græci, & Syriaci codices legant: esse autem hos duos versus huius, atque præcedentem apud Auctores Græcos transpositos supra monuimus. Domos viduarum. Scribæ, & Pharisæi, id est facultates dicuntur deuorare: qua autem ratione id facerent, non satis expressum. Quidam ideo eos deuorasse dicũt, quia consolationis causa viduarum domos frequentabant, & continuis pro officiis dignitate abstinentiæ excipiebantur, quibus facultates suas enumerabant, sic Euthymius. Alii, quia dum sanctitatem simulabant, vidua ad eos, vt ipsorum precibus commendarent, tanquam ad viros sanctos ventitabãt, & eorum orationes precio emebant: hoc probabilius, quia statim sequitur *longas orationes orantes*, quasi causa significetur, quare viduarum domos deuorarent, quod longas suas orationes venderent. Sed vidua potius, quam alias personas duabus, vt opinor, de causis nominauit, & quia religiosores esse solent & multo facilius sanctitatis simulatione capiuntur, & quia maius erat sexlus viduarum, quæ potius inuandæ, alendæq; erant, quam aliarum minus miserabilium personarum substantiam deuorare, vt Chrysostom. & Euthym. annotarunt.

Longas orationes orantes.] Græce και προφασει μακρα προσευχομενοι, & prætextu, aut occasione longa orantes, id est prolixe. Noster interpres nec legit και, neque προσευχονται & quidem copulatiuam coniunctionem tollendam puto, quia nec sententia requirit, & refutat: nomen autem προφασις recte conuenit, & vero simile mihi videtur, etiam legisse nostrum interpretem: sed sensum, non verba reddidisse. Occasionem aũt, si id nomen legatur, interpretor accipiam, quo sacerdotes & Phariszi prolixe vtebantur, vt mulierculas rapterent facultates, quem admodum sumitur apud D. Paulum ad Philippenses 1. 18. cum dicit, *Quid enim dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntiatur.*

Propter hoc amplius accipietis iudicium.] Id est duplo maius quam ceteri, vt versu sequenti exaltabimus, quia bis mirorum peccatis, & dum viduarum facultates consumirit, & dum id sanctitatis simulatione facinit, vt Chrysostomus, & Auctor imperfecti annotauerunt. Iudicium scripturæ more, & Hebraorum idiomate condemnationem appellat. Quod hactenus eorum quidam interpretes vertit, auferetis grauius iudicium, minus proprium mihi videtur. Noster interpres Græcum secutus est, Græcus Hebraismum, quo לקח & accipere significat, & ferre: hoc autem loco pro ferre positum est.

15. *Circuitis mare & aridam.*] Id est, nihil non facitis, vt vnum proselytum efficiatis, videtur species habere prouerbii, quale illud apud Latinos est, omnem lapidem mouere, & apud Græcos, omnem mouere funem. Aridam Hebraismi imitatione terram appellauit, vt Gen. 1. 10. quemadmodum & Græci nonnunquam Auctores appellant. Interpretatio est Chrysostomi, & Euthymii in hunc locum non Scribarum, & Phariszorum diligentiam, sed rei difficultatem declarati, quasi sentiat, væ vobis Scribis, & Phariszis, qui morũ vestrorum prauitate adeo à legis diuinæ studio alienigenas auertitis, vt adeo difficile sit vel vnum tantum ex illis ad veram religionem adducere, vt opus vobis sit mare, & aridam circuire: sed manifestum est non rei difficultatem: sed Scribarum, & Phariszorum studium, ambitionemque significare, qui magna

Iudicium pro condemnatione in Scriptura.

Aridam pro terra.

solicitudine Gentiles ad Iudaicam religionem perA trahere conabantur, vt ambitionis causa, vt populum Dei augere videremur, & ad Christi fidem, doctrinãq; gubernare, quo ea ratione dum nos nulli incerpere audemus aut, vt Auctor imperfecti putat, vt nullo Iudæo quicquam nouitatis fore in cœli quoque nouum excitaremur, manuq; ad vltima iuuaremur. Verumque de Scribis & Phariszis præcepit. Proselytos appellabant Græci eos qui ex Gentilium superstitione ad Iudæorum religionem veniebant, quos Hebræi גרים incolas, & Græci προσηλυτους vocant. Ita Iosephus lib. 20. antiquitatum c. 2. & Philo lib. de Circumcisione. Nouerit Habenarius, quo filius gehennæ sit, qui gehennæ dignus est, id enim sibi videtur Christus significare, qui gehennæ dignus, 1. Reg. 20. 31. dignus morte, & gehennæ, id est mortis dignus, Matth. 5. 22. Dignus gehenna ignis, & 23. 33. Dignus damnatione, & supplicio gehennæ. Quod autem ait, *quam vos*, id vel vnum duplo B eiciat, quam vos. Id est vna quidam duplo grauiorem narrent. Supplicio quod dignus est, aliquem plus quam duplo dignum facere. Quomodo autem Scribæ, & Phariszi duplo pæna digni essent, vere præcedenti explicauimus, qui deplorare peccata, & austeritas & sanctitatis simulatione. Quare vero potius proselytos sibi fieri curarent, non satis colligimus: vt illis pæna esse possit. Auctor imperfecti vanissimas proponit probabilitates, quam Phariszos suppliciis aliquos fuisse, quod quidem grauius peccarent non credentes in Christũ relicta eam idololatria, quam si nunquam recepissent, Chrysostomus vero Phariszos illud fecisse conatos esse eos quos ab idololatria reuocassent, non retinere. quam se. Molina idem Auctor imperfecti, & Euthymius esse naturæ corruptionem, vt vnus peccet, C quem firmum, lectumque & in rebus malis addictum, sed &c.

16. *Duces cæci.* Ducis vocabulum quid esset, discentibus proponere operæ pretium, qui docendi munere fungebantur, aut ex eorum opinione, qui se Dominos rerum putabant, quorum imperium idiota ex Gentilium superstitione fidei Deos appellare, & Pseudoprophetas Prophetarum nomine lepe vocat.

Quicunq; iurauerit per templum. id est in templo, id est per templum, vt sæpe ingredimur ex Hebræorum idiomate בבית ב, id est, & per.

Nihil est. Id est nihil debet, non est ei reus vt statim denunciandum, vt quidam volunt, non absolutum: sed comparatione interpretandum. Nihil est, quia est vere similis rei ipsa. Ita Pharisæi, vt docerunt D curare per templum, nihil esse peccati: sed minus illi, quam per aurum sacrificium, aut vestem. Exod. 21. 34. Matth. 5. 33. Hæc vera Auctoris ipsius sententia. Deinde mens Dominicæ sententiæ interpretum ita explicanda, quia Pharisæi templum ita venerabantur, vt ipsi se templum dicerent, & Pharisæi quorum nonnulli ita persuasi erant, non grauiter obligari, quam si quis per templum iurasset. Cæterum, quia templum ipsum, quod Græci ναον, Hebræi היכל, vocant, vere templum erat, & vera templa Græci, & minime prohibuit interpretes, sic loqui, vt, vero, Thomas lyranus, & Dionysius Thomæ interpretantur, figura in nomine rei materialis quæ, vel in materia, vel in forma rei ipsius ponitur, commendandæ rei materialis causa, vt templum templi, id est templum templi, id est templum templi, id est

Sanctificabit sanctificabit.

& Abeli enim. Nomen est carmen veteris poetæ, *Sanctificabit sanctificabit*, quod tertium appellationis genus nos idem, non simile vocabimus.

Intus autem.] Id est quæ intus sunt: intelligunt eam vocem Christum de Iudæorum vocare vsum nominum: quæ extra essent, & peregrinos fuisse, sine fermento quæ sine sorte, sed de gentibus. Significat ergo non de corpore, sed de corpore munda nostra non esse solicitos, de abiiciendis animalibus, quæ nobis nocent, gentes. Videtur hoc etiam fuisse permissibile, quo significaret Dominus, non esse necessaria nostra curare, magis autem pertinere negligere: quemadmodum & quæ vt ait, quod possum, aut eligam, si meret, exercitationis gratia, intra nostras manducet.

Vt vos sitis quasi dealbati sepulchra.] Quæritur quo modo, quando ita sit, quæ intus sunt, ea, quæ extra sunt, munda sint. Nam si quis dixerit, Deum non solum videre exteriora, sed & interiora, & ideo non sufficere, vt dealbata sint exteriora, quod desideratur est, prudentem fieri, & interiora curare, sed illud quæ non magis ad quæstionem pertinet, cum ita sit, quod iterum & quæ sæpe dictum est, vanitate hominum, & vanissimo & cunctis modo mundo, ad Titum 1. cap.

Quod de Scribis & Pharisæis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumentis iustorum.] Eadem Prophetas, & nostros videtur appellare, vt alia loca nonnulla. & ex Isaiæ 22. 9. 16. dicebamus tituli sepulchra, & no monumenta idem Isaiæ titulum in Hebræo erant vbi modo eadem fere repetit, alia verba & varia repetitione. Additum autem sepulchrum sepulchri etiam vocabulo collapsa esse, vt Hilarius exponit. Considerandus hoc loco Prophetarum & iustorum sepulchra in honore apud Iudæos habita fuisse. Quod autem ex Scribæ & Pharisæi collapsa reædificarent vana ostentatione, sed iustis & graues erant, Origenes refutatum Matthæum 16. Chrysostomus & Euthymius id monuerunt propterea eos Christum reprehendisse, sed quia ex eorum odio iustorum sepulchra modesta ipsi ornarent, hoc credit, quam qui Prophetas idem, quorum sepulchra ædificabant, occiderant.

Ita testimonium estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui Prophetas occiderunt.] Bene hoc loco contendit Christus ex eo quod a vobis Scribæ & Pharisæi, *testimonium datur patrum suorum esse filios, qui Prophetas occiderunt.* Hoc enim verba hæc ipsa sonare videntur, quæ Prophetæ occidissent: sed paulo aliter arguimentum recurrat Lucæ 11. 48. *Certe, inquit, testimonium quod testificamini, & consentitis operibus patrum vestrorum: nam ipsi quidem occiderunt eos, vos autem ædificatis eorum sepulchra.* Cremutabile est veramque Christum dixisse: sed alterum Matthæi, alterum Lucæ recitasse. Super est videre, quo modo apud Lucam bene Christus concludat, cum ex illo facti sit operibus patrum suorum consentire. Non videtur mihi ex animi sententia Christus id concludere voluisse, sed tantum propositum illi fuisse id de ipsum argumentum, quod ad probandum sibi & reliquum Scribæ, & Pharisæis satis esset, & probandis eorum temporum hominibus conducere, quali dicturus esset, vt Ribera, vos eam quidem in vestra parte magnopere vultis, quod in vestra quoque parte magnopere vultis, quod in vestra quoque parte magnopere vultis, quod in vestra quoque

verere & terri: nisi Deum habeas ad meliorē mentem vocasse, & venire nobis ille finem superiore parabola c.20 accedentem versa 3. declaratum est. & v. per Salomonem Petrum hominum 1.24. dicit, *Secessi & requiescam secundū cor meum, & ecce sum, qui assistebat, & illiz 65.12. vocavi, & nō respondistis. locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis.* & c. 66.4. *vocavi & nemo erat, qui responderet, locutus illum, & non audiebant, & fecerunt.* 7. 13. *Locutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & non audistis, & vocavi vos, & non respondistis.* Idem. n. est vocasse, & congregare voluisse, idem est non respondisse, & nolle ad congregari.

31 Et *ecce relinquitur vobis domus vestra deserta.*] Particulare est, propinquum tempus videtur indicare, vt multis aliis locis, quos 1.21. notauimus. Domum eorum aut vrbem appellat, vt Beda existimat, aut templum, quem postea dirutā Hieron. Theophyl. & Euthym. interpretantur: quia quemadmodum olim, ita etiam tunc adeo in templi suo sedes confidebant, vt ultimum in eo præsidium habere videremur Ier. 7.4. *nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templū Domini, templum Domini, templum Domini est.* Nam & tempore Ieremiæ paulo antequā à Chaldæis inuaderetur, simili Deum commotione vsum legimus Ieremiæ 11.7. *Testificans dicens, mane surgens, & testificans dicens, audite vocem meam.* Nam quod Ambrosius in commentariis in Psalm 5. per diminutum Iudæorum Synagogā intelligi vult, aut minus probabile, aut allegoricus est.

39 *Dicam enim vobis.*] Reddit causam, cur deleredæ eorum domus esset, quia ipse nimirū, à quo tandem quam à veritate & figura impleberur, paulo post erat ex hoc mundo discessurus. Italq; sicut domus habitatoribus vacua fuisse solet: ita templum eo discessu deserendo erat.

Benedictus qui venit in nomine Domini.] Secundum Christi aduentum significari omnes consentiunt Auctores. Quamodo aūt Iudæi in secundo aduentu dicturi sunt de Christo *Benedictus qui venit in nomine Domini*, de eo differunt. Multi ex antiquissimis, & recitat Auctor impræsentiarum, in quorum ipse sententia est, dixerunt multos ex Iudæis ab finem mundi in Christum credituros, atq; eos dicturos esse. *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hieron. hunc secusum esse putat, nō videbitis me, donec consummatio, id est, nisi cōsummati me esse eum qui venit in nomine Domini. Euthym. & Theophyl. & vt videtur, etiam Chrysost. re vera in dixo to secundo Christi aduentu dicturos esse putant, *Benedictus qui venit in nomine Domini*: inuitos tamen atq; coactos. Ego inuitos quidem eos dicturos puto, animo tamen, non ore. Sic enim mihi loqui videtur Christus, quemadmodum si rex alicui se pro rege non agnoscenti diceret, suspendam te, & time dicet, me esse regem: non. n. significat eum verbis dicturum, sed re ipsa expecturum esse. Quēadmodum Zacharię 12.10. & Ioan. 19.37. *Videbunt, in quem transfixerunt.* q. enim illic dicit, *videbit*, hic dicit *dicam.* Illudit autem, vt opinor, Christus ad id, quod paulo ante acciderat c.23.16. vbi cum puer in templo clamaret, *Hosanna filio Dauid*, sacerdotes, & Scribæ indignātes dixerunt, *audis, quid isti dicunt?* quasi blasphemare eos putarent, q Christo canerent *Hosanna filio Dauid.* Prædixit ergo Christus venturum tempus, quo tempore etiam idem dicere cogantur. Annotarunt Chrysost. & Theophyl. & Euthym. illud aduerbium *amodo*, id est ab hoc tempore non punctū temporis, sed passionis tempus significare, post q certi Apostoli, & nonnulli alii discipuli eum iam fulsitatum viderunt. Iudæi, de quibus loquebatur non viderunt.

IN CAPVT XXIV.

Et egressus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. 2. Ipse autem respondens dixit illis: *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.* 3. Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: *Die nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi?* 4. Et respondens Iesus dixit eis: *Videte ne quis vos seducat.* 5. *multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent.* 6. *Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis.* 7. *Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus per loca.* 8. *Hæc autem omnia initia sunt dolorum.* 9. *Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* 10. *Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.* 11. *Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.* 12. *Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* 13. *qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* 14. *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.* 15. *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat:* 16. *tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes:* 17. *& qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.* 18. *& qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.* 19. *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.* 20. *Orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbatho.* 21. *erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.* 22. *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.* 23. *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere.* 24. *Surgent. n. pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* 25. *Ecce prædixi vobis.* 26. *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* 27. *Sicut. n. fulgur exit ab Oriente, & paret vsq; in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.* 28. *Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* 29. *Statim aūt post tribulationē dierū illorū sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suū, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.* 30. *& tunc parebit signū Filij hominis in cœlo, & tūc plangent omnes*

omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. 31. *Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum.* 32. *Ab arbore autem ficus discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata fuerit, scitis quia prope est æstas.* 33. *ita & vos cum videritis hæc omnia scitote quia prope est in foribus.* 34. *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.* 35. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* 36. *De die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum nisi solus pater.* 37. *Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis.* 38. *sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, & nuptui tradentes, vsq; ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam.* 39. *& non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filij hominis.* 40. *Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur.* 41. *duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur.* 42. *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* 43. *Illud autem scitote quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domū suam.* 44. *Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est.* 45. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?* 46. *Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem.* 47. *Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.* 48. *Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire:* 49. *& cœperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis:* 50. *veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat:* 51. *& diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium.*

IN CAPVT XXIII.

1 *Et egressus Iesus de templo ibat.*] Gr. καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, & egressus Iesus abibat è templo. Noster interpres videtur legisse ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, & ἐπορεύετο, meliuse sensu. Nam egressus Iesus ibat à templo, vt Græce legitur, tautologia videtur esse. Adde quod nonnulli etiam codices Græci eandem, quam noster interpres secutus est, lectionem habent.

Accesserunt. Marcus c.13.1. vnum tantum discipulum accessisse dicit. Euthym. existimat omnes discipulos prius de templi pulchritudine, & structura inter se collocutos ad Christum accessisse, vt Matthæus ait: vnum autem ex illis pro omnib. dixisse, Magister aspice quales lapides, vt ait Marcus. Potest & per syllepsim Matthæus locutus esse qui discipulus accessisse dicit, quia vnus discipulus accessit, sicut c.26.8. dicit indignatos fuisse discipulos vngenti effusione, murmurantesque dixisse, *vt quid perditio hæc, cum ex Ioanne c.12.4. solum Iudam indignatum, ac murmurasse constet, & sicut c.27.44. scribit latrones, qui cum Christo crucifixi erāt, improperasse illi, cum Luc. c.23.39. verum tantum latronē blasphemasse dicat.*

Ostendere illi ædificationes.] Structuram templi. Est valde vero simile, quod Origen. Hilarius, Chrysostomus, Theophylact. & Euthym. annotauerunt motos fuisse discipulos, vt Christo templi structuram ostenderent, verbis, quæ capite præcedenti ver. 38. audiram. *Esse relinquitur vobis domus vestra deserta*, aut, vt quidam putant, admiratione, quasi fieri non posset, vt tantum, caleq; templum vastaretur, aut, vt alii ex illis, quos nominauimus, Auctores existimant, ego probabilius indico, commiseratione, quasi tam pulchrum, & admirandum templum vastari, ferendum non esset: ita videtur, vt ait Origenes, demonstrata templi structura, atque pulchritudine Christum ad commiserationem eius flectere voluisse, vt Istam sententiam de eius destructione reuocaret. Fuerat templi illud ab Herode de integro miro opere ædificatum, longitudine cubitorum, altitudine totidem, & amplius viginti, lapidib. eandidis, atq; firmissimis, latitudine viginti quinq; cubitorum, latitudine duodecim, altitudine octo: vt Iosephus scribit lib. 15. antiquitatū c.14. hoc est, quod Christo dicunt apud Marcum c. 13.1. *aspice quales lapides & quales structuræ.*

Templi structura mirabilis fuit.

2. *Videtis hæc omnia.*] Gr. οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; nonne videtis? Noster interpres videtur negationem nō legisse: & q-

prospexisse, & contemplatum fuisse templum, & de eo aliquid dixisse.

Accesserunt ad eum discipuli.] Marcus scribit quatuor tantum accessisse, Petrum, Iacobum, Ioannem, & Andream: itaque dubium est, an, quod Euangelista dicit, secreto accessisse, intelligendum sit illos quatuor secreto ab aliis discipulis ad Christum adisse, atque eum interrogasse, an, vt Euthymius existimat, accessisse omnes, sed secreto ab aliis hominibus, vt non nisi discipuli essent. Illud prius probabilius videtur. Propterea enim videtur Marcus eorum, qui accesserunt nomina expressisse, & est credibile quatuor illos discipulos, qui Christo omnium erant familiarissimi, & secretioribus mysteriis interesse soliti, solos voluisse de re maxima Christum interrogare existimantes facilius eum sibi solis, quam omnibus in communi discipulis dicturum esse. Erat enim de templi excidio periculosum loqui, quemadmodum Stephano in Actis Apostolorum cap. 6. 14. obiectum est, *Audiuimus eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum.* Quæ autem discipulos mouerent, vt id interrogarent, incertum: credi potest naturali eos studio, quo omnes homines teneri solent, futura maximeque ea, quæ se patriamque sibi attingunt, scire: adductos fuisse: sed Auctor imperfecti in melioremque partem interpretatur, eos desiderio, quo tenebantur, Christo in regno cœlorum fruendi, de mundi fine interrogasse, quasi nimium illis tardare videretur.

Quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?] Tria interrogant, quando ea mala, quæ prædixerat, vrbi ac templo eoentura essent: quod signum ipsius aduentum esset præcessurum: quod mundi consummationem, vt Hilarius, Hieronymus, & Strabus admonuerunt, quod, qui multis refellunt verbis, nihil mihi agere videtur. Nam quod Christi aduentus, & mundi finis eodem tempore futurus sit, quod quæso obstat, quo minus distincte de vtroque Apostoli docere eliint? Vtique templi vastationem, vt paulo post dicemus, eodem etiam tempore futuram putabant: nemo tamen negat de templi euersione, & de Christi aduentu diuersas esse quæstiones.

5. *Multi enim venient in nomine meo.*] Haud dubium est, quin Apostoli statim post templi excidium Christi aduentum, & mundi finem futurum putauerint: sed an Christus de excidio Ierosolymitano, an de aduentu suo, & mundi fine respondeat, id & dubium, & obscurum est. Veteriores Auctores omnia referunt ad finem mundi, vt Irenæus lib. 5. c. 25. & Hilarius hoc loco, & Gregorius hom. 1. in Euang. Alii hæc quæ dicuntur vsque ad versum 25. de solo Ierosolymitano excidio intelligi volunt, vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthym. Media mihi placet sententia, quam & Augustini epistola 80. & Hieronymi ac Bedæ hoc loco esse video, Christum confuse de vtraque respondisse, sicut confuse Apostoli interrogauerant. Quod certo eum consilio, aut diuino facile arbitror, ne quis posset finem mundi cognoscere. Existimabant Apostoli hæc esse coniuncta, finem templi, & finem mundi: noluit Christus hunc illis errorem eripere, ne post templi euersionem in longum expectationem porrigentes securi essent: diligentis tamen, atque prudentis lectoris est, quæ de Ierosolymitano excidio, & quæ de mundi fine dicuntur, subtili coniectura distinguere. Hæc ergo, quæ nunc Christus dicit, ad vtrumque videntur pertinere: nam & ante Ierosolymitanum excidium multi Pseudochristi extiterunt, & ante finem mundi multos futuros Ioannes in Apocalypsi tellatur: quare eum generaliter sententia intelligi possit, restringenda non est, ne Spiritui sancto, quo Christus loquebatur, limites præfigamus. Scribit Lucas in Actis Apostolorum, 6. 36 extitisse Theodam quendam, qui sibi eorum populum conurbantem, dicentem se esse aliquem, id est magnum prophetam. Eius historiam Iosephus lib. 20. antiquitatum c. 4. commemorat, item de aliis seductoribus c. 11. & lib. 2. de bello Iudaico c. 12. scribit multa Hierosolymorum magnum inter eos numerat, qui falso Christi nomine venerunt, quia virtus Dei magna vocabatur Actorum 8. 10. Huius modi negatores in omni Iudæorum multitudine fuerunt diuino pleni iudicio, vt qui Christo vero Dei filio non credidissent, seductoribus crederent, sicut Christus prædixerat Ioan. 5. 43. *Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis.* Et vrait D. Paul. 2. ad Thes. 2. 10. 11. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.*

6. *Audituri enim estis.*] Non dicit, *Audietis*, sed *audituri estis*: sed ante potius est pro *audietis* enim. vt ea. 23. 5. Italæ meliores interpretes, qui multi recentiores, reddidit: *audietis* enim Christus eosdem eum, ipsi sequitur, *videte, ne turbemini*: quasi dicat, propterea moneo vos, de turbamem, qui plus & opiniones prægressorum audituri estis, *prælia & opiniones* bella, & auditiones bellorum ad verbum, id est bellorum rumores Hebraismus שמועות auditio, id est rumor. Quidam nimis subtiliter hæc duo distinguere videntur, in quibus Origenes, & Euthymius, quorum ille allegorice hæc præsia interpretatur ea quæ in vrbe Ierosolymitana commissa fuit: rumores vero bellorum, quæ in aliis Iudææ ciuitatibus gerebantur. Si quid interest, malim hoc modo distinguere, vt præsia sint præsentia rumores prælionum futurorum: vt sit sensus eos, vt suis oculis multa iam præsentia viderint bella, & suis auribus alia iam instare audituros, & bellum ex bello malum ex malo oriturum esse.

Oportet enim hæc fieri.] Non oportet absolute: sed oportet posita hominum malitia, & diuino Dei decreto, quo constituerat punire Iudæos, sicut supra dixit c. 18. 7. *Necesse est, vt veniant scandala*, & vt D. Paulus 1. ad Cor. 11. 19. *Oportet hæreses esse.* Hæc de bello Iudaico, quæ vrbis excidium præcesserunt, quæ, & Iosepho lib. 20. antiquitatum, & toto septem libris de bello Iudaico describuntur, plerique intelligunt, vt Hilarius, Chrysostomus, Auctor imperfecti, Euthymius, Theophylactus, Beda. Alii de bello Antichristi, quæ ante finem mundi futura sunt vt Hieronymus. Vtrumque possimus probabiliter intelligere, cum alterum ex historiis, & certo iam euentu: alterum ex Ioannis Apocalypsi probetur, & nō est, vt ante dixi, cum generaliter intelligi possit, in angustum arctanda sententia.

Sed nondum est finis.] Quidam mundi finem intelligunt, vt Hieronymus, & Theophylactus. Alii Romam Ierusalem, & Euthymius.

7. *Consurget enim gens in gentem.*] Hæc etiam communiter, & de tempore Ierosolymitani excidii, & de tempore Antichristi intelligit, Augustinus epistola 80. cuius sententiam eorum opinioni præfero, qui ad solum Ierosolymitanum excidium restringunt, vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus. Exempla huius prædictionis multa, qui volet, leget apud Iosephum lib. 20. antiquitatum ca. 7. 8. & 15. & lib. 2. de bello Iudaico ca. 11. 12, 14. 19. 20. 21. & 25. & apud Hegesippum lib. 2. capit. 11. & 14. & 16. & 17.

Et erunt pestilentiæ, & fames.] *Et erunt pestes, & fames*, fames, & pestilentiæ transpositis verbis, quæ vel in Græcia, vel Latinis codicib. facile transponi potuerunt. facilius tñ in Græcis, propter magnam vtriusq; nominis similitudinē: pbabilius tñ est ita legēdū, vt legitur Græce, quia Græcum prouerbium est λιμὸς καὶ λοιμὸς, post famem pestis. Et licet Græce paronomasia, quæ Latine exprimi non pot. Famem quidem

quidem non Ierosolymitanum excidium præcessisse, ex Actis Apostolorum cap. 11. constat, & Iosephum tradit lib. 20. antiquitatum c. 2.

Et hæc autem omnia sunt dolorum.] Id est parum mala, illum ita, quæ pollicitus sum, futura sint, confirmatur. Metaphora a mulieribus parturientibus sumpta est, quæ multo animos quodlibet infantis partus doluit fastidium exigunt tantis, & tam horribilibus comparantur, quæ ex impensis infantes exprimuntur. Scies scripturæ frequenter fructuosi calamitatum dolorem hac metaphora declarare, vt Psalm. 47. 7. *Ibi dolores, vt parturientis*, & Hiaiæ 13. 7. 8. *Propter hoc omnes manus dissolventur, & omne cor hominis contabescet, & conturbatur. Turbines, & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum*, & cap. 21. 3. *Propterea repleti sunt lumbi mei B dolore, angustia possedit me, sicut angustia parturientis.* Similia exempla in prophetis passim legentur, Ieremiæ 4. 31. & 6. 24. & 13. 21. & 22. 23. & 30. 6. & 48. 41. & 49. 22. 24. & Ezechielis 30. 16. & Osee 13. 13. & Michææ 4. 9. 10. *Comprehendit te dolor sicut parturientem, dole & festina filia, quasi parturiens.*

10. *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas.*] Sanctus est, tantum timorem illa omnium rerum hominum in Christi discipulos fuisse, & crudelitatem: hunc enim iniquitatem vocat: vt quia fiquam aliquos eius naram habebant, qua Apostolos, cæterosque Christianos excipere solebant, atque iuuare, exercere non audeant: hos eli charitatem refrigescere, qua vix quisquam reperiendus erat etiam inter Christianos, qui Christianos iuuare vellet, nisi & ipse Christianus esse videretur, exemplum est, apud D. Paulum in secunda epistola ad Timoth. c. 4. 16. *In prima*, inquit, *mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.*

14. *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe.*] Hinc colligit Hieronym. & Beda non agi hoc loco, & superioribus versibus de templi, & vrbis vastatione: sed de fine mundi, quod dicitur prius Euangelium in vniuerso terrarum orbe prædicandum, quod ante Ierosolymitanum excidium, neque factum fuisse constat, neque fieri potuisse. Chrysostomus, tamen & Theophylactus hanc sententia perhibent, vt hæc omnia de solo Ierosolymitano excidio intelligantur, quos multi recentiores interpretes sequi sunt. Argumento vero, quod obiicitur, respondent etiam ante templi euersionem Euangelium fuisse toto terrarum orbe prædicatum, vt testatur D. Paulus in epistola ad Romanos c. 1. 8. *Fides*, inquit, *vestra annunciatur in vniuerso mundo*, & cap. 10. 18. *Numquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* At scire in multis orbis terrarum partibus Euangelium prædicatum non erat, cum & patrum nostrorum memoria reperta sit quarta pars orbis nostra ante incolor, vbi nulla Euangelii notitia vnquam fuerat, & D. Augustinus epistola 80. testatur, multas suo tempore in Africa fuisse gentes, quæ Euangelium nequa accepissent, neque audiuissent. Vera ille sunt: sed facile Euangelium respondetur hypothesi hoc loco esse D. Pauli correctionem, qua dicit Euangelium in toto orbe prædicatum, quia in plerisque locis prædicatum erat, eodemq; modo Christi hoc loco locuti esse. Nam cum Ierosolyma vastata est, vix vlla erat regio ex iis, quæ ad illud vsque tempus reperta fuerant, vbi Euangelium non insonuisset.

Et tunc veniet consummatio.] Chrysost. & Theophyl. Ierusolymitanam consummationem, id est vastationem intelligunt. Hieronym. & Beda, eumque veteriores Auctores consummationem ætatis, quod multi videntur esse probabilius. Credibile quidem est Christianos ad ea quæ Apostoli interpretati sunt, respondisse. Interrogauerant autem, quod signum esset consummationis: & versu 3. respondent prædicandum Euangelium per omnes partes orbis terrarum, atque tunc futuri finem: nimirum intelligi ergo consummationem illam excisi de qua Apostoli interrogauerant. Certarum non videntur fines illæ quam mundanas Hieron. existimat, Euangelium per totum terrarum orbem prædicationem certum alis signum illius mundi consummationis, nec enim certum vllum habemus signum, & ipsi dedit nimis Christi sententiam arctare. Sed satis, vt opinor, ait, conciliare mundum rationi non aduersantem, quem Euangelium per omnes orbis terrarum prædicatum sit. Hoc enim certum, Euangelium prius omnibus gentibus prædicandum illis interuenit, ac finalibus ea prædicatione finem, finemque in mundo.

15. *Cum videritis abominationem.*] Etiam hoc ad finem mundi tempus referri tibi. 7. c. 25. & Hilarius, & Auctor imperfecti hoc loco, quæ opinionem illi eorum & Bedæ, cum non omnino sequitur, ne probare non audent, & vero similis quodam Antichristi tempore futura esse apud Danielem cap. 12. 11. legimus, & D. Paulus significat 2. ad Thessal. 2. 4. cum dicit Antichristum in templo Dei, quasi Deus sit, sessurum esse. Sed hoc loco, quamuis fortasse ad id pars Antichristi Christus eius inspexerit, tamen de Ierosolymitana vastatione eū locutū esse, dubitare nō possumus, neq; quisquā præter eos, quos antea animaduimus grauis Auctor dubitauit. Refert aliquid ad explanandū huius loci scire, vnde hoc testimonii sumptum sit. Videntur enim in locis de finura abominatione locutus est Daniel cap. 9. 27. & c. 12. 11. Errare Calmetus dicit eos, qui ex 9. c. sumptum existimant: errare ego puto eum, quod ex 12. cap. sumptum esse patet: nam, vt mox eius locis commentatus de Tito, & Vespasiano, sed de Antichristo vaticinatur, & c. 9. ita locutus ita templo abominationem eum Christi morte consumpsit, vt dubium esse non possit, quin de templi vastatione loquatur, quæ imminebat,

Abominatio desolationis quæ dicta est à Daniele.

mo incertullo Christi, mortem fecuta eſt. Meminit quoque illa in abominatione, de qua loquitur Chriſtus. Auctores illi, quos diximus ad Antichriſtum pertinere illa retulit. Antichriſtum ipſum abominationem vocari; potuit quidem, vt D. Paul. ait in templo, quaſi Deus eſſe velit: ſi tamen quæ ſequuntur. Hieronymus ante duos ferme annos quam moreretur, quas atque probabiles videatur exiſtimare; altera eſt abominationem vocari ſtatuam Cæſaris, quæ Romæ in templo poſita eſt (ſtatuam Adriani), quæ poſt ea poſita eſt. Naturam enim vt ſeruare eſſe probabile. Nam ſtatuam Cæſaris Pilatus in templo non poſſuit ſed in vrbem ſolam indixit, idque clam in tempeſta nocte, & in exercitum hiemibus: deinde nouiſſe, niſi adparuiſſet. Nam Pilatus vbi ſe Iudæorum preces horrere vidit, ſubdolo, vt Ioſephus ſcribit, conſilio ſtatuam Adriani, qui longe poſtea Ioſyma tenuit, vixit exiſtimans. Loquitur enim Chriſtus de abominatione, quæ filios exitij dignos futura erat. Alij ſtatuas Romanorum exercitibus, qui Ieroſolymam oppugnarunt, abominationem vocatas putant: quæ mihi modum Origenis non placent. Nam eo tempore plerique recentes cum interpretes complexi ſint, non videntur ſatis eſſe, probabilitate. Nam quod Chriſtus hoc loco dixit. *Cum videritis abominationem, quæ dicta eſt à Daniele prophetâ, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.* Tum qui in Iudea ſunt, fugiant ad montes, vbi non poſſunt, Romanorum exercitus in templo nō ſtetit: nihil exeſis ſanctis & vaſtis vrbe, cum victor, vt Ioſephus ait, Tito duce templum intrauit; itaque non poterat ſuperſtantibus, vbique suæ gentis ſignum eſſe, & cum dicat *ſtantem*, ſtatuam aliquam videtur indicare: vero hæc de videtur eſſe Chriſtum verè atque dixiſſe, & non *viderit abominationem*, vt ait Matthæus, & cum *viderint Deum clarè videndum*, vt ait Lucas, quorum alterum Matthæum, alterum Lucæ præterſenſum, quem adhuc nullum vidimus D. Auguſtinus lib. 20. de ciuit. Dei, ſcribit cap. 27. ſtatuit. Cetera ita ſtantem Euthym. Ait (ita ſeſtimone ella hoc interpretatur, *quæ ita Ieroſolymæ profuſa Zelotis aut ſeditionibus (ita enim ſeditiones illorum vocabantur) in vrbe indulſerunt vt vrbs ea, & templum euerſum, vt ſolet ipſius lib. 6. de bello Iudaico ea diſcribit. Et quidem ſedi ſo ante Ieroſolymitanam vaſtationem cognouit, is id vocat ea ſtatuam abominationem appellauit, addunci non poſſum. Chryſoſtomus, Euthymius, & Theophylactus Tum temporanea imagine in templo poſitam fuiſſe dicunt; eamque abominationem appellari. Sed, vtid probem, nullum, quod ſciam, vetuſtorum eorum temporum Auctorem habemus: hi enim de ea re, qui interfuerat, Ioſephus ſcribit. Iure præterea miſeram pro vero, quod vero ſimilius videtur, habeas, abominationem deſolationis ipſa appellari deſolationem, phraſimque eſſe Hebraorum, qua abominatio deſolationis dicitur, id eſt abominabilis, & horrenda deſolatio, ſicut D. Paul. 2. ad Theſſal. 2. ſi dixiſſet *Hebraïſmo operatur iam erroris*, id eſt operatur ad, & efficacem errorem hominis in eo ſitu ita tradente. Vnum illud eſt, quod huic interpretationi obſtare videtur, quod Chriſto de futura vaſtatione ſuæ ſignum agat cuius vaſtatio ipſa ſignum eſſe non potuit. Reſpondeo non fuiſſe Chriſto propoſitum, vt ea verba doceret, quando vaſtandum templum eſſet. Id enim illis alijs verbis, quæ Lucas refert, indicauit. *Cum videritis circumdari ab exercitu Ieroſolymam, ſcitote, quoniam appropinquauit deſolatio eius*: ſed tamen mouere voluit, vt cum videremus abominandam illam verbis, complique definita tempora, intelligeremus Danielis prophetiam impleſam eſſe, fidelemque eſſe, quæ fidem ſi quis prorſus de populo Iudaico, ita vt non amplius, quemadmodum poſt Babylonicum exilium acciderat, vrbs, templum, & ad hæc erat, non templum inſtauratum fuit ſacrificia, ſed abrogata eſſe penitus legem. ſic vt Daniel prædixerat. *Et erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* Itaque Euangeliſtæ verba non ita commingo, quemadmodum à pleriſq; interpretibus iungi ſolere video. *Cum videritis abominationem deſolationis &c. Tunc qui in Iudea ſunt, fugiant ad montes* ſed totam ſententiam hoc verbi conſtudo. neq; ex ſequenti ſuſpendo. *Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat*, quæ ſunt dicta à Daniele, quamquam dum & Euthymius interpretantur. Nam quod nonnulli hæc verba Euangeliſtæ eſſe putāt, ſeparentibus eſſe dicendum, probare non poſſunt.

16. *Tunc.*] Quo eo interpretantur tum, cum videritis abominationem deſolationis. Ego commentum ter ſuperiori ſeruo tuis interpretationi hoc tuæ nō ad proxima verba ſiſi ait omnia, quæ à verſu 6. dicta ſunt, referendum eſſe arbitror, quaſi dicat. cum ea dicerim prædicta, & opinione præciorum, & cætera, quæ dixi, futura & allationis figura videritis, quam Iudæi ſunt, fugiant ad montes. Quibus verbis Iudæi populi intentum denuntiat; ad montes aſcendere ſubes fugere ex vrbe ſi fugiendum conſtituerit, qui ad montes plerumque & loca munita ſe tegere ſolent. vt Hieronymus ex Iudæorum more hæc ſcripſit. *Fugiant in montes ſaluandi ſe causa*, cum ex Sodomorum more fugere haberent, quo fortaſſis Chriſtus alludit. Loquitur enim cum diſcipulis, & hominibus ita, quos vult, ſicut Lot Sodomorum, ita Ieroſolymorum vaſtationem effugere. Scribit Euſebius lib. 3 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 5. Chriſtianos, qui imminente Ieroſolymitana calamitate in vrbe erant, diuinitus admonitos, vt inde effugerent. Nam cæteri Iudæi, qui non ſolum in Chriſtum non crediderant; ſed eum etiam magnum perſequebantur, non modo admoniti non ſunt, verum ex omni potius Iudæa partim metus, partim feſti Paſchalis cauſa in vrbem adducti, in eaque conſtricti, vt quaſi victimæ macta rentur, vt idem Euſebius annotauit. Cætera, quæ ſequitur uſque ad ver. 18. nihil aliud ſignificant, quam ingens, ac ſubitum malum futurum eſſe, adeoq; non eſſe fugientibus nec tendas vitas moras, eam vt rem tantam neceſſarius expediat, hæc eſſe. *qui in tecto ſunt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro, non reuertatur tollere vestimentum ſuum.* Tecta domorum in Paleſtina fuiſſe ſuperius plana c. 10. 20. docuimus: quia ergo ſuper tecta Iudæi ſcenare ſolebant, & ambulare, monet Chriſtus, vt ſi quis forte, ea futura calamitas ingruerit, ſuper tectum faceret, ne deſcendat in interiorem eam domum ex qua, vt per ea ſit aut aliquid ad fugam neceſſarium aſſumat. ſed aut ſolus, aut repentina ſtatim, quacunque poſſit, ex ea ſymbola ratione ſeſe eripiat. quæ tradita dum Iob ſint eſt Lot, cum ex Sodoma fugeret, ratio non reſpicere, id eſt nullam moram interponere. Solet nanque Deus per Prophetas de magna loqui calamitate, vt quod Ieremias cap. 46. 5. *Quid eſt quod video? ipſi timidi & terga vertentes fortes eorum ceſa ſunt fugerunt ciuitati nec reſpexerunt terror vndique, ait dominus &c. 48. 6. fugite, ſaluate animas veſtras &c. Et cap. 49. 8. fugite, declinate vt recedat habitator eius &c. Et Zach. 2. 6. 7. fugite de terra Aquilonis dicit dominus, quoniam quaſi in quatuor ventos cœli diſperſi vos dicit Dominus &c. Sed*

fugere quæ habebit ut eyad filium Barbyium. Itaque, quod Hilar. exiſtimauit hanc locum literalem ſenſum habere non poſſe, interpretis eſt amanuis allegoriam.

19. *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.*] Origenes hoc ſenſu prægnantibus, & nutrientibus væ denunciari potest, quia tanta hoſtium crudelitas futura erat, vt nec prægnantibus quidē, ac nutrientibus mulieribus parceret: hac enim ratione alius etiam locus hoſtium ſæuitiam exaggeratam legimus, vt 4. Reg. 8. 12. *Scio, quæ facturus es filijs Iſrael malaeuitates eorum munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interfectis gladio, parvulos eorum elides, & prægnantes diuides*, quod ea. 15. 16. completum legimus, & Amos 1. 13. *Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo quod diſſecuerint prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum.* Theophylactus vero id, quod in obſidione Ieroſolymitana acciderit lib. 7. de bello Iudaico c. 8. Ioſephus ſcribit, denunciari exiſtimat fore, vt nutrientes mulieres filios ſuos edere cogerentur. Melius Hilarius, Chryſoſt. Hier. Auctor imperfecti. Euth. Beda, & ipſe quoque Theophyl. *Væ prægnantibus, & nutrientibus* dici putant, quia illa vteri, & lactentiū infantum onere grauatæ fugere non poterunt, vt ſtatim dixit, *Orate, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel ſabbatho.* Potuit Chriſtus claudos, mutilos, inualidos, alioſque parum expeditos ad fugam homines nominare: ſed videtur mihi prægnantes, & nutrientes, non propterea ſolum, quod impeditæ eſſent, nominare voluiſſe, ſed quod in maximis delictis, maximeque ſecuræ eſſe viderentur. Solent enim in maxima ſecuritate nuptiis, ac liberis operam dare, quaſi dicat, vę illis q in maximis delictis, & ſecuritate verſabuntur, & cum calamitas inuaſerit, fugere non poterunt.

20. *Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel ſabbatho.*] Eadem hoc ratione dicit, qua paulo ante dixit, *væ prægnantibus, & nutrientibus*, quia ſicut duo illa fœminarum genera ita duo hęc tempora hyems & ſabbathum minime ad fugā apta ſunt: hyems, qa frigore horrida, quia lutoſa, quia pluuioſa eſt: ſabbathū, quia religione Iudæi prohibebātur vlra mille, aut, vt alij volunt, bis mille paſſus procedere. Ita Aug. lib. 2. quæſtionum Euangelicarū c. 37. Hieronym. Auctor imperfecti, Chry. Theophyl. Euthym. Beda, & Gregorius hom. 12. in Euangelia interpretantur. Obiicunt Chryſoſt. Euthym. & Theophylactus videri hac ratione Chriſtū ſabbathi obſeruationem commendare, q̄ aut iam abrogauerat, aut excidii Ieroſolymitani tempore abrogatam volebat. Reſpondētillum cum Iudæis ex ipſorum conſuetudine, & opinione loqui, q̄ etſi non debebant prædicato iam Euangelio, ſabbathū tamen obſeruaturi erant: bis reprehendendi, & quia ſuperſtitione tenebantur, & quia ea impediti mortem effugere non poterant.

21. *Tunc.*] Hæc dictio non idē, de quo ante Chriſtus locutus erat, nec proximum ſignificat tempus, ſed quicquid inter Ieroſolymitanam euerſionem, & mundi finem temporis interiacet: quemadmodum Chryſoſtom. Hieronym. Auctor imperfecti, Theophyl. & Euthy. admonent. Sic ea. 3. 1. Euangeliſta dicit. *In diebus illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudæa*, cum triginta poſt annis veniſſet. Tranſit ergo Chriſtus à fine, & excidio Iudæorū ad finem mundi: fuit enim Ieroſolymitana illa vaſtatio, quaſi figura quędam, & imago vaſtationis, ac finis mundi. Nam, vt vulgo dici ſolet, quod ſit in circulo, ſit in circulo. Sæpe mihi multorum Caluiniſtarum imperitia, aut potius fatuitas commiſeratio nem mouit, qui ſe hoc ſolo teſtimonio ab Eccleſia Catholica diſceſſiſſe affirmabant, quod dicere ſolemus, *Ecce hic eſt Chriſtus* in Euchariſtia, *ecce illic eſt* in altari, *ecce illic* in cuſtodio, id eſt in *penetralibus*, & Chriſtus dicat *nolite credere*. Dīgna hæreticis inſania, digna Deo prouidentia, vt qui ſe ingenioſiſſimos eſſe putant, eam ſtoliditatem vt humanō ingenio monieri ſe de ſua religione ſinant. Non eſt refutatione dignus error tuus deludi poterat, niſi habenda eſſet imperitorum ratio. Primum, quis non videt nihil aliud Chriſtum dicere voluiſſe, q̄ ſe promiſſum Meſſiam iam veniſſe, nec alium expectandum, propterea ſi quis vobis dixerit de alio quouis, qui poſt ſe venerit, ecce Chriſtū eſſe mētiatur, *Ecce hic eſt Chriſtus, aut ecce illic* credendū nō eſſe ſi non ita eſt, niſi tamen Chriſtus, qui iam venit. Deinde quia non videt loqui cum de homine aliquo qui oculis cernatur, qui digito demonſtretur, qui miracula faciat: Dabunt, inquit, *ſignа magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.* Aliquos tam eiuſmodi venuſſe ſcribit Euſebius lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 6. multos etiam ventroſos Ioannes in Apocalypſi prædixit, multo quotidie venire magno noſtro malo experimur: huiuſmodi enim omnes hæreſeis ſunt: maximeque Calumiani, qui tantum Geneuæ, aut, vbi eorum hæreſis viget, Chriſtum eſſe dicunt, de hac monet nos Chriſtus, *nolite credere*: quia ſicut quiſquis poſt ipſum ſe Chriſtum mentiturus erat, non Chriſtus futurus erat, ſed Antichriſtus: ita omne corpus myſticum Chriſti præter corpus ipſius, quod eſt Eccleſia, quā tu mecum ſe Eccleſiam eſſe mentiretur, nō Eccleſia ſed Synagoga Satanæ, id eſt non Chriſti, ſed Antichriſti corpus futurum erat. De hæreticis igitur, non de Euchariſtia, aut de ſeipſo loquitur Chriſtus, quemadmodum & Auctor imperfecti annotauit.

24. *Et dabunt ſigna magna, & prodigia.*] De falſorū Prophetarum miraculis, an vera ſint, c. 7. 22. diſputa mus. Ridiculi vero hoc loco hæretici ſunt, q̄ nos falſos Prophetas eſſe dicunt, q̄ miracula faciamus. Tā ridiculi n. ſunt, vt ex hac Chriſti ſententia colligāt omnes, qui miracula faciunt falſos eſſe Prophetas, qua ratione non Apoſtolos modo, verum Chriſtū etiam ipſum fuiſſe falſum Prophetam probare poſſemus, non id dixit Chriſtus omnes, qui miracula facerent, non id dixit Chriſtus omnes, qui miracula facerent, pro falſis Prophetis habendos eſſe: ſed non omnes continuo pro veris habendos: neque credendum illis eſſe, qui aliam prædicarent Chriſtum, quantumuis magna miracula facientibus, nō enim eundem prædicat Chriſtum qui ſibi eundem Eccleſiam prædicat: Eccleſia enim Chriſti corpus eſt. monet ergo nos Chriſtus, vt Calumniis & cæteris hæreticis etiamſi miracula faciant, nequaquā credamus. Quam igitur inſani ſunt, qui illis nullū facientibus miraculum credunt?

Prædeſtinationem vertitur.

Vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.] Cum dicit *ſi fieri poteſt*, indicat fieri non poſſe. Non poteſt autem poſita diuina prædeſtinatione, vt Theologi diſputant: ex hoc loco prædeſtinationis firmitatem, & vt vocāt, certitudinem colligentes. Loquitur Chriſtus non de quouis, ſed de electis, vt ita dicam, errore. Nam ſæpe electi in errorem induci poſſunt: ſed in errore mori non poſſunt, quia *ſepties in die cadet iuſtus, & reſurget.* Prouer. 24. 16. quod Lucas cap. 17. 20. 21. ſcribit Chriſtum Phariſæis interrogatum reſpondiſſe, *non venit regnum Dei iam obſeruatione: neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic, nec idem eſt, neque contrarium: illis enim tātū voluit dicere aduentū ſuū adeo ſubitū futurum eſſe, vt non poſſit ex cœleſtibus ſignis præſentiri, quemadmodum pluuia, aliæque tempeſtates futuræ cognoſcuntur: itaque non debere homines cœlum obſeruare, ſed animum pietate, & virtute excolere, *ecce enim regnum cœlorum intra vos eſt.* Hic vero illa externa ſigna propoſuit, quæ etiam electorum animos niſi monuiti prius eſſent, terrare poterant.

Reuocatur Calumniatorum ſa tuitas ab ecclia Catholica.

26. *Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere.*] Poſuit duo pro omnibus

moribus loca contraria, deserrum, & penetralia, id est conclaue, & intimam maximeque recondita domus partem, vt significaret quacunque ratione, quocunque habitu, quotiquoque loco alius Christus veniret, credendum illi non esse. Vitra desertos & penetralibus quærere, sobrii non est interpretis.

Caluinistæ Euangelii sensum fallunt comparationis reprehendunt.

27. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente.*] Caluinistæ de hoc Euangelio interpretantur, quod momento temporis totum terræ orbem ab Oriente vsq; ad Occidentem occupuerit: nec enim insani homines, quid Christus dicat, sed quid errori suo conueniat spectant. Christus secundum aduentum suum fulguri comparat, quod quemadmodum fulgur subito, & inexspectatum emicare solet neq; quisq; obseruare potest, quo puncto temporis sit e nubib. erupturum: sic ipse subito, & cum minime putabimus, veniet, & sicut fulgur vno momento ab Oriente vsq; ad Occidentem eluxit: sic ipse veniet adeo splendidus, & illustris, vt nemo eum non videat. Ita, inquit, erit *& aduentus filij hominis*, vt Hilarius Hier. Chry. Auctor imperfecti, & Euthym. interpretantur. In eo tamen Caluinistarum Euangelium fulguri simile esse non nego, q vt fulgur subito, & cum antea nun quam apparuisset, erumpit: ita nouum hoc Euangelium inauditum ante, & inexpectatum apparuerit: & vt fulgur momẽto temporis euanescit, ita male fundata hæresis breui tẽpore collabitur.

Hebraeis proverbium.

28. *Vbicunq; fuerit corpus.*] *Et vultures* cadauer, q metaphoræ, qua Christus vtitur, magis conuenit. D. Ambros. in comentar. in Psal. 48. ruinam vertit, sicut & veteram interpretem aliquando, p cadauere ruinam conuertisse Psal. 109. 6. annotauimus. Aquilas, sicut & vultures solere ad cadauera volare notum est, & apud Hebræos videtur fuisse, puerbium, quem admodũ colligitur ex Iob. c. 39. 33. *Vbicunq; inquit, cadauer fuerit, statim adest Aquila.* Christus ergo ipse sum cadauerì cõparat, sicut ante in eadẽ sẽtẽtia fulguri cõparauerat, & significat fore, vt eum venerit. latere non possit, sicut cadauer aquilã non latet: sed vbicunq; fuerit, naturali quidẽ sensu illud inuenit. Qui aũt sint, quos aquilæ comparat, id incertũ est. Irenæus li. 4. c. 28. & Beda hoc loco beatos, quitam Christo fruuntur, quicq; ante iudicium tẽpus fruiturì sunt aquilas vocari putant; quod alias ille volauerint, & Christũ sequantur, quocunque eat. & cum eo ad iudicium venturi sint. Hilarius vero, & Auct. ar imperfecti eos sanctos intelligunt, aquilas appellari, qui, cum Christus venerit, viui reperiuntur, quique, vt ait D. Pau. 1 ad Thess. 4. 17. rapientur cum illis, qui de cœlo venerint, in aera. Chrysost. & Euthym. angelos, & sanctos mart yres, quibus Christus comitatus veniet, intelligunt. Alii omnes homines, vt Theophylact. & Beda: hoc mihi videtur probabilius significat enim Christus omnes homines ad locum, vbi ipse fuerit, vt iudicentur, conuolaturos esse, sicut aquilæ ad cadauera cõuolare solent, itaq; velint nolint, illũ videbũt.

Quomodo sol amittet det iudicij die. splendorem.

29. *Sol obscurabitur.*] An vere obscurandus sit sol, non satis certum alt: sed ex meo iudicio probabilius: quemadmodum & Origenes, & Hilarius videntur existimare. Quomodo autem obscurandus sit, alia est quæstio. Putat Origenes mundum incendio conflagraturum, tantamq; fumi copiam futuram esse, vt sol obscuretur. Alii existimant præ gloria, & splendore aduentis Christi fore, vt sol ipse obscurari videatur, sicut stellæ apparente sole obscurantur: ita Hilarius, Chrysost. Hieron. Theophylact. & Euthym. vt Isai. 24. 23. *Erubescet luna & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum sueris glorificatus.* Nonnulli Theologi obiectu nubis obscurandum esse, vt plerisq; hæreticorum interpretes non reuera obscurandũ esse. sed homines adeo stupefactos fore, vt solem ipsum videre non videantur. Solent enim Prophetæ in similibus calamitatibus dicere obscurandum esse solẽ, vt Isa. c. 13. 9. 10. *Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus & iræ furoris, ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniã stellæ cæli, & splendor earum nõ expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.* & c. 34. 4. *& tabescet omnis militia cæli, & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea, & ferum.* 13. 9. & Amos 8. 9. *Occidit ei sol, cum adhuc esset dies, confusa est, & erubuit,* & Ezech. 32. 7. 8. *& operiam, cum extinctum fuero, cælos, & nigrescere faciã stellas eius: solem nubo tegam, & luna nõ dabit lumen suum, omnia luminaria cæli mœrere faciam super te,* & Ioelis 2. 10. *A facie eius cõtremuit terra, mota sunt cæli, sol, & luna obtenebrati sunt & stella retraxerunt splendorem suum,* & ver. 30. 31. *Et dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi, sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinẽ, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis,* & c. 3. 14. 15. *Iuxta est dies Domini in valle cõcisionis, sol, & luna obtenebrabitur, & stellæ retraxerunt splendorem suum.* Mihi nõ opinio hominũ, nec rei vllius opponũ, sed vere videtur obscurãd' esse, vt initio dixi, & vt Auctor imperfecti operis affirmat. Primum, quia eodem modo in Christi aduẽtu, atque in eius morte, obscurandum esse credendum est: in eius autem morte vere obscuratum fuisse legimus: deinde quia alia quauis ratione obscurari parum videtur esse, & constat Christum magnum aliquid & nunquam ante visum dicere voluisse, fore, vt se ad iudicium veniente Sol ipse, & stellæ omnes contremiscant, & quasi motu percussi splendorem retrahant, sicut solẽt homines timore perterriti in intima sanguinẽ trahere, & extrinsecus expallescere. hac ratione Sol patiente Christo obscuratus est, quasi morìente Deo exhorreteret.

Stellæ quomodo ante diem iudicij cadent.

Et stellæ cadent de cælo.] Eadem de stellarum casu quæstio est, an vere cassuræ sint. Origenes tractatu in Matth. 30. scribit non cassuras in terram re ipsa, sed amissuras lumen, & q terrestre in illis fuerit, in terram cassurum, hoc Platonicam olet sẽtẽtiam. D. Hier. eodẽ modo cassuras dicit, quo Solẽ obscurãdum esse putat, q; Christi splendore non lucebũt: idemq; existimat Beda. Nonnulli veteres & Auctores non veras stellas, sed dæmones, quibus plenus est aer, quique stellarum nomine intelligũtur, cassuros dixerunt. Alii ex eo motiores. b. p. erram Theologis nõ veras stellas, sed eas quas eruditi vocant, quæ in aere conflantur, cassuras dicunt. Multorum opinio est non vere cassuras, sed fore, vt quia non lucebunt, cadere videãtur: quibus ego nullo modo perfuadere possum; dixisset enim Christus, sicut ante Solem, & Lunã dixerat, fore, vt non lucerent: nunc ait, cum dicit fore, vt cadant, matur. præcedẽti aliquid significare voluit. Itaq; Chrysost. & Euthym. liberter assentior, qui vere stellas cassuras putant; magis enim Christo id affirmanti, quam Aristotelis negãti fieri posse, credendum esse arbitror.

Cur virtutes cœlorum commouebuntur.

Et virtutes cœlorum commouebuntur.] Recentiores interpretes fere omnes virtutes cœlorum ita ipsas vocari putãt, sicut militia cœli vocari solent. At illas cœli dixerat cassuras esse, quod plus erat, quam commoueri; quare credendum non est hoc loco de stellis loq. Veteres Auctores, vt Origenes, Chrysosto. Beda, Euthym. Theophyl. angelos cœlorũ virtutes appellari dicunt, quemadmodum in solẽni Ecclesiæ hymno vocantur cœli, cœlorum q; virtutes: sensum itaq; esse fore, vt angeli ipsi obstupescãt & quasi attonìti commoueantur. Ego semper existimaui virtutes cœlorũ hoc loco vocari, quos Iob alia metaphora cardines cœli vocat c. 22. 14. & Moyses in Deuteronomio c. 30. 4. & sicut dicuntur cardines terræ 1. Regum 2. 8. & Prouerbiorum 8. 26. & cardines maris Iob 36. 30. qua metaphora ad aliud

hil aliud, quam firmamentum, & robur significatur, quod ipsum virtutis nomen declarat. Itaque docet Christus cardines ipsos, & quasi fundamenta cœli præ timore commouenda esse, sicut ait D. Petrus 2. epistola cap. 3. 10. *Aduentus autem dies Domini, vt fur, in quo cœli magno impetu transient:* hoc est *virtutes cœlorum commouebuntur: elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera exurentur.*

Cruelis aspectus vitis Christo adituris venientis.

30. *Tunc parebit signum filij hominis.*] Quod signũ filij hominis vocet, auctoribus inter se non conuenit. Origenes virtutem, & gloriam, quam sibi Christus in cruce comparauit, signum filij hominis vocari putat, quasi sensum sit, omnes visuros esse Christum tanta cum gloria, atque maiestate venientem. Ad eundem fere modum Hieronymus & Beda victoriæ Christi vexillum intelligi posse putant. Auctor vero imperfecti passionis signa, vt flagellorum vibices, clauorum cicatrices signum filij hominis vocari dicit. Communis fuit semper opinio crucem signum filij hominis appellari, eam quæ in cœlo, aut in aere Christo veniente, quasi eius vexillum, apparituram esse. Ita Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Euthymius & Theophylact. quod ego maxime probabile esse iudico. Loquitur enim Christus de signo filij hominis, tanquam de certo aliquo, & noto vexilio, quod aliud, quã crux esse non potest.

Et tunc.] Cum videbunt signum filij hominis; ipsa enim coniunctio verborum latentem habet reddit onem causæ, quasi significetur propterea omnes tribus terræ plancturas esse, quia videntes signum filij hominis exterrebuntur.

Plangent.] Id est, græ dolore, ac pœnitentia pectora manu tundent, nimis videlicet sero.

Omnes tribus terræ.] Id est ex omnibus aliqui, non enim boni plangent; sed potius lætabuntur, quia *diligunt aduentum eius*, vt ait D. Paulus 2. ad Timotheum 4. 8.

Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.] Id est aperiẽ, declarabit seipsum Christus, tanquam Deum, cuius proprium cum gloria simul, & maiestate, & terrore venire Psalm. 49. 3. *Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida,* & Psal. 103. 3. *Qui ponis nubem ascensum tuũ. qui ambulas super pennas ventorum.* fuit Christus nube euectus in cœlum Actorum 1. 9. eodem ergo modo fieri Apostolis angelus dixit, ver. 11. venturus est.

Christi dicit verba.

31. *Et mittet angelos suos.*] Et cum angelos se missurum dicit, & cum suos vocat, Deum se esse declarat, hoc enim proprium Dei Psalmo 103. 4. *Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem ventem.*

Cur ad diei iudicij tuba adhibeatur.

Cum tuba, & voce magna.] Vbique cum tuba Christus ventura dicitur, vt 1. ad Cor. 15. 52. & 1 ad. Thess. 4. 16. non solum, quia tuba homines ad iudicium vocandi sunt; sed quia tuba regiæ maiestatis indicium est, canitur enim tubis ante reges, cum ad locum aliquem veniunt. Qualis futura sit tuba, vera ne an metaphorica, nec sciri potest, nec necesse est, sed est tamen probabile non veram, sed metaphoricam futuram esse, tubamque appellari vocem aliquam magnam, raucam, sonoram, horrendam, & tubæ clangori similem, qualem is Ioannes in Apocalypsi cap. 1. 10. & cap. 4. 1. & cap. 19. 6. in illo vltimi iudicij spectaculo, quod vidit, audiuisse dicit. Itaque, quod Christus dicit, *cum tuba, & voce magna* perinde est, ac si dicat *cum tuba*, id est voce magna, vt cõmunitio *et*, quemadmodum multis aliis locis exegetes fr. Iunat, quod Græce est in plerisq; codicibus, cum tuba vocis magna, quemadmodum legit Euthymius aut cum tuba magna, vt legit Chrysostomus: non enim duæres, sed vnam

Qualis ante diem iudicij futura tuba & vox.

Cardinis nomen in scriptura.

Vulgata editio defenditur.

tantum Christus voluit significare, sic Isaiæ dicitur cap. 58. 1. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* Dubium etiam esse cuius, aut quid significans vox illa futura sit. Nam Ioan. cap. 5. 25. ipsius Christi vocem futuram esse indicat, *audient*, inquit, *vocem filij Dei*, sicut & Isaiæ dixit. cap. 2. 11. *Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia, & facientia verbum eius. Magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum?* Ioannes vero in Apocalypsi cap. 8. & 9. 1. 13. & cap. 11. 15. angelos in iudicio tubas canentes induxit. Dicit autem Paulus 1. ad Thess. 4. 16. vocem archangeli futuram dicit. Itaque est vero similè, & Christum magna locuturum voce, vt angelos suos mittat, & angelos, archangelos, exteros-que cœlestes spiritus in tubæ similitudinem clamaturos. Nec existimandum est vocem ipsius Christi tubam appellari, quia dubium non est Christum ex hominum consuetudine, & more loqui; non solent autem reges; sed eorum ministri tuba clangere. Sunt qui putent ex antiquis iudicandorum conuentibus sumptam esse metaphoram, ad quos sono tubæ homines conuocabantur Numer. c. 10. 2. & Isaiæ 27. 13. & supra c. 6. 2. Vero simile id est: sed illud fortasse similius à bello traductam esse similitudinem: adhibetur enim tuba non solum ad conuocandum, sed etiam ad terrendum, vt apud Isaiam c. 18. 3. *Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis,* & Sophoniæ 1. 16. 17. *Dies tubæ, & clanguris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos, & tribulabo homines, & ambulabunt, vt cæci, quia Domino peccauerunt,* & Zachariæ 9. 14. *Dominus Deus super eos videbitur, & exibit, vt fulgur iaculum eius & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri.*

32. *Ab arbore autem fici discite parabolam.*] Id est accipite, audite similitudinem, quam vobis ex arbore fici propositurus sum. Lucas c. 21. 29. 30. *& dixit illis similitudinem, videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quia prope est æstas.* Credibile vtrumque dixisse Christum.

Hebraica phrasis, qualis illa Genesis 4. 7. nonne, si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatũ tuum aderit, & Iacobi 5. 9. *Ecce iudex ante fores stat.* id est ante venturus est.

Generatio hæc.

34. *Generatio hæc.*] Recentiores hæreticorum interpretes, & nonnulli etiam Catholici, qui nimis eos auide sequi solent, ætatem exponunt; quasi sensus sit, antequam ætas illa hominum, qui tunc viuebant, præteriret, futuram Ierosolymitanam vastationem. Fuerunt etiam, qui ita exponerent, antiquissimi olim auctores; sed eos Origenes simplices appellat. Et vero hunc non esse sensum, cum alium meliorem opposuerimus, apparebit. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius & Auctor opetis imperfecti generationem hominum fidelium interpretantur, quasi dicat Christus, etsi eiusmoditam multæ, tamque magnæ calamitates venturæ sunt; tamen Ecclesiam vsque ad finem mundi non periturum. Hieronymus vero generationem omnium hominum intelligit, quasi dicat, priusquam genus humanum finiatur, ea omnia, quæ prædixerat, euentura esse. Mihi generatio hoc loco totus mundus videtur appellari, sicut alibi creatura vocari solet, quia totus creatus, totus genitus est. Itaque verus sensus videtur esse adeo certa esse quæ Christus prædixerat, vt non ante finiendus sit roundus, quam euenerint. Id ex verbis sequentibus manifestè colligitur, *Cælum*, inquit, *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quare qui pro generatione ætatem transtulerunt, iniuriam fecere sententiæ.

Vulgata editio defenditur.

35. *Cælum & terra transibunt.*] Hebraismus, id est

peribunt secundum præsentem statum, *verba autem mea non præteribunt*, id est non fallent, non erunt falsa.

Christum dicere videtur quatenus homo, generare dicatur.

36. *De die autem illa, & hora nemo scit, nec angeli cælorum, nisi solus pater.*] Non dubium quin etiam filius hominis excludatur: quemadmodum Marcus cap. 13. 32. disertè dixit verbis, *neq; filius, nisi pater*. Itaque grauius hoc loco Catholicis olim cum Arianis quæstio fuit, dum hinc Ariani Christi diuinitatem refutare conarentur, quod Christus diem iudicii diceretur ignorare. Nonnulli veteres auctores testimonii huius præsidium præsidi eo confugerunt, vt locum vitiatum esse dicerent: nec legendum esse, *neque filius, nisi pater*, vt Hieronymus hoc loco, & Ambros. lib. 5. de fide c. 8. Alii Christum ignorasse quidem diem iudicii, quamdiu in hac vita fuit: scisse vero simul atque ad patrem ascendisset. Sic Origenes tractatu 30. in Matth. cum hæc Christus diceret, eum diem iudicii ignorasse scribit, post resurrectionem vero scisse, quod tunc rex, & iudex a patre constitutus sit. Habet hunc Theophilum cognomento Agnoetæ pro hæretico, quod dixerint Christum diem iudicii ignorasse, vt Damascenus in libro de hæresibus auctor est. Verum illi, vt ex eodem Damasceno colligitur, simpliciter, & sine vlla distinctione dixisse, humana ea natura ignorantiam Christo tribuebant, quia credebant diuinitatem in humanitatem fuisse conuersam. Maior pars antiquorum auctorum existimauit Christum ignorasse diem iudicii, non quod reuera ignoruerit, sed quod fecerit, vt nos ignoremus, quod nobis reuelare noluerit, quod eius corpus, id est Ecclesia ignoraverit, quod se scire dissimulauerit. Hæc enim omnia eodem redeunt, & solent veteres auctores hunc hoc, nunc illo modo loqui. Ita sentit Origenes tractatu in Matthæum 30. & Chrysostom. homil. 78. in Matthæum, & 14. in Marcum, & Augustin. libr. 83. quæstionum quæstione 61. & lib. 1. de Trinitate c. 12. & libr. de Genesi contra Manichæos c. 23. & Gregor. libr. 8. regist. capit. 42. & Hieron. Beda & Theophylactus in huius loci commentariis. Alii interpretati sunt ignorasse diem iudicii, id est nondum expertum fuisse, vt Origenes eodem loco, & Epiphanius hæresi 69. & Chrysostom. in homilia de Trinitate. Alii dixerunt sensum esse, nec filius hominis scit, nisi pater sciat. Sed quia pater scit, filius etiam hominis scit, vt Euthym. Omnes istæ interpretationes mihi videntur esse non adeo accommodatæ. Nam illi, qui aut semper, aut ad tempus Christo ignorantiam tribuerunt, reiiciendi omnino sunt, quia tota scriptura sacra refelluntur, illoque maxime D. Pauli testimonio ad Colossenses 2. 3. *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi*: illa vero receptissima interpretatio eorum, qui existimant ideo Christum dici diem iudicii ignorare, quod nobis eum non reuelauerit, non admodum magna niti videtur probabilitate, quia isto modo etiam pater ignoraret, quia nobis non reuelauit: qua etiam ratione illa altera Origenis, & Epiphanii interpretatio refelli potest, ideo Christum ignorare diem iudicii, quia expertus non est. Nam neque pater expertus est. Multi veteres, & graues auctores, vt Athanasius sermone 4. contra Arianos, Ambrosius libr. 5. de fide capit. 8. Gregorius Nazianzenus oratione 4. de Theologia, auctor disputationis inter Arium, & Athanasium coram probo, Theodoretus anathematism. 4. contra Cyrillum, Cyrillus libr. 9. Thesauri c. 4. Auctor imperfecti homil. 49. aperte docuerunt Christum, quatenus hominem, diem iudicii ignorauisse, atq; id hoc loco dicere voluisse. Quod etsi additione prima horrendum videtur esse, adhibita tamen interpretatione verum habere potest sensum. Illud quidem imprimis tenendum est Christum, tanquam Deum, nihil ignorare potuisse, illud præterea tanquam hominem, neque diem iudicii, neque quidquam aliud ignorasse: sed nodus hic est, quod eum dicimus, Christus quatenus homo est, ignorat diem iudicii, dictio illa quatenus, potest aut speciem, aut causam significare, si speciem sensus erit, Christum humano intellectu nescire diem iudicii, quod omnino falsum est: non enim sola anima, sed etiam humana natura diem iudicii nouit, quia in ipsa humana natura, vt ait D. Paulus Colossenses 2. 3. *Sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi*: si causam significat, sensus erit, Christum ignorare, id est non scire diem iudicii, quia homo est; sed quia homo Deus: nam si homo tantum fuisset, quantumuis perfectus, quantumuis Deo gratus, non scisset illum, quemadmodum nec angeli sciunt, quicunque perfectissimi & amicissimi Deo sunt. Nō ergo negat Christus se etiā hominē diem iudicii scire: sed negat scire eo titulo quod homo sit. Placuit aliquando mihi hæc ad hunc modum explicata sententia, quia & veterum scriptorum auctoritatem tueri, & hunc locum apte explicare videbatur. Nam etsi scieham obiici posse, hoc non videri conuenienter à Christo, & accommodate ad id, quod agebat, dici potuisse, quia nihil referebat, quo titulo quamue ratione diem iudicii sciret: poterat enim, quomodocunque sciret, illum Apostolis reuelare: respondebatur illud tantum Christo propositum fuisse, vt Apostolorum cupiditatem, curiositatemque cohiberet ne scire vellent, quæ angeli nescirent. Sed animaduerto nunc non soluta negare filium hominis diem iudicii scire, sed etiam affirmare solum patrem scire: quo verbo non solum filium, sed etiam Spiritum sanctum videtur excludere. Sed nisi fallor, eodem modo Christus loquitur, quo supra cap. 20. 23. *Sedere autē ad dexteram & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo*, Itaq; indicat, quod magis est, se non solum, vt hominem, sed etiam, vt Deum, modo quodam diem iudicii ignorare, non quod ignoret, sed quod non ipsius sit officium scire, sicut non dixit, quibus paratum est à me, sed *a patre meo*, non quod non etiam ab ipso paratum esset, sed quod regnum parare, id est præstinare non ipsius, sed patris officium sit. Sic etiam patris est constituere, quando soluendus sit mundus, quando dies iudicii futurus sit, hoc est, quod Apostolis dicit Act. 1. 7. *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta quæ pater posuit in sua potestate*. Præterea solus ipse scire significatur. Atque hic nisi fallor, verus est sensus.

37. *Sicut autem in diebus Noe.*] ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, sicut dies Noe, sic erit aduentus filii hominis, id est, quod accidit tempore Noe, accidet tempore aduentus mei, vt sequentibus verbibus explicatur.

40. *Vnus assumetur, & vnus relinquetur.*] Id est vnus eligetur, & saluus erit, alter reprobabitur, & peribit, vt Hieronym. & Theophylact. interpretantur. Lucas c. 17. 34. idem narrat, quasi alio tempore, atque alia occasione dictum, sed: vt Euthym. existimat, credendum est, Christum bis idem, atque diuerso tempore dixisse.

43. *Quæ hora fur venturus esset.* ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, qua vigilia fur venit: noster interpres aliis verbis sensum expressit: quanquam arbitror non fine causa Christum potius dixisse, qua vigilia, quam qua hora: nimirum, qua dixerat paulo ante *vigilate*, id est, agite excubias more militum, alludit ergo ad eundem militarem morem, quo solent milites, ne ab hostibus improuisi opprimantur, totam noctem in quatuor distributam vigilias excubare, nescientes qua vigilia hostis venturus sit. De vigiliis autem, & eorum more capite decimoquarto, decimoquinto à nobis dictum est. Quod autem Græce est *venit*, recte noster interpres

tempus in futurum verti rectum esse, sicut infra 24. verbis sequentibus id enim verbum præsentem temporis aliquando significat, vt c. 17. 11. annotauimus.

Partis nomine propriam.

45. *Vt det illis cibum in tempore.*] Id est, vnicuique famulo dementium suo distribuat. Luc. c. 12. 41. dixit: *ad illos an etiam ad omnes?* Quasi non sit idem sensus eodem: alludit enim ad veterem famulorum morem quibus, qui omnium rerum dominus erat, præponebatur, vt eos gubernaret, & pro cuiusque merito cibum distribuerent. Solebant autem eum vel pecuniæ pro mercede, vt se alerent, ceruicum accipere, prout quisque plus minusve laborauerat, quod vsque ad nostram memoriam multis in locis factum est. Hoc est, quod dicit Matthæus, *vt det illis cibum in tempore*, id est in æstate, & quod ait Lucas, *vt det illis in tempore tritici mensuram*.

Cibum in tempore. Hæreticorum interpretes, & nonnulli nostrorum temporum auctores, & vernacule, & expositiones, & quidam etiam ad notitiam quorundam veterum fortasse peruenerunt.

46. *Sic & nostrum.* Id est, damnum illis cibum in tempore attentum in officium suum, vnam enim speciem loco exempli pro toto genere posuit.

51. *Et diuidet eum.*] Hæreticorum interpretes, & nonnulli nostrorum temporum auctores, & vernacule, & expositiones, & quidam etiam ad notitiam quorundam veterum fortasse peruenerunt, hunc locum ad eorum modum explicare videbantur, quasi Christum alludere, quod quos summum supplicium erat hominem medium differat, vt ex Daniele cap. 13. 55. 59. & ex lib. 1. Regum cap. 15. 33. colligi examinant. Apud Romanos quidem constabat fuisse morem li. 10. cap. 1. Gellius scribit apud Sabinos vero fuisse non eodem, apud quos, vt cap. 3. 1. 2. 3. dicimus, quatuor tantum supplicium genera fuisse legimus, in quibus hoc non numeratur, præterquam quod vt paulo post apparebit, non præcipit in hunc locum hoc sensus conuenire. Alii ergo interpretantur *diuidet eum*, id est, primabit pro tribu nomi, atque merebit, vt Hilarius hoc loco, alii primabit eum gratia, quæ eum prius donauerat, vt Origenes, & Theophylactus. Verum sensus est, quem

Partis nomine propriam.

Hieronymus, Euthymius, & Auctor imperfecti sensus sine *dividet eum*, id est, eiecet ex familia sua, separabit a fidelium omnium numero, sicut supra c. 22. 12. 13. infra ex eum, qui vellem, inquisitore non habebat, extra ecclesiam eiici, & in tenebras exteriores mitti, hisque duo supplicia nostrorum temporum, quod absit fiat, quo male functos erat, testimonium alterum, quod in ergastulum vinctum quem seruis fieri, torquendum credatur. Itaque in eum Christus accommodate ad id quod malis fieri solet, qui non prius medicinam adhibuerit, deinde in custodiam cruciandi mittuntur (quam enim magnum hic est!) sed priusquam eiiciantur ab officio, si quod habebant, honorifico, deinde cruciantur.

Pater mundi propriam.

Patrem qui eum genuit.] Patrem vocat Hebræorum more creatorem conditorem, vt apud Iobum c. 10. 10. *hæc est pars hominis a Deo*, & *sapientia reputatum est a Domino* 28. c. 17. 23. *hæc est pars hominis apud Deum*, & *hæreditas reputatur*, & Psal. 10. 4. *ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicum eorum*. Sic è contrario in bonam partem accipitur Psalmo 15. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei*, & Psalm. 72. 26. *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*.

Cum hypocritis. Hypocritas vocat seruos pigros, & negligentes, vt simili parabola declarauit capite sequenti vers. 20. & 30. hypocritas autem appellat, quia qui immundi sunt, non solent, nisi prætextu dominum honorare, & vt ait D. Paulus ad Ephes. 6. 6. ad oculum seruire, vt non eam bonitatem præferant, quam vt esse videantur. Hæiusmodi quidem, in ergastulum mitti solent, atque torqueri, eo Christus alludit: significat autem inferendum, qui pro eorum loco est, vt ex sequentibus apparet, *illis confessus & fassus de nobis*, de quo fiat, & statuere 2. 13. 42. à nobis dictum est.

CAPVT XXV.

TVNC simile erit regnum cælorum decem virginibus quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ. 2. Quinque autem ex eis erant fatuæ & quinque prudentes. 3. Quæ fatuæ acceptis lampadibus suis non sumpserunt oleum secum. 4. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. 5. Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes, & dormierunt. 6. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. 7. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ & ornauerunt lampades suas. 8. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. 9. Respondentes prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes & emite vobis. 10. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. 11. Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine aperi nobis. 12. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. 13. Sicut enim homo peregre profiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. 14. Et uni dedit quinque talenta, Alii autem duo, alii vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. 15. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. 16. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. 17. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. 18. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. 19. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. 20. Ait illi Dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. 21. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. 22. Ait illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. 23. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti. 24. & timens abii, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. 25. Respondens autem dominus eius dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. 26. oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepissem quod meum est cum fœnore. 27. Tollite itaque ab eo talentum, & date illi qui habet decem talenta. 28. omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. 29. Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. 30. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angelici eius cum

fidelis

fidelibus fuos fideles esse, & futuros: & semper exhaurire ex eis quantum opus fuerit, & semper eos ab impiorum, qui fuos esse putant, fegregare: & sic hos, & illos pati, & portare.

Hæc est lex. Exod. 12. & 13. Levit. 7. 26.

Hæc est lex de animalibus, quæ edenda erant, & quæ non erant. Vestis bene dicti Patris mei possidere paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te? aut sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his, qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ibunt isti in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

Psal. 5. 13. Isai. 60. 7. & 11. Luc. 11. 52.

Ioan. 7. 30. Dan. 12. 22.

IN CAPVT XXV.

TVNC.] Cū Dominus improuisus veteribus pendet enim ex superiore capite sententia & aliis duabus parabolis, altera de cœli virginum, altera de nouorum, idem, quod præcedenti ferut parabola, declarat.

Similis erit.] Idest tunc apparebit, quod nunc nō apparet, dum iam talis in Ecclesia manet status, idem in regno cœlorum, id est in Ecclesia fieri, atque fit decem virgines lampades suas accepisse, vt sponsū obuiam exirent, quemadmodum cap. 15. 16. explicuimus. Quo tota spectet parabola ex conclusione, quæ versu 13. ponitur, perspicuum est, debere nos semper vigilare, vt capite præcedenti versu 42. dixerat: semper paratos esse, quia nescimus, qua hora Dominus venturus sit: bonorum operum copiam in aduentum Christi præparare. Idem enim hoc capite, quod superiore, prosequitur argumentum. Quinque in tota parabola partes sunt. Prima est, sponsus, quem nemo dubitare esse Christum, vt multis iam locis expositum, & 9. 15. & 22. 2. Additur à nostro interprete, & sponsa, quod in Græcis nunc codicibus non est: neque D. Basilius in regulis cap. 5. neque Chrysost. Theophylact. & Euthym. hunc locum tractatores legunt. Legit tamen prosaluberrimo Laninus interpres, legit Origenes tractans in Matth. 21. legit Hilarius canone 27. legit D. Augustinus epistola 120. & vt videtur seruitute 21. de verbis Domini secundum Matthæum, & lib. 83. quæstionum quæstione 59. legit & Syrus interpres, & legendum ego, si nos necessario, tamen propter veteres interpretes, & tot veterum scriptorum auctoritatem existimo. Neque, vt quidam putant, hinc lectio abhorret à sententia, quod decant non solere sponsam obuiam sponso procedere: sed domi eum operiri. Non enim dicitur hoc loco sponsam sponso processisse obuiam, quod insolens fortasse videri posset, sed dicuntur virgines sponsæ, & sponso obuiam processisse. Solet autem sponsus sponsam in domum ducere, vnde & vxorem ducere dictum est. Conuenit & res significata, nam Christi sponsum Ecclesiam esse sæpe iam diximus, & altera parabola capite vigesimosecundo, secundo, Euangelista declarauit. Triumphante in cœlum Ecclesiam, tanquam sponsam, cum Christo ad indicium venturam esse, Ioannes in Apocalypsis capite vigesimoprimo, secundo testatur, *Vidi*, inquit, *sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Secunda pars parabolæ sunt decem virgines, vbi triplex est quæstio, prima cur virginibus decem, cur decem à regnum cœlorum comparetur: tertia quid virgines significent. Origen. & Hieronym. propterea virginibus opus esse quam aliis regnum cœlorum comparandum esse dicunt, vt fides integritas significaretur, quæ corporis virginitati similis est. Chrysost. vero, Theophylactus, & Euthymius, quia virginitas summa est virtus, vt doceret Christus neminem suis virtutibus confidere debere, quandoquidem vt omnes quidem virgines, cum præstantissima virginitatis virtute præditæ essent, ad nuptias tamen id est in cœlum ingressa fuerunt. Alij nonnulli recentiores interpretes, quorum in hac re opinionem magis probo, non alia de causa virginibus potius, quam aliis, regnum cœlorum comparatum fuisse putant, quam quod continentiæ esset, vt virgines eadem præ cæteris sponsum Dominū deuotæ essent. Decem autem comparationis fuisse Valentinum, & Gnostici propter decem hominis sensus quinque corporeos, quinque incorporeos docuerunt, tum etiam hinc hæreticos nominamus, vt Tertullianus in libro de anima auctor est. Senile quiddam Auctor imperfecti dicere videtur. Alij propter quinque sensus, qui dum ex bene vsimur, sapientes; dum male, insipientes sunt. Ita decem efficiunt, vt scribit Hieronymus, & Beda in commentariis, & D. Augustinus epistola 120. cap. 15. & D. Gregorius homilia 12. in Euangelia. Probabilia hæc sunt; sed potius credo propterea denarium numerum parabolam fuisse propositam, vt omnium hominum multitudo, quæ ex nouem ordinibus significaretur, quæ per hunc numerum declarari solet, vt Genesis 31. 7. 41. *Immutauit mercedem meam decem vicibus*, id est Laban, & Leuit. 26. 26. *postquam confregerit baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus*. & Numerorum 14. 22. *tentauerunt me iam per decem vices, nec audierunt vocem meam*. Hic ergo decem virginibus, id est multitudo eorum omnium similis esse dicitur. Per decem autem virgines, omnes, quæ vere virgines sunt, Chrysost. & Theophyl. Euthym. Augustin & Gregorius locis, quos paulo supra designauimus, & significari putant, in his, vt mihi videtur, coarctata sententia. Hilar. vero, & Auctor imperfecti è contrario per decem virgines omnes homines, & fideles, & infideles intelligunt, sententia plus satis dilatata. Orig. & Hieron. hoc loco, & vt videtur, etiam Ambros. ser. 1. in Psal. 118. nec omnes homines nec solas virgines, sed, omnes solos fideles intelligendos existimant. Hæc affirmatur, quia manifestum est Christum loqui de his, qui omnes lampades suas accepisse, quas vt postea docebimus, non nisi fideles accipiunt. Lampas enim fides est, *lucerna*, inquit, *pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*. Psal. 118. *Oleum*, inquit versu 19. *mihi fecisti tuum sine scrutinio*. Hæc dicunt virgines fatuæ versu octauo. *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur*, non quod sine operibus statim extinguatur fides, sed quod cum per opera non lucet, extinguì videatur, & non magis, quam si omnino exinctæ esset, ad salutem valeat: vel, vt Auctor imperfecti interpretatur, quia ita comparatum natura est, vt quem admodum fides bonis operibus fouetur, & confœruatur, ita sine illis elanguet, & paulatim exstinguatur, fumare ergo oleum in lampadibus in parabola est bonorum operum copiam, & veluti thesaurum quendam in futurum Christi aduentum recondere, vt cap. 6. 20. Christus dixit, *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo: vbi neque erugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt*. Quinta pars sunt vasa, quæ Hilarius hic ana corpora esse dicit, quemadmodum D. Paulus 2. ad Corinth. 4. 7. dixit, *habemus thesaurum in vasis fictilibus*. Melius animam, aut conscientiam interpretebimur, quæ bonorum operum sedes, & receptaculum est. Sexta pars est, quod sponsus dicatur longam traxisse moram, quo minime dubium est, Christum significare voluisse longum restare tempus vsque ad aduentum suum, vt falsum discipulis opinionem erriperet, qui existimabant eum statim post resurrectionem venturum esse, quemadmodum Chrysostomus obseruauit. Eodem modo Hieronymus & Hilarius moram sponsi pernecessariam esse dicunt. Loquitur autem Christus accommodate ad virgines, quæ sponsi aduentum expectabant, quibus quia statim, vt ille speirabant, non venit, nimium temporis videbatur. Sic enim natura est, vt exspectantibus omne tempus longissimum esse videatur; aliàs quin nouit Christus ex sententia sua significare longe aduentum suum adhuc abesse; nam vt Ioannes sit prima epistola capite secundo, decimo octauo, *Nouissima hora est*, neque consuebat ad parabolæ sententiam, vt deceret longe aduentum suum adhuc differre, ne homines, quos diligentes, vigilantes, atque paratos esse vere volebat, negligentes, desides, & securos efficeret. Septima pars est, quod omnes virgines dormitasse dicantur, atque dormisse, quod Hilarius, & Chrysostomus hoc loco, & D. Augustinus epistola 120. cap. 32. & D. Basilius in moralibus capite quinto interpretantur omnes virgines mortuas esse, antequam Christus veniret. Auctor vero imperfecti dormisse, id est negligentes fuisse, quod facile probarem, tibi atque sapientes, atque insipientes dormisse dicerentur. Itaque dormire interpretor desinere de aduentu Domini cogitare, & cum eo tempore, quo venit, non expectare; quod & bonis, & malis accidit, & omnibus hoc, qui diu aliquem expectarunt, euenire solet, vt exspectare eum desinant, & illis iam non expectantibus, aut non cogitantibus, hoc est dormientibus, veniat; quod & tempore, quo sponsus venit, id est, media nocte circumstantia declarat, quæ parabolæ octaua pars est, quam qui ex confuetudine hinc alia sententiæ significatione adductum esse putant, quod soleant sponsi media nocte ad domum sponsæ venire, quemadmodum hæreticorum interpretes dicunt, sensum mihi non solum non assequi, sed etiam contrare videntur, & inter se repugnantia coniungere. Si enim media nocte, non ante, sponsi veniebant, quomodo moram fecit, cum media nox nondum esset? quomodo visus est virginibus nimium morari, cum fuerint ante mediam noctem venire non debere? Fuerunt veteres auctores, qui Christum media nocte venturum esse crederent, quod Chry & Euth. probabile putant, & hymno quodam Ecclesiastico cōfirmari quodammodo videntur. Eum Hieron. Apostolicæ traditionēvocat. vt in Pascha, ideo ante noctē mediam

rendit parabola, vt doceat Christum solam fidem ad salutem sine bonis operibus satis non esse. Altera horum quæstionis pars erat, quid per quinque sapientes, quid per quinque fatuas significetur. Hilarius per quinque sapientes omnes fideles, per quinque fatuas omnes infideles intelligit. Auctor imperfecti per quinque sapientes omnes spirituales homines, per quinque fatuas omnes carnales; vel per quinque sapientes omnes, quæ & corpore, & spiritu, vt ait D. Paulus, virgines sunt; per quinque fatuas eas, quæ corpore sunt virgines, animo corruptæ. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, &, vt videtur Ambrosius sermone 14. in Psalmum 118. per quinque sapientes omnes virgines, quæ præter veram animi, corporisque virginitatem charitatem etiam, & misericordiam habent, eamque largiendis eleemosynis exercent; per quinque fatuas eas, quæ cum virgines sint, misericordes tamen non sunt, hoc est oleum non habent in vasis suis, ideoque non dant eleemosynas. Augustinus epistola 120. & Gregorius homilia duo decima in Euangelia, & Beda hoc loco per quinque sapientes omnes virgines, quæ bonam, vt dicunt, intentionem habent, & virginitatis suæ laudem apud Deum, & non apud homines quærunt; per quinque autem fatuas eas virgines quæ humanam laudem, aut adulationem aucupantur. Origenes, Hilarius, Hieronymus, & Damascenus, aut quisquis historiæ, quæ eius nomine circumfertur, auctor fuit capite nono, per quinque sapientes omnes homines intelligunt, qui cum fide bona opera habent, per quinque fatuas, omnes, qui fide quidem habent, opera non habent. Hæc interpretatio non solum maxime, sed etiam, vt mihi videtur, solum probabilis est, quia, vt paulo post, dicturi sumus, hoc maxime in parabola agitur solam fidem sine bonis operibus ad salutem non satis valere: Deinde quia idem & per præcedentes capite vigesimoquarto, quadragesimoquinto, & per sequentes parabolas infra versu decimoquarto declaratur non satis esse credere, nisi etiam bonis operibus vigilemus, quia nescimus, qua hora Dominus venturus sit. Idem etiam altera parabola capite vigesimosecundo, secundo declaratum est, vbi quemadmodum hic, fatuæ virgines; ita inustatus ille, qui per fidem iam venerat, & in cœnaculum intrauerat, quia vestem nuptialem, id est bona opera non habebat, exclusus est. Tertia pars parabolæ sunt lampades, quas omnes virgines acceperunt, per quas Hilarius corpora interpretatur humana, in quibus diuinum animi lumen elucet. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Beda, Augustinus, & Gregorius in illis locis, quos ante nostrum, ipsam corporis virginitatem iam eadem vocari putant. Hieronymus corporis sensus. Idem Hieronymus, Hilarius, Origenes, & Auctor imperfecti fidem interpretantur. Hoc apte ad parabolæ sensum adhæret. Omnes enim fidem acceperunt, qua Christo excipiendo externum obtinent; sed non omnes cum illo ad nuptias ingressi sunt, quia non omnes bona habebant opera. Quarta pars est oleum, quod sapientes accepisse, insipientes non accepisse dicuntur, quod Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus, & Ambrosius eleemosynam, & misericordiam interpretantur, quæ aliquando in scriptura oleo comparatur. Augustinus vero, Gregorius, & Beda bonam intentionem, qua apud Deum, non apud homines laudem virgines quærunt, de quo paulo ante dictum à nobis est. Vera est, solaque probabilis sententia Origenis, Hilarii, Auctoris imperfecti, & Damasceni, qui per oleum opera bona intelligunt, sine quibus fides non lucet, id est, *mortua est*, Iacobi 2. 26. & quibus ij adsunt, fides ardet, lucet, offenditur, *Oleum*, inquit versu 19. *mihi fecisti tuum sine scrutinio*. Hæc dicunt virgines fatuæ versu octauo. *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur*, non quod sine operibus statim extinguatur fides, sed quod cum per opera non lucet, extinguì videatur, & non magis, quam si omnino exinctæ esset, ad salutem valeat: vel, vt Auctor imperfecti interpretatur, quia ita comparatum natura est, vt quem admodum fides bonis operibus fouetur, & confœruatur, ita sine illis elanguet, & paulatim exstinguatur, fumare ergo oleum in lampadibus in parabola est bonorum operum copiam, & veluti thesaurum quendam in futurum Christi aduentum recondere, vt cap. 6. 20. Christus dixit, *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo: vbi neque erugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt*. Quinta pars sunt vasa, quæ Hilarius hic ana corpora esse dicit, quemadmodum D. Paulus 2. ad Corinth. 4. 7. dixit, *habemus thesaurum in vasis fictilibus*. Melius animam, aut conscientiam interpretebimur, quæ bonorum operum sedes, & receptaculum est. Sexta pars est, quod sponsus dicatur longam traxisse moram, quo minime dubium est, Christum significare voluisse longum restare tempus vsque ad aduentum suum, vt falsum discipulis opinionem erriperet, qui existimabant eum statim post resurrectionem venturum esse, quemadmodum Chrysostomus obseruauit. Eodem modo Hieronymus & Hilarius moram sponsi pernecessariam esse dicunt. Loquitur autem Christus accommodate ad virgines, quæ sponsi aduentum expectabant, quibus quia statim, vt ille speirabant, non venit, nimium temporis videbatur. Sic enim natura est, vt exspectantibus omne tempus longissimum esse videatur; aliàs quin nouit Christus ex sententia sua significare longe aduentum suum adhuc abesse; nam vt Ioannes sit prima epistola capite secundo, decimo octauo, *Nouissima hora est*, neque consuebat ad parabolæ sententiam, vt deceret longe aduentum suum adhuc differre, ne homines, quos diligentes, vigilantes, atque paratos esse vere volebat, negligentes, desides, & securos efficeret. Septima pars est, quod omnes virgines dormitasse dicantur, atque dormisse, quod Hilarius, & Chrysostomus hoc loco, & D. Augustinus epistola 120. cap. 32. & D. Basilius in moralibus capite quinto interpretantur omnes virgines mortuas esse, antequam Christus veniret. Auctor vero imperfecti dormisse, id est negligentes fuisse, quod facile probarem, tibi atque sapientes, atque insipientes dormisse dicerentur. Itaque dormire interpretor desinere de aduentu Domini cogitare, & cum eo tempore, quo venit, non expectare; quod & bonis, & malis accidit, & omnibus hoc, qui diu aliquem expectarunt, euenire solet, vt exspectare eum desinant, & illis iam non expectantibus, aut non cogitantibus, hoc est dormientibus, veniat; quod & tempore, quo sponsus venit, id est, media nocte circumstantia declarat, quæ parabolæ octaua pars est, quam qui ex confuetudine hinc alia sententiæ significatione adductum esse putant, quod soleant sponsi media nocte ad domum sponsæ venire, quemadmodum hæreticorum interpretes dicunt, sensum mihi non solum non assequi, sed etiam contrare videntur, & inter se repugnantia coniungere. Si enim media nocte, non ante, sponsi veniebant, quomodo moram fecit, cum media nox nondum esset? quomodo visus est virginibus nimium morari, cum fuerint ante mediam noctem venire non debere? Fuerunt veteres auctores, qui Christum media nocte venturum esse crederent, quod Chry & Euth. probabile putant, & hymno quodam Ecclesiastico cōfirmari quodammodo videntur. Eum Hieron. Apostolicæ traditionēvocat. vt in Pascha, ideo ante noctē mediam

diam populum dimittere non licerat, quod Christus ea hora, sicut olim in Aegypto, venturus esset, et ideo eos etiam Matthæi sumo media nocte expectare. Sed in Christi sententia hæ tenendum, *nescitu dicam, neque hora*. Quod ergo media nocte venisse dicitur sponsus nihil aliud significat, quam eo tempore venisse, quo minime expectabatur. Quis enim crederet media nocte venturum esse, cum omnes homines summa occupat quies, quem admodum recte Gregorius, Hilarius, Hieronymus, Augustinus eodem loco, Theophylactus, & Beda interpretantur? Nota pars est clamor, quia media nocte factus est, *ecce sponsus venit*. Hic procul dubio clamor ille est, qui supra præcedenti versu 31. pertinbam, & vocem magnam significasse dixi, vt Origenes, Chrysostomus, Auctor imperfecti, Euthymius, Theophylactus, Hieronymus, & Augustinus epistola 120. cap. 34. exponiunt. Decima pars est, quæ exponitur versu 7. *Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas*, quod Hilarius de corporum resurrectione, atque reformatione interpretatur. Melius eadem epistola D. Augustin. Auctor imperfecti, & Beda hoc loco exponunt, audito rumore aduentus Christi fore, vt omnes homines, qui quasi oppressi somno de illo non cogitabant, veluti excitentur, sicut D. Paulus dicit, *Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus*, ad Rom. 13. 11. Ornare vero lampades suas est opera, quæ quis facit, ad reddendam in iudicio eorum rationem in memoriam reuocare. Vndecima est, quod virgines fatuæ dicunt sapientibus, *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur*, quare dubium non est, significari fore, vt homines, qui bona opera non habuerint, nimis sero, cum iudicabuntur, Sanctorum auxilium implorent, vt Auctor imperfecti interpretatur, quasi velint se aliorum bonis operibus tegere. Duodecima est, quod sapientes virgines respondent, *Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis*: vbi duo animaduertione digna sunt: alterum quod sapientes virgines negent insipientibus auxilium, non, si possent, dare non velint, sed quod tam sero dare non possint, vt Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus exponunt, aut quod probabilius est, quia vt Auctor imperfecti ait, nemo est in illo tam horrendo iudicio, qui sibi satis confidat, sanctæ bonorum operum habere videatur: hoc enim verba illa præ se ferunt, *ne forte non sufficiat nobis, & vobis*. Quibus verbis neque Ecclesiæ eluditur, qui Sanctorum meritis confisus, nec eorum in alios hominis suffragia tollimur, quasi vnius bona opera iuuare non possint alterum. Eadem enim ratione probaretur Sanctos etiam, dum viuerent, alios viuentes suis precibus iuuare non potuisse, quod omnibus scriptura sacra contrarium est, ex iisdem etiam discimus Sanctorum meritis mortuos adiuuari, hoc enim apud Lucam cap. 16. 9. Christus declarat. *Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*: sicut & aliorum fidem, atque labore eni alios sæpe prodesse, ex cap. 9. 2. multi, vt illic diximus, versu 22 Auctores recte collegerunt. *Videns, inquit, Iesus fidem eorum dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*. Quid ergo est, quod hoc loco significatur? Illud nimirum tantum in iudicio illo extremo vnumquemque ex propriis operibus, non ex alienis esse iudicandum, vt D. Paulus dicit 2. ad Corinth. 5. 10. & vnumquemque onus suum portaturum, vt ait ad Galat. 6. 5. Sic D. Augustinus epistola illa, quam sæpe citauimus 120. exponit; atque ita intelligendum est, quod Hilarius, & Chrysostomus scribunt, declarari hoc loco, neminem aliena opera iuuare. Alterum est, quod fatuæ virgines ad vendentes mittuntur, vt eorum inhiare

Sanctorum merita non sibi vitia.

A mens. Vendentes Origenes, & Auctor imperfecti Ecclesiæ Doctores interpretantur, qui verbum Dei non pretio, sed salute, & fidei confessione vendunt, sicut D. Paulus ait, *non quæro, quæ vestra sunt, sed vos* 2. ad Corinth. 12. 14. & fecurem, quos ad Euangelium duxerat, gaudium suum, & coronam vocat ad Philippen. 4. 1. Augustinus vero, Gregorius, & Beda vendentes adulatores intelligunt, qui fallacium laudum fumos vendituræ solent, quasi per Ironiam hæc dicta sint, vt ad adulatores ex quorum laudationibus delectabamini, & videamus, quid vobis eorum laudes prodesse possint. Hieronymus in hunc annonum fatuas virgines, id est, homines bona opera non habentes his verbis remitti putat, vt bonorum operum oleum multo sibi labore comparem. Credo hanc partem parabolæ non esse sed ornamentum ex conjecturadine eius rei, quæ aut poterat accidere, aut vero similis erat, ad explendam narrationem adiectum, sicut & quod sapientes virgines dicunt, *ne forte non sufficiat nobis, & vobis*, vtrumque enim non ad aliquid significandum, sed quia vero simile erat ad eum modum respondisse virgines, dixisse perhibentur. Itaque operæ pretium non facit, qui horum verborum sensum non necessaria subtilitate disquirit, sit ex versu 10. intelligatur, vbi dicuntur virgines fatuæ ad emendum oleum abisse, nec enim eare significari potest eos, qui bona opera non habuerunt, in hunc mundum ad ea emenda, id est, cum parandis sibi remittendos. Vnusquisque enim refert, prout ante diem illum gesserit in corpore, sive bonum, sive malum, vt 2. ad Corinth. 5. 10. docet D. Paulus, sed dictum id est, quia vero simile erat virgines fatuas ad emendum oleum, eum ab alijs virginibus illud accipere nō posse, tot as fuisse, & oportuit Christum veritimilem texere narrationem, quod si hoc aliquam significationem habet, illud tantum, vt mihi videtur, significare potest, homines stultos, & imprudentes nimis sero, & cum tempus iam præterierit, bona voluntas opera comparare, & sero esse diligentes. Decima tertia pars est, quod sponsus dicatur venisse interim; quod nemo dubitat Christi ad iudicium aduentum significare. Decima quarta, quod quæ paratæ erant cum sponso ad nuptias, id est ad nuptiarum locum, & continuum intrauerint, quo vita beata declaratur, vt Apocalypsis 19. 7. *Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se*, & versu 9. *Et dixit mihi, scribe, beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt*. Decima quinta est, quod tandem clausa fuisse dicitur, cum fatuæ virgines redierant, quod nihil aliud significat, quam eas nimis sero bona opera facere voluisse, cum tempus iam non esset operandi, sicut Christus dixit Ioannis 9. 4. *Venit nox, quando nemo potest operari*, neque vltra disceptiendum est, quomodo fatuæ virgines peracto iam nouissimo iudicio in cœlum redierint, tandemque pulsauerint, & Christum sollicitauerint precibus, vt sibi aditum aperiret. Hæc enim omnia, sicut & illa, quæ paulo ante diximus, non ad significandum, sed ad explendum, ornandamque parabolæ contextum dicta sunt, neque quia id in cœlo euenturum est, sed quia inter homines vero simile erat, euenturum fuisse, &, vt ait Gregorius homilia in hæc verba 11. illud tantum indicatur, *Ibi iam à Deo non posse mereri, quod petit, qui hic noluit audire, quod iussit*.

B

C

D

E

Scire in suo genere idem quod nouisse, quod approbare.

12. *Nescio vos.*] Omnes & vetustæ, & nouæ Theologi obseruarunt sciendi verbum hoc loco, & alijs consimilibus non cognitionem, sed affectum declarare, & vt vocant, scientiam approbationis, quasi dicat Christus, non approbo vos, non agnosco pro filijs meis, aut, vt ait Auctor imperfecti, non video in vobis signaculum

A lum spiritus mei, de quo 2. ad Corinth. 1. 22. & ad Ephes. 1. 13 & 4. 30. loquitur D. Paulus.

14. *Sicut enim homo peregre proficiscens.*] Imperfecto, & pendente oratio. Nihil enim est, quod particulæ *sicut*, respondeat, completque sententiam, vt Origenes tractatu in Matthæum 33. animaduertit. Itaque intelligendum aliquid necessario; vt sic est regnum Dei, quemadmodum versu 1. dixit, *Simile est regnum cælorum decem virginibus*. Similis oratio apud Marcum cap. 13. 34. Potest dubitari, num eadem hæc parabola sit, atque illa, quæ apud Lucam est cap. 19. 11. multa enim à Matthæo hic, & à Luca illic dicuntur dissimilia. Lucas & alio loco, & occasione alia propositam narrat, cum prandisset apud Zachæum Ierosolymam veniens, antequam alibi insidens ingrederetur: Matthæus eum sedere in Monte oliuarum tertio post celebrem illum B ingressum die, vt cap. 24. 3. probauimus; Lucas decem, Matthæus tribus seruis dominum bona sua distribuisse narrat; Lucas singulis seruis minas singulas dedisse; Matthæus vni quinque talenta alteri duo, tertio vnum; Lucas primum seruum vna mina decem, secundum quinque lucrifecisse; Matthæus primum quinque talentis alia quinque, secundum duobus quatuor; Lucas seruum illum pigrum minam suam in sudario ligatam habuisse; Matthæus in terram defodisse. Quibus argumentis adductus Chrysostomus diuersas putat esse parabolas. Hieronymus tamen & Ambrosius in commentarijs in caput decimūnonū Lucæ, vnam faciunt. Hoc potius probo, & quia ab omnibus recentioribus etiam auctoribus eadem esse dicitur, C à quibus nolo sine magnis argumentis dissentire: & quia vix vero videtur simile Christum tam breui temporis interuallo bis eandem parabolam diuersis verbis proposuisse. Quod ergo Lucas alio loco, & tempore, quam Matthæus propositam fuisse indicat, nouum non est, vt Euangelistæ in loci, ac temporis circumstantiis discrepare videantur, dum summæ rei gestæ non ordinis ac temporis rationem habent. Credendum ergo hæc Christum, antequam Ierosolymam ingrederetur, dixisse, quia id Lucas dixit, Matthæus tacuit, non contradixit. In exteris vero rebus, quibus videntur dissidere, non Christi verba, sed totius parabolæ sensum explicare voluerunt: sensus autem & apud Lucam, & apud Matthæum, licet verba varient; idem est: estque credibile Matthæum potius, quam Lucam Christi verba retulisse, & quia D præsens fuerat, & quia distinctius videtur totam parabolam enarrare. Fortasse Lucas, quia Christus in præcedente parabola regnum cœlorum decem virginum comparauit, eundem hic numerum vsurpauit. Sed id ad sensum nihil refert. Vellem Augustinus in libris de consensu Euangelistarum suam de hac re sententiam exposuisset: sed quæstionem non proposuit. Videndum nunc est, quo parabolæ sensus spectet. Eodem, vt ait Euthymius, quo illa superior de fideli seruo, quem dominus longe abiens familiæ suæ dicitur præfecisse capite 24. 45. Eodem etiam, quo præcedens parabola decem virginum; acceptam à Deo fidem, & gratiam diligentia, bonisque operibus excolendam, atque augendam esse, vt de se 1. Corinth. E 15. 10. ait Diuus Paulus, *Et gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laboraui*. Tum etiam vnumquemque ex propriis operibus iudicandum versicul. 21. & 23. Denique nos per gratiam à Deo acceptam eiusdem gratiæ accessionem mereri. Quæ partes parabolæ videri possunt duodecim sunt. Prima homo peregre proficiscens, quo nemo dubitare potest Christum significari. Exceptus Lucas cap. 19. 11. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum*. Nobilem enim vocat, sed non regem, quia nondum regni possessionem acceperat, qua accepta regem appellat; sicut & Matthæus nunc hominem, postea regem versu 34. Secunda pars est, quod homo ille nobilis, id est Christus peregre dicatur profecisse, quod Chrysostomus, & Theophylactus de incarnatione videntur interpretari; quasi peregre profectus fuerit, cum è cœlo in terram venit; & peregre abierit, cum à terra in cœlum rediit, non quod cœlum à terra longe distet, sed quod status ille Christi cælestis, quo & ante incarnationem in forma Dei erat; & post ascensionem sedet ad dexteram patris, long sisime ab eo differt, quo habitauit in nobis *habitu inuentus, vt homo*, aut potius ver- *Philip. 2. 7. mis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio ple- Psal. 21. 7. bis*. Alij peregre profectum dicunt, quia in cœlum ascendit, quod longe abest à terra, vt Origenes Auctor imperfecti, Hieronymus, Beda. Alij, quod non nisi longo post tempore venturus esset, quemadmodum si multorum annorum peregrinationem suscepisset, vt Chrysostomus etiam indicauit. Hoc mihi magis placet. Nam loci distantia nihil; temporis vero longinquitas multum ad rem pertinebat. Voluit enim dominus longa absentia seruorum suorum fidem, diligentiamque experiri, vt c. 21. 33. & 24. 48. & supra hoc capite versu 5. Tertia sunt serui, quos maior pars veterum auctorum Ecclesiæ Doctores interpretantur, quod illis Christus diuersa talenta, id est alia maiorem, alia minorem gratiam ad prædicandum Euangelium, & ad exponendas scripturas sacras contulisse videatur, vt Origenes tractatu in Matth. 33. Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Euthymius, & Theophylactus in commentarijs, & D. Ambrosius in caput Lucæ 19. & Caesarius homilia 22. In hanc sententiam Iustinus in Tryphone hanc parabolam aut exposuit, aut accommodauit. Alij seruos omnes homines, saltem Christianos intelligunt: omnibus enim Deus talentum aliquod, id est gratiam aliquam dedit, qua negotiarentur; id est adiuncta sua diligentia, & eiusdem gratiæ incrementum, & vitam æternam mererentur. Sic Anastasius quæstione 84. & Theophilus Antiochenus libro primo Allegoriarum. Hanc ego interpretationem alteri meliorem iudico, quia, vt ait Lucas, non solis Apostolis, qui Euangelij Doctores erant; sed omnibus, qui aderant, auditoribus parabolam Christus proposuit, & quia, vt sæpe monere soleo, non est sine necessarijs argumentis scripturæ sententia restringenda.

Vocauit.] Adnotarunt quidam nouorum hæreticorum interpretes hanc in vocandi verbo vim esse, vt significetur nullum Ecclesiæ Doctorem, nisi legitime vocatum, Euangelium debere prædicare. Iam docuimus non agi tantum de Doctoribus. Itaque futilis est ista subtilitas; sed non est tamen, quamuis aduersariorum, consilium contemnendum; recte enim monent nos, vt eos, quia legitime vocati non sunt, non Ecclesiæ Doctores, sed hæreticos esse intelligamus. Quarta pars est quod dicatur homo ille seruis suis bona sua tradidisse, quod versu 15. & deinceps nomine talentorum explicatur. Itaque eadem pars parabolæ est, *tradidit eis bona sua*, & quod postea sequitur, *vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum*. Talenta ergo, & bona quæ Deus hominibus distribuit Diuus Ambrosius in commentarijs in cap. 19. Lucæ naturalem rationem esse dicit, quam qui diligenter excolit, dignus videtur esse, vt eius naturæ gratia insuper addatur, id est, vt plura illi committantur talenta. Hoc & nimis late patet, quia omnibus hominibus natura data est, cum Christus de solis fidelibus loqui videatur, & non video, quomodo cum eo verbo, quod sequitur versu 15. cohærere possit; *vnicuique secundum propriam virtutem*; nec enim natura, aut naturalis ratio vnicuiq; secundū

propriam virtutem data est, cum nemo, antequã naturam haberet, virtutem vllam habere posset. Alii bona, & diuersa talenta diuersa officia Ecclesiastica interpretantur, quale est Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vt Auctor imperfecti homilia quinquagesimatertia. Alii sensus, vt Hieronymus, & Beda, quorum interpretatio eadem ratione, qua illa prima D. Ambrosij refelli potest. Plerique talentum ipsum Euangelium, & verbum Dei, quod Doctoribus exponendum, atque annuntiandum committitur, intelligunt, vt Iustinus in dialogo contra Tryphonem, Origenes tractatu in Matthæum 35. Hilarius cano. 27. Chrysostomus, & Theophylactus in hunc locum. Alii generalius omnia gratiæ, quam vocant gratis datæ genera per talentum diuersa intelligenda esse volunt, vt Anastasius quæstione octuagesimaquarta. Quæ omnes interpretationes nimis mihi Christi ipsum rectingere videntur. Itaque generaliter expono talenta omnia dona, quæ à Deo hominibus dari solent, significare: inter quæ gratia, quam vocant, gratum faciens, cuius superiores auctores non meminerunt, primum locum tenet. Eam Deus hominibus tribuit, vt adhibita sua ex parte diligentia multiplicent, & augeant, non vt in terram defodiant, id est, otiosam esse sinant, quemadmodum de se dixit D. Paulus, *& gratia Dei in me vana non fuit*, 1. ad Cor. 15. 10. & ficut eosdem monet Corinthios, deum operam, ne gratiam Dei frustra acceptæ videantur 2. ad Corinth. 6. 1. Quinta pars parabolæ videri potest numerus talentorum, quod alij quinque, alij duo, alij vnum tantum data sint. Hoc enim Hieronymum, & Bedam alios que nonnullos impulit interpretes, vt subtiliter quærerent, quid per quinque, quid per duo, quid per vnum significaretur, &, vt alij per quinque talenta quinque sensus, per duo intellectum, & voluntatem; per vnum memoriam; alij per quinque talenta quinque legis libros; per duo vetus, nouumque Testamentum; per vnum totam scripturam sacrã interpretarentur: quod sententiæ Christi videtur esse contrarium, qui haud dubie plus per quinque, quam per duo, quam per vnum significare voluit, horum vero magnorum licet auctorum ratione, atque sententia plus duo, quam quinque significarent. Itaque hunc ego numerum mihi ad sensum parabolæ pertinere arbitror, quod ex Luca capit. 19. 13. manifestum est, qui non alij quinque, alij duo, alij vnum talentum, sed singulis seruis singulas minas datas fuisse dicit. Quod si numerus ad parabolæ sententiam pertineret, Lucas eum minime variasset: mutasset enim Christi sententiam. Quia vero illud in parabola potissimum agebatur, vt doceret Christus alios homines cum gratia Dei diligentius, alios negligentius cooperari, hoc tantum Lucas expressit dicens, vnum ex decem illis seruis vnã minã decem alium quinque lucrifecisse. Si quid numerus apud Matthæum mysterii habet, hoc tantũ habet, vt generaliter significetur nec omnibus hominibus æqualia à Deo dona dari, nec æqualiter oẽs cum acceptis cooperari domũ. Quod autem dicat quinq; potius, quam sex, duo potius, quam tria, in eo nihil existimo esse mysterii. Quod vero ait Christus talenta distributa esse. *vnicuique secundum propriam virtutem*, haud facile est interpretari. Hilarius, Auctor imperfecti, & Theophylactus propriam cuiusque virtutem eidem intelligere videntur, quam prout quisque *maiorem*, aut minorem habet, maiorem, aut minorem à Deo accipit gratiam. Periculosa sententia, si intelligant nos fidem ex nobis ipsis habere, vt propria cuiusque virtus dici possit. Nam vt ait D. Paulus, *Dei donum est*. Fuit in eo Origenes errore, vt ex commentariis in hunc locum apparet, fuit aliquãdo etiam D. Augustinus, vt ipse le reprehendens

Eph. 2. 8.

A aduertit Pelagianos scribens sæpe testatur; nullus Hieronymus, & Beda y dentur interpretati *vnicuique secundum propriam virtutem*, id est, prout se quisq; ad recipiendam gratiam disponit; hoc enim Ecclesiasticum est dogma, haec haereticis repugnant, & omnino verum, quamvis non ausim affirmare, id Christum dicere voluisse: in medio relinquo. Nam aut vera est interpretatio, aut similis ea vera. Non existimaue i n absurdum, si quis dixerit proprium cuiusque virtutem naturam esse, quam ei ex Deo, non ex nobis ipsis habemus, tamen nihil tam nostrum vocare possimus; & est valde meo iudicio vero simile Deum in distribuendis donis suis naturæ vniuiq; isque rationem habere: quis enim dub.at Moysi propriarea gubernandi spiritum, & gratiam potius, quam alijs contulisse, quia natura sua prudentissimus, &, vt scriptura testatur, omnium hominum mitissimus erat? Scio & per Asinam loqui: sed hoc erarum, illud vtcunque est. Quamquam mea haec est sententia, non illa quidem omnino certa, sed certe, vt mihi videtur probabilior, verbum hoc, *vnicuique secundum propriam virtutem*, non ad aliquid in parabola exponendum, sed ad explendam parabolæ narrationem ex consuetudine hominum, ex quibus parabola sumebatur, Christum adhibuisse, cuiusmodi exempla multa iam in superioribus parabolis adnotauimus, vt in hoc ipso capite versu decimo, vndecimo, & duodecimo. Quia ergo solent homines bona sua seruis non temere, & æqualiter, sed pro cuiusque virtute, ac fide distribuere, dixit Christus hominem illum peregre profecturum tres alij quinque, alij duo, alij vnum talentum tradidisse, *vnicuique secundum propriam virtutem*, non quod Deus secundum propriam cuiusque virtutem gratiam distribuat: in eo enim non est parabola ad rem significatam accommodanda; sed quod id homines, de quibus Christus loquebatur, facere soleant, &, vt sæpe diximus, voluit Christus in parabola vera similia, & seri solita narrare, etiamsi nihil ad finem parabolæ pertinerent. Sex a pars est, quod dicitur versu 20. *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum.* Similiter, quod de eo, qui duo acceperat talenta, dicitur versu 22 alia duo lucratum esse, quid enim sit alia talenta superlucrari, varie veteres interpretes exponunt. Illi, quos diximus per talentum verbum Dei intellexisse, præter ea etiam Anastasius plura talenta superlucrari interpretantur plures homines Christianos facere, sicut loquitur Dius Paulus primæ epistolæ ad Cor. nono, decimonono, vigesimo. Nam *cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem, & factus sum Iudæis, tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, vt eos, qui sub lege erant, lucrifacerem.* Alij plura talenta superlucrari esse dicunt maiorẽ scripturarum, quæ sibi cognitæ sunt, & diuinarum rerum notitiam, sibi cõparere, vt Hieron. in cõmentario. Alij fidei opera adiungere vt Hilar. can. 27. Hæc omnis Christi sententiã mutare reddunt: angustam itaque Auctoris imperfecti mihi placet interpretatio, vt accepto talento plura talẽta superlucrari sit accepta gratia benevendo gratiæ accessionem mereri, hoc enim & Catholica docet Ecclesia, & apte conuenit in hunc locum, vbi id Christus egebat, vt doceret eos, qui acceptis talentis bene, diligenterque negotiati essent dignos esse, quibus plura talenta traderentur. Hoc enim est, quod ait versu 28. *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta*, & versu vigesimo nono. *Omnis habenti dabitur, & abundabit.* Nisi forte magis placet, plura talenta lucrari hoc esse

per

per acceptam gratiam plura bona opera perficere: vnde illud consequatur, quod modo diximus, vt quo quisque plura bona opera fecit, maiorem gratiæ accessionem mereatur; sicut illi, qui a fis quinque talenta superlucratus fuerat, vnum insuper talentum mutuis seruis datum est. Septima pars ex versu. decimooctauo. *Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.* Itaque videndum est, quid sit talentum in terram defodere. Duo mihi videntur hac re significari; nimia negotiandi negligentia, cui opponitur, quod postea huiusmodi seruo Dominus dicit versu vigesimosecundo. *Oportuit te committere pecuniam meam nummularijs*, nummularius enim dicitur eam pecuniam, qua negotiari volumus: in terram defodimus eam, quam otiosam habemus. defodere ergo talentum est, gratiam Dei, vt loquitur D. Paulus, in vacuum accepisse. Significatur deinde nimius quidam timor perdendi talenti. Verumque vtii vetare soler his, qui nimio quodam metu voluntate, aut Euangelica consilia violandi dicunt se sola præceptorum obseruatione esse velle contentos, ne dum consilia obseruare volunt, ne præcepta quidem obseruent, id est dum talentum ad negotiandum exponunt, non solum lucrum nullum faciunt, sed fortem etiam perdant: nam plerumque & lucrum perdunt, & fortem, & neque consilia obseruant Euangelica, neque præcepta, ficut seruus ille negligens cautius se auferum, & rigidum habere dominum, qui meteret, vbi non seminasset, ideoque talentum in terram defodiens non solum nullum fecit lucrum, sed talentum etiam, quod maxime volebat defodiendo seruare, perdidit. Auctor operis imperfecti talentum in terram defodere esse dicit acceptam gratiam obruere carnali vita; Ambrosius vero in commentariis ad id caput Lucæ rectam, naturalemque rationem obruere voluptate. Sed hæc allegorica sunt. Ille, quem indicauimus, nisi fallor, verus est sensus; Lucas non dicit seruum illum negligentem accepisse minam in terram defodisse; sed fudario illigasse, eodem sensu. Vtraque enim metaphora, quamuis diuersa, idem significatur, gratiam, dum nimis timide seruare volumus, otiosam reddi, & ad extremum amitti. Dubitare nonnulli eur potius Christus dixerit seruum illum, qui vnum, quam cæteros, qui plura acceperant talenta, in terram ea defodisse. Nihil fortasse in eo mysterij est, cum Lucas dicat singulos seruos minas singulas accepisse; si quid autem est, hoc esse arbitror, vt serui illius culpa, negligentiaque exaggeretur, qui cum minus accepisset, minore quoque labore ei acceptum seruare, & eo negotiari potuit; quod cum non fecerit, dignus fuit, à quo illud ipsum, quod acceperat vnum talentum colligeretur. Quod non ita ad rem parabolæ subiectam accommodandum esse puto, vt significetur semper eos, qui minus à Deo gratiarum acceperunt, esse in ea excolenda negligentiores. Nec enim id perpetuo verum est, sed vt significetur magis esse reprehendendos, qui cum minus oneris acceperint, minus diligenter, fortiterque tulerunt; & qui cum minus acceperint gratiæ, minus bene rationem reddiderunt, quia facilius est parua, quam magnæ pecuniæ rationem reddere. Octauus est versus octogesimonono. *Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum*: qua parte dubium non est secundum Christi aduentum significari, qui longo post tempore futurus erat. Non est, quod eodem loco dicitur. *& posuit rationem cum eis*, quod nihil aliud significat, quam Christum in iudicio rationem accepturum gratiæ ab omnibus, qui se eius seruos profitentur, exacturum esse. Decima est versus vigesimoprimo. *Ait illi dominus eius, euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam*, quod idem

Num. 12. Esa. 6. 2. Num. 22. 28.

Contra Euangelicarum consiliorum obseruatores, qui non omnia præcepta.

Quæ sensa fructuum bonorum operum in anima quasi merita sunt.

2. Cor. 6. 1.

ſtarij, non ita accipiendum eſt, quaſi ꝙ malus ſervus dixerat, bonus Dominus verum eſſe fateatur; ſed ita quaſi non ex veritate ſed ex ſervi, quocum dominus loquebatur, opinione dictum ſit. Voluit enim illum propria verbis coarguere, quemadmodum Lucas expreſſit c. 19. 22. *De ore tuo te judico, ſerve nequam.* Id huiuſmodi admonuit. Duodecima eſt verſu 27. *oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, quod ſic quidā interpretantur*, oportuit te verbum Dei, quod tibi commiſſum fuerat, cum aliis etiam Eccleſiæ doctoribus communicare, qui idem alios docere poſſent, qui communicatione fuiſſet multiplicatū quiſquamodū ad Timoth. ſcribit D. Paulus 2. epiſtola cap. 2. 2. *Et quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt & alios docere.* Ita Origenes, Hieronymus, Beda, & Euthymius. Alii nummularios populum eſſe dicunt, & omnes qui Evangelium audire poſſunt, qui his duris verbum Dei explicantur, magis ac magis erudiri. Ad hunc modum Chryſoſtomus, Hilarius, Auctor imperfecti. Theophylactus etiam, Hieronymus & Beda ſic interpretantur, tam ſupra omnimus per relectum non ſolum verbum Dei eſſe intelligendum, quapropter hæc duæ interpretationes etſi aliqua ex parte vera ſint, tamen plane non ſunt, atque perfecta. Itaque non exiſtimo animi ſubeliſſe cuiquam rerum ſolarum, neque eum vituperatum, neceſſaria parabolæ pars eſt, ſine tantum ſignificet gratiam, quam à Deo accepturos, omni ſtudio, omni diligentia, omni arte multiplicandam, quemadmodum diligentes mercatores ſolent pecuniam ne otioſa ſit, ſed nummularijs in fœnus dare. Poſſit autem Chriſtus exemplum in re vilitiſſima, & in una ſpecie, ex qua ſorum genus intelligeretur. Nec enim vult Deus, ut malis artibus gratiam multiplicemus, nec fœnus, & uſuras probet ſed negligentiæ diligentiam requirit; quemadmodum enim ſecuma illum laudat, qui domino ſuo centum cados olei debebat, dixit, *Accipe cautionem tuam, & ſede, cito ſcribe quinquaginta*, Luæ 16. 6. cum quo etiam exemplo iubet nos facere amicos de mammona iniquitatis, non enim ſervi fraudem approbavit, ſed indultam; atque prudentiam, qua vult nos eruam in dominis cebitu uti. Sunt qui duo verba *ſome male, & piger*, ita diſtinguant, ut malum, quia iracundia, piguum, quia negligens fuerat, appellaverit, ut Origenes, Hieronymus, Beda, & Auctor operis imperfecti. Decima tertia eſt verſu 27. *ego veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt, cum uſura.* Vſuram Origenes, Hilarius, Chryſoſtomus, Hieronymus, & omnes, quos ſupra diximus per talentum Dei verbum interpretari, audiamus fructum & vtilitatem intelligant, eo commodato id quidem ſub angulis quia, ut docuimus, latius patet ſententia. Melius auctor imperfecti per vſuram gratiæ, & inſtitiæ incrementum intelligit, quod accepta gratia bene, ac gnauiter viantibus ſemper accidit. Ex eraquo interpretatione vna conſequitur, quæ Chriſti ſententiam exæquet, ut vſuræ nomine quidquid vilitatis, aut illi, qui gratiam accipit, auratus, qui bus per eam mundi ratio, intelligamus. Decima quarta eſt verſu. 28. *Tollite ergo ab eo talentum*: quod Origenes ſic exponit, quaſi docendi gratia negligentibus doctoribus referatur. Hoc eram generaliter interpretor Dei dona ita, quemon bene illis vtantur, tolli ſolere, quod & præcipue, & ſemper in gratia gratuum ſervatur verum eſt, in aliis ſæpe: nec enim ſempes docendi, & variandi domum, & alia eiuſmodi generis communia ſi quis illa abutatur, auferuntur. Dec magnetes videri poteſt, quod eodem loco dixerit, *& dare regi habet decem talenta:* ſed hanc non exiſtimo propriæ partem eſſe parabolæ; nec enim eadem gratia, quæ vni tollitur, alteri datur; ſed dictum id eſt quaſi ita inter hominnes fieri ſolet, vt pecunia ab infideli, & negligente ſervo ablata, fideli, ac diligenti tradatur, aut quia vero ſimile eſt id dominum factorum fuiſſe, quamuis non ideo Deus fecit; non ergo ſignificatur quod Deus facit, ſed quod negligentes, quod diligentes homines merentur. Poteſt lector aliquis dubitare, quomodo poſt iudicium rationes ponendæ ſint, grane alias inferenda, aliis conferenda ſit, non quidem eadem; id enim iam dorminus facturum non eſſe; ſed alia, atque alia. Reſpondeo, aut id non pertinere ad finem propoſitæ parabolæ, nec iſſe ad ſententiam eorum tradendam, aut ſi pertinet, non ex vltimo, ſed ex quotidiana primaque iudicijs intelligendum, quemadmodum propria parabola ad vltimum iudicium ſpectat. Iudices enim quotidie homines Deus, & ſingulis gratiam auferet, dignit angel. Hactenus expoſita parabola eſt: ſequitur parabolæ concluſio generalis comprehenſa ſententia.

20. Omnienim habenti dabitur, & abundabit.] Origenes ad hunc modum exponit, omni habenti ex fide eam dabitur gratia, quam ex ſe non habet quem errorem, vt cauſet, ſupra lectorem monuimus; eodem fere modo Auctor imperfecti, Hieronymus, & Beda, niſi quod non dicunt eadem quam quam ex ſe habere. Poteſt, inquit Hieronymus, *ſic intelligi ut, qui fidem habet, & ſonam in Domino voluntatem, etiam ſi quid mum in opere, vt bonæ hæreant, dabitur à bono iudice, qui autem fidem non habuerit, etiam ea quæ videtur habere, auferentur poſſidere, perdet.* Hi ſatis vera, omni habenti Euangelium, & lex eram dabitur, non recepto autem Euangelium, lex eram auferetur. Ego verumque ac eum modum eadem ſub eam interpretandum eſſe arbitror. Ab batur de duobus ſervis, quorum alter plus pecuniæ receperat, quam acceperat, alter tantundem; *Ecce*, inquit *habet, quod tuum eſt*, ſignificatur ergo non quidem generaliter omni habenti dari, & omni non habenti auferri, ſed omni, qui plus habet gratiæ, quam acceperat, quia eam adhibet diligentia multiplicauit, maiorem quoque dari gratiam & omni qui gratiam, quam accepit, non multiplicat, ſed otioſam & inutilem retinet, eam ipſam quam habet, gratiam auferri, quia indignum ſe reddidit vt haberet. Quæritur à quibuſdam, cur non dixerit, id quod habet, *ſecuta, quod videtur habere.* Reſpondet Hieronymus ſuum de fide interpretationem requiri. *Quia quod ſin. fide Chriſti eſt non ex dicto interpretari, qui mala ea abſcinſ eſt, ſed illi, qui ab eſtam ſecundum ſe bonum tribuit.* Auctor vero imperfecti, quia fides, quæ ſine bonis operibus eſt, vera fides non eſt, ſed videtur eſſe, quod idem alicubi Gregorium ſcripſit: ſed nolum dicere fidem ſine operibus veram fidem non eſſe, ſed imaginem, imemem, mortuam, quemadmodum Dimus Iacobus appellauit. Veram ego rationem, cur Chriſtus dixerit, *quod videtur habere*, eſſe puto, quod ſervus ille, qui pecuniam in terram defoderat, perinde pecuniam habebat, ac ſi non haberet: quia otioſa, & omniſ erat, ſignificat ergo eos, qui ſimiliter gratiam Dei habent, ita vtiam eam nihil bonæ agere conentur, non tam habere, quam habere videri gratiam. Decat aliquis, ſi vera gratia habet quicquid habet quomodo dixit paulo ante *habenti* ſi dixim *illud nō habenti* non eſſe ad acceptam gratiam referendum, ſed ad gratiæ incrementum, quod eum habere deberet, non habet, nam ſervus ille ſatisfecerat, quod acceperat habebat, ſed iuerum non habebat: ne ita vero ergo dictum eſt *non habenti* de talento vero, q habebat quidem, ſed inutiliter, & non aliter, quaſi ſi non haberet, dictum eſt, quod ſequitur, *& quod videtur habere, auferetur ab eo.*

30. *In tenebras exteriores.*] De tenebris exterioribus cap. 8. 12. à nobis dictum eſt.

31. *Cum venerit filius hominis.*] Videtur explicatio hæc eſſe parabolæ præcedentis; declarat enim Chriſtus, quomodo in iudicio rationes cum ſervis ſuis poſturus ſit, vt docerat verſu 19. quam ad modum auctor imperfecti admonuit. Cur ſibi hominis Chriſtus appellarit, dictum eſt cap. 8. 20.

In maieſtate ſua.] Id eſt, oſtendens maieſtatem ſuam, quam tunc, cum hæc diceret, non oſtendebat. Opponit enim tacitæ præſenti futurum tempus, & primo aduentui ſecundum. Probabile, quod Chryſoſtomus, & Hieronymus exiſtimant, propterea Chriſtum de futura ſua maieſtate, & gloria mentionem iniuſſe, quia paulo poſt mortem erat denunciaturus, vt præſentem infirmitatem futura compenſare: gloria, & diſcipulorum animos, ne in fide mutarent, erigeret; quod & alijs locis fecit, ſæpe ſupra obſervauimus.

Et omnes angeli cum eo.] Omnes angelos cum ea venturos dicit, & vt declarat omnes ſimul, & vt futuram aduentus ſui maieſtatem ante oculos ponat: quemadmodum enim regem in publicum alicuius magnæ rei cauſa procedentem omnes eius miniſtri proſequuntur, ita omnes angeli Chriſtum ad iudicium venientem comitantes ſunt. Venient etiam omnes, vt putat Chryſoſtomus, vt teſtes ſint actionum eorum, qui iudicandi ſunt, quia immunes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, ad Hebræos 1. 14.

Tunc ſedebit.] Non ſignificat ante non eſſe ſeſſurum: ſedet enim etiam nunc ad dexteram patris, quæ ſedes maieſtatis eſt: ſed excita eſt ante hanc interim tempus ſecundi aduentus, & primi, cum hæc Chriſtus diceba: nondum enim ſedebat in ſede maieſtatis ſuæ. Nec loquitur de veritate, ſed de demonſtratione maieſtatis: vere enim etiam nunc ſedet, ſed homines non vident, tunc ſe lentem videbunt; propterea dicit, tunc ſeſſurum eſſe.

Tribunal ſumi Iudicis per ſedem Chriſti indices ſacri ſignificatur.

Super ſedem maieſtatis ſuæ.] *Sedes* ſæpe, gloria ſæpe, Hebraiſmus pro ſuper ſede ſua gloriosa, de illustr. Diſputat Origenes tractatu 10 Matthæum trigeſimoquarto, qualis ea ſedes futura ſit; exiſtimat autem per ſedem, ad ſanctorum perfectiones, atque virtutes intelligendas, in quibus Chriſtus ſeſſurus dicitur, quis ſanctus comitatus veniet, vtrum ipſa quoque animodo videatur; pertinet autem hoc ad regiam maieſtatem; ſolent enim imperatores aliquando principum humeris geſtari. Eandem interpretationem auctor imperfecti videtur approbare, aut angelos, qui propterea Throni nominantur ad Coloſſ. 1. 16. quod ſuper eos Deus ſedeat, Pſalm. 98. 1. *Qui ſedes ſuper Cherubim, moueatur terra*, & Pſalm. 79. 2. *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Ephraim, Beniamin, & Manaſſe.* Beda ſedem maieſtatis Chriſti Eccleſiam interpretatur, quæ quaſi tribunal eius eſt. Hæc omnia etſi ſpeciem habent probabilitatis, plus habent allegoriæ, quam literalis interpretationis. Itaque in re proſus incerta, quod vero mihi videtur eſſe ſimillimum, ſequor: Chriſtū ſuper nubem aliquam lucidam, & illuſtrem ſeſſurum eſſe, & quia nube eductus in cœlum eſt Act. 1. 9. & vet. 11. eodem modo dicitur eſſe venturus: quamuis id non tam ad nubem, quam ad veritatem aduentus referri poſſe ſciam, & quia vbique in nubibus cœli venturus dicitur, vt cap. 24. 30. & 26. 64. & quia per nubem videtur ſemper diuina maieſtas declarari, vt cap. 17. 5. & Exodi. 16. 10.

Dominus in nubibus cœli venturus dicitur.

32. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.*] Hic etiam Origenes diſputat, an omnes omnino gentes congregandæ ſint, an illę tantum, quæ tunc in vitiis fuerint, aut ſoli Chriſtiani? & an omnes, an ij tantum, qui, vt ait Dimus Paulus, reſidui futuri; & ille, & Euthymius exiſtimant ſolos congregandos eſſe Chriſtianos, quia cæteri iam iudicati ſunt, vt ait Dimus Iohannes cap. 3. 18. Beda quatuor hominum ordines eſſe dicit: alij enim, inquit, non iudicabuntur, ſed iudicabunt, vt Apoſtoli, quibus dictum eſt *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael*, cap. 19. 28. & de quibus ait Dimus Paulus *neſcitis, quia angelos iudicabimus?* 1. ad Corinth. 6. 3. alios, qui iudicabuntur, non iudicabunt; ſimi tamen erunt, vt illi quibus dicetur. *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi*: quorum cum & *deleſtis mihi mandauerit*: ſimi, & *deleſtis mihi* ſaluari, ſic vers. 34. 35. alij non iudicabuntur, nec iudicabuntur, ſed pertinent; quibus erunt omnes qui extra Eccleſiam repertiuntur, de quibus dicitur Pſalm. 65. *non reſurgent impij in iudicio*: alij non iudicabunt, ſed iudicabuntur, quod eos conſecutuntur per hunc, vt illi quibus dicetur, *Diſcedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius*: *Esurijui enim, & non deleſtis mihi manducare, &c.* verbum. 41. & 42. ſecundum vbique interpretationes ſtatuere eſſe dicit ante tribunal Chriſti, vt *referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſive bonum, ſive malum* ad Romanos 14. 10. & 2. ad Corinth. 5. 10. Quod autem ait Dimus Iohannes *Qui non credit, iam iudicatus eſt*, recte Theophylactus interpretatur ſolere, non opus eſſe, vt eius cauſa iudicio diſcutiatur, & vt verbis vtar, iam iudicatus eſt indicio diſcuſſionis, quo minime incipiet, ſed nondum iudicatus iudicio damnationis. Denique ſenſus eſt, adeo mala eſt eius cauſa, vt opus non ſit, vt in iudicium trahenda deferatur: ſuam enim ipſe ſibi condemnat, ſicut de hæreticis dicit Dimus Paulus ad Titum 3. 11. *Subuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit: cum ſit proprio iudicio condemnatus.* Solent in ſchola à Theologis quædam obiici primum, quod illa verba, *Eſurijui enim, & non deleſtis mihi manducare*, & alia huiuſmodi, *Eſurijui, & deleſtis mihi manducare*, non poſſint ad omnes homines pertinere. Multi enim ſi manducant, qui eiuſmodi non videntur, qui exiſtimant Chriſtum non videri, ex exiſtimant pictum ingredi, nec fieri poſſe, vt ea perſona gerere videnda ſit ſanctis, qui aut ſaluandi, aut damnandi ſunt, nec propterea ſaluandi, quia Chriſtum eſurierint, ſitierint, nec propterea damnandi, quia non pauerint; non ergo omnes ita videntur. Vna eſt huiuſmodi obiectionis omnes obiectiones, & expedita reſponſio, Chriſtum vnam ſpeciem pro toto genere poſuiſſe, ſicut in exemplis ſuperius conſuemimus, nec enim omnibus, qui ſaluandi ſunt, dictum eſt, *Eſurijui enim, & deleſtis mihi manducare*, nec enim hoc, qui damnandi, *Eſurijui, & non deleſtis mihi manducare*, ſed quibuſdam: hoc enim exemplo tantum docere voluit, ſe neminem temere aut ſaluatorum, aut damnatorum eſſe, ſed iuſtitiæ de cauſa, eaque publice, & coram hominibus declarari, quemadmodum in forenſibus ſententijs fieri ſolet; vide videtur Chriſtus metaphoram ſumere voluiſſe. Ergo & infantes, & infideles omnes iudicantur; ſed illis, cur aut ſaluantur, aut condemnentur, alia redditur cauſa. Poteſt aliquis dubitare, cur potius dixerit, *congregabuntur omnes gentes*, quam omnes homines: fortaſſe quia illud plus ponderis habebat; explicatur enim nomine omnium gentium non ſolum omnium hominum multitudo; ſed etiam varietas, & facies ad iudicia maieſtatem, vt explicaretur eum diuerſarum gentium iudicium futurum eſſe.

An omnes homines in iudicio gentes nomine contineantur.

33. *Et ſtatuet quidem à dexteris ſuis, hœdos autē à ſiniſtris.*] Maximæ dubitationis eſt, bonos omnes, malos hœdos appellari, aut autem, id eſt dubium. Origenes, Euthymius, & Theophylactus, bonos quidem

Cur hœdi à ſiniſtris ſtatuendi dicantur.

oues, quia mites sunt, malos hircos, quia asperi, & per præruptas asperitates, id est, non recta, & plana media tendentes via, vocari putant. Hilarius verò & Chrysostomus, itemque Euthymius, & Theophylactus hircos oues, quia vriles, & truculenti, malos hircos, quia infructuosi sunt. Credo ego primum propterea Christi ouium, & hœdorum metaphoram fuisse, quia versu præcedenti dixerat, *& separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis*, per oues autem bonos, per hœdos malos intelligi voluisse, quia oues hœdis meliores sunt. Eademque de causa dicit se oues ad dexterum, hœdos ad sinistrum positurum esse, quia locus dexter sinistro honoratior est, quemadmodum & Esdras indicauit, cuius sententiam magis probo, quam illam Origenis, Hieronymi, Bedæ, & Auctoris operis imperfecti, qui ex simili propterea bonos ad dexterum, malos ad sinistram futuros esse, quod in sacris dextera bonum, sinistra malum signa fieri soleat, vt Ecclesiastes 10. 2. *Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius*, id est, cor sapientis semper bonum, cor stulti semper malum cogitat. Solet quæri, vbi infantes futuri sint, qui sine baptismo ex hac vita decesserunt, cum non sint propter opera sed propter vitiosam originem condemnati. Certus, & minime hæsitans respondeo nō similiter futuros esse, sicut ad dexteram alios infantes, qui non propter bona opera, sed propter suscepti baptismi gratiam saluandi sunt. Ab hac tamen vt ex sententia manifestum videtur esse, non nisi de bonis, mal sque operibus agetur. Id constanter nego: *omnia* enim eiusmodi ponderabuntur, quæ non semper in operibus, sed in solo aliquando animo, in solis gratiæ, in solis origine contitutis: sed, vt diximus, non fuit Christo propositum omnes causas, cur alij saluandi, alij damnandi essent, explicare, sed exemplum tantum in vna specie proponere, ex quo alia etiam species, & causa intelligi generetur.

Infantes nō baptizati in vmbra ad sinistram erunt.

34. *Tunc dicet rex.*] Non vocauerat se regem ante, sed hominem, & filium hominis, & apud Lucam hominem nobilem, qui peregre prof. ctus esset, vt regni sibi collati potestatem nanisceretur, nunc vocat regem, quia de eo tempore loquitur, quo accepto iam regno rediturus est: tum etiam, quia ante nondum regiam descripserat maiestatem: nunc ea descripta merito se regem appellat.

Ite qui à dextris eius estis.] Incipit ab honorabiliori huius mortem hominum obiectans, aut, vt ait Auctor imperfecti: propterea ab his, quia à dextris: forsan fuit, id est, à bonis initium fit rupturus est, quia propensior est ad saluandum, quam ad condemnandum.

Venite,] vocat eos ad se, qui à vult regni sui participes facere, sicut dicit apud Ioannem cap. 12. 26. *Si quis mihi ministrat me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit*; quia ergo ipse paterni regni possessionem ceperat, ad eandem possessionem seruos suos vocat, cum dicit *venite*, loquitur enim quasi continuo in cœlum rediturus, vultque vt ij serui sequantur.

Benedicti patris mei.] Quidam sic interpretantur, quod pater meus multos beneficiis cumulauit, quia benedicere in scripturis beneficiis afficere figuificare solet; non probo, nec enim de præteritis beneficiis intelligi videtur posse, quæ maiora fortasse multis eorum, qui damnandi sunt, collata fuerunt; sed referendum hoc est, nisi fallor, ad futuram gloriam, ad quam eos Christus inuitat. Itaque benedicti patris mei, perinde est, ac si dicat dilecti à patre meo, & ab eo remunerata donandi, vt supra cap. 21. 9. enim populus Christo diceret, *benedictus qui venit in nomine Domini*, non acceptam prædicaret gratiam, sed futuram illi à Deo adprecabatur. Itaq eorum sententiam nequaquam probo, qui hoc ad prædestinationem referant, quasi inde reddatur causa, cur salui fiant, qui numerum benedictorum patris habeo prædestinati sunt.

Ora mutio sinistra Calumniatur autem.

Rom 8.29.

Possidete, κληρονομήσατε, hereditatem regni capite, quo verbo Calumniator insolenter insultans, quasi hic omnes nostrum meritum aboleatur. Si enim, inquiunt, hæreditas est, merces non est: nemo laborat, & meritis; sed ex gratia datur, quia filij Dei sunt: *si autem filij, & hæredes*, vt nos D. Paulus arguere docuit, filij autem per fidem sumus, hæres eorum opinione hæresis est, ita omnia res conducta in nihilum. Vitam æternam in Scriptura mercedem appellari, negare nō possum, supra cap. 5. 12. & c. 10. 41. 42. & c. 20. 8. vbi de hac re satis, ac nimium disputauimus: item eodem 1. ad Corinth. 3. 8. 14. & 9. 18. Apocalyps. 11. 18. & 22. 12. sed non deriti hominibus ingeniose hanc eius appellationis, mercedem appellari: non quod merces sit, sed quia fiat merces posthabore datur, quamuis non propter laborem. Iosephus, si malignitate careret, mirauda quia mala gratia coniuncta est: irridenda. Sic ergo alios non esse locuturos, quam hic ipse, eo quo disputamus ex eo perspicuum esset vitam æternam non solum post opera, sed etiam propter opera bona dari, neque vere, propter ea esse mercedem. Eodem enim modo, eodem contextu, iisdem verbis, eodem sensu bonis dicitur, *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esurijui enim, & dedistis mihi manducare*, atq; dicitur malis: *Discedite maledicti in ignem æternum, esurijui enim & non dedistis mihi manducare*, cum autem de mala agitur, nec ipsa esset, non solum consequentiam vt hæc enunciata putamus, sed veram etiam causam significari propterea quia damnantur, quia id vere, propterque merentur Christum esurire, enim non patentes, ergo & cum bona dicitur, *Venite possidete regnum, esurijui enim, & dedistis mihi manducare*, non solum consequentia, sed vera etiam causa, & meritum significatur. Sed ex alia etiam locis clarius probari potest. Proprie enim merces est, & hæreditas confitentur, quæ non solum post laborē, sed etiam propter laborem datur, datur autem propter laborem ex eo cognoscimus, quod maiori labori maior detur, minori minor: at hoc eodem modo D. Paulus testatur dari vitam æternam 1. ad Corinth. 3. 8. *vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*: loquitur autem de eo, qui plantat, & de eo qui rigat, quid? est ergo *secundum suum laborem*, nisi qui plus laborauerit, maiorem, qui minus, minorem mercedem accipiet. Præterea cum Christus dicit supra c. 10. 41. *qui recipit prophetam, in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet*, quis tam mente dubitare poterit maiorem & minorem propheta, & iusti mercedem distinguere voluisse, premi maioris meritis eli propheram, quam iustum quem libet hospitio recipere, quemadmodum eo loco probauimus? Cur ergo vita æterna hæreditas appellatur? Id nisi errore suo caci essent, facile intelligere potuissent, tempe & merces, & hæreditas est merces quia meritis, ingredias, quia filiis datur. Sed illud illos decipit, quod Deum hominum similem esse putauerunt, apud quos hereditates temere, ac sine iudicio quibuluis filijs bonis, ac malis dari solent. Non ita Deus, qui dat regnum cœlorum solis filijs: quia soli meruerunt; & non solum, quia filij, sed quia digni sunt: ideoque non æqualem omnibus partem, sed maiorem melioribus, quod prudentis est patris facere. Scio Chrysostomum, Theophylactum, & Euthymium admodum esse in verba hanc vim inesse, vt ignoscendum non quo quo modo accipere, sed tanquam hæreditarium, tanquam proprium, tanquam debitum: *sed vera* Calumnillas non esse, ne Caluinus quidem ignorat, qui

Cur hæreditas dicatur cum merces sit.

Rom 8.

Caluinus fatetur ad regnum Cœlorum pertinere.

qui propterea quod liberum arbitrium, & bonorum operum merita asserere solent, sapientes Philosophos appellat.

Paratum vobis regnum.] Id est prædestinatum, vt c. 20. 23. vbi pronomen vobis eandem vim, atq; illic relatorum quibus habere arbitror, ve sensus sit vobis, id est meritis bus, sicut illic *quibus paratum est a patre meo*, id est iis qui illud meruerunt; huc enim caussam partem, quæ versu sequenti ponitur, referendam esse quidam putant, *Esurijui enim*; vt hoc sit secunda potestate regnum, quod propterea vobis pater meus prædestinauit, quia *esurijui, & dedistis mihi manducare*, vt Chryso. & Hieron. interpretantur. Quod an verū sit, non est hic locus disquirendi; illud tantum dico, videri mihi Christū B gloriationis potius, de qua agebat, quam prædestinationis causam reddere voluisse, vt ex antithesi manifestum est. *Discedite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius*; *Esurijui enim, & nō dedistis mihi manducare*. Hic enim cum eodem modo; non reddit causam, cur illi tam inde ab æternitate ignis paratus sit; sed cur in ignem mittantur: immo ne illis quidē; sed diabolo & angelis eius ignem illum paratū fuisse dicit; quod vt passa docebimus, ratione non vacat. Ende ergo modo hic intelligenda sunt verba, *Venite, possidete regnum. Esurijui enim & dedistis mihi manducare.*

Ora magis sinistra Calumniatur autem.

Rom 8.

Origenistarum error refellitur de peccatis infantium.

Ignem interdum, nō vere, sed metaphorice.

35. *Esurijui enim.*] Paulo ante Caluini interpretationem refutauimus, qui particulam *enim*, nō causam, sed consequentiam significare dicit. Potest aliquis dubitare, an hæc ipsa verba, quæ hic ponūtur, Christus sit in iudicio pronunciaturus. Legi enim nonnullos recentiores interpretes qui negarent; quod nescio, an sine temeritate fieri possit, illud ego vero simile esse arbitror non hoc solum; sed alia etiā nonnulla, quæ aut Christus non dixit, aut Euangelista non expressit, in illo iudicio dicturum esse. Nec enim vt supra disputauimus, omnes, qui regnum cœlorum acceptari sunt, propterea sunt accepturi, quod esurierint pauerint Christū, & eit credibile vniuersi; cur eum ad regni cœlorum administrat. rationem expositurum: hoc enim D & ad iudicis officium, & ad beatorum gloriam pertinebit. Cur ergo de his tantum, qui se esurientem pauerant, mentionem fecit? supra respondimus vnam speciem loco exempli pro toto genere posuisse; ideo autem hanc potius, quam alium bonorum operum speciem proposuit, quia nihil nob a magis commodatum esse voluit, quam eam charitatem, quæ ergà proximum esset, quę ipsa, quamuis multas habeat species, in hac potissimum obseruatur, si fidelium pauperes alamus; quemadmodum Euthym. aduertunt.

Christum esse Verbum incarnatum sic pronunciaturum.

Cur hoc in genere potissimū pauperes alamus.

36. *Tunc respondebunt ipsi, quando te vidimus esurientem?*] Putat Origenes & Auctor imperfecti iustos hoc non obliuione, sed humilitate respondituros esse, quasi non agnoscens in se virtutem illam charitatis, cuius causa à Christo laudati essent. Potius credo ideo ita responsoros, quod Christi verba non intellexerint, non enim ignorare poterint

1. ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. 2. Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. 3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: 4. & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. 5. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. 6. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, 7. accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. 8. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: Vt quid perditio hæc? 9. potuit enim istud venumdari multo, & dari pauperibus. 10. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. 11. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis. 12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. 13. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. 14. Tunc abijt vnus de duodecim qui

Matt 14. 4. b. Luc. 22. 21.

Ioan. 11. 2. b.

Cf 12. 2. Matt 26. 2. B

dizebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. 16 Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet. 17 Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? 18 At Iesus dixit: Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. 19 Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & paraverunt Pascha. 20 Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis. 21 Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. 22 Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine? 23 At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in parope, hic me tradet. 24 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. 25 Respondens autem qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. 26 Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem: & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. 27 Et accepto calice gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. 28 Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. 29 Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. 30 Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. 31 Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. 32 Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. 33 Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. 34 Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. 35 At ille Petrus: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. 36 Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc, & orem. 37 Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. 38 Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. 39 Et progressus paululum, procidit in faciem suam, orans, & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. 40 Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? 41 Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. 42 Iterum secundo abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hoc calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. 43 Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati. 44 Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio, eundem sermonem dicens. 45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. 46 Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet. 47 Adhuc eo loquente, ecce Iudas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fustibus, missa a principibus sacerdotum, & senioribus populi. 48 Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. 49 Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum. 50 Dixitq; illi Iesus: Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. 51 Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam eius. 52 Tunc ait illi Iesus: Converte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. 53 An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? 54 Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? 55 In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. 56 Hoc autem totum factum est, ut implerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo, fugerunt. 57 At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphan principem sacerdotum, ubi Scribæ & seniores convenerant. 58 Petrus autem sequebatur eum a longe, usq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret finem. 59 Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent: 60 & non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes, 61 & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. 62 Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? 63 Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. 64 Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. 65 Tunc princeps sacerdotii scidit vestimenta sua dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam. 66 quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. 67 Tunc exspuerunt in faciem eius, & colaphos eum cæciderunt, alii autem palmas in faciem eius dederunt, 68 dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? 69 Petro vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. 70 At ille negavit coram omnib. dicens: Nescio quid dicis. 71 Exeunte aut illo ianuã, vidit eũ alia ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cũ Iesu Nazareno. 72 Et iterũ negavit cũ iuramẽto: Quia nõ novi hominẽ. 73 Et post pusillũ accesserunt qui stabãt, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es: nã & loquela tua manifestũ te facit. 74 Tũc cœpit detestari, & iurare: quia nõ novisset hominẽ. Et cõtinuo gallus cãtavit. 75 Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Priusquam gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

INCAP.

Mar. 14. 10. Luc. 22. 4. Mat. 14. 6. 12. Luc. 22. 7 Mar. 14. 12. 17. Lu. 22. 8. 13 Iob 13. b. 27. Vsa. 41. 2. 1. Corin. 10. 234.

Mat. 24. c. 27. Iob 16. d. 22. Zach. 13. 7. Mat. 26. 8 Luc. 22. 48. Mat. 14. d. 31. Lu. 22. 33.

Mat. 24. c. 46 Lu. 22. c. 47. Iean. 18. a. 3.

Gen. 3. a. 6. Apoc. 13. c. 17 Ips. 55. c. 20.

Thren. 2. d. 21 Mat. 14. f. 3 Iob 30. c. 24 Iean. 2. d. 29

Iob 2. d. 27. 1. Tim. 4. d. 14 Act. 22. b. 20. Ips. 26. c. 6. Mat. 14. g. 61. Luc. 22. f. 9 Iob 22. c. 27.

IN CAPVT XXVI.

1 ET factum est. Chrysostomus & Theophylactus existimant communionem esse, qua Evangelista Christi passionem regno coniungit, de quo superiore capite dixerat: potuis transitionis esse arbitror, qua explicato doctoris officio ecclesiæ redemptor exaggeratur explicare.

Sermones hos omnes. Sunt qui eos intelligunt sermones, quos proximo capite de futuro iudicio Evangelista narrauit, in quibus Hilarius. Sunt qui non solum ad proximum, sed etiam ad 24. caput hæc referant, vbi de hac etiam mundi Christus disseruerat. Sunt quidam omnia, quæ ab initio Evangelij vsque ad hunc locum Matthæus scripserat, pertinere putant, vt sermones non verba tantum: sed etiam facta comprehendant, quasi dicat, cum Christus hæc omnia, quæ hactenus expolui fecisset, ac docuisset, dixit discipulis suis. *Scitis, quia post biduum Pascha fiet:* ac Beda, & cum secutus Serarius. Hæc omnia probabilia sunt: sed illud ego magis probo, quod in commentario ad hunc locum Diuus Thomas animaduertit, Euangelistam omnem Christi doctrinam, quam toto Euangelio nostro exposuerat, complectendere voluisse, quod declarat cum Christus doctoris officium explesset, ut pote ad redemptoris sui mortem properare, & eius rei discipulos admonere. Nam etsi apud Hebræos, verbum, res etiam significat: tamen hoc loco nomine sermonum verba tantum significari diuinus videtur. Obiicuerat Origenes propterea ista Euangelistam, *hos omnes sermones* excludere res, quæ postea Christum, & ante passionem, & post resurrectionem habuit.

Scitis, quia post biduum. Difficilis hic locus est, & multis quæstionibus implicatus. Prima, vnde fecerit quæ pendent, quo die hoc Christus dixerit: inde enim intelligatur, in quem dem in eadem Pascha secunda, quo die Christus Pascha celebrauerit: tertia, quo die Iudæi quos inuocat Ioannes non eodem die, quo Christum celebrasse: quarta finum eodem die celebrarunt, vt legitimo ac solemni die celebrauerit, Christumne, & eius discipuli, an Iudæi. De prima quæstione omnes fere consentiunt Auctores, Christum hæc dixisse die duodecimo mensis primi Hebræorum, qui nostri est Martius: quia Pascha ad finem decimæ quartæ, & initium decimæ quintæ celebrabatur Exodi 12. 6. 18. loquimur autem Christo de Pascha ex lege præscripto, itaque quamuis Græcorum potius, quæ falsa omnino est, vera esse cæteræ quæ in secunda quæstione dicturi sumus, Christũ eo die die Pascha non celebrasse, nihil impedit. Loquitur enim Carthusianus de eo Pascha, quod discipuli scribunt ex lege post biduum futurum esse. Statuit Christus Pascha suum antequam discipuli quærerent, vbi celebraturus esset, vt scribit ac dicit, *scitis, quia post biduum Pascha fiet.* Quis autem hebdomadis dies fuerit, quo Christus hoc dixit, duabus ex rebus perspicuum est, primum ex die cæli Iouis sextum enim est Christum feria sexta passum esse, quia Lucæ c. 23. 56 & Ioan. 19. 31 scribantur postridie eius diei, quo Christus passus est, fuisse sabbathum, præterquam quod id omnis Ecclesia Catholica vsitatum docet, hoc ita esse est, necesse est, vt feria tertia Christus hæc dixerit. Eodem enim die, quo agnus edit, ait ad Pascha celebrandum, mortuus etiã est, sed edit agnum hora nocte prima, id est inicio diei decimæ quartæ: mortuus est hora fere sexta sequentis diei, vt votant vitulis, cuiusdem autem diei naturalis: inter festum autem tertiano & sextam duo interuallia sunt 6. ho. & est *post biduum Pascha fiet.* Deinde ex magnifico illo ingressu Christi in Hierusalem eum

Ex. 12. 1. per tot. Deut. 16. 1. Num. 28. 16. Ioan. 2. 20.

A dem colligitur. Ingressus enim est primo die hebdomadis, qui nobis nunc Dominicus est, vt & Ecclesia docet, & ex Ioan. c. 12. 13. intelligi potest, vbi scribit Christum ante sex dies Paschæ Bethaniam venisse, vbi Lazarus fuerat mortuus, verisimile autem est, scribit in Hierusalem eum celebri illa pompa ingressum esse, vbi non leuis coniectura est properare eo die præcedente ingressum non fuisse, sed sabbatum quem ille quod sabbathum esset, quo die non potuisset turba ramos arborum præcidere. Itaque dies sabbathi sexta, vt ante Ioannis ante Paschæ dicta erat, Paschæ fuit feria sexta sequentis hebdomadis: nam dies sabbathi à feria sexta sequente sexta dies est. Cum autem Christus dixerit *post biduum Pascha fiet*, sequitur hoc eum dixisse feria tertia, quæ Latine dies Martis appellatur. Series ergo actionum Christi à die Sabbathi sexta, vt ait Ioannes, ante Paschæ dicta erat, Paschæ fuit feria sexta sequentis hebdomadis: nam dies sabbathi à feria sexta sequente sexta dies est. Cum autem Christus dixerit *post biduum Pascha fiet*, sequitur hoc eum dixisse feria tertia, quæ Latine dies Martis appellatur. Series ergo actionum Christi à die Sabbathi sexta, vt ait Ioannes

mis vt. Hanc opinionē in explicatione quæstionis quartæ paulo post refutabimus: nunc tantum dicimus absurdum esse dicere Christum Pascha eo die, & ratione, antequam cæteri omnes legem, quamdiu enim homines vitam ducunt, mutabili autem est quicquid ante constitutum à lege diē Pascha celebrasse, vt ex sancto D. Thoma in commentariis in c. Ioann. videbimus. Tametsi omnes consentiunt Christum die decima quarta primi mensis ad vesperum agnum comedisse, quemadmodum lex præscribebat: sed illud Græcos Auctores, nonnullos etiam Latinos vidimus fefellisse, quod simplicem legis nomine sic adverterint, inchoabant Iudæi dies festos à solis occasu, hoc est Græci & Latini à nocte media, illi à solis ortu. Iubebat lex Exodi 12. & 16. & Leuit. 23. 5. vt agnum die decima quarta mensis primi ad vesperum, vt Hebraice est בין הערבים inter duos vesperas agnus comederetur. Ita ait in confessione vtriusque diei decima quarta, & decima quinta: solis enim occasu hunc vocabat, illum quartam, intrum decimæ quintæ erat. Eadem quoque vtrique diei vespera dicebant decimæ quartæ quintam, quæ tamen sunt decimæ quintæ, quia ante noctis initium erat, atque hoc est inter duas vesperas, quemadmodum Galli simili phrasi dicunt: *entre chien, & loup*, non vt quidam interpretari memini dicunt vesperas, alteram præcedentis alteram sequentis diei nocte esse intelligunt, quod aperte legi contrarium est, qua præscribebatur, vt illo puncto, quo dixerim, reapsum agnus ederetur, nec quicquam ex eo vsque ad matutinum tempus remaneret Exod. 12. 10. & Leuit. 23. 30. nec vsquidam hæc verba inter se pugnare, qui vult vesperam finem decimæ quartæ dici. Alteram totam sequentis diei noctem in medium fendam esse dicit. Hæc fectum est, vt ad quando dicatur Christus die decima quarta, ad quando decima quinta Pascha celebrasse, vt infra vers. 17. *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes, ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* & Marci 14. 12. *Et primo die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli sui: vbi vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha?* & Lucæ 22. 7. *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*: qui hæc omnino loca de decima quinta primi mensis Pascha, id est agnus Paschalis occidendus fuisse dicitur, cum Exodi 12. & Leuit. 23. 5. die decima quarta occidi suberetur: nonnulli quidam vtriusque diei confusione occidebantur, nunc die decima quarta, nunc decima quinta occidi dicitur, quo tempore vsque in diem octauum fermentato pane vti non licebat Exod. 12. 15. Leuitic. 23. 6. His locis, vt paulo ante apud Euangelistas adnotauimus, Græcorum error manifestissime refellitur. Matthæus enim, Marcus, & Lucas diserte verbis ferebant ei diem qua Christus agnū comedere primam azymorum diem fuisse: quare non potuit Christus contra legem fermentato vti pane: quomodo autem Ioannes eum diem appellet Parasceue, & cur Iudæi nō eadem nocte agnū ederent, in quarta, vt diximus, quæstione explicabimus. Nunc ex his quæ nunc apparet eorum Ioannes cap. 13. 1. dicat Christum ante diem festum Paschæ eorum illum peregisse, eum videmus eū non de Iudæorum, sed de Christi Pascha loqui, quod paulo post disputabimus: parum enim est, ac si dicat, peregisse die decima quarta ad vesperū, quo tempore non fas erat azymo pane vti lege veteri: vt ex illis quæ ante adduximus Exodi, & Leuit. cæremoniis manifestum est. Itaque quod alii tres Euangelistæ die decima quinta, id est prima die azymorum factum fuisse dicunt, id Ioannes ante diem festum Paschæ, id est die decima quarta factum scribit, nulla vsquequaque repugnantia, sed vtrisque scripturæ consentientibus, qui agnum ante diē decimæ quartæ, A vnius decimæ quintæ occidi dicitur, quia in veriusque velut ostium fuit, occidebatur. Christum ergo in fine decimæ quartæ, & in ipso decimæ quintæ die agnum edisse, ex hac Matthæi, Marci, & Lucæ, cum Ioannis collatione perspicuum est. tum etiam ex prioris quæstionis explicatione. Si enim hoc die mensis primi duodecimo, vt probatum est, Christus dixerat, quam dixerit post biduum Pascha futurum, & haud dubie de suo etiam Pascha loquerentur, sequitur eum die decima quinta sub finem decimæ quartæ Pascha celebrasse.

Quo die Christus agnum ederit.

Tertia quæstio multos est difficiliar, cres. n. sunt magnorum Auctorum de ea sententia, quæ magna B contentione defendunt. Primo eorum qui existimant Christum & Iudæos eodem die & agnum eo medie, & diem festum Paschæ celebrasse, cuius opinionis Alcuinum veterem hominum Theologum D. Thomas Auctorem facit, quem nostro tempore multi non hæreticè modo, sed maximè etiam Catholici, doctique viri sequuti sunt. potest autem his potissimum argumentis confirmari. Primum quod Matthæus hoc c. 26. 17. & Marcus c. 14. 12. & Lucas cap. 22. 7. scribant, primam diem azymorum fuisse, cum discipuli Christum interrogarent, *vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* primo autem azymorum die & agnum occidi, atque edi, & festū Paschæ celebrari ea præscripsebat. vtrumque igitur Iudæi sicut & Christus eo die fecerunt. Secundum, quod diserte passi quasi omnium Iudæorum consuetudinem sequuti eo die Pascha celebrantium Christum interrogarunt, *vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* c. Tertium, quod Marcus cap. 14. 12. dicat fuisse primam diem azymorum, *quando Pascha immolabant*, & Lucas cap. 22. 7. *in qua necesse erat occidi Pascha*, eodem igitur die Iudæi omnes id molauerunt. Quartum, quod Christus iubeat infra vers. 18. & apud Marcum cap. 14. 14. discipulos certo eundam hominem dicere, *vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem?* Vti ita loquitur, quasi homo ille de lege, & consuetudine certo sciat ea nocte omnes Iudæos debere Paschalem esse agnum, ideoque non recusaturum eum locum illi domi suæ præparare. Quintum, quod princeps lacerdotum, & seniores populi dicant *non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo* vers. 5. & Marci 14. 2. itaque eum hoc die sibant, aut dies erat festus aut adeo propinquus, vt ante illum Christum occidere non possent, interum autem hoc consilium, vt versa 3. dicemus intio feriæ quartæ: ergo aut ipsa quarta, aut sabbati quinta feria, qua Christus agnū comedit dies festus Iudæorum erat. Eodem ergo die, quo Christus & agnum edebant, & Pascha celebrarunt. Sextum, quod Ioannes cap. 13. 1. aperte dicat Christum *ante festum diem Paschæ*, id est prius Paschæ agnum comedisse, sequens igitur dies Pascha Iudæis erat. eodem ergo die quo Christus. Pa schalem agnum comederunt & Paschæ festum celebrarunt. Septimum, quod Ioannes cap. 13. 29. scribat. *Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum*, erat ergo aut idem qui sequens dies Iudæorum festus. Octauum, quod Matth. c. 27. 15. & Marcus c. 15. c & Luc. c. 23. 17. & Ioan. cap. 18. 39. dicant eo die, quo Christus crucifixus est, solitum fuisse à Præside Barabbam, quia die festo Paschæ solebat Iudæis vinctum aliquem vnum, quem petissent, dimittere. Ille igitur ipse dies Pascha Iudæorum erat. Nonū, quod non sit credibile, Christum alio tempore, quam Iudæos Pascha celebrasse, quod si fecisset coram Præside, quasi religionis reus accusatus esset. cum causas vndique aduersus illum sacerdotes criminationum quærerent. Decimum, quod si præter Iudæorum morem ante solennē, & vitatum diem Pascha celebrasset, scilicet quia hospitem, apud quem cœnauit, & cœs, qui fefti nouissent,

nissent, grauiter offendisset, quemadmodum nunc A si quis siue Episcopus, siue priuatus homo diem Paschæ ante, aut post reliquum Christianum populum ageret, omnes offenderet. Vndecimum, si non eodem die Iudæi, qua Christus, egerunt Pascha, aut Christus diem præuenit aut Iudæi procrastinarunt: neutrum lex facere permittebat, quemadmodum D. Thomas in commentariis in c. Ioannis 19. confirmauit. Duodecimum, si Christus alio die, quam Iudæi Pascha celebrasset, & mortuus esset, veritas figuræ minime respondisset, non enim verus agnus eodem die, quo typicus occisus esset. Hactenus hæc sententia confirmari potest. Secunda aliorum est, qui non eodem die, sed vno Christum ante Iudæos Pascha egisse putant, in qua sententia Origenes tractatu in Matth. 35. Chrysost. & Theophyl. in c. Ioan. 18 & Euthym. hoc loco, & Nicephor. libro 1. c. 28. sunt, præterquam quod existimant Christum legitimum diem præuertisse, qua de re quarta post quæstione differemus. Huic opinioni iam diu Paulus Burgensis doctus, & diligens interpres magnum auctoritatis robur addidit. Potest autem & his argumentis comprobari. Primum, quod Ioannes c. 18. 28. dicat Iudæos, cum Christum coram Prætore accusarent, non sussos in prætorium terroire, ne profanæ domus ingressu contaminati Pascha edere non possent: nondum igitur ederāt: atqui ederat Christus nocte iam præcedente: nō igitur eodem die Iudæi, quo Christus, sed postridie agnum ederunt, Paschaque celebrarunt. Hoc argumentum efficax, & apertū est, multosq; in hanc sententiam Auctores merito traxit. Respondent recentiores quidam, quod & Alcuinum iam olim respōdisse apud D. Thomam lego, Pascha eo loco non agnum, sed azymos panes significare. Crederem, si vllo exemplo, aut auctoritate probaretur. Nunc autem nec illi probant, & alia ex parte ex lege colligitur, necesse non fuisse, vt qui azymos panes ederent, mūdi essent: nā nec lex dederat quicquam statuit, nec in vlla Iudæorum traditione introductum credēdum est omnib. Iudæis futurum intolerabile, cum tam multis, tam leuibus, tam passim occurrantibus reb. contaminarentur, vt vix se diem vnum mundos seruare possent: dies aut azymorum septem essent, quo tempore quisquis fermentato vteretur pane, mortis reus erat: *Septem, inquit, diebus azyma comedetis in die primo non erit fermentum in domibus vestris, quicumque comederit fermentum peribit anima illa de Israel a primo die vsq; ad septimum*, Exodi 12. 15. quod si cōtaminari azymo vsici nō poterant cum tam frequēter, tamq; multis contaminarentur rebus: quot quæso homines quotidie etiam festis diebus dānandi fuissent? Alii respōdent, Pascha eo loco agnū significare, sed sensum esse, vt mandu carent Pascha eadem nocte ante lucem, qa nondum nox illa, qua agnum occidi, ed q; oportebat præterierat. *Erat enim mane*, inquit Euangelista, *& non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur sed vt manducarent Pascha*. Hi Auctores eodem verbo, quo sententiā suam probare studeant, refutantur: verbo inquam, illo *mane*, quibus debat enim lex non soluin ne totus agnus, sed etiam ne quicquā ex illo vsq; ad mane remaneret, Exodi 12. 10. quomodo ergo, si mane erat, totū illi agnum & occidere poterant, & comedere? Adde quod non tā mane esse poterat, vt clara iam dies nō esset, nec. n. simile vero est Iudæos, quantauis agitatos rabie, ad Præsidem ante lucem, & antequā de lecto surgeret reum adduxisse, ne cuius gratiam ad eundem nandum Christum conciliare oportebat, eum importuno aduentu offenderent. Cur ergo Ioannes, dicat aliquis, quasi de industria verbū illud, *mane*, posuit vt significaret sequentē iam diem illucescere cœpisse: itaq; non relictum dies vnus integer vsq; ad diem, quo Iudæi Pascha celebraturi

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS CENTRO DE ESTUDIOS ECLESIÁSTICOS

B erant: itaq; sumne contaminati fuissent, nō fatis habuissent temporis vt se festo mundarent. Oportebat enim vno saltem die immūdum manere. Iulgi stat firmum argumentum loregas postridie, q̄ Christū, Pascha celebralle. Secundum est Ioan. 19. 14. *Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta*. Loquitur aut Ioannes de tempore, quo Christus damnatus, & crucifixus eū, eum q; ipsum diem Paschæ parasceuē appellat, id est pridie ante Paschā nonum igitur Iudæi Pascha celebrarant. Respondent nonnulli non esse sensum, fuisse parasceuem Paschæ, id est pridie Paschæ sed fuisse parasceuem sabbathi, quę incideret in diem Paschæ, quasi dicat erat autem parasceue diei Paschæ: id probant primum, quod nusquam legamus Pascha parasceuen vllum habuisse nisi opus fuerat, cum parasceue nihil aliud esset, quam dies festum præcedens, quo festo non liceret, quæ ad victum pertinebant, apparare, inde vocata à Græcis παρασκευὴ sab Hebræis הכנה id est C præparatio, quod in eo, quæ in diem sequentem necessaria essent, præpararetur: dicit autem Paschæ non prohibebat lex, sed potius concedebat, quæ ad vitam necessaria erant præparare Exodi 12. 16. *Dies prima erit sancta, atque solennis, & dies septima eadē festivitate veneranda: nihil operis factum in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent*. Deinde, quod nusquam legamus parasceuen, nisi sabbathi, vt Matthæi 27. 62. & Lucæ 23. 54. *Et dies erat parasceues, & sabbathum illucescebat*, & clarius Diuus Marcus c. 15. 42. *Et cum iam sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum*, quasi explicet, quid significaret parasceue, dixit esse *ante sabbatum*, id D est pridie sabbathi. Hæc omnia vera ego esse concedo, ed illud non concedo, idem esse apud Ioannem parasceuem Paschæ: ac si dicat parasceuem sabbathi, quæ dies erat Paschæ, quæ locutio non minus dura, & absurda est, quam si, cum festum D. Ioannis Baptistæ pridie festi corporis Christi celebratur, de eo die aliquis sequens vigilem Diui Ioannis appelleret, non quod festi D. Ioannis vigilia esset, sed quod vigilia corporis Christi, quæ in festum D. Ioannis incidisset: quis enim ita loquentem non derideret: parasceuem igitur Paschæ Ioannes appellauit, etiam si Pascha parasceuem minime tuto suo non haberet, quod vt qualibet quarto decimum, eo anno Pascha Iudæorum in sabbathum incurrerat, & quia sabbathum habet parasceuen, quod eo anno idem erat Pascha, optime contulo Ioannes diem præcedentem, quo Christus mortuus est, parasceuē Paschæ nominauit, vt vno verbo lector intelligeret diem sequentem, & sabbathum fuisse, quia parasceuem habebat, & Pascha, quia eam ipsam parasceuen Paschæ vocauit, quod nemo vtique intelligere potuisset, si absolute dixisset fuisse parasceuen. Petus etiam mihi videntur respondere, qui nullius auctoritate endicta adducti locum emendant, & genuinum *Paschæ* non legunt. Illud enim non est scripturam interpretari, sed delere. Tertium est quod idem Ioannes eodē capite 19. 31. dicat, fuisse magnum diem illum sabbathi, quān non vulgare, sed sanctius, atque celebrius, quam careret anno, eo fuisset anno: sanctius autem esse non potuit, nisi si eodem die Paschæ festum celebratum esset: hac enim ratione vere magnum fuit, quia & sabbathum, & Pascha. Respondent ij, quibus superior sententia magis placet, nō vocasse D. Ioannem sabbathum illud magnum, quod eodem die Iudæi Pascha celebrarent, sed quod vna ex diebus azymorum esset. Hi docti licet virtnon animaduertunt hoc nihil ad id, quod Ioannes probare volunt facere potuisse? reddebat enim rationem: cur Iudæi Pilatum rogauerint, vt Christo, & latronibus crura frangerentur, quo citius animam exhalarent, & ante diem sabbathi de cruce tollerentur, quia immium die sabbathi tolli

nō po-

non poterant, & manere suspensa minime deberet, multoque minus eo quod magnum erat: quam ad rem dies azymorum nihil afferebat impedimenti, cum omnibus azymorum diebus, excepto primo, & vltimo, liceret laborare Exodi 12. 16. Itaque nihil sanctitatis, nihil magnitudinis sabbatho adhibebant. Sensus igitur est fuisse magnum diem illum sabbathi, quia & sabbathum, & Pascha erat, quorum neutro licebat aut corpora deponere, & sepelire, aut in cruce fixa relinquere, ne diei celeberrimi sanctitas mortuorum corporum præsentia contaminaretur. Quartum est hoc capite apud Matth. versu 5. & Marci 14. 2. *dicebant autē, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo*, quibus verbis, vt in eius versus explicatione docebimus, noluerunt dicere, qui in eo concilio discrepabant, Christi eadem vsque in posterum Pascha esse differendam, quem admodum ij Auctores interpretantur, qui Iudæos existimant eodem, quo Christum die egisse Pascha: sed potius voluerunt, vt eius mors accelleraretur, ante quam dies Paschæ veniret, qui ipsis post duos dies futurus erat: hoc enim eorum inuidiæ, & crudelitati magis consentaneum est. Sunt, qui dicant sensum esse, conandum, vt ea ipsa nocte ante lucem Christus occideretur, antequam dies Paschæ illuxisceret, qui & à Christo, & ab illis postridie celebrandus erat. Sed hi nimis mihi videntur properare: nondum enim Iudæi comprehendendi Christi rationem inuenerant. Alii putant diem differre voluisse, sed inuenta proditoris Iudæ opportunitate, qui Christum osculo, & sine tumultu tradere posset, consilium mutauisse, & ipso die, quo Pascha celebrabant, & comprehendisse, & condemnasse. Neque hi videntur considerare, quid Iudæi dicant, *ne forte tumultus fieret in populo*, qui quidem tumultus non tam ex Christi apprehensione, quam ex morte excitari poterat, itaque non poterat Iudæ proditio eum impedire. non ergo propter inuentū, promptumq; proditorem sententiam mutauerunt: nec tam illi Iudæ, quam eorum Iudas opportunitate vsus est, qui cum intellexissent, eos de capiendo Christo consilia agitare, noluit homo auarus, & perfidus inuentis mercatoribus vendendi præceptoris occasionem amittere. Quintum est Ioann. 13. *Ante diem festum Pascha sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos, & cœna facta*, vbi dubium non est Ioannem *ante diem festum Paschæ* non quemlibet Pascha præcedentem diem, sed proximum, & pridianum appellare: illud autem dubium esse potest, vtrum de Pascha, quod Christus, an de Pascha, quod Iudæi celebraturi erant, id sit intelligendum: sed multo est probabilius, vt supra indicauimus, Ioannem de Iudæorum Pascha loqui, cum agat de cœna, quam Christus egit, & lotione pedum, quæ facta sunt initio eius diei, quo Christus Pascha celebrauit: itaque non dixisset Ioannes *ante diem festum Paschæ*, sed die festo Paschæ, si de Christi Pascha loqueretur, sicut Matthæus infra versu 17. & Marcus cap. 14. 12. dixerunt, *prima autem die azymorum* cum non de ipsa cœna, id est Paschæ celebratione, sed de eius præparatione loquerentur, quam pridie Paschæ fieri oportebat. Deinde, quia voluit Ioannes explicare, quibus rebus singularem illum amorem erga discipulos suos, de quo dicit, *in finem dilexit eos*, Christus ostenderit: ostendit autem non esu agni Paschalis, quod singulis faciebat annis: sed lotione pedum, & corporis, & sanguinis sui exhibitione, quod ante non fecerat. Hæc autem duo, vt idem Ioannes exponit, peracta iam typica agni Paschalis cœna facta sunt: itaque non tibi multa iam nocte, id est, die Paschæ aliquantulum prouecto fieri potuerunt: quare non potuit vere dicere *ante diem festum* Pascha facta fuisse. Nam quod quidam dicunt, *diem festum* accipi pro die, quem vocant artificiali ab ortu solis vsque ad occasum, qui dies nondum aduenerat, quia vinum esse non video, non libenter admitto. Si reliquum igitur est, vt Ioannes de Iudæorum Pascha loquatur, quod omnibus communem ac notum erat, & de quo solo poterat lector, quod dicebatur intelligere. Sextum eodem c. 5. 29. discipuli putauerunt, cū Christus Iudæ dixit *quod facis, fac citius*, significare voluisse, *vt emeret ea, quæ ad diem festum Pascha necessaria erant*, quod magis conuenit, si nondum Pascha illud, de quo Christus loquebatur, aduenerat: sed in proximo erat: illud autem, quod Christus celebrauit, iam aduenerat: iam enim, cum hæc dixit, agnum ederat. Septimū, si eo die, quo Christus mortuus est, Pascha quoque celebrauerat Iudæorum quoque Pascha fuisset, non licuisset Iosepho homini iusto, & cæteris, qui illi operam dederunt Christum de cruce ponere, ac sepelire, cum sanctæ illæ mulieres nec ad monumentum quidem ire, & Christum vngere voluerunt propter diem sabbathi Luc. 23. 56. Octauum, minime etiam credibile est principes sacerdotum, & seniores populi qui se religionis conseruatores profitebantur, eaque potissimum de causa Christum accusabant, quod religionem violare videretur, in ipsa eius accusatione religionem violare voluisse: quod profecto fecissent, si ipso die festo Paschæ omnium sanctissimo, & celeberrimo capitalem adduersus Christum causam egissent, cum nullo festo die causam vllam, vel leuissimam agere liceret. Fecerunt illi quidem nonnulla die sabbathi, quæ parum licere videbantur, sed multo minora, nempe Pilatum adierunt, rogarunt q;, vt sepulchrū custodiendum curaret, ne Christi discipuli furarent: accesserunt etiam ipsi ad sepulchrum, & positis custodibus, adhibito q; sigillo munierunt. sed hęc omnia vt dixi, leuiora erant, q̄ die festo Paschæ hominem vel de media plebe, in iudicium rapere, accusare, condemnare, cruci affigere. Denique si non Deum, tamen populū credibile est eos timuisse, ne facti indignitate cōcitatus, q; homines die Paschæ ad mortē trahi videret, & cum hominem, quem maxima pars sanctissimum Prophetā esse putabat, ipsos occideret: hoc n. timore dixerāt, *non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo*. Hāc igitur opinionem, probabiliorem iudico, quia etsi fortasse pauciora, multo tamē certe fortiora habet argumenta quæq; multo difficilius, q̄ quæ ad probādā alteram sententiam allata sunt, solui possunt. Nam q; primo loco obiectum est Matt. ver. 17. Mar. c. 14. 12. Luc. c. 22. 7. eum diem, quo Christus agnū edit, primum diem azymorū appellare: primum aūt azymorum diem fuisse Pascha, non difficile soluitur: Euangelistas nō ex Iudæorum traditione, de qua quæstione 4. dicemus: sed ex lege loquutos esse: secundum autem legem dies ille, quo Christus agnum comedit, verum Pascha erat. Atq; id fortasse tacite significare voluerūt, cum tam diligenter tempus notauerunt, dixeruntq; primum azymorū diem fuisse, non Iudæos, sed Christum legitimo tempore Pascha celebrasse. Quod si nobis contendere liberet, diceremus, cū discipuli Christū interrogarunt, vbi vellet Pascha præpararent, non fuisse primum azymorum diem etiam ex lege, quia nemo dubitare potest, quin id discipuli ante solis occasum die decima quarta primi mēsis interrogauerint: post solis enim occasum nimis sero interrogauissent, cum illo puncto temporis non parandum, sed edendum Pascha esset: diei autem decima quarta nō erat prima dies azymorum, sed quia prima azymorum dies aspectabat, dixerūt *prima autem die azymorum*, quasi dicāt, instante prima azymorum die: sicut ergo, cū nondum esset prima azymorū dies, id est Pascha Christi, dixerunt, *prima autem die azymorum*: ita eum nondum

nondum Iudæorum Pascha esset; id est, prima ipsorum azymorum dies; quia tamen proxima erat, dicere potuerunt, primam azymorum diem fuisse: non enim semper Euangelistæ punctum temporis designant, sed aliquando more hominum vulgari, quod certum est, quemadmodum vnus Euangelista hora sexta, alius hora tertia Christum crucifixum fuisse dicit, quia inter tertiam, & sextā crucifixus est. Quamquam non ideo hæc dicimus, quod vera esse existimemus, credimus enim Euangelistas hoc loco de die azymorū, & Pascha Christi loquutos esse, sed vt doceamus, si alia ratione argumentum solui non posset, hac posse. Secundum hoc modo solui posset, discipulos iam à Christo monitos fuisse, ipsum ante alios Iudæos eo die, quem lex præscribebat, Pascha celebrare decreuisse. Iam enim illis dixerat: *scitis quia post biduum Pascha fiet*, quod ex Luca cap. 22. 7. 8. 9. clarius apparet: *venit autem dies azymorum, id est, appropinquat, in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Ioannem dicens: euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt, vbi vis paremus?* Vnde perspicuum est prius Christum discipulis indicasse, velle se die sequenti Pascha celebrare, quam eum discipuli rogarent, vbi præparari vellet; sed id alii Euangelistæ prætermiserunt, Lucas exposuit. Ad tertium respondeo Euangelistas non de Iudæorū, sed de Christi, id est, legitimo Pascha loqui, & illo ipso verbo, *in qua necesse erat occidi Pascha*, Lucam fortasse indicare voluisse Christum, etsi ante alios Iudæos, legitimo tamen tempore Pascha celebrasse, quo ex lege necesse erat occidi. Quod autem ait Marcus, *primo die azymorum, in quo Pascha immolabant*, non de Iudæis, qui tunc erant, sed aut de antiquis, qui legem, non traditiones sequebantur, aut de Christo, & eius discipulis intelligendum est, quasi dicat primam azymorum diem fuisse, qua veteres Iudæi Pascha celebrabant, aut qua Christus, & eius discipuli celebraturi erant. Ad quartum respondeo, quamuis Iudæi eo anno, vt pollea dicemus, festum Paschæ vno die postposuerint: neminem tamen ignorare potuisse ex legis præcepto eo die, quo Christus egit, fuisse celebrandū; propterea hospitem illum mirari non potuisse, si Christus eo die celebraret: cum omnes scirent eū, non Pharisæorum traditiones, sed legem Dei solitum sequi. Facilius etiam soluitur quintum; quod enim Iudæi dicunt, *non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo*, non est argumentum diem iam fuisse festum, cum ista dicebant: nam vt versū 5. docebimus, hæc ab illis duodecima, aut tertia decima die mensis dicta sunt: & vero sunt, qui putent ex ante Pascha diebus dicta fuisse: quare colligi inde non potest Iudæos eodem die, quo Christum, egisse Pascha: nam vtrumq; & Christi, & Iudæorum Pascha appropinquabat, neutrum aduenerat. Sicut ergo ni Iudæi eodem die, quo Christus, Pascha celebrassent, hoc dicere potuerunt: ita si vno post die celebrarunt tantum enim dicere volebant expediendam diligenter, & cito rem esse, antequam dies festus aduenret: quitiue duobus, tribus, tribus, vel aliis volunt, sex diebus abesset, propinquus tamen erat. Ad sextum respondendum est, cum Ioannes dicit. *Ante diem festum Paschæ*, de Iudæorum Pascha loqui, pridie enim Christus, cum agnum comedisset, Paschaque suum celebrasset, illa singularis amoris argumenta, de quo loquitur, discipulis exhibuisse, vt paulo supra diximus. Septimum leue est, & à nobis paulo ante ad probandam contrariam sententiam ex eodem testimonio manu argumentum desumptum fuit. Octauum sic solui potest, Præsidem aut non ipso die Paschæ: sed pridie solitum fuisse vinctum vnum absoluere, quem à se Iudæi postulassent, quod & nunc alicubi fit, & tunc factum fuisse verosimile est: aut non eo die, quo Christus crucifixus est, Barabbam dimisisse, sed sequenti, qui Pascha Iudæis erat: dictum autem ab Euangelistis esse tunc eum Iudæis dimisisse, quod tunc potestatem fecerit crastino eum die dimittendi. Ad nonum respondeo aut sacerdotes, qui Christum accusarant, ignorasse illum ea nocte agnum comedisse, aut non ausos esse id crimen obiicere, cum scirent Christum ex lege Pascha suum celebrasse. Ad decimum iam responsum est, propterea neminem offendi potuisse, quod omnes scirent se cundum legem eo die, quo à Christo celebratum est, Pascha celebrandum fuisse. Ad vndecimum quæstione quarta respondebimus, nec Christum tempus anteuertisse, cum Iudæos distulisse: sed Christum secundū legem: Iudæos secundū traditiones suas egisse Pascha. Atq; hac ratione postremum argumentum dissolvitur: cum enim secundum legem Christus Pascha celebrauerit: & eadem die mortuus fuerit, recte veritas figuræ respondit. Diximus res in hac quæstione esse tenuissimas. Itaq; reliqua vna est, de qua nullum inter pretem mentionem feci se video. Rupertus in commentariis in hunc locum existimat Iudæos parum recordem die, quo Christus parum postridie egisse Pascha: eodem quidem die, quia eadem nocte, qua ille, agnū immolarunt & comederunt: postridie, quæ non illum, sed sequentem diem otio, vt festum, celebrarunt, ne duos continuos dies quiescere, & cessare cogerentur: cum dies insequens sabbathum esset. Hoc credibile quidem videtur esse, præsertim cum constet ex Ioanne eo die, quo Christus mortuus est, non diem Iudæos ed esse agnum: itaq; probabilius dicere potuisse tum quidem fabulam eūdem, atq; Christū Iudæos celebrasse: agnum vero Paschalem postridie comedisse, vt nonnulli etiam auctores videntur existimare. Quarta nunc superest quæstio, quæ etsi omnium difficillima erat, expicata tamen copiose certe facile est. Quærebatur vtrum Christus, an Iudæi legitimo tempore Pascha celebrauerint: si non eodem die celebrarunt. Origenes tractatu 35. in Matth. Chrysostom. & Theophylact. cap. 18. Ioann. Euthym. in commentariis hunc locum putant Christum vno die tempus celebrandi Paschæ à lege præscriptum præuenisse, cuius rei Chrysostomus & Theophylactus rationem reddunt, vt mortem suam in die sequentem, qui Pascha erat, referaret. Fallor, si illa eadem ratione, quam adferunt, refellantur. Nam si Christus die Paschæ mori voluit, vt typicam agni figuram veram agnus impleret, cum constet ex Euangelistis nocte præcedente, id est, eodem die naturali secundum Iudæos illum, egisse Pascha sequitur eum non præuenisse tempus: sed die à lege constituto Pascha celebrasse. Nec, vt supra diximus, credibile vllo modo est Christum ante legitimum diem Paschæ peregisse: cū omnibus in rebus vsque ad finem vitæ, vt idem Chrysostomus docet, ad præfectum legem seruauerit, & nunquam legem tempus lege constitutum præuenire. Hanc denique opinionem cum suis argumentis satis quæstione prima refutauimus. Alii existimant Christum quidem, & legitimo tempore Pascha egisse: Iudæos vero in sequentem diem non alia de causa transtulisse, quam ne festi celebrationem impediri, eo die Christum occidere non possent, quæ opinio Augustini & Hieronymi præclaris nominibus vulgo commendatur: haud scio, quam vere, nec enim de ea re quicquam legere apud eos auctores memini. Id etiam D. Thom. in commentariis in cap. 18. Ioannis docte refellit, quod & lex, & consuetudo præciperet, vt si quis vno anno, quod aut immundus, aut impeditus esset, legitimo die nō posset Pascha celebrare, mense sequenti die decimaquarta die mensis

Christum & Iudæi anticipato die Pascha celebrarunt.

celebraret Num. 9. 10. 11. eam ergo probo sententiam, quam multi non probant, neque Christum tempus Paschæ anticipasse nec Iudæos distulisse, & non eodem tempore celebrasse, sed Christum legis præscriptum; Iudæos maiorum suorum traditiones sequutos esse. Probat Ruperrus in commentariis huius loci, & post eum Paulus Burgensis copiosissime, diligenter sumeq; confirmat post exilium Babylonicum constitutum inter Iudæos fuisse, vt quotiescunq; Pascha in feriam sextam incideret in sequentem diem sabbati transferretur, ne duo continenter dies festi consequerentur, quod populo grane erat, eum nec sepelire mortuos, nec alia eiusmodi exequi poterant, & non magnopere laboriosa facere possent diebus festis. Eam traditionem multi iam productis Rabbinorum testimoniis probauerunt. Paulus vero Burgensis homo diligens, & fide dignus affirmat se eum Hebræo quodam eiusmodi rerum peritissimo ex Hebræorum Kalendario diligenter calculo comperisse eo anno, quo Christus mortuus est. Pascha in feriam sextam incidisse; itaq; Christus ipse feria sexta, vt lege præceptum erat, & Pascha celebrauit, & mortuus est. Iudæi vero, vt à maioribus constitutum fuerat, die sequenti celebrarunt. Scio Rabbi Abraham in commentariis in cap. Leuitici 23. scribere in Misne, & in Thalmud reperiri aliquando Pascha in feriam secundam, quartam, & sextã, incurrere, sed nefario ac propterea neget, eum in sextam feriam incurrebat, solitum in sabbathum transferri; aut ratum auctoritate mereatur, vt eius gratia ab aliorum sententia discedere debeamus.

Pascha fiet.] Diet festus Paschæ celebrabitur, aut agnus immolabitur; vtrumq; enim Pascha significat. Quod autem Origenes adnotat propterea dixisse Christum, *Pascha fiet*, & non Pascha erit, quod illud Pascha, de quo loquebatur, vltimum non esset, sed singulare, & ante tempus anticipati, quasi diceret, etiam si solemne tempus Paschæ non erit, tamen à me Pascha fiet subtilis argutia est, & à nobis supra refutata, neq; Græce eit, fiet, sed γίνεται est, aut hic præsenti ponzo pro futuro, sicut statim dicit παραδίδοται traditur pro tradetur, aut tradi oportet, eiusmodi exempla adnotauimus cap. 17. 11. 24.

Et filius hominis.] Loquitur de se, vt solet, per tertiam personam. Cur autem filius hominis appellatur c. 8. 20. expositimus.

Tradetur, vt crucifigatur.] παραδίδοται traditur pro traderur, aut tradi oportet, vt paulo ante docuimus à quo tradendus sit, non dicit. Origenes antè, & D. Thomas in commentariis monuerunt, & à Patre traditum esse Rom. 8. 32. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*; & à se ipso ad Gal. 2. 20. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*, & ad Ephes. 5. 2. *Christum dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis*, & 25. *Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea*; & à diabolo Io. 13. 2. & à Iuda Matt. 10. 4. & 26. 15. 16. & à Iudæis Matth. 27. 2. *Adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi*, & Marci 15. 1. *Vinientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato*, & Io. 18. 35. *Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi*, & à Pilato militibus, vt crucifigeretur. Matth. 27. 26. *Tunc dimisit illi Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit ei, vt crucifigeretur.* Diuerso tamen animo à diuersis traditum: à se, & à Patre, vt homines redimeret à diabolo, vt redemptionem impediret, & traditores, ad peccatum incitaret à Iuda auaritia, à Iudæis inuidia, à Pilato timore, ne non satis amicus Cæsaris videretur. Hæc placent, illud non placet quod iidem auctores docent, propterea Christum in fraude loquntum esse, nec expressisse, à quo tradendus esset, vt omnes qui tradituri erant comprehenderet, non enim de omnibus; sed aut de solis sacerdotibus, Scribis, & senioribus aut de illis tribus, & Iuda loqui arbitror; sic enim solet, vt si præcap. 16. 21. & cap. 20. 19. Et verbo illo *tradatur*, videtur culpam, & reprehensionem indicare, quæ in Iuda, & sacerdotibus maxima fuit. Poterit aliquis dubitare, quorsum hoc Christus discipulis dixerit. Videtur suam animum probare voluisse, indicat enim se futura scire, cum illi ipsi, qui tradituri erant, nec dum scirent, quo tempore occisuri eum essent, & adhuc inter se altercarentur, *non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.*

Vt crucifigatur.] Pœna tunc vsitata, & à Romanis introducta, vt c. 27. 35. explicabimus. Dicit tradendum esse, vt crucifigatur, quia in eum finem à Iudæis Pilato traditus est. clamantibus, *Crucifige, crucifige eum*: de illis enim præcipue, vt paulo ante diximus, loquitur Christus.

3. *Tunc.*] Quid hoc aduerbio significetur, non omnibus conuenit. Sunt qui putèt sex dies ante Pascha significari, quod eo tempore scribat Ioannes cap. 12. 10. 19. principes sacerdotum conuenisse, vt de occidendo Christo deliberarent, quod fieri est, aduerbium illud *tunc* non præcise tempus illud, de quo Euangelista loquebatur, sed quod non longe aberat, significabit, quasi diceret, sub idem tempus. Probabilius est, quod vulgo creditur Ecclesiæ hoc Concilium triduo ante Pascha, id est, eodẽ tempore, quo Christus discipulis dicebat; *scitis, quia post biduum Pascha fiet*, coactum fuisse: videtur enim Euangelista eum dixit *tunc*, punctum temporis indicare voluisse, vt significaret eodem tempore, quo sacerdotes dicebant, non oportere Christum in die festo occidere, Christum dixisse oportere, vt in die festo occideretur, vt appareret plus diuinum decretum, & Christi prædictionem, quam Iudæorum consilia valuisse.

Congregati sunt principes sacerdotum.] Eodem loco Matthæus indicat, & vnum sacerdotem principem fuisse, & multos, quod capit. 2. 4. explicauimus. Græca additur, quod Latine non legitur οἱ γραμματεῖς, & Scribæ, quos verisimile est Christum cum principibus sacerdotum, & senioribus populi coniunxisse: quemadmodum de eadem re loquens Marci 14. 1. & Luce 22. 2. coniunxit, & supra capit. 2. 4. Hi enim Iudæorum concilium conficiebant, principes sacerdotum, id est, capita familiarum sacerdotalium cum summo sacerdote, qui simpliciter Princeps sacerdotum vocabatur; Scribæ, qui legisperiti erant; seniores populi, quasi tres Reipublicæ status; vt capit. 2. 4. probauimus.

In atrium.] εἰς τὴν αὐλὴν in aulam, ad verbum. Itaque sunt, qui inter pretentur in palatium Principis sacerdotum, quod probabile esse non videatur clandestina consilia de homine sanctissimo occidendo in atrio, id est, in ipso domus ingressu, & in loco aperto, ac iudiciali habita fuisse, & scribit Athæneus libro quinto περὶ αὐλῶν Græcis regum palatia significare, sicut aula Latinis idem est, quod regia, & aulici, qui regiam frequentant. Noster interpres fere semper atrium conuertit, vt hoc loco, & infra versu 58. & 69. & Marci 14. 54. 66. & Luce 11. 21. & 22. 55. & Ioann. 18. 15. & Apocalyp. 11. 2. Multo melius, meo quidem iudicio, quam si palatium conuertisset: nam ex versu 58. manifestum est locum illum, de quo Euangelista loquitur, quemque vocat αὐλὴν, non totam fuisse domum; aut magnam aliquam domus aulam; sed locum apertum in ipso aditu domus, quem Latini cortem appellant, indeque Galli *Court*; Itali, & Hispani *Corte*. *Aut enim eo loco Matthæus, Petrus autem sequebatur eum alonge vsque in atrium principis sacerdotum, & ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem:* clarius etiam vers. 69. *Petrus vero sedebat foris in atrio: atratum igitur erat foris, & Marci 14. 68. & exiit foras ante atrium, & gallus cantauit*, & cap. 15. 16. *Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii*, id est, eduxerunt ab interiori domo, vbi Præses erat, in exteriorem cortem, vbi milites, & omnis populus præmissæ solebat esse, vt purpura induto illuderent. Ex loco etiam Apocalyps. 11. 2. apparet *aditus* cortem domus fuisse.

Qui dicebatur Caiphas.] Homo erat suarissimus, & perditus, qui qua ratione ad summum pertenerit sacerdotium, libro 18. Antiquitatum cap. 3. & 6. Iosephus tradit.

4. *Et consilium fecerunt.*] καὶ συνεβουλεύσαντο. vnanimi consensu consilium ceperunt.

Vt Iesum dolo tenerent.] Clam & fraudulenter, non aperta vi, quia timebant populum, vt Lucæ cap. 22. 2. expressit.

Et occiderent.] Hæc omnia eorum consilia tendebant; sæpe enim ante occidere tentauerant; quo autem modo id deliberauerint, Ioannes cap. 11. 47. 8. 9. 50. copiosius narrauit. *Collegerunt ergo Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant, quid facimus quia hic homo multa signa facit si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem; vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius dixit eis, vos nescitis quicquam, neque cogitatis, quia expedit, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Quanquam hoc consilium diuersum ab hoc, quod Matth. narrat, fuisse arbitror: nam illud sex diebus ante Pascha habitum est, vt ex initio 12. cap. intelligitur, hoc autem duobus tantum, vt diximus, ante Pascha diebus. Desciperat iam olim sapiens hoc impiorum consilium Sap. 2. 12. 13. 14. *Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.* Promittit se *scientiam Dei habere, & filii Dei se nominat, factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.*

5. *Dicebant autem non in die festo.*] Dubium vtrum significare voluit ante, an post diem festum occidendum esse. Qui putant eodem die, quo Christum, Iudæos Pascha celebrasse, sensum esse existimant *non in die festo*, id est, differatur vsq; in post diem festum; sed postea nactos Iudæos Iudæ ad perditionem parati occasionem, cõsilium mutauisse, quod versu 2. refutauimus. Qui postridie quam Christum Iudæos Pascha celebrasse dicunt, melius explicare possunt *non in die festo*, id est, ante diem festum occidatur, vt supra probauimus. Diem autem festum quidam omnes septem azymorum dies intelligunt, quia omnes festi suo quidem modo dicebantur. Alii, vt mihi videtur, probabilius solum diem Paschæ simul, & sabbathi, quibus diebus nemimem accusare, condemnare, crucifigere licebat, ideoque merito timeri poterat, ne populus audaci, & nefario scelere incitatus tumultum moueret, quæ ratio alios azymorum diebus locum non habebat.

Ne forte tumultus fieret.] γένηται fiat: verba enim sunt Iudæorum, non Euangelistæ. Quæri autem potest, cur timuerint, ne tumultus in populo excitaretur. Illud salua pietate credi potest, nullo eos bono animo id timuisse, ne quis forte de populo in seditione periret, ne religio impediretur, sed ne sibi eriperetur concurrente ad diem festum infinita vndique hominum multitudine, vt Hieronymus, Beda, & Euthymius existimant. Vero simile enim erat in tanta multitudine futuros plures, qui in Christum credidissent, eumque ex sacerdotum manibus eripere conarentur. Credo ego ipsos sibimet timuisse, ne concitatus populus in se irrueret, atque interimeret, quod quemadmodum air Chrysostomus, & Theophylactus, futurus esse non videretur, vt die Paschæ, quo qui digni morte erant, absolueheatur, Christus innocentissimus ad mortem traheretur. Hoc enim metu sæpe iam alias manus ab eo abstinuerant Marci 11. 18. & cap. 12. 12. & Luce 20. 19. & 22. 2.

6. *Cum autem Iesus esset in Bethania.*] Vbi Bethania ita esset, & quantum à Hierosolyma distaret, supra docuimus. Incurrit autem in hunc locum vulgaris quæstio, & nostro præsertim tempore magnis scriptis voluminibus agitata, vnane, an plures mulieres fuerint, quę vnguentum adhuc Christum vnxisse reperiatur, vt hoc loco, & apud Marcum cap. 14. 3. & apud Lucam cap. 7. 38. & apud Ioannem cap. 12. 3. Melius in partes distributa quæstio explicabitur. Tres igitur in vna quæstione sunt. Primo, an Simon ille, apud quem Christus apud Lucam prandisse, aut comatle dicitur, idem fuerit, atque hic, quem Matthæus, & Marcus Simonem Leprosum vocant; Ioannes non nominat. Secunda, an eadem apud 4. Euangelistas fuerit mulier, quæ vnxerit Christum. Tertia, si eadem fuit, an idem fuerit factum, id est, femelne, an sæpius Christum vnxerit. Quod ad Simonem attinet, apud quem Christus cœnabat, D. Augustinus libro 2. de consensu Euangel. cap. 69. & Beda in commentariis in cap. 7. Lucæ, & Euthym. hoc loco putant duos fuisse Simones, alterum Pharisæum apud Lucam alterum leprosum apud Matthæum, quem Marcus, & Ioannes non nominauerint. Eorum rationes sunt, quod factum illud, quod Lucas narrat, in Galilæa accidisse videatur; hoc autem, quod narrat Matthæus, Bethania, id est prope Hierololymam, deinde quod ille Pharisæus, hic leprosus cognominetur. Possumus hic aliam adducere rationem, credibile non esse Simonẽ hunc, de quo Matthæus loquitur, fuisse Pharisæum, cum hoc instante Christi passione acciderit, quo tempore omnes Pharisæorum secta infestissima Christo erat; tantum abest, vt Pharisæus conuiuio eum exceperit. Chrysostomus vero homilia in Matthæum 81. & Ambrosius libro 6. in cap. 7. Lucæ, eundem Simonem fuisse credunt, quod ego paulo probabilius esse arbitror. Primum, quod vterque eodem nomine Simon appelletur, quod etsi pluribus commune esse poterat, tamen aliquid est argumenti nomẽ idem. Deinde quod, vt postea probabimus, eadem fuerit mulier, quæ & apud Lucam, & apud Matthæum Christum vnxisse dicitur, quę cum tam libere, tam sæpe in domum Simonis ad vngendum Christum ingressa sit, est vero simile fuisse Simoni, eiusque domui familiarem, eumque Bethaniæ habitaret, sequitur eundem fuisse Simonem; nam quod scribit Lucas; cum, quo loco acciderit, non exponat, & hospitem Christi Simonem vocet, quemadmodum & Matthæus, qui id in Bethania factum dicit, ibidem etiam accidisse credendum est. Præterea probabile est Simonem illum, de quo scribit Lucas, cum primum domo, & conuiuio Christum excepit, ita ab eo edoctum fuisse, vt illi postea familaris fuerit, sæpeque post ea Bethaniæ iter habentem, aut hospitio, aut conuiuio honorauerit. De secunda quæstione contentiosius à multis disceptatur. Origenes tractatu in Matth. 36. probabile esse arbitratur, quatuor diuersas apud quatuor Euangelistas fuisse mulieres, quæ vnxerunt Christum, quod mihi ne disputabile quidem videtur esse, cum manifestissimum sit Matthæum, Marcum, quasi eius abbreuiatorem, idem eodem loco, eodem tempore factum narrare: itaq; de eadem loqui muliere; quare vt plures fuerint, non nisi tres esse potuerunt, vna, de qua Lucas; altera, de qua Matthæus simul, & Marcus; tertia, de qua Ioannes scribit:

Simones an duo fuerint Christo hospites.

De vna, qui triplici Magdalene quæ celebrantur.

atque hanc ipsam omnionem Origenes amplectitur, item q; Theophylactus in commentariis in ca. 7. Lucæ, & Euthymius hoc loco. Quorum nonnullæ etiam non omnino improbabiles coniecturæ sunt, quod illa de qua Lucas, peccatrix appellatur; hæc, de qua Matth. & Marcus, non peccatrix, sed prophetica potuit fuisse significatur. Quid inquit *molestus estis huic mulieri? mittens enim hoc unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit.* vers. 10. 12. Præterea illa apud Lucam longo ante passionem tempore Christum vnxit, vt ex his, quæ eo loco à Luca narrantur, intelligitur: hæc de qua Matthæus, & Marcus, duobus tantum ante mortē Christi diebus. *Scitis, quia post biduum Pascha fiet* ver. 2. Illa altera, de qua Ioannes, sex diebus ante Ioan. 12. 1. Alii duas fuisse putant, sed quæ fuerint, inter se dissentiunt. Hieronymus hoc loco, & Bernardus in sermone de Maria Magdalena vnam illam fuisse putant, de qua scribit Lucas; alteram eandem de qua Matthæus, Marcus, & Ioannes: illam Lucæ ab hac fuisse diuersam. Ita probant, quod illa longe ante Paschā, & mortem Christi; hæc imminente morte vnxerit Christum: deinde quod illa pedes tantum; hæc pedes, & caput vnxerit, vt postea explicabimus. Hanc vero, de qua Matthæus, Marcus, & Ioannes loquuntur, & vnam esse ita docent, quod eodem tempore, eodē loco vnxerit Christum. Chrysost. vero homilia 81. in Matthæum & 61. in Ioann. Leontius, & Theophylact. in cap. Ioan. 12. mulieres, de qua Lucas, Matthæus, & Marcus scribunt, eandem esse. Eam vero, de qua Ioannes, diuersam fuisse putant hoc, opinor, argumento, quod & Lucas & Matthæus, & Marcus apud Simonem vnxisse dicant, quem, vt diximus, eundem fuisse putat Chrysostō. Ioannes vero non apud Simonem, sed potius in domo Lazari, aut sororum eius vnxisse indicet, cum dicat Martham ad mensam ministrasse cap. 12. 2. Alii vnam tantum, de qua quatuor Euangelistæ meminerunt, fuisse dicunt. vt Augustin. lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 69. Gregor homilia 33. in Euangelia, vt quidem videtur, Beda hoc loco, & in c. 7. Lucæ, quod ego multo arbitror esse probabilius. Primum, quod tacitus Ecclesiæ sensus in hanc partem inclinet. Deinde, quod Ioannes c. 11. 2. volens describere Mariam sororem Lazari, & Marthæ. *Maria autem, inquit erat, quæ vnxit Domini unguento, & extersit capillis suis pedes eius:* qua descriptione minime vsus fuisset, si plures fuissent mulieres, quæ pedes Domini vnxissent; nec enim lector, de qua ex multis loqueretur, intelligere potuisset. Omnia autem ea argumenta, etsi multa sunt, quibus plures fuisse probatur, minus, quæ hoc vnam habent ponderis; nam quod illa de qua Lucas loquatur, longo ante tempore Christi pedes vnxerit, non eo valet, vt probetur diuersam fuisse mulierem, sed factum diuersum: quod non solum concedimus, sed paulo etiam post probaturi sumus; quod autem illa pedes, hæc caput vnxerit, aut nihil aut idem probat. non semel eandem mulierem, sed bis vnxisse. Adde quod etsi Lucas non expresserit, credibile est illam etiam Lucæ mulierem Christi caput vnxisse; cum enim, vt postea docebimus, consuetudo regionis fuerit in conuiuiis non pedes, sed caput vngere, credendum non est piam mulierem præterisso capite, vnde meipiendum erat, solos vnxisse pedes. Et quidem apud Ioannem simile legimus exemplum. Nam cum ex Matthæo, & Marco constet eandem mulierem secundo imitante Christi passione eius caput vnxisse, Ioannes non nisi pedes vnxisse dicit; nimirum, quia neminem putabat tam exigui fore iudicij, vt intelligeret pedes vnxisse, non caput; nominarunt ergo Lucas, & Ioannes eam partem corporis, quæ vngi non solebat, vt ex ea exteri, quæ vngi solebant, vncta etiam fuisse intelligerentur, & vt singularis charitatis, & studij erga Christum factum declararent, ideo eodem pertinet, quod dicunt capillis suis Christi pedes tersisse; id enim fingulare erat, & inusitatū fieri; hoc est, quod apud Lucam Christus Simoni obiicit cap. 7. 44. 46. *Intrauī in domum tuam, aquam capiti meo non dedisti, hæc autem unguento unxit pedes meos*, quasi dicat, ea mihi caput non vnxisti, quod vngi solet, hæc non solum caput, sed etiam pedes vnxit, qui vngi non solent. Quod autem illa apud Lucam peccatrix appellatur, hæc vero, de qua alii loquuntur Euangelistæ, non peccatrix, sed sancta fuisse videatur, non est argumentum fuisse diuersam, sed diuersō tempore diuersis fuisse moribus, vt recte D. Augustin. & Beda respondent. Contra, si quæ sunt argumenta, in tertia quæstionis explicatione dissolventur. Quærebatur ante, an idem fuerit factum. Qui plures dicunt fuisse mulieres, illius quo *Magdalena lib. 2. de cons. Euang. cap. 69. & Beda hom. 21. in Vigil. Nat.* piam Christum facta fuisse dicant, necesse est: qui vnam, vnius fuisse dicant, necesse non est; sed plerique tamen dicunt. Alii vnam fuisse quæ ter vnxerit, primum apud Lucam longe ante passionem, secundo apud Ioann. sex diebus ante Paschā, tertio apud Matthæum, & Marcum duobus tantum ante pascha diebus. Alii vnam fuisse, quæ bis vnxerit; primum apud Lucam longe ante, secundo apud Matthæum, Marcū, & Ioannem imminente Christi passione; ita sensit Ambrosius in cap. 7. Lucæ, & Augustin. lib. 2. de consensu Euangelistar. cap. 69. & Beda hoc loco, quam ego sententiam omnium probabil simam esse arbitror. Vnam fuisse mulierem super hac quæstione probatum est his vnxisse probandum nunc est; quod iisdem fere rationibus probari potest, quibus aliud diuersas fuisse mulieres probare solent, quod tunc peccatrix fuerit, nunc sancta, tunc longe ante passionem; nunc instante passione. Adducunt alii quod tunc pedes tantum, nunc caput, quasi tunc peccatrix indigna esset, quæ Christi caput attingeret, quod Augustin. & Beda solent dicere; sed hoc paulo ante refutauimus: probandum etiam est non tam, quam bis Christum vnxisse, vt exiliissime diximus quosdam. Id autem sic ostenditur: si ter vnxisset, aliud esset factum, quod Matthæus, & Marcus, aliud, Ioannes narrat: nam Matthæum, & Marcum idem narrare factum perspicuum est. At Ioannes non diuersum, sed idem factum narrat, quod ex multis eius omissionibus apparet ex eodem loco Bethaniæ, ex eodem vnguenti genere nardo pistica pretiosa, ex eadem Iudæ murmuratione, ex eadem defensione Christi; quis enim credat, si quatuor tantum diuersa ante eundem murmuratorem Christum reprehendisset, tam ei to in facto omnino simili, tamen non eodem, iterum fuisse murmuraturum? Duo tantum sunt, quæ huic sententiæ non bene videntur conuenire, alterum quod Ioannes scribat id ante sex dies Paschæ accidisse, Matthæus, & Marcus biduo ante Paschæ; sed Augustinus, & Beda recte respondent Matthæum & Marcum per *ἀναστροφὴν* loquutos esse, qua non seruato ordine temporum; cum iam diuisset *post biduum Pascha fiet* resumpserint, quæ sex dichus ante Paschā facta fuerant, quæ ipso ante, quia necesse non erat, non narrauerat; nunc quia necesse est narrare, vt necessitatem declarent, quam Iudas auaritiæ est Christi venundi, quod auaritiosus esset homo, ægre ferret non quidem vnguentum ex vase, sed vnguenti pretium ex manibus suis effluxisse, quod Ioannes magis exposuit c. 12. ver. 6. *Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.* Alterum tam à nobis explicatum est, quod apud Matthæum, & Marcum solum caput, apud Ioan. solos pedes ea mulier

mulier vnxisse videretur; vtrumq; enim & caput, & pedes vnxisse cuiusuis est, sed vt Augustin. ait, siepe apud Euangelistas vsu venit, Matthæus vnam partem, Ioannes alteram exponit. Cuius rei ratio etiam aliqua, non improbabilis reddi potest; Ioannes non Christi passionem, sed eiusdem historiam seruato ordine temporum exponebat, volebatque eius mulieris in Christum singularem charitatem explicare, propterea omissa capitis vnctione, quæ vulgaris erat, pedes quod erat rarum, vnxisse dixit. Matthæus vero, & Marcus non id agebant, vt mulieris singularem affectum commendarent; sed vt Iudæ declararent auaritiam, quæ eum ad vendendum Christum impulisset; de qua verò tione, totoq; passionis ordine dicere aggredientur, quam ad rem mihi attinebat dicere, verum mulier caput, an pedes vnxisset, ideo, quod fieri solebat, id tantum dixerunt, vnxisse caput. Illud verò, quod ad rem maxime pertinebat, diligentissime exposuerunt, vnguentum magni fuisse pretij; hoc enim Iudæ auaritiam, & cupiditatem accendit, quam illi volebant explicare. Summa igitur est, eundem fuisse Simonem, apud quem Christus his omnino exceptis est, quem mihi credam à Christo inter alios leprosos à lepra fuisse purgatū. Theophylactus non nullos ex istiuare illum fuisse eundem, apud quem Christus vltimā cum discipulis cœnam egit, sed hoc secundum ver. 18. refutabimus; vnam item fuisse mulierem, eamque Lazari, & Marthæ sororem, quæ Maria Magdalena dicebatur, vt ex Ioanne cap. 11. 2. colligitur, & de qua Christus septem eiecerat dæmonia Marc. 16. 9.

In domo Simonis Leprosi.] Recte Hieronymus, & Beda monuerunt, credendum non esse nunc Simonem fuisse leprosum; nec enim Christus ad eum diuertisset, certe in ciuitate illo non habitasset cum lepros à cæterorum hominum conuictu remouerentur, sed aliquando lepram habuisse, ex qua etiam iam curata leprosi nomen remansisset. Diximus modo quorundam esse sententiam illū prius à Christo curatum fuisse, quod eo est probabilius, quo plus ille caritatis erga Christum ostendit, quasi acceptæ beneficij memor. Illud autem mihi non videtur esse necessarium eum aliquando fuisse leprosum: poterat enim is leprosus non esse, aut propter lepræ similitudinem, aut propter aliquem ex grauioribus fuis, qui lepram habuisse, leprosus cognominari, sicut videmus quosdam Rufos, quosdam barbatos, quosdam Tonsos appellari, cum nec illi rufi, nec illi barbati, nec illi tonsi sint. Quæri potest, cur neque Matthæus, & Marcus Pharisæum, neq; Lucas leprosum appellauerit, id fortasse nullum habet operæ pretium, sed coniectura aliqua est Lucam, cum præ cæteris amis Christi mis narrare, personæ, à qua exceptus esset, qualitatem exponere voluisse, vt indicaret etiam inter Pharisæos fuisse nonnullos, qui Christo operam darent, Matthæum autem & Marcum, cum non id agerent, nolluisse Pharisæum, quod cognomentum illius non erat, sed nomen sectæ cognomentum illius non erat, sed nomen sectæ communem ita leprosum, quod eius cognomen erat appellare.

Quid Gregorius in oblatione.

7. Habens alabastrum unguenti.] Plerique alabastrum vas ex lapide alabastro factum interpretantur, quo vnguenta solebant asseruari, quod ex ea materia fieri soleret, quæ humorem vnguenti diutissime conseruaret. Plinius q; Auctorem citatur lib. 13. c. 2. & lib. 35. c. 2. Repugnat quod ait Marcus c. 14. 3. *Et fracto alabastro effudit super caput eius*; quo enim modo tam facile confringere potuisset, si ex materia fuisset alabastri? Sunt qui dicant, prius vnguentum effudisse, deinde fregisse vas, cum nihil iam in eo remansisset vnguenti, quod mihi nullo modo probari potest; primum, quod Marcus ita loquatur, vt non obscure significet eos prius fregisse vas, deinde vnguentum effudisse, atque ideo fregisse, vt vnguentum effunderet, *ἵνα κατεάξασα τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ*, cū fregisset alabastrū effudit super caput eius. Deinde quia ratio ipsa docet propterea fregisse vas, vt copiosius vnguentum effunderet, nihilq; in vase remaneret; ea enim ratione abundantem charitatem piæ mulier effundit, quod in vngendo Christo vsq; adeo vnguento non pepercerit, vt vas etiam confregerit; ne quid, etiam si vellet, retinere posset. Nam, etsi fas iam toto vnguento quoniam obsecro vas confregisse? Seruus erat potius, vt eorum in illud vnguentum infunderet. Credo ergo esse probabilius ex alia fragili materia fuisse vas factum, sed alabastrum appellatum aut quia ex alabastro vnguentaria vasa fieri solebant, ita vt etiamsi ex alia materia aliquando fierent, alabastrum diceremus, aut quia ea erat forma, vt ista caterent, qualibus etiam nunc in vrceolis & pharmacopolæ vti videmus; id autem alabastrum significet, vt Suidas adnotauit.

Pretiosi.] *Summæ* grauis pretij, vt Latine etiam aliquando loquimur, aut vt alii habent codices *μεγάλου* magni pretij, quem admodum apud Marcum cap. 14. 3. & apud Ioannem cap. 12. 3. legitur. Nec enim ad solum vnguenti qualitatem, sed etiam ad copiam referendum esse mihi videtur, vt non solum sensus sit vnguentum adeo fuisse bonum, vt etiam parum magni pretij esse, sed etiam tanta copia fuisse, vt magni esset pretij; quæ madmodum Iudas in hac re optimus interpres dicit ver. 9. *Vt quid perditio hæc? potuit enim istud vnguentum venundari multo*, id Ioann. magis explicans; dicit enim eam mulierem habuisse vnum vnguenti vas totum esse, vt credam, mouere verbis Marci & Ioannis qui vtrumq; dixerunt, vnguentum & pretiosum fuisse, & pistici; fieri tamen libeat interpretari, vt pistici, probatum significet, de quare paulo post disseremus. Quod enim ad nardum, non ad vnguentum ephelmum illud refuratur, aut nihil, aut parum interest. Marcus, & Ioannes ita dixerunt, *vnguentum nardi pistici*, aut vt Græce est, pistices pretiosæ, quod quia huic loco Matthæi commentum est explicare obiter libuit. Nardus quid sit plerique Sophistæ & interpretes tradiderunt. Apud Plinium, & Dioscoridem, quicquid de ea re lector desiderabit facile reperet; illud ex sacra etiam literis intelligimus inter fragrantia ferentem esse Canticorum 1. 11. *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*, & cap. 4. 13. 14. *Emissiones tuæ paradisus malorum Punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum uniuersis lignis Libani, myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.* Nardum ergo pistici cum ex loco *Marci* nonnulli esse putant, vt D. Augustinus tract 50. in Ioann. quod idem à pluribus receptum est, quod nullum eiusmodi apud Cosmographos locum legamus. Communis, ac magis recepta interpretatio est, quam paulo ante attigimus, pisticam vocari nardum, quasi fidelem, probatam, non falsam, non adulteratam, *πιστὸν* enim fides est. Ita Euthymius, & Theophylactus in commentariis in ea. Marci 14. Suam cui piacet sequi sententiam, sed hæc mihi non placet. Primum non *πιστὸν* sed *νάρδου* nardus appellanda erat, vt fidelis, vt probata esse significaret. Deinde hoc ipsum nomen *πιστὸς* eo sensu minus fuisse insolenter, & inaudium; nec enim de rebus inanimis dictum vsquam legisse memini, præterea non nardus, sed vnguentum potius pistici cum appellatum fuisset; non enim nardus, sed vnguentum ex nardo parari solet. & auaritia corrumpi, & adulterari potest. Videmus autem Euangelistas vnguentum quod tam pre-

tiosum, nardum autem pisticum appellasse, Dan-
by sidem esse unguentum pisticum, quod probatum & optimum, idem etiam esse, quod pretiosum; at Euangelistæ distinguunt, quasi aliud pistici-
um, aliud pretiosum sit. Autor ille, quisquis fuit, qui in Marcum commentarios scripsit, qui Hieronymi nomine honoratur, pistici nardi interpretatur mysticum; quod unguentum illud Christi, vt ipse ait, sepulturam significaret. Quod nescio an Euangelistis venerit in mentem. Propius accedit ad veritatem, quod nonnulli suspicati sunt apud Marcū & Ioannem pro pistici legendum esse spicati; atq; Beda quidem hoc loco, & in commentariis in Marcum c. 14. 3. & legit, & interpretatur neque alterius lectionis meminimus fuisse, quam omnibus tunc codicibus ita legeretur. At lenius quidem valde conuenit, si lectio constaret. Scribunt enim Plinius, & alii Autores medici: videm Beda adnotasse ante cum multarum rerum scitone, & experiens ex nardo duplex fieri unguentum; soliceum ex folijs, alterum ex spica quæ ut suum maiore sequentes habere dicunt, atq; hoc secundo optimum esse, sed quamen indoctos scripturam hoc uerit, sicuti se conijecturis corrigendam, ut a potius sententia, quam alterius lectio quærenda nobis esse. Non pauci bonæ rei bonæ autores mali. Obiecit scriptor quidam minime Cauillosus ex Athenæo lib. 15. & ex Plinio lib. 13. c. 1. cum fuisse olim in via unguentorum genera alia crassa, & solidiora, quæ no facile funderentur, cuiusmodi hodie fere sunt omnia, quæ vulgo ungentibus adhibentur, alia liquida & quasi potabilia, quæ ad fundendum apta essent, hoc ergo Euangelistas significare voluisse, unguentum liquidum fuisse, & quasi potabile, propterea fundi meapud, & pedes potuisse, dictū igitur est unguentum *nimis ad ea vsui*, quod est potare. Illud contra hāc interpretationem obiici videtur posse, quod illa non animaduerit, hac ratione nardum, sed unguentum pistici um appellandum fuisse, non enim nardus, sed unguentum liquidum erat. Facile respondeo nardum pro vegetio ex nardo confecto positam esse, ac si diceretur unguenti nardi pistici pretiosi. Confuetudinem autem inter Iudæos, & Orientales nationes fuisse, vt in conuiuiis celebrioribus, qui inuitati erant, vngerentur c. 6. 17. adnotauimus. hinc enim Christus allusit, cū dixit: *Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum*, quasi dicat, finge te capite conuiuantem esse: hinc quod hoc ex more mulier, cum his Christum vnxerit, nō ait in conuiuio vnxisse; sic illud quidam interpretantur, quod Psalm. 22. 5. legimus; *Parasti in conspectu meo mensam, impinguasti in oleo caput meum*: & illud Pr. 21. 20. *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis*, pro eo quod alij transferunt, *in habitaculo sapientis*, quam apte ita in bene.

1. *Factum autem est cum consummasset.*] Eadem fere modo Marcus scribit c. 14. 4. *Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos*, atque ligo bene videntur eum hi Euangelistæ aut omnes, aut plures Apostolos ob vngueuti effusionem murmurasse; & quidem D. Augustinus lib. 2. de consensu Euangelist. cap. 69. fieri potuit, vt pocula, vt auferre, & ducē Iuda, murmurationemque inhonante alij discipuli aut etiam eum præbuerint, aut ipse eorum murmurauerit; alio tamen animo, quam Iudas: illi pauperum curam ille auaritiæ. Non fuit hæc interpretatione, quamuis paulo durior, contentus Caluinus; sed plane omnes Apostolos murmurasse dicit, cuius homo prudens non fuit ut huic appellat. Ex Ioanne c. 12. 4. solum Iudam murmurasse manifestum est, vt Chrysostomo, Euthym. & Theophylacto, Hieronymo, Augustino, & Beda notauerunt. Quod ergo alij duo Euangelistæ plurali vsi sunt numero, per figuram sic fecerunt figuram non raro ab his usurpatam, vt multis iam locis obiter annotauimus, quemadmodum ca. 14. 15. Matthæus dixit discipulos Christi mœrere cœpisse, vnde mœrere possent omnes, vt tubam illum quinq; millium hominum exstiturarent, Ioannes vero cap. 6. 7. a panis solum Philippum id interrogasse. Clarissimum vero exemplum est, quod Matthæus ca. 27. 44. scribit latrones, qui cum Christo crucifixi erant, illi improperasse, *si filius Dei es, salua temetipsum, & nos*, cum ex Luca cap. 23. 39. certum sit vnum tantum latronem hoc fecisse, neq; id, vt opinor, Caluinus nega- *Caluinus opinio non probatur.*
bit; nec enim tantum latroni, quantum Apostolis inimicum voluit facere; de quibus peius fere vbiq; quam de latronibus loqui solet.

3. *Potuit enim istud.*] *Potuit enim hoc vnguentum.*

Et dari pauperibus.] Ioannes c. 12. 6. ex. ponit, quo animo id Iudas dixerit; *dixit autem hoc, non quia de* B
egeno pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat. Eodem nimirum animo quo Caluinus nunc murmurare solent in Catholicos Ecclesiæ vasa argentea, & aurea, aliumq; pretiosum esse supellectilem: hanc enim pauperibus potius erogandā, his pauperes ornandos, qui templum Dei viui sunt, quasi tunc templum Dei non fuerint: non igitur nos, sed Christus, & Ioannes illa reprehendunt. *Stolida Caluini monstrosa stupidia circa templi ornamenta.*

10. *Sciens autem Iesus.*] Intelligens Iudæ verba, cogitationesque perspiciens, quamuis eum, & tacite inquietare volui enim Euangelista Christi *Chrys. & alii.*
charitatem insinuare, vt supra cap. 9. 4. *Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* & cap. 12. 25. *Ie, autem sciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diuisum intra se, &c.* adiicitur. Hac ratione expressit Marcus discipulos intra se agre ferre, & murmurasse: quasi dicat non verbo, sed animo id fecisse; nec enim sensus est, vt quidam hæretici rum putant interpretes, *scit sese ei*, apud se, id est, inter se alios cum eum murmurasse, sed apud se, id est apud animum suum, quod ipsum solus, vt diximus, Iudas fecit, idque Christum fugere non potuit. Huc ergo est, quod Matthæus dicit, *sciens autem Iesus.*

12. *Ad sepeliendum me fecit.*] Mortuorum corpora, antequam sepulturæ mandarentur, sol ita fuisse apud Iudæos vnguentis, & aromatibus condiri c. 50. 2. 26. & ex Marco cap. 16. 1. & Luc. cap. 23. 56. & 24. 1. & Ioanne c. 19. 40. Sunt ergo Christus mortem suam adeo sese præpinquā, vt mulier illa, quasi damnare paulo post spectendum in sepulturam vnxerit, non quod illa de ea re fortasse quicquam cogitaverit, sed quod tam comode vt aiunt, vt ea de causa vnus ille vsus dicatur. Significat etiam fuit se eam propter ea senunc vnxisse, quod futurum esset, vt post mortem vngere non posset quem admodum Marcus cap. 14. 8. indicauit; *quod habuit, hoc fecit*, id est quod potuit, & quod illi licuit, me ad sepeliendum de more vngendū: *præuenit*, inquit, *vngere corpus meum in sepulturam*: Ita, aut simili est ratione, quod Ioannes scribit cap. 12. 7. intelligendum est *hoc illam, vt in diem sepulturæ mee seruet illud*, quasi dicat: quia quo tempore sepelendus sum, vngere me non habebit, (posset enim etiam tunc aromata, sine nunc eam vngentem hoc ideo eam illum seruare fecisse autem, quia me nunc vngit, quod tunc facturā esset: id clarius dictū est Græce, *τετήρηκεν αὐτὸ*, seruauit illud, id est, ita collocauit vngendo me, vt perdere non posset, quemadmodum si pecuniam seruasse dicas, qui eo fundum emarit, quia perdere eā non potest, sicut si recū eā reuertisset, aut in arcula seruasset, perdere potuisset; expendendo igitur seruat. Volunt Christus mulieris factum, quod necessarium aliquo esse non videbatur, vsu, & consuetudine vngendi mortuos, perateque ergo se excusare, simulque illam murmuratori præferre, quod cum ille de ea vendendo, illa de ea vngendo, & quodammodo sepiendo eo gitaret non quod ipsa fortasse id sic intelligeret, sed quod tacito quodam S. Spiritus impulsu facere videretur; quare reprehendendum nō esse factum, quod & per se pium, & mortuo necessarium esset, & ex Spiritus sancti instinctione profectum esset. Quæri à quibusdam solere video, quod sit, quod Christi has delicias, à quibus tot annos una, tot q; doctrina tam copiose abhorrebat, admiserit, Chrysost. hom. 81. in hunc locum eiusmodi factum fuisse putat, vt si Christus consilium fuisset, ante admissurus, probaturusque non esset, factum tamen iam excusauerit. Id mihi non placet, & quia ita Christus defendere factum videtur, vt etiam si ante consilium fuisset, approbaturus fuisse videatur, & quia antequam mulier vngere inciperet, ignorare Christus non potuit, quo factura esset, nec illam tam mentem aueret, quia iam aliat apud Locam cap. 7. 38. vngisse ab eadem muliere permiserat, & factum non recusasse modo, sed etiam laudasse, eamq; ob rem peccatum mulieri dimisse. Adm. fi. ergo Christus delicias, non quia delicias, sed quia caritatis effigies erant. Colligit ex hoc loco Caluinus non esse hoc factum ad exemplū imitationem vsurpandum, vt negligētis pauperibus res aliat spias bona nostra cōsumamus quod factum sit ordinarium fuerit, sed singulare. Dolet adhuc, vt opinor illi vnguentum illud effusum. Pauperes igitur semper habebimus nobiscum qui negligendi non sunt, sed minus dilecti & honorifice tractandi, quam Christus. Neque singulare factum sit, quod intra tres annos ab eadem muliere bis repertum est, neq; imitandum non est, quod caritatis & pietatis, & semper multis à Christo laudibus celebratum. Alius ex aduersa hæresis colligit, licere hominibus pias, & religiosas vti delicijs, quando Christus vsus fit, hæreticis, aliisq; nouis Euangelij Ministris excusare opinor volui, delicatiorem hominē esse. Nos duo colligamus, alterum, quamuis, quod pauperibus sit, Christus sibi factum putet, vt cap. 25. 40. testatus est. *Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis*: magnum tamen inter ipsum Christi personam, & pauperum esse discrimen, maiorēq; esse meritū, ac præstare Christum ipsum aut vestire, aut alere, quam pauperes, vt etiam Theophylact. hoc loco notauit. Alterum est multa esse, quæ hæreticorum, & prophanorum hominum iudicio absurda, ac ridicula videantur, Christi vero iudicio pia, & charitatis plena sint, qualia sunt ornamē- D
ta, quæ in Christi honorem instruit in Ecclesia no stra hæreticē dente, quemadmodum solebant olim Gentiles dedere, quod idem Theophylact. indicauit.

13. *Amen dico vobis vbicunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium.*] Hæc Euangelica historia; quod in præfatione ad quatuor Euangelistas monuimus singulare esse, nec enim alium locum, quam hunc & illum Marci 14. 9. reperimus, vbi nomen Euangelij pro Euangelica historia vsurpetur.

Dicitur, & quod hæc fecit in memoriam eius.] Ipsius mulieris, id est, huius mulieris memoria, & laus, vbicunque Euangelium prædicatum fuerit, celebrabitur, omnes enim factum eius egregium collaudabunt. At mihi quidem vnius Iudæ murmuratio- E
nem, atque reprehensionem totius orbis terrarum iudicium, defensionem, & laudem opponere videtur, quasi dicat; quod tu maligne reprehendis, omnes omnium seculorum homines magnis laudibus celebrabunt. Nimirum hoc illud est, quod iam olim Dauid Psal. 111. 7. dixerat. *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit*, id est nemo de illo male loquetur, & Salomon Proverbiorum 10. 7. *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.*

14. *Tunc abiit.*] Auctores quidam aduerbium, Tūc

Cur Christus vngi se permiserit.

Caluinus, & aemulus ille pharisæus Caluinista eum calumnia vexabant.

Euangelia pro Euangelica historia.

ad sex dies ante Paschā referri volunt, vt Chrysost. Theophylact. & Euthym. quo tempore mulier illa vnxerat Christum, vt fit. scribit Ioan. c. 12. 2. 3. Alij ad iudicium ante Paschā, quo tempore dicimus v. 3. principes sacerdotum, & seniores populi in concilium conuenisse, vt de perdendo Christo deliberarent, sic Beda, atq; hæc magis in Ecclesia vulgata sententia est. Quamquam argumentum, quod à nonnullis, vtid probent, afferri video, quod Ecclesia olim conuenire quarta feria solerat, quia eo die Christum Iudas vendiderat, me non mouet, nec enim eam ob causam, sed propter consilium, quod principes sacerdotum ad occidendum Christū eo die coegerant, venit Ecclesia festualem vt Augustinus, epistola 86. & Theophylactus 40 cap. Marci 14. docuerunt. Illud me magis mouet, quod Matthæus scribit ver. 16. *Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet*; unde enim apparet aliquot ante Paschā diebus Iudam cum Iudæis de Christi venditione conuenisse, q; si eius ratio impellit me, quo minus credam venditionem ipsa nocte, qua Christus supremam cœnam cum discipulis sumpsit, aut non multo ante noctem, factam fuisse, quis ante Christi passionem fieri potuisse, quibus omnibus diebus opportunitatem quæsiuerit. Cæterum duobus diebus potius quam sex id factum esse, vt magis est vulgo receptum, ita est probabilius; quia, vt supra diximus omne mense fieri consueuit, illud, de quo Ioannes cap. 11. 47. 48. & cap. 12. 19. & hoc de quo Matth. hoc cap. vers. 3. & Marcus c. 14. 1. scribunt. In concilio apud Ioan. constituerunt expedire, vt Christum occiderent, auctore summo sacerdote Caipha: in hoc apud Matthæum, & Marcum non tam consultabant an occidendus, sed quomodo occidendus esset: itaque eorum ille sumitur argumentum nondum illis dixisse Iudam, quod Matthæus scribit infra vers. 15. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Si enim dixisset, non iam de modo prehendendi Christi in consilio dicere fuisset, sed conditionem à Iuda oblatam libenter accepisse, sicut Marcus cap. 14. 11. & Lucas cap. 22. 5. dicerunt principes sacerdotum modo Iudæ gaudios fuisse, pactoque pecuniam illi dare. Probabilis ergo est eodem die, quo principes sacerdotum secundum concilium coegerunt, vt de modo capiendi Christi deliberarent Iudam, cum id odiosus esset, ad eos venisse, operamque suam promisisse, vt auctores quidam vulgo tradunt.

Vnus de duodecim.] Hoc ideo dixisse videtur Euangelista, vt scelaris magnitudinē indicaret, quod cum vnus ex duodecim esset Apostolis, Christoq; domesticus, quo tempore mulier, & externa, & ob ita multo ante peccatrix singulari pietatis, & charitatis officio Christum prosequebatur, ipse vendiderit. vt Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius admonuerunt.

Qui dicebatur Iscariotes.] Duo expressit nomina Iudæ, ne extra Apostolis facere initiam, si non nominasset, reliquisset enim locum dubium, & de alio, quamnocentes fuerant, suspicandi occasionem præbuisset, Iscariotes vero, vt ab altero distingueret Iuda ipso etiam Apostolo, qui Iacobi cognominatus est Lucæ sexto, decimo sexto, & Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus. Cur autem Iudas Iscariotes vo-

catus sit. cap. 10. 4. docuimus. Lucas cap. 22. 3. scribit Satanam in Iudam intrasse, quod non sic intelligendum est, quasi corpus eius occupauerit, vt Isaiæ Energumenos possidere, sed quod peruersam illi in animum cogitationem iniecerit Christi euertendi, vt Euthymius exponit. Ioan. & Didymus I. libro 3. de Spiritu sancto exponit. quod ipsum apparet ex Ioanne. capite decimo tertio, facinoris, inquit, Diabolum iam iniisse in eum, vt traderet eum Iudæ, intrasse igitur Satanam in Iudam, quod ait Lucas, nihil aliud fuit, quam immittere in cor eius, vt traderet Christum, quod ait Ioannes. Quis ergo hoc nomine vt feriatur, qui eum loculos mittebantur, & vt alia ad mittere eiusmodi peccata, Diabolus illi in animum inspirabat? Inspirabat fane, vt vero simile quidem est. Cur ergo tam grauiter illum increpandum dicimus? Videmur mihi Lucas summa sceleris imputare, si ita eum que iudæ vt voluisse, quasi diceret apertum tam sceleratum fuisse facinus, vt non nisi Satanæ in illum intrasse parari potuisse: propterea non dicere Satanam in illum intrasse, cum alia leuiora peccata committebat, quæ nullo incitante Satana committerent, sicut nos vulgo, cum aliquem peccantem humano & vulgari modo videmus, dicere solemus Diabolum eum decepisse. cum autem multa, & maxima scelera parere animaduertimus, Diabolum incarnatum appellamus, quia ea, nisi Diabolus esset, facere non posset. Hinc illa soluitur quæstio, cur, cum nunc dicat Lucas Satanam in Iudam intrasse, Ioannes capite decimotertio, vigilia vltimo, non nisi post quam in virtima cœna buccellam à Christo porrectam accepisset, intrasse dicat. Nec enim nunc, nec tunc, re ipsa intrauit, imperando autem, & adsumendum scelus incitando, & tunc intrarit, cum Iudæ persuasit, vt venderet, & nunc, cum incitauit, vt venderet, non tradit, sed Lucas ad vendendum, Ioannes ad tradendum intrasse dixit, quamuis erat scelus tradere quam vendere. Illud certe certius, vnum Euangelistam non repugnare vt Beda & Euthymius Lucæ 22. exponentes. Hinc nonnulli Euangelistarum dicta reprehendunt, qui quod vererer, vtique Euangelistæ auctore, impulsore que Diabolo Iudam sceleris edidisse, auctore Deo facile dicunt. Eorum enim vbique declamata verba sunt, non mutes Dei opus fuisse Iudæ proditionem, quam confessionem Petri, hoc est, vt vno dicam verbo, Deum Diabolum facere. Non non auctore non impellente, non inciante: sed permittente Deo Iudam Christum diuinum vendidisse. Sic enim Iacobi senectus, cum fatis esse non posset. *Deus interficitur malorum est* cap. 4. 13.

Contra Caluinistarum blasphemiam dicentium Iudæ traditionem Dei opus esse.

Ad primum ergo sacerdotum. Lucas cap. 22. 4. addit *cum magistratibus*, ad diceret, quæ paulo ante ver. 52. idem Lucas distinguit à principibus sacerdotum, & senioribus populi, vocatque *magistratus templi* duces templi, id est, præfectos, qui templo præerant, quosque vero simile est, aliquos sub se ad custodiendum templum ex sacerdotibus militesse habuisse, ideoque duces appellatos, nam si iam tunc mil rerem magistratum Iudæa dura à Romanis seruiture pressis exercere non poterant,

15. *Ait constituerunt ei triginta argenteos.* Cap. 12. 28. de argenteis Iudæorum nummis disputauimus, variaque apud eos argenteorum genera fuisse diximus, denarium præsertim, & siclum; siclum autem, sicut omnia alia pondera, duplicem fuisse; prophanum, qui minor, sacrum, qui maior erat. nemo non nouit scriptura id sæpe indicante. Erant & apud Romanos, in quorum tunc Iudæa potestate viuebant, nummi aliquot argenti; sed credendum est Matthæum hominem Hebræum, & Hebraice Euangelium scribentem, de Hebraica pecunia loquutum esse, duxisque בֶּסֶף

De triginta argenteis Iudæ datis.

A שְׁלֹשִׁים vocaret, at eum Hebræ ipsum instar argenteum, & pretiosum, & omnem pecuniam, cuiuscumque is metalli sit, sicut Galli & metallum, & argenteam pecuniam, & non argenteam etiam, quæ minor pars ex argento fieri solet, eodem nomine argentum appellant. Sed eum aliquod numerale nomen adiungitur, neque metallum, neque omnis pecunia, sed genus aliquod argenteæ monetæ significatur. Ea autem erat duplex denarius, quem etiam Hebræi mutuati à Latinis nomen דֵּנַר vocare solent, & siclus, quem, vt opinor, qui à grauioris erat ponderis שֶׁקֶל id est pondus appellauerunt. Illud autem obtestamur vir vniuersos, cum nomen בֶּסֶף argenti pro argentea monetæ ponitur, nisi moneteæ genus exprimatur, aliud quam siclum significare, itaque Chaldæo paraphrastes, vbicumque fere Hebraice est נְסֶף cum nomine numerali, siclum soleat vertere, vt Gen. 37. 28. & 45. 22. & Iudicum 16. 5. & 17. 2. 4. 10. & 2. Regum 18. 11. 12. & 4. Regum 6. 25. & Isai. 7. 23. Atlas vero, sicut nostri Euangelista solet vetere *argenteos*, vt Iudicum 17. 4. 10. & Zach. 11. 10. id etiam apparet ex Iosepho libr. 3. antiquitatum cap. 9. & lib. 9. cap. 2. vbi quæ de argento 2 lib. 4. Reg. cap. 6. 25. scripta sunt, quæ ipse eum eram auctores in libr. Malnaioth tradiderunt, de siclis interpretatur. Colligat ergo ex Hebræorum confessione argenteos, de quibus Matthæus loquitur, eum aliud monetæ genus non nominet fuisse siclos: fieri autem argenteum supra dosuimus Francorum vnum Gallicum, id est vigenti solidos argenteos pependisse. Obolus enim solido Gallico æqualis erat, & siclum vigum habuisse obolos multis scripturæ locis manifestum est Exod. 30. 13. Leuit. 27. 25. Num. 3. 47. & 18. 16. & Ezech. 45. 12. Erat enim siclus quatuor drachmas, vna autem drachma, vt diximus, quinque solidos Gallicos, id est, regalem vnum Hispanicum continebat, itaque quatuor drachmæ vigenti continebant solidos, qui Francus Gallicus, & libra Turonensis appellatur, quod à nos est, Christus triginta Francis Gallicis, id est decem nummis aureis solaribus vendibus est, vt nunc quidem aures, cum hæc scribimus, æstimantur, quo tempore aureus tres valet Francos. Obiciet aliquis non potuisse tam exiguo Ao. 1572. pretio agrum in peregrinorum sepulturam emi, quem Matthæus cap. 27. 7. pecunia, qua Christus vendimus fuerat, emptum fuisse scribit. Respondeo nunc fortasse emi non posse, cum multo auriores omnes res sint, tunc vero, cum viliores erant potuisse, nam & Hieremiam cap. 32. 9. agrum septem siclorum, & decem argenteos emisse legimus, quod multo minus erat pretium, nam siclum quatuor habebat drachmas, vt cap. 17. 27. docuimus. Itaque septem decim francis Hieremias agrum emit, vix sex aureis nummis. Scriptor Scholiastes, quam vocant, historiæ, & alii nonnulli vulgares auctores fine vllo testimonio, aut probabili coniectura tradiderunt, triginta hos argenteos tres centos fuisse denarios, non alio argumento, quam quod consentaneum ipsis videretur, ne Iudas assaris vnguenti oannum faceret. dixerat autem potuisse vnguentum illud trecentis æquare denariis, quos cum furari non potuisset, ex Christi venditione evolerit, quasi perdidisset, recuperare. Minus etiam probabiliter alij hos triginta argenteos triginta tantum denarios valuisse dicunt, quod soluerat Iudas decimam partem eorum, quæ in loculos mittebantur, sustinari, & voluerat ex venditione Christi quod ex trecentis denarius, quibus vnguentum æstimauerat, furamus erat, recipere. In istarum interarum interpretationes, cum certa non habemus argumenta, probabilibus, & sagacibus coniecturis vti nobis licet, figmentis non item est vanitas scripturarum gratuitari iungendo. Mouere aliquem potest, quod Ioseph qui Christi figura erat, vigenti tantum argenteis venditus fuerit Genes. 37. 28. Non in eo figura veritati similis est, quod eo dem pretio, sed quod, vt Ioseph à fratribus fuit, ita etiam Christus à discipulis. id est ab vno ipsorum venditus fuerit, pretium æquale esse non oportebat, nec enim par fuit, vt Hieronymus ait tanti, quanti dominum, seruum venire. Eosque Auctores quosdam vilgares miror scribere fuisse Ioseph triginta etiam argenteis venditum fuisse, quod ita in nonnullis corruptis codicibus legerint, cum & Hebræi & Septuaginta, & nostri quoque emendati codices vigenti tantum legant, itaque Hieronymus hoc loco, & in quæstionibus in Genesim admoneat. Suspicio mihi aliqua est ex Zacharia capite vndecimo duodecimo vitium in locum Genesis immigrasse, *& appenderunt mercedem meam triginta argenteos.* Sed Zacharias de Christo, non de Iosepho loquebatur.

17. *Prima autem die azymorum.*] Quæ in hunc locum dici poterant, partim versu 2. à nobis dicta sunt, partim sequenti versu dicenda.

18. *Ite in ciuitatem.*] Duo hinc colligi possunt, alterum, Christum, cum hæc diceret, non Hierosolymæ, sed aut Bethaniæ, vbi duobus præcedentibus diebus fuerat, aut in via fuisse: nec enim dubium est, quin ciuitatem Hierosolymam intelligat, ad quam eum discipulos mittat, nondum ipse peruenerat; alterum est id, quod præcedenti versu dictum est, *prima autem die azymorum*, non ita esse intelligendum, quasi dies iam azymorum esset, sed quasi iam appeteret, hoc enim azymorum dies inchoata fuisset, nimis sero ad parandum Pascha discipulos præmisisset. & versu vigesimo indicet Euangelista nondum vesperam aduenisse, cum Christus discipulos misit; *Vespere autem facto discumbebat cum discipulis suis*, & Lucas capite vigesimosecundo, decimoquarto, *& cum facta esset hora discubuit*, quasi prius facta non fuisset, cum discipuli in urbem ad parandum Pascha venerunt. Quos discipulos Christus præmiserit, Lucas exponit capite vigesimosecundo, octauo. *Et misit Petrum & Ioannem dicens, Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus.*

Hebraismus.

Ad quendam. אֶל פְּלֹנִי אַלְמֹנִי, ad certum quendam: significatur enim ea phrasi homo quidam certus, qui tamen non nominetur, sicut Hebræi dicunt, אֶל פְּלֹנִי אַלְמֹנִי quemadmodum Diuus Hieronymus admonuit, & Hispani ex Hebræis, vt opinor, qui olim in Hispania frequentes erant, nomen mutuati dicunt *fulano*, cum aliquem non nominando designare volunt, sicut Itali *vn tale*, Galli *vn quidam*. Verum autem hæc verba Christi, an Euangelistæ sint, nonnulli dubitant, ego Euangelistæ esse non dubito nec enim Christus dixisset, Ite ad quendam, quod neque Hebræi, neque Græci, neque Latini ita loquantur, quemadmodum ridiculus esset, qui Gallice diceret. *Allez vous en a vn quidam.* Verum sine Christus hominem nominauerit, sive vt paulo post probabimus, non nominauerit, sed certis designauerit indiciis, Euangelista nominare noluit, & tamen voluit significare Christi discipulos non in incertum ad quemuis, sed ad certum quendam hominem, quem illis descripserat, præmisisse. Si autem quod probabilius est, Christus hominem non nominauit, idipsum Euangelista insinuare voluit, cum dixit, dixisse Christum, Ite *ad quendam.* Quod autem non nominauerit, ex descriptione, qua vsus est, colligi potest. Marci 14. 13. 14. *Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, sequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus, quia Magister dixit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem?* & Lucæ vigesimosecundo, decimo, *Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum.* Si enim Christus hominem nominasset, quid illa descriptione opus erat? vno verbo dixisset, ite ad Petrum, aut Paulum. At cur non nominauit? Hieronymus. & Beda respondent, vt nemine nominato, omnes homines imitatos se esse intelligerent, vt eum Christo nouum Pascha celebrarent. Origenes vero tractatu in Matthæum trigesimoquinto, & Hilarius canone trigesimo, quod nondum Christianum nomen auctoritatem tunc, vsumque obtinuisset, quod gerere eos oporteat, qui ad sacrum Christi corpus accedant. Hæc allegorica sunt. Dicunt autem Ambrosius in caput Lucæ vigesimosecundi. Ideo, inquit, *sine nomine designatur, vt pauper & ignobilis æstimetur*, quasi Christus non diuites, & nobiles, sed pauperes eligat, vt eos cum illis mysteria communicet. Repugnat. quod apud Marcū decimoquarto, decimoquinto, & apud Lucam vigesimosecundo, duodecimo, Christus ait, *& ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum*, quasi homo pauper habere non potuit, stratum autem dicit, non quod pauimentum aut lapidibus, aut lateribus stratum esset, sed quod aut tapetibus vestitum, aut mensis paratis ad cœnandum ornatum, vt apparet ex Marco, apud quem in plerisque Græcis codicibus legitur *ὑπεστρωμένον*, stratum paratum, quasi secundum verbum ad expiscandum primum additum fuerit. Euthymius propterea Christum hominem illum non nominasse arbitratur, ne Iudas sciret, apud quem Pascha celebraturus esset, & insidias illi pararet. Magis mihi Chrysostomi coniectura placet homilia octuagesimasecunda propterea non nominasse, quod ignotus esset, sicut libro primo Regum capite decimo, tertio, Samuel Sauli dicit. *Cumque abieris inde, & vltra transieris, & veneris ad querctum Tabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hædos & alius tres tortas panis & alius lagenam vini.* Tamen hæc ipsa omnino non placent, quit ex verbis sequentibus apparet hominem non solum fuisse notum, sed etiam discipulum, & aliquo modo familiarem Christi. *Magister*, inquit, *dicit tempus meum prope est.* Cum enim magistrum se appellari vult, discipulum esse indicat, & cum mortis sue tempus illi declarat familiarem. Itaque probabilius esse arbitror, propterea Christum hominem non nominasse, vt melius rebus quam nomine describeret, eaque ratione claritati diuinitatem suam ostenderet, siue quod ignotus homo esset, si enim dixisset, ite ad Petrum, aut ad Paulum, nihil singulare supra ceteros homines ostendisset: cum autem dicit, *ingredientibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans*, declarat se futura præscire, & omnia esse diuino consilio ad mortem suam quodammodo præparata, ita vt Deus hominem illum ad fontem bajulaturum aquæ causa ideo misisse videretur, vt discipulis occurreret, eosque in eam domum duceret, in qua omnia ad agendum Pascha parata essent, ne quid aut mortem Christi, aut Paschæ celebrationem retardare. & diuinum decretum impedire posset. Quis autem homo ille fuerit, curiosum est quærere, tamen curiosum nō est prudentiam ab alia quæstionem ideo disputare, vt multorum curiositati ponatur modus. Multi enim Auctores multa de hac re parum firmis coniecturis comprobata tradiderunt. Nicephorus libro primo capite vigesimo octauo, hominem illum inquilinum Ioannis Euangelistæ fuisse putat, quos ædes à Caipha in monte Sion Ioannem emisse dicit datis amplis, quas in Galilæa habebat, facultatibus, idemque alios nonnullos Auctores sentire asserit. Quo quidem argumento? Theophylactus vero quidam ait emisse

Quis fuit ad quem Christus Pascha celebraturus.

masse eum fuisse Simonem Leprosum, apud quem sex ante diebus Christus cœnasse dicitur, eumque patrem fuisse Lazari. Magis etiam alienum hoc est: Simon enim ille non Hierosolymæ, sed Bethaniæ habitabat; Christus vero non Bethaniæ, sed Ierosolymæ Pascha celebrauit. Refutabimus, quæ speciem nullam habent veritatis; sed quis homo ille fuerit, cogendi non sumus dicere: nec enim Euangelistis, qui eum nominare noluerunt, sapientiores sumus, sed si sequantur, quo veritatis ducit similitudo, probabile nobis videtur esse, Iudæum aliquem fuisse hominem diuitem, & nobilem, qui in Christum credidisset, illique esset familiaris, sed occulte tamen, qualem Iosephum ab Arimathæa, & Nicodemum fuisse, legimus Ioan. 19. 38. 39. Itaque si quis aliquem ex illis fuisse suspicetur, temerarium non iudicauerim, modo B suspicetur, non affirmet, nam conuiculum magnum, & bene ornatum ostendit non plebeium fuisse hominem; quod Christus *Magister* illi appellatur, indicat fuisse discipulum, quod iubet illi dici, *tempus meum prope est*, declarat fuisse familiarem.

Magister dicit.] Videtur Christus hoc nomine auctoritatem suam, cui nemo potest resistere, declarare voluisse, quasi dicat, Deus dicit, sed Magistrum se potius, quam Deum, aut Dominum vocat, quia tamquam homo cum hominibus loquebatur, sicut eadem vsus auctoritate cum discipulos ad soluendum pullum mitteret, dixit, *Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos*, supra c. 21. 3. Euentusque C postea docuit, quantum hoc nomen momenti habuisset, quia simul atque Dominum discipuli nominarunt, domini pulli eos dimiserunt, Marci 11. 6. & Lucæ 19. 35.

Tempus meum prope est.] Sunt qui putent his verbis Christum excusare voluisse, quod ante aliorum Iudæorum tempus Pascha celebraret, quasi dicat se ad præueniendum Paschæ tempus imminentis mortis necessitate cogi. Probabile hoc est, & nostram de Paschæ Christi ante alios Iudæos celebratione sententiam confirmat; sed illud etiam fortasse probabilius, Christum his verbis amicitiam erga hominem illum, & familiaritatem declarare voluisse, quod ex hoc mundo abiturus vltimam apud eum cœnam, eamque non inuitatus, sed familiarissimorum amicorum more sponte sua agere voluerit. Quod autem dicit, mora mea, sed *tempus meum prope est*, hanc videtur habere vim, vt Christus ostendat se nec temere, & casu, nec Iudæorum vi, aut arte eo tempore moriturũ esse, sed quia tempus illud ad moriendum constitutum sibi à patre erat, hoc est tempus meum, id est, quod constitutum mihi est, vel quo mori decreui.

Hebraismus.

Apud te facio pascha.] Id est facere decreui, phrasis Hebræa vsitata, vt apud Ioannem cap. 21. 3. *dicit eis Simon Petrus, Vado piscari*, id est, decreui, *dicunt ei, Venimus & nos tecum*, id est, venire volumus, qua phrasi etiam Latini aliquando vti solent, vt ad Serenum Senecæ, *Si negas accepturum iniuriam, id est nouimem illi tentaturum facere, omnibus relictis negotiis Stoicus fio*, lib. 2. de tranquillitate vitæ.

Cum discipulis meis.] Hoc ideo Christus adiicere videtur, vt patrem familias admoneat, tredecim hominum mensam paret. Vnde etiam coniectura aliqua fieri potest hominem illum familiarem fuisse Christi, cum sciret, quod discipulos secum haberet.

20. *Vespere autem facto.*] Eodem modo Marcus scripsit. Propterea autem vesperæ tempus expressêrunt, vt indicarent Christum tempore à lege præscripto Pascha celebrasse; iubebat enim lex Exodi 12. 6. vt inter duas vesperas agnus immolaA tus ederetur, id est, inter occasum Solis decimæquartæ diei, & noctem decimæ quintæ, quemadmodum supra vers. 2. explicauimus. D. Lucas eodem consilio dixit, *& cum facta esset hora*, id est, cũ sol occubuisset. Nam qui ante Solis occasum Christum agnum edisse dicunt, bis errare mihi videntur, & quia contra legem loquuntur, quæ inter duas vesperas agnum comesse præcipiebat cum azymo pane, qui ante Solis occasum inchoata iam die decimaquinta, id est, prima azymorum die nõ edebatur. Deinde quod eum velint hac ratione efficere, vt Christus eodem tempore mortuus sit, quo agnus comedebatur, id est, inter meridiem, & Solis occasum, efficiunt, vt non solum non eadem hora, sed ne eodem quidem die mortuus sit: nam si eorum opinione die decimaquarta inter meridiem, & occasum Solis, agnus edebatur, cum Christus die decimaquinta mortuus sit, non eodem mortuus est die.

Discumbebat.] ἀνέκειτο, proprie recumbebat; cuius verbi proprietate moti auctores quidam sunt, vt existimerent hoc non de agni esu, sed de cœna, quam eso iam agno Christus egit, esse intelligendum; quia etsi lex Exodi 12. 11. distertis verbis non præcipiebat, vt Iudæi stantes agnum ederent, tamen colligebatur ex lege: *Sic, inquit, comedetis illum, renes vestros accinctos, & calceamenta vestra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes, est enim Phase, id est transitus Domini.* Ita enim comedentes agnum describit, vt vix intelligi possint non stare; quorsum enim accincti remanent quorsum calceati? quorsum innixi baculis? quorsum festinantes ad significandam transitus celeritatem esse ruberentur, si non starent, qui vnus habitus multo clarius, quam reliqua omnia festinationem præ se ferebat? Nemo enim magis se festinare indicat, quam qui ne ad sumendum quidem necessarium cibum sedet. Sic videtur Euthymius interpretari, cui danda venia est aliorum ingredienti vestigia; Caluino, & aliis hæreticis in interpretibus danda non est; qui cum magno sibi ef- *Caluinistarum interpretatio refellitur.*
se iudicio videantur, non viderunt verborum continuationem pati non posse, vt de alia cœna, quam de ea, qua agnus comedebatur, intelligamus; *& fecerunt*, inquit Euangelista vers. 19. 20. *discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis.* D Deinde Ioan. cap. 13. 12. *Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisset, iterum dixit eis.* Præterea Matthæus infra vers. 26. qua fide alia cœna loquens, quam de ea, qua agnus esus erat: *cenantibus*, inquit, *cũ accepit Iesus panem, &* Lucas cap. 22. 14. *& cum iam facta esset hora, discubuit*, vbi certum est eum de esu agni loqui, propterea enim horam notauit, quia agnus certo, illoque tempore comedendus erat. De cœna igitur agni dicit ἀνέκειτο recubuit, sicut hoc loco Matth. ἀνέκειτο. Absurdius etiam est, quod alii quidam hoc, & aliis nihilo grauioribus argumentis inducti, vt Theophylactus, & Euthymius referunt, putauerunt Christum agnum eo anno non comedisse: quod cum omnes Euangelistæ tam aperte tradantur eum Pascha manducasse, refutatione nõ indiget. Quod ergo Euangelistæ dicunt Christum ad edendum agnum recubuisse, non ita accipiendum est, quasi re vera, aut sederit, aut cubuerit: credendum enim est, vt Chrysostomus ait, omnes eum legis ceremonias perfectissime seruasse, maximeque hanc ipsam, vt stans Paschalem agnum ederet, cum sicut olim stantes illum Iudæi comederunt, quia transitus Domini erat, ita nunc ipse ex hoc mundo transiturus esset. Cæterum quia in omnibus prandiis, ac cœnis Iudæi vetustiores accumbere solebant (nam Christi tempore sedere solitos, non recumbere, fuisse ab itur) factum est, vt mutata ac-

cumben-

cumbendi consuetudine, nomen retineretur. Nã A & hodie Latine mensæ dicimur accumbere, cum tamen sedeamus. Euangelistæ igitur, etsi verbum recumbendi de medio sumptum vsurparunt, noluerunt significare re vera Christum recubuisse, sed ad mensam accessisse, atque cœnasse.

Cum duodecim discipulis suis.] Videtur mihi Euangelista discipulorum numerum expressisse, cum quibus Christus agnum comedit, vt ea etiam in re significaret eum legis præscriptum observasse. Iubebat enim lex, vt pater familias eum tota familia sua agnum ederet Exodi duodecimo, tertio, quarto. Christi autem familia discipuli erant. Chrysostomus ideo hoc ab Euangelista dictum esse iudicat, vt ostenderet Iudam etiam cum cæteris *Iudam ait Christus egressum cœnasse dixit, & ab ea Eucharistiam accepisse.*
Apostolis accubuisse, cuius impudentiam, & ingratitudinem declararet de quo veteres Auctores B inter se dissentiunt. Nam sunt qui putant Iudam non solum nouorum sacramentorum corporis, & sanguinis Domini perceptioni, sed ne edendo quidem agno interfuisse, vt Hilarius canone in Matthæum 30. Iam enim cum Christus agnum edit, discessisse existimat, vt cum principibus sacerdotum de eo tradendo, comprehendendoque tractaret. Alij cœnæ agni interfuisse putant, sacramentorum vero perceptioni non putant, quod asseueranter scribit Clemens Apostolicarum Constitut. libro quinto capite decimosexto. In qua sententia & Innocentius libro quarto de myster. alt. capite decimotertio videtur esse. Argumenta, quibus probari potest, hæc sunt. Primum, quod Ioannes cap. 13. 30. scribat Iudam simul atque buccellam à Christo porrectam accepit, exisse; buccellam autem illam ante sacramentorum distributionem datam illi à Christo fuisse, credendum est; cum corpus, & sanguinem suum vltimo loco dederit, & vt ait Lucas cap. 22. 20. postquam cœnauit, & vt Ioannes c. 13. 2. cœna facta, non ergo corpus & sanguinem Christi Iudas accepit. Secundum, quod Christus de Sacramento sanguinis sui, vt videtur loquens versu vigesimonono dixerit, *Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei*, cum Iuda autem in regno patris illud postea non bibit, nec ante biberat. Tertium quod credibile non sit Christum fecisse, quod nos facere probibuit, vt corpus, & sanguinem suum homuoi sceleratissimo nulla facta pœnitentia conferret; nam quod quidam respondere solent, fuisse quidem Iudam peccatorem, sed non publicum, cuiusmodi hominibus Sacramenta negari non debeant, nescio quam verum sit: Iam enim Christus illum & data buccella ostenderat, & nomine prodiderat. *Tu dixisti*, versu vigesimoquinto. Itaque cum corpus, & sanguis Christi exhibita sint, nemo Apostolorum ignorare poterat, Iudam esse proditorem. Hæc argumenta ita mouentne, vt facile hanc opinionem probaturus essem, nisi contraria plures haberet Auctores, & magis vulgo probata esset. Fuerunt etiam, qui dicerent Iudam & cœnæ agni, & cœnæ communi, & perceptioni corporis, & sanguinis Christi fuisse præsentem, eaque percepisse, sed sanguinem quidem bibisse; corpus vero seruasse, vt ad principes sacerdotum E deferret, illisque per decisum ostenderet, quid Christus corpus suum appellasset, & quasi magnũ quiddam discipulis suis tradidisset, quemadmodum Theophylactus hoc loco recitat, quod cum à nulla probatur coniectura, non est refutandum. Omnes alii, quos legerim auctores existimant Iudam tot iter fuisse actum, corpusque & sanguinem Domini percepisse, Cyprianus libro de cœna Domini, Chrysostomus homilia in Matthæum octuagesima secunda, & homilia de proditione Iudæ, Diuus Hieronymus hoc loco, Augustinus epistola sexagesimasecunda, & tractatu in Ioannem 62. Auctor eorum commentariorum in Marcum qui Hieronymo tribuuntur, capite decimoquarto, Theodoretus in commentarijs in caput vndecimũ, prioris epistolæ ad Corinthios. Leo sermone septimo de passione Domini. Potest & hæc sententia ita probari, quod credibile non sit Iudam è mensa surrexisse, antequam omnia peracta essent, vt ad principes sacerdotum adiret: hac enim ratione proditionem suam, quam celare tantopere volebat, prodidisset. Deinde, quod Lucas post datam à Christo Eucharistiam de Iuda, tamquam adhuc præsente Christum loquentem inducat capite vigesimosecundo, vigesimo, vigesimoprimo. *Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa.* Ergo quod ait Ioannes Iudam accepta buccella statim exisse, aut ita intelligendum est, vt Christus post datam Eucharistiam buccellam dederit, vt proditorem indicaret, aut ita vt aduerbium illud, *continuo*, quo Ioannes vitur, non tam poris momentum, sed breuissimum significet interuallũ, quam quã illud prius mihi magis placet, quia ita Ioannes videtur loqui, vt indicet buccellæ acceptionem causam fuisse, vt Iudas quasi irritatus quod se indicatum videret, abscesserit. Itaque minus vero simile est, cum accepta iam hac buccella expectasse, quamuis breui tempore, & diuina sacramenta percepisse. Quod autem Christus dicit, *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec bibam illud vobiscum nouum*, non cogit nos, vt dicamus Iudam tunc non adfuisse, quia etsi cum eo postea non bibit, cum aliis bibit, quod satis fuit, vt dicere potuerit, *donec bibam vobiscum*; pronomen enim *vobiscum* ad maiorem partem refertur. Quæri etiam potest, & à nonnullis dubitatum video: an alii aliqui præter discipulos cum Christo accubuerint. Euthymius alios etiam non nullos accubuisse putat, quamuis eos Euangelistæ non nominauerint, quod multis ego de causis probare non possim: & quia, vt supra versu secundo docuimus, cæteri Iudæi non eodem die Pascha celebrarunt, & quia ita accurate Euangelistæ discipulorum nomen, aut numerum expresserunt, vt duo facere voluisse videantur, & significare omnes discipulos adfuisse, & indicare neminem adfuisse præter ipsos, & quia lex præcipiebat, vt vnaquæque familia suum agnum ederet, nec externus vllus admitteretur, nisi si familiarium numerus ad edendum integrum agnum satis non esset, tunc enim externos, quotquot ad esum agni necessarios esse, adnumerari permittebat. Discipulorũne numerus ad edendum agnum satis magnus erat.

21. *Vnus ex vobis.*] Sine iniuria proditorem prodit, dum indicat se nosse eum, nec tamen nominat. Quæritur à multis auctoribus, cur hoc Christus dixerit. Respondet Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Theophylactus, Euthymius, vt Iudæ pœnitentiæ occasionem daret, illique ad resipiscendum timorem admoueret, cum videret consilia sua Christum latere non posse. Videtur etiam multi ideo dixisse, vt ostenderet se non ignorare proditorem, nominare autem noluisse, quia ad id, quod ostendere volebat, se scientem, ac volentem mori, non erat necessarium. Hieronymus tamen paulo aliter respondet, propterea Iudam non nominasse, ne eum irritaret. Origenes vero propterea generaliter, non nominatim loquutum fuisse, vt per-

Cur Christus Iudam non nominauerit.

vt percussit hac voce singulorum animis alnsevul tu innocentes Iudas proditorem ostenderet.

22. *Et contristati valde.*] Merum videri potest cur Apostoli, qui innocentes erant, contristati fuerunt, quasi sibi quisque hoc dictum putaret. Nec enim ideo tantum tristati sunt, quod se eodem dolerent facinus Christum à discipulo suo, quisquis ille esset traditurum iri, nam etsi credendum est ea etiam re vehementer doluisse, tamen Matthæus indicat ideo contristatos fuisse, quod de se quisque dubitaret, ac sollicitus esset, *& ceperunt*, inquit *singuli dicere, numquid ego sum Dominè?* O geneas ergo, Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus rationem hanc adferunt, quod etiam si se innocentes esse scirent, tamen magis Christi verbis, quam conscientiæ suæ confidebant. *Beatus homo, qui semper est pauidus*, dicebat ille Prouerbiorum 28. 14. *& vertebat omnia opera mea* Iob. 9. 28.

23. *Qui intingit*] Ioannes c. 13. 24. Petrum Ioannis suggessisse, scribat, vt Christum rogaret, quisnam proditor esset. Itaque credendum est factum vtrumque, & singulos prius Apostolos interrogasse. *numquid ego sum Domine?* & cum eorum rogatu Christus proditorem nominare noluisset. Petrum qui iniquiore, quam cæteri animo Christi iniurias ferre solebat, Ioannem rogasse, vt Christum interrogaret quo sinam ipsum proditurus esset. Ex quo sequitur Christum his verbis, *qui intingit mecum manum in paropside*, non omnino proditorem designasse, sed primum quidem generaliter dixisse. *vnus vestrum me traditurus est*; secundo cum singuli interrogarent, *numquid ego sum Domine?* paulo clarius respondisse. *qui intingit mecum manum in paropside*, vnus ex his qui mecum in eadē paropside panem intingit. probabile enim est in magna mensa, vbi tredecim homines accumbebant, diuersas fuisse patinas, diuersas paropsides, in quibus aut terni, aut quaterni panem intingerent; itaque indicat Christus vnum ex illis aut tribus, aut quatuor, aut quotquot tandem erant qui in eadem secum paropside panem solebant tingere se esse traditurum. Demque cum ne hoc quidem indicio Apostoli, quis ille esset, intelligere potuissent, iterumque Petri rogatu Iohannes interrogaretur, quisnam ille esset, respondit, *ille est cui ego intinctum panem porrexero*, Ioan. 13. 26. sed quia hoc in aurem Ioanni Christus dixerat, ita vt alii intelligere non possent, ad extremum ipse Iudas, ne tacendo crimen confiteri videretur interrogauit etiam. sicut alii prius interrogauerant, *numquid ego sum Rabbi?* cui Christus, *Tu dixisti* versu 25. Quo dicto neque Iudas, neque cæteri, quos id audiuisse existimandum est, proditorem ignorare potuerunt, atque tunc Iudam, cum se deprehensum videret, discessisse credendum est. nam antequam suo ipsius nomine prodiretur, dissimulare poterat, postea non potuit, sed quia hoc, simulatque buccellam à Christo datam accepisset accidisse vero simile est, Ioannes dixit datum accepta buccella exisse. Ad hunc modum mihi videntur Euangelistarum dicta conciliandæ: etsi scio Origenem, Chrysostomum, Hieronymum, Euthymium, & Theophylactum, ex illorum his verbis, *qui intingit mecum manum in paropside*. Iudam proprie designatum, & tantum non digito demonstratum fuisse; scribunt enim eo ipsum impudentiæ processisse, vt cum aliis Apostoli verecundia, reuerentiaque Magistri ab eius paropside abiti nerent, solus manum in eundem carnium inuiceret. Solus Chrysostomus existimat Iudam non id impudentia, sed Christi rogatu fecisse, vt ea ratione alii intelligerent, quis esset proditor. Quorum interpretationem idcirco non probo, quod ea ratione non videatur posse cū Matthæo Ioannes conuenire. Si enim his verbis propriè fuerat Iudas demonstratus, quid opus erat, vt postea Petrus tam sollicite per Ioannem rogaret, qui suam futurus esset proditor? quid opus erat, vt alia eum ratione Christus ostenderet dicens *ille est, cui ego intinctum panem porrexero?* nam omnes tam Apostoli Christum dicentem audiuerant, *qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*; eum id & à Christo dictum, & à Iuda factū esset, prius quam buccellam ille daret, hic acciperet, vt hi etiam semper videntur Auctores. Iam enim omnes Iudam esse nouerant, si solus in Christi paropside panem tingebat. Alii contra his verbis nihilo magis, quam ante proditorem ostensum fuisse dicunt: sensum enim esse, *qui intingit mecum manum in paropside*. id est, vnus ex his, qui mecum assident ad mensam, & communem mecum paropsidem habent, me traditurus est; assidebant autem omnes Apostoli, & in eandem paropsidem manum immittebant; itaque nihil aliud his verbis significari putant, quam quod Marcus dixit cap. 14. 18. *vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum*, & Lucas c. 22. 21. *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Non ergo voluisse proditorem indicare, sed exaggerare scelus, quod cū in eadem mensa, in eadem patina cibum sumeret, se esset traditurus, sicut Dauid dixit Psa. 40. 10. *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Horum interpretatio non satis mihi videtur cum verbis Euangelistæ conuenire; dixisset enim potius, vnus ex his, qui intingit mecum manum in paropside, sicut dixerat ver. 21. *vnus vestrum me traditurus est*; deinde quia nihilo magis, quam ante, eum à singulis discipulis rogatus esset, quis se esset traditurus, traditorem designasse vero simile non est. Quæritur nonnulli interpretes, quomodo iusculum, aut condimentum in paropside esset, cum lex iuberet, vt agnus assus, non coctus comederetur Exodi 12. 8. Hoc vnum fuit eorum argumentum, qui Christum eo anno agnum comedisse negauerunt, vt Theophylactus, & Euthymius Auctores sunt. Nimis profecto leue; hoc enim non de cœna, qua agnum Christus comedit, sed ea, quæ eso agno apponebatur, vt versu 26. docebimus, intelligendum est, in qua & assa, & cocta, & omnia, ciborū & condimentorū genera poni poterant; solus fermentatus panis prohibebatur, quia primo azymorum dies erat.

24. *Filius quidem hominis vadit.*] Loquitur de se per tertiam, vt solet personam, seque filium hominis appellat, vt versu secundo vide quæ capite octauo, vigesimo de ea re diximus. Opponit autem se Iudæ proditori, eiusque conditioni suam antefert. Videbatur tunc Iudas melioris, quam Christus conditionis esse. Christus vendebatur, ille vendebat; Christus ad mortem, ille ad lucrum ibat: Christus ab omnibus etiam discipulis suis paulo post deserendus: ille principibus sacerdotum, Scribis, & senioribus populi gratis, amicitiaque copulandus erat: itaque hominum iudicio multo, quam Christus felicior videri poterat. Hanc opinionem refellit Christus, seque meliorem conditionis, quam illum paulo post futurum prædicat. Nam quod passurus quodque moriturus sit, nec miserum, nec malum, nec inopinatum, nec violentum tibi esse, quin gratum, laudabile, officiosum, sponte susceptum, quippe qui ea ratione & patris obsequatur voluntati, decretumque exequatur, & Prophetarum de se scripta vaticinia effectu compleat, hoc est, *Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo* Danielis nono. vigesimo sexto. *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus. & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Quod dicit, *vadit*, hanc habet vim, vt indicet Christus, se non vi ex hoc mundo expelli, sed sponte sua exire, nec tam mortem esse suam, quam migrationem, vt recte Theophylactus adnota-

adnotauit. Quod autem dicit, *sicut scriptum est*, ostendit non ex hominibus, sed ex diuino decreto, ac prædictione mortis suæ necessitatem prouenire. Comparat ergo finem suum cum fine Iudæ, quod ipse esset ad mortem trahi videatur, non trahatur, sed eat, eat autem nō tam ad mortem, quam ad gloriā. propterea enim *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen* ad Philippen. secundo, nono. Iudam vero, qui ad lucrum, & ad gratiam hominum colligendam ire videretur, iturum ad laqueum, iturum ad sempiterna supplicia vsque adeo grauia, vt mel mihi illi futurum esset, si natus non fuisset. De quo verbo nimis fortasse subtiliter quidam disputant, quomodo melius Iudæ fuisset natum non esse, cum non esse nullum, damnatum esse aliquod bonum sit; aliquid enim est, qui damnatus est, omne autem quod est, qua est, bonum est. Hieronymus indicat, existimasse aliquos Iudam fuisse, antequam nasceretur, Christumque certo consilio non dixisse melius fuisset hominiilli, si nunquam fuisset, *sed si natus non esset*, quasi etiamsi non nasceretur, futurus fuisset, ideoque naturalia bona fine malis habuerit. Suspicor Diuum Hieronymum Origenistas notare voluisse, qui omnes animas initio creatas fuisse crediderunt, & pro suo quamque merito aut experiem manere corporis, aut in corpus, tanquam in carcerem immitti. Et vero Origenes ipse ita hoc loco scribere videtur, vt non longe ab ea sententia abhorrere videatur. Eodem fere modo Euthymius interpretatur. Sed non sunt huiusmodi scripturæ locutiones ad scholarum excutiendæ subtilitatem; sunt enim prouerbiales, & sumptæ de vulgo, in quibus quiddam plerunque hyperbolicum esse solet, vt apud Iob capite tertio, vndecimo. *Quare non in vulua mortuus sum? egressus ex vtero non statim perij?* & capite decimo, decimo octauo, decimo nono. *Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem ne oculus me videret, fuissem, quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.* & capite tertio, tertio, & Ieremiæ vigesimo, decimo quarto. *Pereat dies in qua natus sum*: hæc enim omnia non tam deliberato animi iudicio, quam per querimoniam, quæ mala sua amplificare solet, dicta sunt: Christus ergo ita de Iuda loquitur, quemadmodum credibile erat ipsum de se in supplicijs positum esse loquuturum. Erat autem credibile eum dicturum esse, vtinam nunquam natus essem, melius mihi fuisset non nasci, quam ista patiendum Iob, & Ieremias viri sanctissimi multo minora passi idem dixerint. Adde, quod Christus non dicit melius futurum fuisse, vt Iudas non nasceretur, sed melius futurum illi esse, id est. eius opinione, atque iudicio, quemadmodum multis res aduersas patientibus accidere videmus, vt corrupto dolore iudicio mortem vitæ anteponant, eum dubium non sit melius esse viuere, quam mori. Obiici hoc loco solet non minus Iudam, quam Christum diuinum decretum vendendo Christo exequiturum fuisse, quare non magis, quam illum peccare potuisse. Respondent Chrysostomus, Euthymius, & Theophylactus, omnesque Catholici Theologi idem sentiunt, non fuisse à Deo decretum, & vt ita dicam, prædestinatum, vt Iudas Christum venderet, sed fuisse præcognitum atque præuisum fore vt venderet, quod cum Deus ab omni cognouisset æternitate decreuit, vt ea ratione Christus à Iuda venditus moreretur; itaque Iudæ venditionem Deus non prædestinauit, sed præuidit; non commisit, sed permisit. Caluinista, qui neque permissionem in Deo vllam admittunt, & malum non boni priuationem, vt* Augustinus, & *Dionysius, omnesque veteres, atque recentiores Theologi tradiderunt, sed naturam aliquam esse credunt, quamuis in omnes se partes vertere soleant,

Prouerbiales, & hyperbolice scriptura loquitur.

Iudas antequam traderet Christum à patre traditus.

Impietas Caluini, & Caluinistarum tradentium Iudam Deo tribuere se hoc laqueo non posse.

Docet quidem Caluinus venditionem Iudæ non esse propriè Dei opus appellandum; sed verbis docet, re ipsa negat, quod in multis aliis, difficillimisque quæstionibus solet facere. Eius enim doctrina, eius verba sunt, Deum non esse omnipotentem, si peccata, vt nos dicimus, tantum permittat: nec enim omnium rerum auctor esset. Quid quæso hinc colligitur; nisi Deum omnipotentem non esse sententia Caluini, nisi & peccati auctor sit? Eius verba sunt, Non dubito autem dicere diuinam prædestinationem, ac voluntatem rerum necessitatem esse, quod is verum est. Deusque, vt ille putat, Iudæ peccatum non solum præuidit, sed etiam prædestinauit, necessitatem Iudæ vendendi Christum imposuit; quod si verum est, peccare Iudas non potuit. Est, & impietatem suam verbis illis adornet, quibus imperitæ discipulorum suorum turbæ fucum facit; etiamsi & Deus, & Iudas idem opus fecerint, Iudam peccasse, Deum non peccasse, quia Deus bono, vt homines reduceret, Iudas malo, & auaritiæ pleno animo faciebat. Quis enim illius ipsius mali animi Iudæ auctor fuit, nisi Deus, si sententia Caluini mala non solum permittit, sed etiam facit? At malum, fortasse dicet, in Iuda animum bono animo Deus ingenerauit. Quisnam bonus animus esse poterat, nisi ille, quo volebat, vt Christus moreretur? atqui vt Christus moreretur, malo animo Iudæ opus non erat: potuit enim Deus efficere, vt Iudas eum bono animo venderet, vt Deo obediret: poterat efficere, vt Christus neque bono neque malo animo venditus moreretur. Malus igitur animus ex Iuda natus est. animus à Deo datus. Alia hic quæstio proponi solet, si melius futurum erat Iudæ, vt non nasceretur, cur eum Deus genuit? Respondent Chrysostomus, & Euthymius non talem qualis postea fuit, à Deo fuisse genitum. Deus enim bonum fecit, ipse se postea fecit proditorem, quemadmodum de omnibus hominibus Salomon dicit in Ecclesiastico capite septimo, trigesimo, Deum fecisse hominem rectum, ipsum se multis quæstionibus miscuisse. Nullius humanæ curiositatis modus est. Quærunt etiam alii, cur eum, cum eiusmodi futurum esse sciret, in Apostolum Christus elegerit, de ea re capite 10. 4. disputauimus: sed vno verbo responderi potest, quia cum electus à Christo est, eiusmodi non erat; & solet sæpe Deus etiam in hominum electione non futura, sed præsentia merita respicere, quod in Saule rege factum videmus; bonum Deus elegit, malus ipse per se factus est, idemque de Salomone dici potest.

entionem re-fellitur.

* 3 Conf. 55. c. 7. & alib. * lib. de diuin. no-min. c. 7.

* lib. 3 Instit. tut. c. 23.

25. *Numquid ego sum Rabbi?* Non rogat Iudas Christum, quasi ignarus, vt discat, quod sua ipsum conscientia ignorare non patiebatur, sed quasi callidus mercator, vt tenter, num Christus se eum esse sciat, qui eum esset traditurus, & quasi imprudens dissimulator, vt dum sicut cæteri de se quisque interrogaret, num ipse esset, de se quoque ipse interrogat, sed non esse simulet: videtur autem non sponte, sed coactus aliorum exemplo Christum rogare, num ipse sit, ideoque omnium vltimus rogat, & fortasse postquam aliquo modo eum Christus verbis illis subindicasset, *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet*; prius enim illud, quam hoc Euangelista narrauit; ita certe Origenes, Chrysostomus, & Beda senserunt. Notauit etiam Chrysostomus, Hieronymus, Euthymius, & Beda non dixisse Iudam, sicut cæteri dixerant, *Numquid ego sum Domine?* sed *numquid ego sum Rabbi?* quasi etiam tunc, cum maxime volebat proditionem suam dissimulare, superbia sua prodere cogeretur, dum Christum minus quam cæteri, honorifice compellat.

Tu dixisti.] Modus est honestè, & minima cum

offensione eius, quo cum loquimur; minimaque nostra arrogantia, quod interrogamur, concedendi, vt infra versu 63. 64. *Adiuro te per Deum vivum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei, Tu dixisti*: & capite 27. 11. interrogatus à Pilato Christus *Tues Rex Iudæorum?* respondit, *Tu dicis*. Nam quod D. Augustinus lib. 3. de cons. Euangel. cap. 1. putat Christum his verbis, neque concedere, neque negare; consuetudini loquendi non conuenit. Itaq; vt supra monuimus credendum est hoc Iudæ à Christo dictum esse, postquam illi buccellam, de qua Ioannes scripsit, porrexisset.

26. *Cænantibus autem eis.*] ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν vescentibus, aut edentibus autem illis. Noster interpres sensum, non verba conuertit. Cœnabant enim, quia vesperi tunc erat tempus, & cibus, qui sub nocte sumitur, cœna vocatur. Eodem modo Marcus cap. 14. 22. Græce scripsit vbi noster interpres non *cænantibus*, vt hic sed *manducantibus illis* vertit; haud scio, quo consilio, crediderim tamen bono idem verbum in eadem sententia aliter vertisse. Luc. cap. 22. 20. & D. Paulus 1. ad Corint. 11. 25. scribunt hoc factum esse postquam cœnauit; vnde duo nobis colligenda sunt, alterum verba Matthæi, & Marci, ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν *cænantibus, aut manducantibus autem illis* non ita intelligenda esse, quasi durante adhuc cœna Christus id fecerit, sed statim, vt cœna peracta est, antequam surgerent, antequam mensuræ, & ciborum reliquiæ remouerentur. Alterum est ridiculum esse Caluinistarum, & Lutheranorum insectiam, qui quasi iam non haberent, si rebus non sic eam verbis hæreticis essent, noluerunt corporis, & sanguinis Christi sacramentum Eucharistiam, vt nos, sed cœnam appellare, vt se non solum religiosis, sed etiam sinistræ reformatores profiterentur. Atqui nullus in sacris litteris locus est, vbi hoc sacramentum cœna vocetur, sed bellissime interpretes, quia D. Paulum dicentem audiuerunt, *tam non est dominicam cœnam manducare*, nullo adhibito iudicio existimarunt illum Eucharistiam cœnam appellare, & hoc nomen, quasi orbem terrarum ad consuetudinem imitaturi mirum in modum celebrarunt. Nefas enim illis videtur aliter loqui. Non viderunt homines cæci, quod D. Lucas scribit cap. 22. 20 & quod D. Paulus eodem cap. v. 25. Christum, *postquam cœnauit*, calicem fuisanguinis accepisse; non viderunt D. Ioannem ca. 13. 4. diserte verbis scribere Christum à cœna surrexisse; vt discipulorum lauaret pedes. Opinor, non surrexit prius quam finita cœna esset, neque corpus, & sanguinem suum dedit, antequam lauaret; cum propterea lauerit, vt significaret mundos esse oportere, qui corpus, & sanguinem suum acceperi essent: hoc enim est, quod dicit versu 10. *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, hoc est, & vos mundi estis, sed non omnes*: prius ergo cœnarit, deinde pedes lauit, & velte resumpta mensæ rerum accubuit, vt diuina sacramenta discipulis daret. Itaque cum tres eodem tempore actiones fuerint, quæ tres cœnæ vocari solent, prima, qua agnus esus est, quam nonnulli ceremonialem cœnam appellant; secunda communis & vsitata; nam absoluta edendi agni religione, quia plerumque, qui eum ederant, saturati non fuerant: alia ponebatur cœna, vt ad saturitatem suam quisq; cœnaret. Tertia, qua Christus panem, & vinum in corpus, & sanguinem suum consecratum præbuit. Prima, an vspiam cœna vocetur, non satis memini: secundam, & Euangelistæ Lucas, & Ioannes, & D. Paulus cœnam vocant. Tertia, nusquam in sacris quidem litteris cœna nominatur: nam D. Paulus *Dominicam cœnam* non Eucharistiam, sed aut cœnam, aut fortasse prandium; quod aut ante, vt quidam putant, aut, vt ego arbitror post Eucharistiæ perceptionem diuites Christiani imitatione Christi solebant pauperibus exhibere, qui antequam discipulis suis corpus, & sanguinem suum daret, vltimam cum illis, vt solent amici cum amicis longe ab illis discessuri, cœnam egit, qua singularem in illos charitatem demonstrauit; hoc est, quod apud Lucam cap. 22. 15. ait, *Desiderio desideraui hoc Pascha vobiscum manducare, antequam patiar*: reprehendit igitur D. Paulus, quod eam cœnam, quam Dominicam vocat, quæ ad Christi imitationem à Christianis exhibebatur, ad exercendam inter se caritatem; diuites non expectatis factiosi esse pauperibus agerent, ita vt cum pauperes venirent, nihil, quod edere possent, reperirent: & alij esurirent, alij ebrij essent. Inde perspicuum est, D. Paulum de ea loqui cœna; qua aliqui inebriebantur, alij esuriebant, quis autem credat quenquam sacramentorum perceptione inebriari solitum? Demde cum ait, *numquid domus non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent*. v. 22. clarissime ostendit se non Eucharistiam cœnam appellare, quam nunquam heus euiquam priuatim domi suæ agere. Certe Caluinistæ non concedent id D. Paulum permissurum fuisse, quod ne ipsi quidem permitterent. Denique cum dicit, *aut confunditis eos, qui non habent*, satis indicat se de ea cœna loqui, quam pauperes sibi parare non poterant. Eucharistiam autem parare nemo non poterat, ad quam non nisi buccella vna panis & minimo vini haustu opus erat. Sensus ergo D. Pauli est, vt si adeo diuites esurirent, vt expectare prandij aut cœnæ illius tempus non possent, domi suæ ederent, ne sic Ecclesia non expectatis pauperibus prandium, aut cœnam illam anticiparent, contemnere eos videretur, & charitatis vinculum cumpere, quæ in communi illo conuiuio cernebatur; hoc erat *non Dominicam cœnam manducare*, id est non ad Christi imitationem, qui cum dominus esset, tamen non solus, sed cum duodecim discipulis suis recubuisse dicitur. Eodem sensu veteres Auctores cœnam Dominicam non Eucharistiam, sed cœnam illam, quam Christus, antequam corpus, & sanguinem suum daret, cum discipulis suis egit, vocare solent, vt Cyprianus & Bernardus qui conciones suas eo die habitas de cœna Domini vocant, qui tamen nefas ducunt hæreticorum more Eucharistiam cœnam appellare. Nos ergo & scripturis, & antiquis Auctoribus congruenter Eucharistiam appellamus; quia eam Christus confecit, dicunt enim tum Euangelistæ εὐχαριστῆσαι *gratias egisse*, aut benedixisse, Matthæus hoc versu, & sequenti, & Marcus capite decimoquarto, vigesimosecundo, vigesimotertio, Lucas capite 22. 17. 19. & Paulus prima ad Corinthios 11. 24. & Iustinus in secunda Apologia pro Christianis, & Irenæus libro quarto, capite trigesimoquarto, & trigesimoquinto. Deinde non solum scripturæ auctoritatem, & exempla maiorum, sed etiam rationem in eo sequimur; nam εὐχαριστία, & εὐλογία, quod idem est, ad hoc sacramentum maxime pertinet, cum aut per eam aut non fine ea perficiatur: sicut Christi documus exemplo, & solet ex vna parte totam actio nominari. Caluinistæ vero sine scripturæ auctoritate, sine veterum Auctorum exemplo, sine ratione, nullo iudicio cœnam vocant, cum potius merenda, si post prandium, prandium, si ad meridiem, ientaculum, si mane sumunt, vocari deberet; nec enim necesse est, vt huius sacramenti celebrationem aut cœnam præcedat, aut consequatur. Nam quod Christus ante cœnauerit, non vt nobis exemplum præberet, fecit, sed necessario, quia oportebat vetera sacramenta prius implere, quam nouum instituere. id est agnum Paschalem prius edere, quam corpus, & sanguinem suum dare: agnus autem non alio tempore, quam

Lutherani, & Caluinista reprehenduntur Eucharistiam cœnam appellantes.

1. Cor. 11. 20.

Quæ apud D. Paulum Dominica cœna.

Eucharistia nomen ab antiquis frequentatum.

quam cœnæ edi poterat; & solebat ejusmodi agito cœna communia apponi; & vt conijcio modum & oculos in cœlum obleuarret, &c. vt ex hac vita discessurus acta cum Apostolis cœna in finem eos diligeret: itaque reprehendenda non est, sed laudanda potius Ecclesiæ quæ ea in re factum Christi non imitatur, quod necesse facerat, vt imitaremur; sed solus ceinus corpus, & sanguinem Domini eradit quod id multo plus habeat reuerentiæ, vt epistola vii. D. Augustinus scribit, eamque Apostolicam esse putat traditionem. Reprehendimus vero hæreticos, qui dum sine vllo iudicio Christi actionem imitari volunt, etiam bene præsita, & bene cœnata, fortasse etiam aliquando ebria, nulla reuerentia hoc conficiunt sacramentum nisi quod commode illis accidit vt nihil aliud, quam panem & vinū porrigant, quæ sine vllo honoris respectu, sine vlla religione sumi possunt.

De verbo benedicendi contra Caluinistas.

Et *benedixit*.] εὐλογήσας, cum benedixisset, quo in verbo ter minimum errant hæretici: & quia vertunt, cum gratias egisset: verum ne Christus signo crucis vsus esse videatur, aut magica, vt illi vocant, incantatione, & quod hanc Christi benedictionem non ad panem quasi illi Christus benedixerit, sed ad vinum, quasi illi gratias egerit, referendam esse dicant, & quod sam benedictionem, aut, vt ipsi volunt, gratiarum actionem singularem, & propriam huius sacramenti esse non putent, sed communem, & inter Iudæos vsitatam: quem Christus more gestis vsus fuerit: quæ omnia eo tendunt, ne non vlla in hoc sacramento benedictione iure vti posse videamur. Hirtus ergo res ordine refutandi nobis sumde verbo quidem εὐλογεῖν, benedicere, quo & Matth. hoc loco, & Marcus cap. 14. 22. de pane sequens vsus est, non dubium, quin apud Euangelistas idem sit, quod dicere εὐχαριστεῖν, quod proprie significat, gratias agere: nam quod hoc loco Matthæus, & Marcus cap. 14. 22. dicunt εὐλογήσας, versu sequenti de calice loquentes dicunt εὐχαριστήσας, *cum gratias egisset*, & quod Matt. & Marcus loquentes de pane dicunt εὐλογήσας, Luc. cap. 22. 19. & D. Paulus 1. ad Corinth. 11. 24. dicunt εὐχαριστήσας, & quod Matthæus cap. 15. 36. de septem panibus, & duobus piscibus ferinens dicit εὐχαριστήσας, Marcus cap. 8. 6. de panibus dicit εὐλογήσας, de piscibus εὐχαριστήσας, & quod Matthæus cap. 14. 19. & Marcus cap. 16. 42. & Lucas cap. 9. 16. de quinque panibus dicunt εὐλόγησεν, Ioannes cap. 6. 11. dicit εὐχαριστήσας, & Diuus Paulus 1. ad Corinth. 14. 16. idem vocat εὐλογίαν, & εὐχαριστίαν, si inquit, *benedixeris spiritu* εὐλογήσῃς πνεύματι, *qui supplet locum idiotæ quis modo dicet, Amen super tuam benedictionem? quia nescit quid à te dicatur*. Quibus mihi videtur, si inde natura videatur ellæ, quod apud Hebræos ברך & benedicere, & gratias agere significet, vt priori Paralipomen. 29. 20. Mihi id probabile videtur: sed fortasse inde eorum verborum in vnam significationem confusio nata est, quod non quam benedictio sine gratiarum actione esse soleret, vt apparet ex Marco capite 6. 41. vbi Christus, vt quinque panibus, & duobus pisc. hos benedixerit, in cœnum suspexisse dicitur, vnde colligitur, gratias egisse patrem cœlum oculos subleuans, & panibus benedixisse. Potest lector obseruare, quod Ecclesiastes dixo verba distinguere videatur, *& accepit panem, & in salum, & benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis*, quasi verumque fecerit Christus, & gratias Patri gratias egerit, & postea pani benedixerit. Respondeo Ecclesiam non interpretari verborum significationem: sed, quod probabile est, sequi probabile autem est verumque fecisse Christum, & egisse gratias Patri, & pani benedixisse, quia vtdemus in rebus minoribus, id est cum panibus & piscibus veller, vt multiplicaretur, benedicere, egisse etiam verumque Matthæus decimo quarto, decimo nono, Marci sexto, quadragesimo primo, Lucæ 9. 16. quem admodum & oculos in cœlum leuasse credibile est, quamuis id Euangelistæ non explicauerint, quia cum panibus, & piscibus benedicerent, id fecit: quia opinione dicit Ecclesia, *plenaria oculos in cœlum*. Quæ illo autem in eo versatur, cum negari non possit vnum verbum pro altero accipi, verum ἐυλογεῖν benedicere ponatur pro εὐχαριστεῖν gratias agere, aut è contrario. Caluinistæ εὐχαριστεῖν benedicere pro εὐλογεῖν gratias agere ponit volunt. Ego contra contendo εὐχαριστεῖν gratias agere, pro εὐλογεῖν benedicere ab Euangelistis positum esse, quod non possit, nisi secundo errore refutato, commode probari. Secundus autem error ex Paulo 1. ad Corinth. 10. 16. manifeste coorgetur, *Calix*, inquit, *benedictionis, cui benedicimus*, εὐλογίας ἣν εὐλογοῦμεν, an verbum, quem benedicimus, id est benedicendo confitemur, quibus verbis perficimus est benedictionem fuisse materiæ, id est panis, & calici datam fuisse. Deinde Lucas capite nono, decimo sexto, ait, Christum accepisse panes, & benedixisse eis, & benedixit illos, ex quo ipsis panibus benedictione Christus dedit; quare cum eodem modo Eucharistiæ panem, & calicem benedixerit, non ad Deum, sed ad panem, & vinum benedictio referenda est. Præterea Diuus Paulus prima ad Timoth. quarto, quinto, quinto, ait eibum sanctificare *per verbum Dei & orationem*, & *omnia gratiarum actione sumi*, ergo & verbum Dei, & oratio, & gratiarum actio ad cibum referri. Denique Euangelistarum contextus non patitur, vt aliter intelligamus, quam panem ipsum, & vinum a Christo fuisse benedictum, *accepit*, inquit, *panem, & benedixit, fregit & dedit discipulis suis*; panem vtique accepit, panem fregit, panem ergo benedixit. Solent Caluinistæ interpretari Christum benedixisse panes, & Diuum Paulum calicem, id est super illos gratias Deo egisse; vbi multa absurda sunt; primum, quod dicunt super illos gratias egisse, cum Euangelista dicat εὐλόγησεν αὐτούς non εὐχαριστήσας αὐτοῖς, id est *benedixit illis*; non benedixit illi, quæ autem ita loqueretur, gratias egi panes; id est ego super panes? deinde etiamsi dixisset αὐτοῖς, absit enim efferri ea loqui, gratias egi panibus, id est Deo panes. Illa denique deprauanda sunt, non refutanda. Duo igitur constant, & εὐλογεῖν gratias agere, sumi pro εὐλογεῖν benedicere, quia ad panem, & vinum referunt, & non possit grat arum actio ad res inanimes, aut rationis expertes, sed ad animatas, & rationis participes referri: nec enim dictum gratias ago panis aut equo, nisi fortasse iocantes, sed gratias ago Deo, aut homini: & benedictionem ad panem, & vinum esse referendam: ne vllus vnquam mutator aute nouos quosdam Caluinistas ausit intellexit. Itaque Iustinus in secunda Apologia Eucharistiam vocat εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν, cibum gratiarum actione rite dictum, aut confectum, eodemque modo Irenæum libro quarto, capite trigesimo quarto, & trigesimo quinto, loquutum Græce fuisse credendum est, cum Latinus interpres vertisset *panem, sit in quo gratiæ actæ sunt*, & Cyprianus libro de Cœna Domini, *Panis*, inquit, *ille sublimitatis, & cœlestis doctrinæ sacramentum est, in quo substantiæ hominis vita simul, & salus quæritur*, & Ambrosius in libro de his, qui mysteriis initiantur capite nono, & Innocens hunc locum interpretans.

Lib. 1. de Sacram.

palmis fides frangere panem,
Diuisumque dedisse discipulis, sanctumque precatu,
Id est precc sanctificans.

Discipulo dicens proprium se dedere corpus.

Tertius fuit error, quod existimant nos peculiarem & proprium nomen huic sacramento, sed vulgarem, & inter Iudæos vsitatum fuisse, cum Christus hoc loco dedit, benedictionem. Id fic refellitur primū cum

torius Christus cibum sumpserit, quid est, quod Euangelistæ non scripserint eum benedixisse, aut gratias egisse; nisi cum aliquid singulare, & admirabile sua benedictione facturus erat? Tertantum meminerunt Christum cibum benedixisse; primum apud Matthæum cap. 14. 19. & Marcum cap. 6. 41. & Lucam cap. 9. 16. cum voluit quinque illos panes multiplicare: secundo Matth. 15. 36. & Marci 8. 6. cum vellet multiplicare septem illos panes: tertio hoc loco, cum vellet panem in corpus suum, vinum in sanguinem transmutare. nam quod apud Lucam capit. 24. 30. in Emaus panem benedixisse, fregisse, ac duobus discipulis dedisse dicitur, eiusdem est generis quia, vt posse a probaturi sumus, eiusmodi cœnæ corpus suum dedit. Præterea cur, cum tres hæ, vt vulgo creditur, cœnæ fuerint, in eas tres agat, & illi cœnæ communi, quæ potius apponebatur, Euangelistæ nos docuerint, aut benedixisse Christum, aut gratias egisse, cum Iudæi in cœna agui ex ceremoniis potissimum vererentur, vt etiam Hebræi tradunt, cum autem de Eucharistia loquuntur, eam benedixisse dicunt? Deinde, cur omnes hoc tam accurate narrarunt, quasi ad rem maxime per inerat? Denique cur discipulorum & de poculo, & de calice narrarunt vtrumque benedixisse, vt Matthæus, & Marcus: aut ita certe scripserunt, vt facile intelligi posset vtrumque benedixisse, vt cum Lucas ait capite 22. 20. *similiter & calicem postquam cœnauit*? cum enim dicit *similiter*, significat eodem modo calicem accepisse, ac benedixisse, quo acceperat, ac benedixerat panem.

Et fregit.] Et hæc vetus inter Iudæos fuisse dicitur ceremonia, vt pater familias in cœna, qua agunt cedebatur, panem vnum azymorum frangeret, & in duas partes diuideret, quarum alteram sub mappa absconderet, alteram benediceret, *benedictus es Domine Deus noster, rex mundi, qui educis panem de terra*: aut hæc, *Benedictus es Domine Deus noster, rex mundi, qui sanctificasti nos præceptis tuis*, vt ex libro Hebræorum, qui ברכות inscribitur, nonnulli credidere. Sed nullo modo credendum est Christum nihil aliud, cum panem fregit, aut benedixit, agere voluisse, quam id, quod eorum ritum obseruare: id enim is faciendi faciendum erat Iudæorum more. Christum non ita fuisse, sed in multis sacramenti institutionis hæc fecisse dicitur, aut ita vesci agni fecit, vt credibile quidem est, id Euangelistæ tanquam nihil rem pertinerent, præterm iserint. In nouo autem sacramento facile omnes diligenter exposuerant, voluit ergo Christus vererem Iudæorum obseruare ceremoniam, sed nouam instituere, & aliquid multo magis admirandum efficere. Quanquam non negauerim fieri potuisse, vt Christus, quia eum agnum edimus corporis sui, id est figuram in veritatem mutare voluerit, similem, non eandem ceremoniam benedicendi panem voluerit vsurpare; quod probabilius esse, si ritus ille panem azymum frangendi non Iudæorum traditione, sed lege præcepto inductus fuisset. Certe non eodem modo panem hunc fregisse Christum indicat apparet, quod omnes Euangelistæ narrauerunt eum fregisse: quasi alios frangere non soleret, aut non eodem modo soleret, & quis Lucæ capit. 24. 35. scribit duos illos discipulos in fractione panis Christum cognouisse: quod vt quæ non fecisset, si eodem modo eodemque ritu panem Christus fregisset, eo omnes partes similes frangere soleamus, non est dubium. Est Lucam significare fractione panis eum se fuisse quem ob rem à discipulis cognoscerentur. Scio dici posse, quod & me aliquando docuisse memini, discipulos illos duos vt cognouerint corpus Christi cum cognouisse, quod Eucharistiæ oculos illuc perverit. Id etsi minus mihi placet; sed in id sumitur

A miraculum, nostra etiam sententia confirmatur singulari quadam ratione Christum, cum corpus suum faceret, panem fregisse, quando tam diligenter ab Euangelistis id explicatur. Sunt qui putent eiusmodi fuisse panem, vt manibus facile frangeretur, quibus nequaquam assentior, quia panis azymus fuit, qui magis gluminosus est, & communium difficillime frangi potest; non ergo exiliumandum est manu necessario panem fuisse frangendum, potuit enim & cultro diuidi, sed Hebræorum consuetudo est, vt frangere panem dicant, non solum cum manu frangitur, sed etiam cum cultro scinditur, immo vero etiam cum non scinditur, sed tantum datur, quia dari raro soler, nisi prius aut frangatur, aut diuidatur; *frangit, vt quæ, operuit patres eius*. id est dimidet panem, quem habet cum pauperibus Isaiæ 58. 7. & *Parauit peregrinis panem Ezechiæ, qui fregerat eo*. Threnorum 4. 4. vnde & tota actio, distributio quæ huius sacramenti fractio panis appellata est Act. 2. 42. fecit igitur Christus duodecim ex pane partes, & singulis, singulas dedit; non, vt quidam putant, vnum ex illis qui proximo; proximus sequenti, & deinceps daret; hoc enim versu sequenti refutabimus. Iudæus, an imos dederit, non constat sed coniectura non leuis est in manus dedisse; primum quod dicat, *accipite*, quod ad manus potius, quam ad os pertinere solet, deinde quia calicem in manus dedisse versu sequenti probabimus, & credibile est eodem modo dedisse corpus; deinde quia si in diuidendo pane veteris Iudæorum B consuetudinis rationem aliquam habuit, non est vero simile Iudæos diuisum panem in os ingerere consuesse. Accedit, quod non ita semper etiam in Ecclesia vsitatum fuit, vt ex Christi corpus in manus fidelium traderetur, vt ex Tertulliano libro de spectaculis cap. de munere, ex Cyrillo Ierosolymitano Catechesi v. mystagogia, ex Augustini sermone 224. ex Chrysostomo libro tertio de sacerdotio, ex Concilio primo Toletano colligimus. Meliore tamen consilio eadem postea Ecclesia non in manus fidelium tradere cœpit, sed in os sacramentum dare cœpit, quod id & minus periculi, & multo plus haberet reuerentiæ; quemadmodum quemus Christus omnes corpus suum, & sanguinem dederit, Ecclesia tenuissima Augustinus laudat epistola 118. quod ex relicta consuetudine non nihil in eum dederit. Solent nos frangendi verbo hæreticis valde, vt sibi videntur, vrgere, vt probent non recte nos sacramentum hoc administrare, nisi multo adsint, imo quos distribuimus; propterea enim fractionem panis in sacris literis appellari. Argumentum ex magna professum scientia, quia Ioan ante dixit de fractionem panis appellari, non quod reuera frangatur, sed quod datur; eum quidquid habet panis pauperi confert, panem lucum pauperi Hebræorum phrasi fregisse dicitur, qui nihil vni tantum dedit, vnus tamen accepit; quod si vnum tantum discipulum Christus habuisset, illi profuturo corpus suum dedisset; & quam tu reuera non fregisti panem: fregisse tamen, id est, dedisse diceretur.

Hoc est corpus meum.] Nihil his verbis in scripturis sacris dictum erat clarius, antequam hæretici dum diuina mysteria sensu metiuntur, & verbo D diuinæ omnipotentiæ modum: fidei humilitati superbiæ suæ pertinacium anteponunt: deri- que ad occultandam incredulitatem suam & figura latebras quærunt, figmentorum fcorum caligine obscurassent. Multa enim in Christiana religione difficiliora mysteria, & ab humano sensu remotiora & nos & illi credebamus, Trinitatis, Incarnationis Christi, cum resurrectionis. Nullam eorum in sacris literis tam

tam dilucidis, tam perspicuis, tam diserte verbis A mysteria coniungendis mihi videntur, cum ad- explicatum erat, vbi eorum rationem aperte scripserunt discipuli Patrem & Filium, & Spiritum sanctum tres esse personas, vnam essentiam, quam Christus hic dicit, *Hoc est corpus meum*. Vbi tam distincte, tam sine ambiguitate docet in Christo duas esse naturas, vnam tantum personam, quam ipse hic docet se corpus & sanguinem suum dare? vbi nos eadem non alia, non spiritualia, non similes carne resurrecturos tam explicate testatur, quam testatur Christus se non figuram, non simulum, non panem, non vinum, non aliud, quam corpus, & sanguinem suum tradere? Hoc facilius quam illa credidit; illa paucioribus, quam hoc, & minus illustribus scripturæ testimoniis probantur; pluribus, & maioribus ab aliis, & inter eos hæreticis refutare videbitur. Cur illa reduntur, hoc erâ non creditur? Cur illic figuras non inueniunt, vbi Ariani, Marcionitæ, Manichæi, Orig. mueniebat illic inueniunt, vbi illi non inuenerunt? Cur quando semel religionis limes egressi sunt, non pene grauiter impingunt, & rebus omnibus hæretici. Dux, vt opinor, eos recinent causæ: altera, quod non tantum habeant ingenii, vt illorum mysteriorum diffusionem, quæ longius ab oculis absunt, sentire possint, tantum vero habeant, vt in hoc, quod oculis vident, manibus tractant, difficultatem perspiciant, veritatem non intelligant; altera, quod sua eos meredulitas, quam præ se ducem sequuntur, in hunc, qui magis apparebat, scopulis primum impulerit, in alios impulsura possit, cum minoribus in rebus exercendi ad maiora molianda aptiores erunt. Habet enim hæresis, & incredulitas, sicut omnis doctrina, methodum suam, vt ab his, quæ notiora nobis, & propinquiora sunt sensibus exordiatur, & per gradus ad maiora, remotioraque perumpat. Experientia docti loquimur; multos iam Calumniatas videmus, qui ingeniosiores, & magis credeuli, id est magis Calumniatæ extra ras erant, eo iam peruenisse, vt quacunque hoc primo mysterium non credebant, nunc Trinitatis mysterium non credant, exteroque Calumniatas, sicut Calumniatæ nos, tanquam nimis simplices & credulos rideant. Omnes enim Ariani, quos multis hodie locis fuisse scire videmus, & qui Poloniam iam omnem repleuerunt, ex Calumniatis nati sunt. Nonnulli progressi sunt longius, vt nihil crederent, quorum vnus, cum libellum quendam his annis de arte nihil credendi compositisset, nihil in eo, nisi hoc vnum, verum dixit, oportere prius Calumniam fieri, qui atheus esse volet. Fuerat ille antea Calumniatæ, fuit postea atheus, & vnicuique in sua arte credendum est. Verissima sententia: nam quisquis Calumniatæ est, is ea, quam ingressus est, incredulitatis via pergat, ad nihil credendum peruenire necesse est. Hæc à nobis non contumeliæ, sed admonitionis causa dicta sunt, vt si qui forte sunt eorum, qui non omnino obdurauerunt, alieno admodum periculo respiscant, ostensioque haud ita longe posito præ- E cipitio pedem referant. Non solemus commentariorum fines egredi, & nunc si à via paululum egressi sumus, at non aberrauimus, sientes enim facimus, quia intelligimus quanti referat, quem quis ad intelligendam, interpretandamque scripturam animum afferat. Commentariorum reip. pars est hæc ipsa digressio.

Cum de Trinitate disputaretur, in trium verborum interpretatione omnis disceptatio versabatur: *ego & pater vnum sumus*, aut, *illi tres vnum sunt*. Cum de incarnatione, & aliorum trium explicatione; *verbum caro factum est*. Cum de resurrectione in his tribus, *Mortui resurgent incorrupti*. Nunc, cum de Eucharistia agitur, in his ipsis tribus. *Hoc est corpus meum*. Semper enim hæc quatuor

Regula optima.

Eucharistia non disputandi, sed credendi sacramentum.

Ex Calumniatarum machinis.

Ex Calumniatarum multis hodiernis Ariano, Goaro, & Vallensi anno 1570. publicatis.

Hæreticis præcipua arma sunt ex Ecclesiasticis sumpta.

De Eucharistia magna ex parte contra hæreticos. Ioan. 20. 31. 1 Ioan. 5. 7. Ioan. 11. 25. 2 Cor. 5.

Christus Caluinianum corpus non dedit.

Ecclesia pugnat semper.

Quomodo panis Eucharistia in scriptura appellatur.

de pane illo erat, & Lucam, qui in Actis capite secundo, quadragesimo secundo, hoc sacramentum fractionem panis vocat. Possem respondere, quod plerique viri docti, & Catholici responderunt, panem vocari, non quod sit, sed aut quod fuerit, sicut serpens, in quem virga Moysis conversa fuerat, virga vocatur, Exodi 7. 12. aut quia speciem panis vt prius referat, sicut vocantur linguæ, quæ super Apostolos ceciderunt. Actorum secundo, tertio, non quod linguæ essent, sed quod linguæ speciem præ se ferrent; eaque responsio satis effet: sed no cogimur, meo quidem iudicio, vllam eiusmodi interpretationem quærere. Nego etiam atque etiam illis in locis, qui obiecti sunt, nomen panis, aut pro pane, aut pro panis figura accipi: non enim panis, sed corpus Christi panis dicitur, quod ex loco Ioannis, vnde exteri explicandi sunt, perspicuum est. *Panis*, inquit, *quem ego dabo*: cum enim dicit, *quem ego dabo*, clarissime ostendit se non de pane loqui, sed de carne sua, quæ excellétiori quodam modo panis appelletur. Opponit enim se Moysi, & carnem suam mannæ; opponit etiam carnem suam, quam daturus nobis erat, vt eam ederemus, panibus illis quinque, quibus quinque hominum millia saturauerat, superantibus etiam numdecim fragmentorum cophinis, verisimile duodecimo, decimo tertio. Cum enim Iudæi Christum sequerentur, vt hunc illis panem sæpe daret, vt ipse testatur versu vigesimo sexto. *Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed manducastis ex panibus, & saturati estis*; illis panibus, panem hunc, id est carnem suam opponit: non ergo vocat panem verum panem, sed corpus suum, quod meliore quadam, & præstantiore ratione panis erat, sicut Ioannis 4. 13. 14. dicit Samaritanæ, *Omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*, eo enim ipso, quod dicit, *quam ego dabo ei*, & quod eam aquam verę aquę opponit, apertissime ostendit se non loqui de vera aqua, sed de gratia sua, quę meliori quodam modo aqua vocatur. Itaque tantum abest, vt ex loco Ioannis Calvinistæ, aut Lutherani possint vllum contra nos argumentum desumere, vt inde potius nos possimus sententiam de transsubstantiatione nostram confirmare, non enim solum significat Christus se meliorem panem, id est carnem suam daturum esse, sed etiam panem daturum non esse, sicut dederat illis, qui paulo ante saturati fuerant: illi enim pani hunc opponit: illum ergo non dedit, hunc dedit: ille in Eucharistia non est: id est, caro eius, est. Ad eundem modum loci Diui Pauli, & Lucę intelligendi sunt, quod cum ex loco Ioannis, tum ex ipsis etiam auctoribus manifestum est, cum Paulus dicit, *panis, quem frangimus*, indicat se nō de pane loqui, sed de corpore Christi, quod sicut Christus ipse, panem appellat. Illa enim defectiuo *quem frangimus* addita est ad distinctionem veri, & naturalis panis, sicut apud Ioannē verbum illud, *quem ego dabo*: & cum dicit, *quotiescunque manducabitis panem hunc, & sic de pane illo erat*, illa adiuncta pronomina *hunc, & illo* ostendunt ipsum non de vero pane, sed corpore Christi loqui, quod panem appellet, quemadmodum cum Christus dicit. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo*, relatiuum *quam* distinguit gratiam Christi à vera aqua: cum autem dicit Lucas frangi panem, idem significat, quod Diuus Paulus. Dicet aliquis, corpus Christi non frangi, sed panem. Respondeo corpus Christi dici frangi, cum datur, quia nomine panis appellatum fuerat, & à Prophetis etiam significatum, & panis proprium est frangi, quamuis corpus ipsum vere non frangatur: sicut gratia Christi vere non bibitur, & tamen loquens de ea Christus dicit, *qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei*: immirum quia gratiam suam aquam vocauerat, & aqua

A bibitur. Tertium argumentum quo probare possimus pronomen *hoc* non accipi pro pane, est, quod, vt Latine, sic & Græce diuersi, quam panis generis sit, panis *ὁ* masculini. *τοῦτο hoc* neutrius, non ergo ad panem referri potest, cum quo genere non conuenit. Dicent Caluinistæ pronomen illud Græcum *τοῦτο*, & latinum, *hoc*, non adiectiuum esse, sed substantiuum, quod & multi Catholici dixerunt: ideoque opus non esse, vt cum pane genere conueniat: sed hanc esse sensum hoc, quod vobis do, est corpus meum, sed illud, quod dabat, erat panis. Primum hoc tenemus, pronomen *hoc* non distincte accipi pro pane, sed argumentando obtinendum esse, vt pro illo sumatur. Deinde si substantiuum est, cur potius non sequamur interpretationem Christi, hoc quod vobis do, est corpus meum, quam Caluinistarum somnium, hoc, quod vobis do, est panis? Præterea, vt concedamus substantiuum esse, cur vulgarem potius Catholicorum explicationem, quæ naturæ pronominis multo magis conuenit, non sequamur, vt pronomen *hoc* neque pro pane, neque pro corpore Christi sumatur, sed tantum significet id, quod Christus daturus erat: &, vt vocant, indiuiduum vagum sit? Quanquam ego quidem omnibus viribus contendo adiectiuum esse, neque vlla ratione substantiuum esse posse, aut pro alia re, quam pro corpore Christi accipi. Mirime dubium est, quin eodem modo hoc pronomen sumendum sit, cum de pane Christus dixit, *τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, *hoc est corpus meum*, & cum de sanguine dixit, *τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*, *hic est sanguis meus*. Cum autem de sanguine dixit *τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*, *hic est sanguis meus*, pronomen non refertur, id vinum, sed ad sanguinem, quod ex Luca & Paulo manifestum est, qui pronomen cum sequenti, non cum præcedenti coniunxerunt dicentes *τοῦτο τὸ ποτήριον*, ergo & cum dicit, *hoc est corpus meum*, illud *hoc* non conuenit cum præcedenti pane, sed cum sequenti corpore; nec substantiuum, sed adiectiuum est, quia sicut illud cum sequenti *calix*, ita hoc cum sequenti *corpus*, vt adiectiuum cum substantiuo coniunctum est, ideoque non potest panem, sed corpus Christi demonstrare: Hoc Hieronymus, aut noster, quisquis fuit, vetus interpres rectissime vidit, quia non dixit loquens de sanguine, hoc est sanguis meus, quemadmodum dicendum illi erat, si pronomen *τοῦτο, hoc*, substantiue positum esse putauisset, sed dixit, *hic est sanguis meus* adiectiue conueniens, quod Diuus Thomas pius, doctus, subtilis, & circumspectus interpres non animaduertit, cuiusque vulgaris opinionis auctor extitit pronomen, *hoc*, substantiuum, & individuum vagum esse. Ergo est, dicet aliquis, tautologia: nam si hoc accipitur pro corpore, perinde est, ac si Christus diceret, hoc corpus meum est corpus meum. Hoc argumento valde miror homines etiam doctos à recta sententia dimotos fuisse: nec enim nouum est, sed vsitatum, immo, vt Dialectici docent, necessarium, vt in omni vera propositione subiectum, & attributum pro eodem accipiantur, tamen non omnis propositio vera tautologica est, quia tautologia non in acceptione, quam dialectici suppositionem vocant, sed in significatione consistit, quando subiectum, & attributum non solum pro eodem accipiuntur, sed idem etiam significant, nec idem solum significant, sed eodem etiam modo: nam animal rationale est homo, non est tautologia, sed vera, recta, & prudenter enunciata propositio; quamuis animal rationale, & homo, & pro eodem accipiantur, & idem prorsus significēt; quia idem quidem, sed non eodem modo significant: homo enim totam naturā animal rationale eandem naturam, sed distincte,

& per

& per partes declarat. Si quis diceret, animal rationale est animal rationale; homo est homo, is ineptam committeret tautologiam: Eodem modo si Christus diceret, corpus meum est corpus meum, tautologia vitæ fuisset: cum autem dicat, *hoc est corpus meum*, quamuis *hoc* pro ipso corpore Christi accipitur, idemque significet, tautologia non est, sed rectissima, & vtilissima locutio; quia idem non eodem modo significat; *corpus meum* significat corpus Christi distincte, ac nominatim, *hoc* non nominatim, non distincte, sed, vt ita dicam, muta; quemadmodum Galli solent dicere, cum aliquis ita aduersus aliam locutus est, vt non appellauerit ipsa hominem describserit, non nominauit illum, sed digito demonstrauit; quod perinde est ac si nominasset; ita vulgo loquimur, hic est frater meus, vbi pronomen *hic*, nec pro alia re, quam pro fratre meo accipitur, nec aliud eo loco significat, quamuis non eodem modo: nam cum voco fratrem meum, nomino; cum dico *hic*, non nomino, sed quod idem valet, digito ostendo; si quis autem diceret, hoc est frater meus, virgis cædendus esset, quod præter consuetudinem Latini sermonis loqueretur. Nec minus absurde Christus loquutus fuisset, si dixisset: *hoc est corpus meum* hoc substantiue posito, quanquam in corpore, quia idem genus est, absurditas non apparet; in sanguine apparebit, si dicas, hoc est sanguis meus, quis enim homo prudens ita loqueretur? Quanquam scio Cyprianū alicubi ita vertisse; sed sunt, qui locum corruptum putant. Ita scriptura loqui solet, *hoc est filium meum dilectum: hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus*, & multa similia. Dicet aliquis, cum pater dicit, *hic est filius meus*, illud *hic* accipi pro homine, quasi dicat, hic homo est filius meus: fieri fortasse potest. Quid autem dicet homo iste acutus de hac propositione, hic est homo, cum hominem ostendo? pro quo dicet pronomen *hic* positum esse, nisi pro homine? nec enim pro animali positum est, qui si dicam, hoc animal est homo, cum genus discreper. Quam certum igitur, & perspicuum est in hac oratione, hic est homo, aut hic est panis, pronomen *hic* pro alia re, quam pro homine, & pro pane, qui loco attributi positus est, accipi non posse: tam certum, atque perspicuum est homini mediocriter docto Euangelistarum contextum Græce legenti pronomen *τοῦτο, hoc*, pro alia re, quam pro Christi corpore non poni; hic enim habet, vers. 26. *λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον εὐλόγησε καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς καὶ εἶπε, λάβετε φάγετε τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*. Omnes ergo alias non solum hæreticorum, sed etiam quorundam Catholicorum in hoc pronomen interpretationes constantissime renuo; hanc vnam firmissime teneo, quæ ex Lucæ, & Pauli certissimis argumentis confirmatur, & Matthæi, & Marci Græco contextui sola consentanea est, & à nostro vetere interprete expressa, & quæ Catholicam de præsentia corporis Christi in Eucharistia sententiam maxime corroborat. Quod in scholis obiici solet, cum Christus pronomen illud pronunciauit, nondum eius corpus in sacramento fuisse, itaque non potuisse pronomine illo demonstrari, recte in eisdem scholis, vbi confutatum argumentum est, etiam dissoluitur; in eiusmodi propositionibus, quæ practicæ sunt, & efficaces, hæc pronomina demonstrare solere, id quod nondum est, sed per ipsam orationem fit, eaque finita erit. Cum Deus ex limo terræ hominem finxit, recte, vereque dicere potuisse sumpto in manus limo, hic est homo, sicut Christus dixit, *hoc est corpus meum*, & cum ex costa mulierem fabricauit, sumpta costa dicere potuit, hæc est mulier, quamuis, cum pronunciasset pronomen *hæc*, nondum fuisset mulier, nec significasset, si ita loquutus fuisset, finitum esse hominem, & costam mulierem, sed finitum in hominem, costam in mulierem conuerti. Ita cum Christus dicit accepto pane *hoc est corpus meum*, quamuis eius corpus nondum ibi esset; tamen quia statim futurum erat, illud eo pronomine demonstrat, nec significat panem, quem acceperat esse corpus suum, sed mutari in corpus suum, quemadmodum si in Cana Galilææ, cum aquam in vinum mutauit, ostensa aqua dixisset, hoc est vinum, nec illud *hoc* aquam, sed vinum ostenderet: nec sensus esset aquam esse vinum, aut vinum significare, sed illo verbo in vinum esse conuersam. Quod exemplum eo magis est ad rem, de qua agimus, accommodatum, quod eo alio simili Christi facto sumptum sit, & quod eo veteres auctores ad probandam, explicandamque huius sacramenti fidem vti fuerint, vt Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 4. mystagogica.

Verbū substantiuum in scriptura non assist.

Exod. 12. 27.

1. Cor. 10. 4.

Est.] Ex his, quæ de pronomine *hoc* dicta sunt, eorum error facile refellitur, qui putant verbum, *est*, accipi pro significat, quam ad rem nimis quadam diligentia multa de scripturis sacris exempla accumulare fluent. *Petra*, inquunt, *erat Christus*. Agnus erat Pascha, & sexcenta alia, quæ passim iactare solent. Ego omnem illam exemplorum telam vno verbo prędam. Nego verbum substantiuum, aut Latine, aut Græce, aut Hebraice, aut vlla prorsus in lingua, quam ego nouerim, aut in sacris literis, aut apud alium vllum auctorem, etiam apud ipsos hæreticos pro verbo, significat, accipi solere, aut etiam posse; hominesque imperitissimos, qui id dicant, esse affirmo. Nam in omnibus illis figuratis locutionibus, quæ ab illis afferuntur, aut ab vllo homine afferri, vel excogitari possunt, si qua figura est, non hæret in verbo *est*, sed aut in subiecto, aut in prædicato; cum dico, agnus est Pascha, figura est in nomine Paschæ, quod nomen significat non proprie pro transitu; sed pro agno, qui transitum significabat; cum ostentā Herculis imagine dico, hic est Hercules, figura non est in verbo *est*, sed in nomine Herculis, quod cum verum, & vnum Herculem natura sua significet, hic pro Herculis figura positum fit; verbum enim *est* tempus substantiuum, aut, vt subtilissime philosophus docuit, solam extremorum vnionem significat, & ibi, qui verbo substantiuo figuram affingunt, ad Grammaticorum verborum mittendi essent, qui cum multa verborum simplicium, & compositorum figurarum genera esse dicant, nemo vnquam eorum dixit in verbo substantiuo figuram reperiri, sed aut in subiecto, aut in prædicato, aut in verbis non substantiuis, vt videtur ager luxuriat seges. Itaque videamus, an in nomine corporis figura sit. Nam in aliis duobus verbis certe non est.

Aristot. l. 1. de interpret. c. 3.

Corpus meum.] In corpore, qui nullam non videt esse figuram, haud scio, an vllos mentis oculos habeat; si enim in corpore figura est, non accipitur pro vero corpore Christi. At pro vero Christi corpore accipi ex adiunctis manifestum est. Apud Lucam capite vigesimo secundo, decimonono. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur.* Primum non dixit, quod vobis datur, sicut dicens ipsum erat, si figuratum dedisset corpus; sed *quod pro vobis datur*; dabat igitur illis aliquid, quod pro ipsis offerretur in peccatorum expiationem, qualis profecto figura corporis esse non poterat: solum enim verum Christi corpus pro nobis datū est. Posset Calumnia aliquis dicere sensum esse *hoc est corpus meum*, id est, figura corporis mei, quo vobis tradēdū est. Huic sensui repugnat, quod nullus Euangelista, neq; de corpore, neq; de sanguine loquens futurum vt sic fieret, sed omnes tres Euāgelistę, & præterea Apostolus

Paulus præsenti vtantur, *quod pro vobis datur, qui pro vobis fundetur.* Quod si præsens pro futuro positum esset, aliquis profectò eorum futuro vsus esset; nec enim casu eadem omnes figura vsus esse credendum est. Possunt etiam dicere, quod quidam etiam eorum iam dixerunt, aut tempus præsens accipi pro futuro, aut si pro præsenti accipitur, sensum esse, *quod pro vobis datur*, id est, dari incipit, & *pro vobis fundetur*, id est, incipit fundi, quia inuium iam passionis erat. Primum apparet hæc esse commenta, & confugia hominum nescientium, quam in partem se conuertant, deinde vtrumlibet commentum vno D. Pauli verbo refutatur, *Vere, vere dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Hoc est ergo, *hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur*, quod de corpore Christi in cruce dici non potuit, quia sacramentalem locutionem esse constat; hic enim oportebat Calumniatores sacramentalem locutionem recognoscere, non, vbi non est, fingere. Diximus supra hoc eodem verbo corpus Christi dici frangi, quatenus sub panis specie & sacramento est, quia panis frangitur; itaque extra sacramentum frangi non dicitur, ac ne in cruce quidem, vbi etiam D. Ioannes tanquam mysterium admonuit tacronibus ossibus confracta fuisse Christo non fuisse, quia scriptum erat Exodi 12. 46. *Os eius comminuetis extra*, Ioann. 19. 36. Deinde cum D. Lucas, & Paulus de calice loquuntur, ita scribunt, *Hic est calix nouum Testamentum in meo sanguine*, hoc est, poculum nouum Testamentum in meo sanguine, quod pro vobis effunditur; sic enim vertere volumus, vt ambiguitatem tollamus, quæ in nostra verbione est, in qua non apparet, verum illud, *qui pro vobis effunditur*, ad calicem, an ad sanguinem referatur, Græce vero dubium non est ad calicem esse referendum, quia sanguinis est in tertio casu, τὸ ἐκχυνόμενον ὑπὲρ τῶν πολλῶν, *qui fundetur*, aut si id participio passiuo exprimi placuit, fusus, in nominativo, quemadmodum si Latine verteres, hic est calix nouum Testamentum in meo sanguine pro vobis fusus; manifestum vsque esset effusionem non ad nomen sanguinis, sed ad nomen calicis esse referendam. Quamquam calix effundi non dicitur; nisi quis, quia intus est, liquor effundatur; id tamen nihil refert, hoc nobis satis est, quod inde eui dentissime probatur, non agi de effusione sanguinis in cruce, sed in sacramento, cum calix pro nobis dicatur effundi, qui non in cruce, sed in sacramento fusus est. Quo autem sensu aut calix, aut sanguis Christi in sacramento fundi dicatur, versu vigesimo octauo explicabimus. Præterea qui hoc ad crucem referunt, vim, & artificium verborum Christi, non intelligunt. Acceperat Christus, panem, benedixerat, fregerat, porrigebat Apostolis dicens, *Hoc est corpus meum*: addit, *quod pro vobis datur*, quis non videt his extremis verbis vim, pretium, & fructum eius rei, quam porrigebat, commendare voluisse, & vt Comicus ille dixit, ornare munus verbis? dabat enim corpus suum non apertum, sed sacramento celatum, poterant Apostoli exilimare se solum panem accipere soli ventri profuturum, & minori, quam par erat, habere in pretio: Christus affirmat se non panem, sed corpus suum dare: & corpus suum, quod pro ipsis nunc obtatum remissionem illis peccatorum offerret. Non commendat fructum crucis, de qua non agebat, sed fructum sacramenti, de quo agebat. Obiecit aliquis, quod Matthæus, & Marcus cum de calice loquuntur, non dicunt, qui pro vobis effunditur, sed *qui pro multis effundatur*, quasi non ad solos Apostolos, sed aut ad omnes, aut ad multos alios Christus verba dirigeret: quare non posse Christum de solo Eucharistiæ fructu loqui, sed ad crucem potius eius oracionem pertinere. Hanc obiectionem versu vigesimo octauo, omnino diluemus, vbi proba-

Terent in Eunuch.

A baturi sumus illud, *pro multis*, idem esse, atque *pro vobis*, vt Lucas, & Paulus dixerunt: nam & Apostoli, qui aderant, multi erant, sed quia Iudæi, qui vnus erat ex illis, corpus & sanguis suus nihil profuturus erat, aut ipse Christus, aut, quod ego magis credo, Euangelistæ Matthæus, & Marcus, vt id applicarent, non dixerunt *pro vobis*, ne omnes comprehendere viderentur, sed *pro multis*, vt aliquis excepta significaretur. Præterea quemadmodum de corpore omnes Euangelistæ dicunt, *Hoc est corpus meum*: ita de calice Lucas, & Paulus dicunt, *Hic est calix*, apud Lucam autem, & Paulum nomen calicis non potest accipi figurate; ergo apud Euangelistas, & apud eundem Paulum nomen corporis figurate accipi non potest. Quod autem nomen calicis figurate non accipiatur, ex eo, quod paulo ante admonuimus, manifestissimum est. Ipse enim calix dicitur fundi, ergo verus calix est, sed quia dicit, *Hic est calix in meo sanguine*, quod perinde est ac si diceret, *Hic est calix sanguinis mei*, idem est quod Lucas, & Paulus dicunt, *Hic est calix in meo sanguine*, & quod Matthæus, & Marcus dicunt, *Hic est meus sanguis*. Solent Calumniatores hunc nobis locum passim obiicere, sed non poterunt vllum mouere lapidem, qui maiorem super illos ruinam traheret. Vociferantur, hanc orationem, *Hic est calix*, constat figuratam esse, ergo & illa, *Hoc est corpus meum*, figurata est. Nos contra; hanc orationem, *Hic est calix* constat figuratam non esse, ergo illa, *Hoc est corpus meum*, figurata non est. Videndum quis opinionem suam melius probet. Ostendant illi, vbi figura sit. In verbo est? iam docuimus esse non posse; in nomine calicis? ergo non accipitur pro vero calice, sed pro figura calicis; quem admodum dicunt illi corpus non accipi pro vero corpore, sed pro corporis figura. At hoc imperite, absurde, & ridicule dictum est: verum enim calicem Christus portexit. At dicunt figurate nomen calicis accipi, quia pro sanguine ponitur. Hoc etiam absurdius est. Primum, quis perinde esset, ac si Christus diceret, hic calix, id est, meus sanguis, vt illi interpretantur, est meum testamentum in meo sanguine? quid ineptius dici potuit? deinde, quia si figura in nomine calicis esset, eadem vtique esset, quam in nomine corporis esse dicunt. At in corpore hanc dicunt esse figuram, vt nomen corporis pro figura corporis accipiatur, ergo & in calice, si qua figura est, hæc est, vt nomen calicis pro figura calicis ponatur. Denique si figura est in calice, cerne in sanguine nonne est, quæ enim esset absurditas, *Hic est calix sanguinis mei*, id est, figura calicis, figura sanguinis mei? ad hunc enim modum eorum sententia oratio esset necessario resoluenda. Deinde si figura esset, ea esset, quam in illa sua tam decantata oratione esse dicunt, *Petra erat autem Christus*: at in illa aut nulla figura est, aut non est in nomine Christi, sed in nomine petræ; nec enim sensus est, vt omnes Calumniatores intra semper ignorantia putauerunt, petram esse figuram Christi, sed Christum esse petram; transpositio enim verba sunt, *petra erat autem Christus*, pro Christus autem erat petra: itaque nomen petræ non subiectum, sed attributum est, vt ex circumstantibus perspicuum est; *bibebant autem de consequente eos petra*, 1. ad Cor. 10. 4. non consequebatur autem eos vera petra, sed Christus. petra enim immobilis manebat. Christus eos antecedebat, de cibum illis, ac potum dabat; hoc est, *bibebant autem de consequente eos petra, petra autem erat Christus*, id est, Christus erat petra illa, de qua bibebant; quæque eos consequebatur. Cuius transpositionis causa fuit, quod soleant Hebræi vltimum verbum præcedentis orationis initio sequentis ponere. *In principio creauit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis*, Genesis primo, primo. *Hebraismus notabilis.*

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, sic quia dixerat, *tibi dabo clauis*, consequenter ea petra, repetitur nomen petræ, *petra autem erat Christus*. Figura ergo si qua est, non est in nomine Christi, quod pro vero Christo, non pro sua figura ponitur est, sed est in nomine petræ, quia Christus non vere erat petra, sicut non vere vitis, non vere leo, sed similitudine quadam, quia Ecclesiæ fundamentum erat. Ea autem figura non est, quem in his verbis, *Hoc est corpus meum*, Calumniatores dicunt, id est. hoc est figura corporis mei: sensus enim esset, Christus erat figura petræ, quod absurdissimum est: itaque concidit ex illa imperitissima petram subiecta, qua omnes docti, modesti Calumniatores sese defendere solebant. Deinde quis dubitat eodem modo hoc loco nomen corporis accipiendum esse, quo apud Ioannem capite sexto, quinquagesimo primo, nomen carnis accipitur? *panis quem ego dabo, caro mea est*. certum enim est, quod illic promiserat, hic tradidisse, & nomen panis declarat, quod non accipitur pro corpore Christi; nisi quatenus sub specie panis datur. nam quod illi negant agi illo capite de Sacramento tam impudenter negant, vt pudeat non sit hoc loco refutare, & est à multis viris doctis integris etiam scriptis illustratum: & ipsi ex eodem capite nobis obiciunt illud, *caro non prodest quicquam*, quasi Christus agat de Sacramento. Illic autem nomen carnis non potest accipi nisi pro vera carne; nec enim figura in carne, sed in pane est, neque vocat panem carnem suam, sed carnem suam panem, quam dicat caro mea est panis ille, quem ego dabo. Opponit enim, vt diximus, panem illum vero, & naturali pani: ergo cum dicit, *Hoc est corpus meum*, nullis in corpore figuris est, sed nomen corporis verum significat corporis Christi. Et vero si Christus dixisset, hic panis est corpus meum, vt illi, si non verbis, sensu dixisse putaret; tamen non possemus interpretari, vt illi interpretantur, hic panis est figura corporis mei. sed hic panis est verum corpus meum, non tamen verus panis, sicut apud Ioannem ita interpretetur necesse est, *panis quem ego dabo caro mea est*, vera quidem caro, sed non verus panis. Ad hæc si figurate Christus his verbis loquutus fuerat, minime profecto est nemo ex Euangelistarum aut Diuum Paulum, qui omnes eandem huius Sacramenti institutionem non reuerunt, figuram exposuisse, maximeque eum scirent non multo ante tempore Capernaitas simili oratione offensos fuisse Ioannis sexto, sexagesimo, & cum soleant Euangelistæ in rebus multo minoris momenti, quod aut figuratæ, aut obscuræ à se, vel ab alijs dictum est, explicare. Dixerat Christus Ioannis secundo, decimo nono. *Soluite templum hoc, & in triduo illud reædificabo illud.* Figurate corpus suum templum appellauerat. nec erat magnopere necessarium, vt id intelligerentur explicaret tamen idem Ioannes versu vigesimo primo. *Ille autem dicebat de templo corporis sui.* Dixerat Ioannis duodecimo, vigesimo secundo. *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*, vbi nulla figura, sed obscuritas tantum in dicto erat, explicat tamen Ioannes versu trigesimo tertio. *Significans, quo quidem morte esset moriturus.* Dixerat Matthæus 16. 6 *Cauete a fermento Phariseorum*, quod & obscure, & figurate dictum erat; Christus ipse explicat versu vndecimo, duodecimo. *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, cauete a fermento Phariseorum, & Sadducæorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum, & Sadducæorum.* Dixerat apud Ioannem decimo quinto, primo. *Ego sum vitis vera*, exponit, versu quarto, *sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.* Appellauerat Dominus Paulus Ecclesiam corpus Christi ad Colossenses primo, vigesimo quarto. *adimplco, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius*: figura erat in corpore, non enim pro vero, & naturali Christi corpore sumebatur; explicat ilatum, *quod est Ecclesia.* Quis crederet, si similis hoc in nomine corporis figura esset, cum minus ex quatuor Euangelistis, & vno Apostolo Paulo, aut ea fuisset obscura explicatum fuisse? Præterea cum Christus dixerit se Apostolis corpus suum dare, & soleret in rebus multo clarioribus dubitare, si quæ obscure, aut per figuram dicta essent, cur nemo eorum de hac locutione dubitauit? si figurata erat, cur nemo interrogauit Christum, quid sibi vellet? Dubitauerant de parabola seminis, & seminantis Matthæi decimo tertio versu, explicat illis Christus etiam non interrogantibus versu decimo octauo. Dubitauerant eodem capite versu trigesimo sexto, de parabola Zizaniorum, interrogit Christum, & ab eo interpretationem eius mutuersu tertio. Sane si figuratæ Christus locutus fuisset, & figuram non explicasset, dubitor, & multis erroribus se potius Apostolos reliquisset: præsertim cum hæc illius nouissima fere verba fuerunt, quæ oportebat esse quam clarissima, quos enim prudens testator vltimam suam voluntatem obscuris aut figuratis declarat verbis? Adhæc locus Diui Pauli prioris ad Corinth. vndecimo, vigesimo septimo, manifestissimus est: *Itaque quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini*, cum reatum, si verum corpus, veramque sanguinem non accipiunt solere dicere Calumniatores reos esse corporis & sanguinis Domini quia etiam si vere non sumente, sumunt figuram, eamque iniuria afficiunt, aut in figura corporis, & sanguinis corpus ipsum, & sanguinem inhonestè & irreuerenter tractant. Hoc à nobis fortasse dici posset, ab illo nō posset, qui nec sacramentis vllam reuerentiam deberi putant, & nos rident, quod dicamus eisdem honorem imaginibus, atque rebus per imagines significatis tribuendum esse & exemplum, quo vti solent, aptum non esse, & quis, inquiunt, regis sigillum in terram proiceret, aut perfringeret, eius laesa maiestatis esset. Nam ponunt pro certo quod probandum erat sacramenta esse sigilla, quod multis à nobis argumentis in scholis Theologicis refutatum est. Proponantur igitur exemplum to regis imagine: cum si quis ergo eam minus sese recte habeat, hæc maiestatis reus crediae no erit, aut concedendum illis est, quod tamen pere negant, eisdem imaginibus rerum significatarum honor ens exhibendus sit. D. Paulus, cur, qui indigne manducet & bibat reus sit corporis, & sanguinis Domini, rationem reddit, *non discernens*, inquit, versu 29. *corpus Domini*; propterea enim *reus dicitur manducat, & bibit, quia reus est corporis, & sanguinis Domini*: propter eam *est corporis & sanguinis Domini*, quia *corpus* Domini non dicitur, si eli non alia re de esta, quam alium panem accipit loquitur igitur de vero corpore, & sanguine Christi. Addo, quod in scriptura tribus tantum modis corpus Christi dici reperiamus. primum proprie pro naturali, & vero corpore Christi, secundo metaphorice pro Ecclesia ad Colossenses primo, vigesimo quarto. Tertio pro Euangelio, aut veritate veteribus figuris respondente ad Colossen. 2. 16. 17. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi, & plures acceptiones non inueniemus. Itaque hoc loco, cum neque pro Ecclesia, neque pro Euangelio sumatur, vlus scripturæ docet nos pro vero, & naturali corpore eile sumendum. Res denique eiusmodi hominis errore non accipiat iudicio relinquatur, si Christus voluisset dicere se dare verum corpus, & sanguinem suum, verum clarius, aper-

Hebraismus notabilis.

Corpus Christi in tribus scripturæ locis modis accipitur.

apertius, explicatius, distinctius dicere potuisset, quam dixit, Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus? Sic ego quod clarissime dictum est, ne credere cogimur, figuris obscuramus? Argumentatur Calumnia contra alios sibi similes hærentes, qui Christum solam figuram dedisse dicunt: Si Deus, inquit, nos fallere nec mentiri potest, sensu quem ipsum animus, quo illi significat, exprimere, & præstare nec esse est, igitur non in cana vere corpus, & sanguinem Christi sumpsere, & in commentariis, fruitur habetis suos Dominus panem edere corpus suum se affirmans, nisi effectus vere ad figuram accederet, est enim nihil illis præter panem cernimus, non tamen frustrator suos, vel ludit, qui animos nostros suscepit carne sua alendos curatur, non se vel tantum manifestatur, sed re ipsa quoque se libertur carne Christi manducatio. Argumentatur joquam, Calumnia seductus Zonaras, quia Christus mentiri non potuit, sui nos fallere, atque deludere non figuram solam, sed verum corpus, & sanguinem suum nobis dare, quam & nos ex eius ore gerimus, ro extra illum ergumentemur, Christus mentiri non potuit, ut nos fallere, atque deludere, ergo eum dixit, accipite, & manducate, hoc est corpus meum, non solum sacramentum, sed verum etiam corpus suum dedit, & rursum quia non dixit, hoc erit corpus meum, cum manducabitis, sed hoc est, sequitur jubilo sacramento, quod dabat, corpus suum dedisse. Diximus initio huius disputationis hoc mysterium non esse ab aliis Trinitatis, Incarnationis, & Resurrectionis mysteriis segnidem; nunc vero monstrandum est hoc loco eodem iure & fieri potuit etiam melius non credere, & fine vllis figuris interpretari quam Calumnia exercita credunt. Hic enim, vt probemus mihi, nullam illi figuram reperire possunt, in aliis mysteriis veteres hæreticos reperiebatur, & ex scripturis confirmabunt: *Ego & pater vnum sumus*, interpretabantur Ariani vnum non natura & essentia, sed concordia, consensuque voluntatem; probabant scripturis multis. *Ego autem ad eorum erat ex vobis, & anima tua*, Actorum quarto, trigesimo secundo, & *vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te*, Ioannis 17. 21. Quid ad speciem tam probabile Calumnia ex scripturis proferre possunt, vt hunc orationem: *Hoc est corpus meum*, figuram esse dicerent? *Et verbum caro factum est*, Marcionitæ, & Manichæi per figuram exponebant: ei est hominis non carnis accepit; id etiam scripturis probare videbantur Romanorum 8. 3. *Deus filium suum misisse in similitudinem carnis peccati*, & peccato condemnasse, & ad Philippen. 2. 6. 7. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus*, & habitu inventus vt homo. Quam triumphos agerent Calumniæ, quos contra nos clamores tollerent, si aliquem in sacris literis locum reperirent, vbi Christus formam, aut similitudinem corporis sui nobis dedisse diceretur? Mortuos resurrecturos esse figuram etiam Origenistæ intelligebant, non quod eadem resurrecturi essent carne, sed quod alia induendi, non vera, non corporea, sed cœlesti, & spirituali, eodem plane modo quo illi dicunt nos sumere quidem corpus Christi, sed spiritualiter. Probabant illi ex Divo Paulo 1. ad Corinth. 15. 44. *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale*, & rursum, *Caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt*. Allegabunt alia expressa, vt videbatur, scripturæ testimonia, quibus futura resurrectio negatur videretur Iob. 14. 12. *Homo cum dormierit non resurget donec atteratur cælum, non antegallent neque consurget de somno suo*. & Psalmo 77. 39. *Spiritus vadens, & non rediens*, & Psalmo quadragesimo octavo, duodecimo: *Sepulchra eorum domus eorum aternum*. Quid Calumnia faceret, si aliquod scripturæ testimonium haberet, vbi diceretur corpus Christi nobis nō dari, sicut illis in locis dici videtur mortuos non esse relituros? At his veterum hæreticorum testimonia recte Catholici respondebant. Recte quidem: sed rectius & faciliis nos omnibus testimoniis, quæ Calumnia ad probandam figuram suam afferre solent, vt paulo post apparebit. Denique mirum est interpretationem illi Calumniarum nemini post Apostolos in mentem venisse, nisi Berengario, & nefario ei hæretico, a nemine receptæ, à tota Ecclesia condemnatæ. Nos veterum patrum sententiam, interpretationemque sequi profitemur, quod, vt apparet, nō omnia (nec enim capere eos commentarios) sed illustriora quædam eorum testimonia proponentur. Iustinus Apologia secunda pro Christianis. Non inquit, vt communem panem, nec vt communem potum hæc accipimus: sed quemadmodum per verbum Dei incarnatus Iesus Christus salvator noster & carnem, & sanguinem salutis nostræ causa habuit, sic & per orationem verbi ipsius, eucha, in quo gratiæ aliæ sunt, εὐχαριστηθεὶς cum ἐξ ἐκείνου, ex quo sanguis, & carnes nostræ per transmutationem nutriuntur illius ipsius incarnati Iesu & carnem, & sanguinem esse docti sumus, ita enim Apostolorum in commentariis, quæ Euangelia vocantur, non recte dixerunt. Ita quæ docet Iustinus panem, & vinum in corpus & sanguinem Christi cōuertiri in carne & Ongenis nostrū, ei edimus, & bibimus. Cuperi solet Cyprianus in libro de cœna Domini. *Panis ille quē Dominus discipulis porrigebat, vt effigie, & natura mutatus non recedentia verba fecisse videtur*. Soleo videre eum Calumnia bene Cypriani sententiam interpretantes sub natura meminent, mutatus, id est, vtis, quia nunc est facere conetur, antea non erat, & licet ea mutatio tam difficilis erat, vt componentia verbi vtrait Cyprianus, opus esset. Cyrillus Alexandrinus Cæce quarto, vt ille gregis. *Invertat ex aqua vinum, quod est sanguinis proprie quam ex aqua Cadibus sola voluntate, & non etiam sigillum amentem vinum, quod vinum in sanguinem transmutatur? Et enim de aquis corporeis mutatione dignissimum miraculum operatus est, an non multo magis corpus, & sanguinem suum filius suos deassefecit, cum sit eorum certissimus corpus, & sanguinem Christi sumamus? Et sub figura panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur tibi sanguis, vt supra corporis, & sanguine Christi efficiaris & cōparticeps corporis, & sanguinis. Sic quoque & nos manducasse, Christum in nobis verimus: atque ita est, vt Beatus Petrus dicit, diuinæ naturæ consortes efficiamur*, & eadem Catech. quarto, sub finem. *Qui videtur panis, non est panis etiam si gustu ita apparet, sed corpus Christi, & quod videtur vinum, non est vinū, etiamsi gustui id videtur, sed sanguis Christi*. Eusebius Emissenus homilia quinta de Pascha, *Invisibilia sacerdos Dominus creaturæ in substantiam corporis, & sanguinis sui verba sua secreta potestate conuertit, & rursus*. Nec dubitet quisquam primarias creaturas nutu potentiæ, præsentia manifestatis in Dominici corporis transire posse naturam, cum ipsum hominē videat artificio cuiusdam mysteriorum alia, Christi corpus esse illum, & sub unius hominis. Recte ad eucharistiæ dignitatem accedamus, quando quidem qui ad illam est minister, ipse cibus est vitæ æterni. Hilarius libro octauo de Trinitate, *De veritate carnis, & sanguinis non relictus est ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra vere caro est, & vere sanguis & hæc accepta atque hausta id efficiunt vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non existimet? his plane verum non esse Deum negant esse eos in verbo ipso per carnem, & sanguinem in eo, dum secum hoc quod nos sumit, in Deo sit. Et infra, Quod autem in nobis naturalis hæc vnitas sit, ipse ita testatus est. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Denus Chrysostomus octogesima tertia homilia in hunc locum. *Credamus, inquit, vbique Deo, nec repugnemus ei, etiamsi sensui, & cogitationi nostræ absurdum esse videatur, quod dicit; sequatur illius sensum & sententiam & cogitationem nostram omnem, & præstantior in mysteriis sacrosanctis, non illa quæ ante nos; sanctæ solum ea adspectantes, sed verba quoque eius teneamus, nam vbi hoc fallit non possumus, sensu vero nostro decipere sanctissimus est: illa fallere non possunt: hic sæpius, atque sæpius fallitur. Quoniam ergo ille dixit, hoc est corpus meum, nulla tenebamur ambiguitate sed credamus, & oculis intellectus id perficiamus.* Hæc Chrysostomi verba & alia eiusmodi, quæ apud illū passim reperiuntur, cum atteo dilacerarint, vt nulla in interpretatione obsistari possint, tamen nō puduit quendam hæreticorū interpretem verba, quæ statim sequitur, suis ad hunc locū commentariis inserere, quasi D. Chrysosto. in eorum etiam esset sententia. Nihil, inquit, sensibile traditum nobis a Christo sed rebus quidem sensibilibus omnia vero, quæ traduntur, insensibilia sunt. Hinc enim bonus iste interpres colligit sententiis Chrysost. corpus Christi non sumi à nobis, nisi spiritualiter. Atqui opportebat videre hominem acutum, quod proximis verbis Chrysost. diuisset. *Quoniam ergo ille dixit, hoc est corpus meum, nulla tenebamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perficiamus, subiit enim, inquit, sensibile traditum nobis a Christo*, id est, nihil sensu medendum, sed oculis intellectus & fide comprehendendum. Docet ergo Chrysostomus, asinos istos non debere solo, vt ficiunt, sensu de corpore Christi iudicare. Ambrosius in lib. de his, qui myslen s initiantur capit. 9. *Forte dicas aliud video, quomodo tu mihi affirmas, quod Christi corpus accipiam? & hoc nobis adhuc superest, vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis vt probemus non hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: maiorem esse vim benedictionis, quam naturæ: quia benedictione etiam ipsa natura mutatur. Virgam tenebat Moyses proiecit eam, & facta est serpens. Rursus apprehendit eandem serpentis, & in virgæ naturam restituit. Vides igitur prophetica gratia hoc inesse, vt naturam, & serpentis, & virgæ. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu, subito de sentium venis sanguis copiæ effluere. Non erat potus in fluminibus ad propheta vocis tuæ effusum fluminum, aquarum natura retinebant. Circumstabat vndique cœtus populus Hebræorum, hunc Ægyptius vallatus, inda maris clausus. Virga leuauit Moyses separauit se aqua, & in murorum speciem cōgelauit aqua, inter undas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum conuersus contra naturā in fontis recurrit ex cardinis. Nonne literæ naturam, vel maximorum fluctuum, vel fluminis cursum esse mutatum? Sitiebat populus patrum, fetigit Moyses petram, & aquis de petra fluxit. Si inquid non præter naturam operata est gratia, vt aqua de vomeret petra, quia non habebat naturā? Maratbi fluentum amarissimum erat, vt sitiens populus bibere nō posset. Misit ligni in aquam, & amaritudinem suam aquaris naturæ dempsit, quam infusa subito gratia temperavit. Subelisco propheta vnius filii prophetarum excussum est ferrū de securi, & statim mersum est. Regnante Elisæo qui arripserat ferrum; natat etiam Elisæi lignum in aqua, & ferrum natauit: vtiq; hoc præter naturā factum est agnoscimus. Gratior autem est ferri species, quam aquarum liquor. Aduertimus igitur maiorem esse virtutem gratiam, quā naturā, & adhuc si tamen prophetica benedictionem numerauimus gratiam: Quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini Saluatoris operantur. Nam sacramentum istud, quod accepisti Christi sermone cōficitur. Quod si tantum valuit sermone Heliæ, vt ignis de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorū? de totius mundi operibus legisti: Ipse dixit, & facta sunt. Ipse mandauit, & creata sunt; sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt in id mutare, quod non erant. Non enim minus est nouo rebus dare, quam mutare naturas. Sed quæ ad argumenta veritatis? fiat vt autem exemplis, sit autem ut sacramentis mysteria veritas. Nunquid narrat vsus præsentis, cum Iesu Dominus ex Maria virgine nasceretur? sic ordo querimus, vi no nupta femina generare consuevit. Liquet igitur quod præter naturæ ordinē virgo generauit: & hoc, quod conficimus, corpus ex virgine est. Quid hic quærimus naturæ ordinē in Christi corpore, cum præter naturā sit ipse Dominus Iesus partus ex virgine: vera vtique caro Christi, qua crucifixa est, qua sepulta est: vere ergo carnem illius sacramento essi. Ipse clamat Dominus Iesus, hoc est corpus meum: ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguinem nuncupatur. Et tu dicis, Amen, hoc est vere id quod os loquitur, mens intus fatetur, quod sonat affectus sentit. Eadem li. 4 de Sacramentis ca. 5. scribit. *Vis scire, quia verba cœlestium vim consecrandi decere, quæ sunt verba? Dum dicatur dat ja nobis, inquit, hanc oblationem ascriptā rationabilem, acceptabilem: quod est figura corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Qui pridie, quā paterentur, hoc facultis manibus suis accepit panem, respexit ad cœlum, ad te sancte pater omnipotens, æterne Deus gratias agens benedixit, fregit, fractumque Apostolis, & discipulis suis tradidit dicens, accipite & edite ex hoc omnes. Hoc enim est corpus meum, quod pro multis confringetur, similiter etiam calicem, quod est sanguis meus, postquā pascitur accepit, respexit ad cœlum, ad te sancte pater omnipotens, æterne Deus gratias agens benedixit, Apostolis, & discipulis suis tradidit dicens, accipite & bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus. Vide, autem illa verba Euangelistæ sunt vsq; ad accipite, hinc corpus, hinc sanguis, inde verba sunt Christi. Accipite, inquit, & edite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus. Vides singula, Quo pridie, inquit, quam paterentur, in sancta manibus suis, accepit panem: Antequā consecretur panis est: vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentē, accipite & edite ex eo omnes, hic est enim corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vini, & aqua plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebē redemit. Ergo videte quantis generibus probatū est sermo Christi vim nostrā conuertere. Deinde ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus, & sanguinē. Numquid debemus de eius fide, testificatione dubitare? Iam vel maxime ad expositionem rerum. Magnū quidem, & mirabile, quod manna ludeis pluit cœlo, sed intelligo: quod est amplius, manna de cœlo, an corpus Christi ex corpore Christi? Veteres cibo mortui sunt, qui manducauerit hoc corpus, sine dubio non morietur in æternum. Verum non ita est, tam ait, tam dixit. Amen, iam in spiritu consentio, quod accipio corpus Christi. Dixit tibi sacerdos, corpus Christi, & tu dixisti, Amen. hoc est, verum. Quod confiteris intus, teneat affectus. Greg. Nazian. in oratione 2. in Natale Domini. Absque confusione & dubio comede corpus, & sanguinem bibe, neque fermentum hoc aut de carne habeantur fidem derogei, neque ob passiones assedere ex firmus, & confirmis, & stabilis. nec propter adnascentia sermones fluctuet Gregor. Nyssenus oratione Catech. cap. 37. Belle nunc quoque credo Dei verbo sanctificatum panem in Dei verbi corpus transmutari, & Leo sermone sexto, de tricesimo septimo mensis, Diuinæ Dominus, nisi manducaverit carnem filii hominis, & biberit eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, sic Dominicæ mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi, & sanguinis ambigatis, & Cyrillus Alexandr. libro decimo, commentariorum in Iohannem capit. 15.

Verum

Verum quoniam nulla nos ratione humanitati Christi A *quam sequenti capite confirmat ; Nolo enim vos ignorare fratres , quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt , & omnes mare transierunt , & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari , & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eidem potum spiritualem biberunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : nam prostrati sunt in deserto, quasi dicat quemadmodum maiores nostri , etsi ipsi inter se sacramentis vterentur , isidem à Deo afficerentur beneficiis , non omnes salui fuerunt, sed multi in deserto prostrati: ita ego etsi isidem vobiscum vtar sacramentis securus esse non debeo, sed pauidus , vt sapiens ille admonet , ne forte cum aliis* Prou. 28.14. *prædicauero , ipse reprobus efficiar.* Deinde ex initio eiusdem capitis id manifestum est , *Nolo*, inquit, *vos ignorare fratres , quoniam patres nostri omnes sub nube* B *fuerunt, & omnes mare transierunt.* Cũ enim id dicit, non comparat eos nobiscum , qui sub nube nunquam fuimus , sed sub sole instimus ; sed comparat ipsos inter se : ergo & cũm dicit, *Eandem escam spiritualem manducauerunt , & eundem potum spiritualem biberunt.* Præterea cum dicit, *sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo* , versu quinto , non satis esse indicat se annenẽ eos nobiscum , sed inter se comparandos esse. inepta enim alioqui esset argumentatio: nam non potuit ita argumentari ; eandem illi nobiscum spiritualem escam manducauerunt , & tamen nõ in pluribus eorum beneplacitum est Deo, ergo fieri potest, vt neque nos Deo placeamus : nec enim contra Christum Dimus Paulus argumentatur , qui comparans panem illum , id est, carnem suam cum manna, quam veteres Iudæi manducauerunt, ait apud Ioannem capite sexto , quadragesimo nono, quinquagesimo. *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, hic est panis, de cælo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.* Denique versu sexto, addit Dimus Paulus, *hæc autem in figura facta sunt nostri , vt non simus concupiscentes malorum* ; vbi applicat , & accommodat ad nos , quæ ante de Iudæis dixerat , ergo ante de solis Iudæis loquebatur. Non sum contentus telũ hoc extorsisse hostibus, nisi retorsero. Inde igitur argumentor ; Scriptura vocat escam spiritualem, quam Hebræi manducauerunt, & potum spiritualem quem biberunt , vt ab esca , potuque nostro C discernat nostrum vero escam, & nostrum potum nusquam spiritum dem vocat : ergo illa spiritualiter tantũ, nostra vero etiam reipsa sumatur. Hæc sunt aut omnia scripturæ testimonia , quibus hæretici abutuntur, aut quæ plus certe probabilitatis habere videbantur , quæ qualia sint , vel mediocriter prudens lector iudicabit. Adferunt & rationes multas , sed dignendum non est illis respondere, præsertim in commentariis , vbi nihil præter scripturas sonare debet. aut si respondendum est, non hic, sed in scholis respondendum est vbi subtilius id a tractantur. Et satis nobis esse debet , si omnibus rationibus vno verbo respondeatur ; nos Christianos, non Philosophos esse ; rationes nostras esse verbum Dei , quod cum expressum , & luculentum habeamus, nihil moramur, quid naturalis ratio suadere videatur. Vnam tamen eorum rationem non præteribo, quod maxime Theologicam esse putẽt. Hanc, inquiunt , locutionem , *Hoc est corpus meum*, manifestum est esse sacramentalem ; ergo sacramentaliter intelligenda est. Primum possem respondere , si sacramentalis locutio est , non vere, non realiter, non substantialiter, vt Calainus docet, ac loquitur, sed solo sacramẽto, vt Zuinglius volunt , corpus & sanguinem Christi nobis dari: sed breuius, expeditiusque respondeo ignorare eos , quid sit locutio sacramentalis, putare enim eã esse, qua signum externum offertur, res significata excluditur: hoc enim eorum principiũ est, si est sacramentum corporis Christi, corpus Christi nõ est præ-

sentia præsens , existimant enim rei significatæ præsentia A cum signo repugnare. Sed nos Sacrarum literarum exemplis refutamus. Arca veteris testamenti *Signum, & sacramentum præsentia.* fignum quoddam, & veluti sacramẽtum erat quo diuina maiestas significabatur. Doctore etiam Cal. 28. tino ; atqui maiestas diuina præsens erat. Columba illa, qua Spiritus sanctus in Christum descendit, haud dubium, quin eiusdem Spiritus sancti signum fuerit, & quasi sacramentum. Quis dicat Spiritum sanctũ non fuisse præsentẽ? Linguæ igneæ quæ super Apostolos cecidêrunt Actorum secundo , tertio. Spiritus sancti signum erant ; significabant enim fore , vt Spiritus sanctus per Apostolos variis linguis loqueretur ; atqui non erat absens Spiritus sanctus. Dicam igitur , *hoc est corpus meum*, etiamsi B verbum apud nostrum interpretem , *dissone* , inquit , *domi tuæ, quia morietis* , Hæc 38.1. Hebraice eadem significatione appellatur. Dimus Paulus in epistola ad Hebræos capite 9. 16. 17. pro testamento interpretatur loquens & de veteri , & de nouo testamento, *vbi*, inquit, *testamentum est, mortem necesse est intercedat testatoris.* Itaque nimis putidi Grammatici sunt Caluinistæ , & Lutherani, *Morlo Calui.* qui vetus , & nouum fœdus, quam vetus , & nouum *nolle sadus* Testamentum appellare malunt ; Marcus isidem *patius quã* quibus Matthæus verbis scribit , *Hic est sanguis meus testamenti* Testamenti, Lucas vero capite 22. 20. *Hic calix nouum testamentum in meo sanguine*, vt Lucæ verba *vetus.* verenda sunt , Hebraissimo vsus fuisset *in meo sanguine*, id est mei sanguinis, vt Matt. & Mar. sine Hebraismo dixerunt. Cũ ergo idem sit, *hic est calix in meo sanguine*, & *hic est calix sanguinis mei* , iungamus hoc posteriori modo Christum dixisse nulla profecto figurata esset, nã *hic est calix sanguinis mei*, nihil aliud significat, quã in hoc calice est sanguis meus, nec magis figurata ratio est , quam si dicas , hæc est amphora vini , hoc est vas aquæ. Videamus an in nomine Testamenti figura lit. Illi , qui ad figuras omnia retorant, figuram esse contẽdunt, quia calix nouum Testamentum appellatur. Ego, quinõ figuram, sed veritatem quæro. figuram nullã inue-

1. Cor. 10. 7.

2. Cor 6. 19. Ioan 6. 56.

Cyrilli illustre exemplum de vna cõe Christianorum cum Christo in Eucharistia

Ioan. 6 55.

Caluinistarum argumenta contra Eucha. ristiam solu. untur.

Ioan 21 10 & 1 Colinth. 11. 24.

Totus contra hæreticorum exceptionem pro sacramentum hoc loco non sub vna specie.

Argumentum in Caluinistarum ridiculum retorsum ex 1 Cor. 10. 3. 4.

Quæ propriè sacramentalis locutio.

nio. Videmus enim in omnibus linguis nomen fœderis multa significare, & res, de quibus fœdus sanciatur, & symbolum, quo sanciatur, vt percussio porcæ apud veteres Romanos fœdus erat. Itaque sine vlla figura vocabatur; & vetus testamentum non solũ dicebatur, quod Deus ex vna, Hebræi ex altera parte facere debebant, sed etiam promissio ipsa diuina, vt sæpe dicit *propter pactum*, & sanguis ille, quo tanquã externo symbolo initum fœdus erat, idq; sine vlla figura, quia hæc omnia nomen significabat. Apud Lucã oratio sine verbo est, itaque dubitari potest, & à multis disputatur, vbi subintelligendũ verbum sit. *Itis*, inquit, *calix nouum testamentum in meo sanguine*: duobus enim locis verbũ pomi potest, aut post pronomẽ, *hic est calix nouũ testamentum*, vt *calix* per appositionem *nouum testamentum* appellatur; aut post nomẽ *calix*, *hic calix est nouum testamentum in meo sanguine* quo sensũ videtur dixisse Paulus verbo postposito, *hic calix nouum testamentum est in meo sanguine*. Sed ego quidem no dubito, quin ſtatim post pronomen *hic* verbũ ponendum ſit. Cum enim Mat. & Mar. vt diximus, nõ solum sententiam, sed verba etiam Christi recitauerint, ex illis Lucæ, & Pauli verba non solum intelligenda, sed etiam ordinanda sunt. Præterquam quod, vt modo diximus, non erat Christo propositum, vt nouũ testamentũ, sed vt sanguinem suum traderet. Itaque credendum nõ est dicere voluisse, *hic calix est nouum testamentum*: sed *hic est calix sanguinis mei*, qui calix est nouum Testamentũ. Quare ad hunc etiam modũ verba D. Pauli quamuis transposita sint, redigẽda sunt. Scribit, *hic calix nouum Testamentum est*, id est, hic est calix notum Testamentũ. Merito dubitabit aliquis, cur Luc. & Paul. non dixerunt, hic est calix nouũ Testamentum sanguinis mei, aut clarius, hic est calix sanguinis mei nouum Testamentum. Respõdeo Hebraismum esse *in meo sanguine*, id est per meũ sanguinẽ, quo properans vti sum, quia calicem nouum testamentum appellauerant, & melius dicitur nouum Testamẽtum per sanguinem, aut, quod idem est, in sanguine quam sanguinis: sed quod ad sensum attinet, is est, quem Matthæus, & Marcus clarissimis verbis expressêrũt, *hic est sanguis meus nouũ Testamenti*. Cur autem nouũ Testamenti sanguinem suum Christus appellauerit, digna commentatio quæritur est. Solebant omnes fere gentes victimarum sanguine fœdera sanciendo, aliquando & leguminũ solitos, qui aliquod inter se, quod sanctissimum, & inuiolabile esse vellent, fœdus ſtabilirent, tractum ex propriis venis sanguinem bibendum alterum alteri tradidisse, quod & nostro tempore fieri solet. Hoc Christus fecit dato ad bibendum Apostolis sanguine suo: nouum fœdus id est testamentum sancire voluit, duodecim etiam, qui aderant Apostoli omnis Ecclesiæ, cum qua fœdus inibat, personam repræsentabant. Id ergo Christus voluit verbis etiam exprimere. Præterea alludit ad veteris Testamenti institutionem, quod sanguine sacrificati vituli dedicatum fuerat Exodi 24. 8. videtur etiam ad verba ipsa Moysis alludere, qui sumpto, aspersoque sanguine in populum dixit, *hic est sanguis fœderis, quod mandauit ad vos Deus*. Opponit ergo Christus Moysi, sanguinem suum vitulorum sanguini, Apostolos populo Iudæorum, aspersionẽ aspersioni, Testamentum Testamento. Aspersérat Moyses Hebræorum populũ extrinsecus vitulorum sanguine aspersit Christus Apostolos intrinsecus sanguine suo: hanc fortasse vim habere potest participium illud ἐκχυννόμενον *qui effunditur*, id est, qui aspergitur. Nouum autem Testamentum appellat nouum pactum, quod nõ iam cum solis Iudæis, vt prius, sed cum omnibus omnino gentibus, quę Euangelium receperint, confirmauit, *vt omne, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*, vt

4. Reg. 13. 23. 2. Paral. 21. 7.

Cur sanguis noui Test. a Christo magis appellatus.

Solebant in bello Cæsi. lea.

cap. 3. 16.

A ait Dñus Ioannes. Alludit ergo ad nouũ illud fœdus, quod Deus per prophetas sæpe promiserat Isaiæ quinquagesimo nono, vigesimo primo. Ieremiæ 31. 31. 32. 33. Atque hanc fortasse emphasin habet articulus ille Græcus apud Matthæum & Marcum τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. *Hic est sanguis meus noui illius Testamenti*, id est, illius noui Testamenti, quod promissum erat, & de quo sæpe auditum. Vnde intelligitur, cur, cum de corpore loqueretur, nullam de nouo Testamento mentionem fecerit, cum autem de sanguine, fecerit: nimirum quia sanguine fœdera sanciebantur: non vt existimat Origenes, quod eius sanguine redempti sumus? nam & eius carne redempti sumus. De inde colligitur Christum ibi nouum Testamentum constituisse, non in cruce,, vt noui hæretici contendunt: nõ enim sensus hic est sanguis, quo sanciretur, sed quo sanciturus nunc nouum Testamentum, & quidem, cum initur fœdus, partes præsentes esse oportet, aliquo misceri verba, aliquo dari symbolum: in cruce nihil ejusmodi factũ est; Christus desertus erat, & quasi corpus minutus, cũ sola matre, & D. Ioanne locutus est. sed de rebus tantum primatis nõ de publico fœdere locutus est: hic omnia fecit, quæ ad fœderis celebritatem deferari poterant: cum Apostolis, iõ est cum tota Ecclesia erat: in conuiuio vbi solent fœdera celebrari, sanguinem suũ dedit, quo tanquã symbolo fœdera feriuntur. verba dixit, quibus sa fœdus inire cum Ecclesia declarat, *hic est sanguis meus noui Testamenti*. Hic ergo nouum Testamentũ constituum est. vnde & illud rursus colligitur, cum tunc sacrificium obtulisse, sine quo nouum Testamentum poterant. Cum ergo sanguinem suum Apostolis tradit dicens, *hic est sanguis meus nouũ Testamenti*, in possessionem nouũ Testamenti eos mittit. Colligitur etiã Christũ verũ dedisse sãguinẽ. Opponit enim sanguinẽ suũ sanguini vitulorũ, tãquã figuræ veritatẽ.

Qui pro multis.] Eodem vsus est Marcus. Lucas autem, & Paulus dixerunt, *qui pro vobis*. Verum quis simul dixisse vero simile non est, cum ad præsentes verba dirigeret: vtro autem modo dixerit, omnino non constat, sed coniectura ductus probabiliter ma affirmare audeo potius dixisse, *hic est sanguis qui pro vobis effunditur*, quam *qui pro multis*. Primum, quia cum solis Apostolis loquebatur. Deinde, quia, vt supra diximus, munus illis commendabat, volebatque declarare, quid illis, quibus porrigebat sanguinem suum, profuturus esset; cuare ex verbis Lucæ, & Diui Pauli, Matthæi, & Marci verba exponenda sunt, vt idem sit, *qui pro multis effunditur*, & *qui pro vobis effunditur*, non vt Euthymius, & Theophylactus existimant, vt idem sit *pro multis*, atque pro omnibus, quos hic Caluinus pertexto. omnino consilio sequutus est, si tamen legerat, nec enim nominat. cum alibi docere soleat Christum non pro omnibus, sed pro solis prædestinatis mortuum esse: nec sentire est, qui pro multis effundetur, id est prædestinatis, vt multi etiam Catholici interpretes exponunt. Quinimo nec pro omnibus, qui aderant, significat sanguinem illum fundi: minus enim est *pro multis*, quam *pro vobis*: nam perinde est, ac si dicat, *hic est sanguis meus, qui pro vobis*, id est pro plerisque vestrum effunditur; inque multos opponit omnibus, qui aderant. Cũ ergo Christ' dixisset, *hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur*, quia certum erat eum potuisse Iudam etiam comprehendere, pro quo eius sanguis quo ad effectum, & fructum attinet, non effundebatur, Matthæus, & Marcus, vt id explicarent, optimo consilio non verba, sed sensum referentes dixerunt, *qui pro multis effundetur*. Obiiciet aliquis, Ecclesiam sentire virtusque Christum dixisse, *qui pro vobis, & pro multis effundetur*. Respondeo, Ecclesiã nihil detonare, sed eũ

alij

alij Euangelistæ dixissent *pro multis*, alij *pro vobis*, ne in re dubia errare posset, vtrumque commutasse.

Effunditur.] qui effunditur, de cuius præsentis temporis vi versu 26. disputauimus, vbi etiam docuimus ad eructum referri non posse. Hoc loco videndum est, quo sensu Christus dixerit tunc sanguinem suum fundi. plerique putant sensum esse, qui fundatur ad bibendum; nam & in mensa, cum ad bibendum; vinum petimus, puero dicimus, funde vinum; ita vt alludat Christus ad verba Moysis Exodi 24. 8. Conuenit cum hac opinione nomen calicis, qui ad bibendum fundi solet; nec enim alia ratio cogitari videtur posse, cur Lucas, & Paulus nomine calicis, quo Christus, vt diximus, vsus non fuerat, vti sint; nisi, vt significarent, quem ad finem sanguis funderetur; nimirum, vt Apostoli biberent; bibimus enim calice. Magis eorum probo sententiam, qui interpretantur *funditur*, id est offertur, sacrificatur. Primum quianon dicit, qui vobis funditur, vt dicendum erat, si ad bibendum funderetur, sed *qui pro vobis fundetur*, quod cum sacrificio optime conuenit; sacrificium enim non hominibus, sed pro hominibus offertur. Deinde quia cum Christus tradens corpus suum etiam dixerit, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur*, non potest alia fingi causa, cur Matthæus, & Marcus id de solo dixerint sanguine, nisi quia existimarunt ad declarandam sacrificij naturam satis esse, si id de sanguine dicerent, in quo sacrificij vis maxime cernitur. Deniq; eodem sensu de corpore dictum est, *quod pro vobis datur*, & de sanguine, *qui pro vobis funditur*. At cum de corpore dicitur, *quod pro vobis datur*, non poterit esse sensus, quod pro vobis datur ad edendum, sed quod pro vobis sacrificatur: ergo &, cum de sanguine dicitur, *qui pro vobis effunditur*. Dicet aliquis nomen calicis, quo Lucas, & Paulus vti sunt, huic interpretationi repugnare; dicitur enim apud illos non sanguis, sed calix effundi ἐκ μεταφορᾶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου; calix autem non effunditur ad sacrificandum sed ad bibendum. Respõdeo & alias gentes soliras fuisse victimarum sanguinem poculis exceptum sacrificare, quod proprie libare dicebatur.

Virgil. 6. Æneid.

Suppositum alij cultros, tepidumq; cruorem.

Suscipiant patera:

Inquit ille, cum de sacrificio quodam loqueretur, & Moyses ipse, cuius hic figuram Christus explebat, sanguinem vitulorum accepisse dicitur, haud dubie patera, deinde in populum dispertisse Exod. 24. 6. 7.

Quomodo Christi sanguis in Eucharistia funditur.

Christus est in cruce, sed non in Eucharistia sicrificium nouũ Testamenti.

29. *Non bibam amodo.*] οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, de hac generatione, aut de hoc fructu vitis. Vetus interpres, vt Græcum verbum exprimeret, Latinis inusitato verbo vsus est. Non dubium, quin genimẽ vitis periphrasis vini sit; quanquam in scriptura parum vsitata. Cur ea Christus vsus fuerit, paulo post exponemus. Soler scriptura alia in eandem sententiam vti periphrasi, vt vinum *sanguinem vuæ* vocet Genes. 49. 11. Deut. 32. 14. Quid Christus vitis generationem hic appellet, magna est quæstio. Caluinistæ non dubitant, quin id, quod Apostolis porrexerat, vitis fructum, id est vinum vocet; vt vbique panem, & vinum asserant, Christi corpus, & sanguinem excludant. Et quidem Origenes tract. in Matthæum 30. & Cyprian. in epistola ad Cæcilium 63. & Chrysost. homil. in hunc locum 83. & Epiphanius hæres. 47. cõtra Encratitas, Hieronym. in commentariis. Aug. li. 1. qq. Euangelicar. c. 42. Beda. Euthym. & Theophyl. hoc loco ad sanguinem Christi referunt, sed alio tamen sensu, quam Caluinistæ. Nam Caluinistæ dicunt Christum id, quod Apostolis dederat, vinum appellasse, quia vinum erat; hi vero Auctores sanguinem suum vocasse vinum, sicut carnem suam apud Ioannem panem appellauerat, & per

Donec bibam illud nouum.] Quidam interpretantur nouum, id est nouo modo, quod ipsum non ad vinum, sed ad Christũ referunt, quasi dicat, donec renouatus, id est glorificatus illud bibam. Ita Chry

A periphrasim generationem vitis, quia ipse erat vitis vera Ioan. 15. 1. Qui horum Auctorum sententiam sequi volet, meminerit hoc modo interpretari, ne Caluinistarum errori affinis esse videatur. Confirmari hæc interpretatio videtur ex Matthæi, & Marci narratione, atq; contextu, qui cum dixissent Christum accepisse calicem, discipulis tradidisse, dixisseq; *hic est sanguis meus*, addiderũt statim hęc verba, *non bibam amodo de hoc genimine vitis*. Sed persuadere mihi non possum hæc verba ad sanguinem Christi esse referenda: Primum quia quod hic Matthæus, & Marcus de calice Christum dixisse scribunt, Luc. c. 22. 15. 16. scribit etiam de Pascha, id est de agno dixisse, *Desiderio desideraui hoc Pascha* B *mãducare vobiscum, antequam patiar, dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei*: ergo hæc verba, quæ Matthæus, & Marcus referunt Christum de calice dixisse, non de eo calice dixit, quo sanguinem suum dedit, sed de eo, qui in cœna agni Paschalis, vt supra docuimus, à patre familias inter accumbentes distribui solebat. Deinde quia non reddit Christus rationem, cur sanguinem suum dederit: nam dato sanguine aliã rationem reddiderat, *qui pro vobis effunditur*, sed reddit causam, cur desideraverit eam cœnam cum Apostolis agere, quia vltima futura erat, vt Lucas explicauit. Præterea dubium non est Christum cõsueto hominum more loquutum fuisse, qui ab amicis longe discessuri ita solent dicere, non bibemus amplius simul: id autem non dixisset Christus de sanguine suo, qui etsi verus erat, dabatur tamen C sub cæremonia, atque sacramento, sed dixisset de vera, & iusta cœna, cui magis verba illa conueniebant. Denique, quod sequitur, *donec bibam illud nouum in regno patris mei*, vt statim docebimus, non potest intelligi, nisi de cœlo: in cœlo autem non erat bibiturus sanguinem suum, non vere, non metaphorice; vinum autem metaphorice bibiturus erat, *Ego*, inquit, *dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo*, Luc. 22. 29. 30. Ergo non de sanguine suo, sed de vino dixit, *non bibam amodo de hoc genimine vitis*. Vnde colligo, quemadmodum diximus illos, qui apud Lucam duo videntur esse, calices non duos, sed vnum calicem esse, quemadmodum Augustinus & Euthymius existimant; hoc vno ab illis dissentio, quod illi de illo ipso vno calice putent D dixisse Christum primum quidem, *non bibam amodo de hoc genimine vitis*, non tamen dixisse, *hic est sanguis meus*; postea vero dixisse *hic est sanguis meus*, sed non dixisse, *non bibam amodo*, &c. Ego contra non solum existimo Lucam per anticipationem ante tempus calicis vetus interpres, vt Græcum verbum exprimeret, Latinis inusitato verbo vsus est. Non dubium, quin genimẽ vitis periphrasis vini sit; quanquam in scriptura parum vsitata. Cur ea Christus vsus fuerit, paulo post exponemus. Soler scriptura alia in eandem sententiam vti periphrasi, vt vinum *sanguinem vuæ* vocet Genes. 49. 11. Deut. 32. 14. Quid Christus vitis generationem hic appellet, magna est quæstio. Caluinistæ non dubitant, quin id, quod Apostolis porrexerat, vitis fructum, id est vinum vocet; vt vbique panem, & vinum E asserant, Christi corpus, & sanguinem excludant. Et quidem Origenes tract. in Matthæum 30. & Cyprian. in epistola ad Cæcilium 63. & Chrysost. homil. in hunc locum 83. & Epiphanius hæres. 47. cõtra Encratitas, Hieronym. in commentariis. Aug. li. 1. qq. Euangelicar. c. 42. Beda. Euthym. & Theophyl. hoc loco ad sanguinem Christi referunt, sed alio tamen sensu, quam Caluinistæ. Nam Caluinistæ dicunt Christum id, quod Apostolis dederat, vinum appellasse, quia vinum erat; hi vero Auctores sanguinem suum vocasse vinum, sicut carnem suam apud Ioannem panem appellauerat, & per

sost. Euthym. & Theophylactus, quos plerique recentiores interpretes secuti sunt. Hic sensus aliquando etiam mihi placuit, modo non placet; & quia nimis dura locutio est, *nouum* id est, nouo modo; maximeque si ad diuersa, vt isti Auctores volunt, referatur, & quia pronomen *illud*, patinō videtur, vt ita interpretemur, quod advnum proculdubio refertur; itaque vinum ipsum nouum appellatur: nouum igitur dicitur, non quod nouo modo bibendum sit, sed quod alterius, id est præstantius, atque iucūdius futurum sit, quale illud erit, quo omnes beati in cœlo inebriandi esse dicuntur. *Inebriabuntur*, inquit, *ab vbertate domus tua* Psalm. 35. 9. Solent emim Hebræi, quorum phrasim Christus sequutus est, quicquid præstantius est, atque suauius nouum appellare. *Cantate*, inquit, *Domino canticū nouum*, Psal. 95. 97. 149. 1. id est, iucundum.

Nouū apud Hebræos, quod suaue & excellens est dicitur.

In regno patris mei.] Quidam non mali interpretes, nec malo animo interpretantur regnum patris initium noui Testamenti, quod in ipsa cœna cœpit, cum Christus corpus & sanguinem suum noui Testamenti dedit, quod ideo faciunt, vt genimen illud vitis vinum, quod ante Christus biberat; nouum autem gemmen, id est nouum vinum Christi sanguis intelligatur. Pium studium, sed minime necessarium. Nam regnum patris non posse de institutione noui Testamenti intelligi verbum illud, quo Matthæus & Marcus vsi sunt, planum facit *vsque in diem illum, quo illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei*; dies enim ille non poterat eadem esse nox, minus etiam eadem hora, qua nouū Testamentū Christus instituit' erat. quin. vt posslea docebimus, non quemuis diem, sed remotissimū demonstrat. Deinde, qui hoc dicunt, non videntur animaduertere quo consilio hoc Christus dixerit: non enim dubium, est voluisse eum spem discipulorum alere, & animos præcedentibus deiectos verbis, *non bibam amodo de hoc genimine vitis*, verbis sequentibus excitare, *donec illud bibam vobiscum nouum in regno patris*; quo eodem consilio narrat Lucas dixisse eum postquam corpus, & sanguinem suum dederat, *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo*. Ita enim Apostolos moriturus consolatur, quemadmodum si moriens pater filio sienti dicat ie amplam illam hæreditatem relinquere, nō esse, quod mortem suam defleat. Hoc autem non de noui Testamenti institutione, sed de possessione vitę beatę dici potuit. Alii regnum patris Ecclesiam vocari putant, vt Hiero. & Beda. Alii tempus illud quadraginta dierum, quibus post resurrectionem cum Apostolis sæpe edit, ac bibit, vt Chrysostomus, Theophylact. & Euthym. Sed hæc duæ interpretationes iisdem quibus prima, argumentis refutari possunt. Nam dies ille non potest nisi longissimum, & postremum diem demonstrare, sicut dies iudicii *dies ille* vocari solet 1. ad Thess. 5. 4. & 2. & Thess. 1. 10. & 2. ad Timoth. 1. 12. 18. & 4. 8. Præterea illud etiam obseruatur in sacris literis, quamuis regnum Dei aliquando pro Ecclesia, aliquādo pro Euangelio accipiatur, tamen regnū patris nunquam, nisi cœlum, vocari, ideo, vt opinor, quod solus Pater nunquam videatur de cœlo descendisse. Deinde illud etiam obseruo, quotiescunque de esu, & potu regni cœlorum scriptura mentionem facit, regnum cœlorum nec pro Ecclesia, nec pro Euāgelio, sed prō vita beata poni solere, *Satiabor*, inquit, *cum apparuerit gloria tua*, & Matthæi 8. 11. *Dica autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum*. & Lucæ 14. 15. *hæc cum dixisset, quidam de simul discumbentibus dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, & ca. 22. 29. 30. *Ego disponо vobis, sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meā in regno meo*, & Apocal. 19. 9. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt*, quæ omnia sine vlla dubitatione de cœlesti, beataque vita intelliguntur, ergo & quid Christus hic dicit, *in regno patris mei*, cum de bibendo agat. Denique si regnū cœlorum pro aliare, quam pro beatitudine sumatur, haud video, quomodo illud vinum nouum conuenienter exponi possit: nam si de sanguine Christi interpreteris, post resurrectionem bibisse non constat, at si bibit, non potuit tam exiguum temporis momentum designare. Si de vero vino, post resurrectionem non nouum, sed vetus bibit; nam illud nouum, id est, nouo modo iam reformatum. Cum vita autem beata nouum vinū optime conuenit, quia, vt diximus. Hebræorum more nouum, id est præstans, suaue, & iucundum appellatur, qualia veteres poetę nectar, & ambrosiā esse fabulabantur. Atque ad hunc modum Origenes tract. in hunc locum 35. & Grego. Nazianzenus in oratione 2. in sanctum Pascha, & Beda, quamuis ipse quidem Beda allegorice interpretetur. Obicit quidam, cui primam interpretationem omnium minime probabilem sequuto hæc nostra non placuit, credēdum esse Christum tam exiguo verborum interuallo, verbi significationem mutauisse, vt genimen vitis, nunc verum vinum, nunc metaphoricum, id est, beatę vitæ suauitatem appellaret. Leuis in re grauī ratio, & quæ non minus sui Auctoris, quam nostram sententiam refutare possit, nam si, vt ille ait, vinum nouum sanguinem suum Christus appellauit, verbi etiam mutauit significationem. Sanguis enim Christi non verum, sed metaphoricum vinum est. Tenendum ergo memoria, quod capite 8. 22. adnotauimus solere Christū in eadem oratione vno eodemque verbo ambigue vti, non solum sine vitio, sed cum magna etiam orationis elegantia, & argutia, subtilitateque sententiæ, *Dimitte*, inquit, *mortuos sepelire mortuos suos*, priore loco metaphorice, posteriore vero mortuos appellat, & in illo exemplo, quod huic, de quo agimus, simillimum est Ioannis 4. 13. 14. *Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*, primo loco aqua proprie, secundo metaphorice vsus est. Melius obiici posset, quod Christus dicat, *non bibam ex hoc, donec bibam illud*, nam cum dicit *ex hoc*, & periphrasi describit, verum vinum demonstrat, & cum dicit, *donec bibam illud nouum*, idem ipsum vinum intelligit, quia ad illud, *hoc*, illud, *illud*, refertur. Respōdeo hęc pronomina hoc loco nec individuum, neque speciem, sed totum genus, quinomine vini siue proprie, siue metaphorice cōtinetur, demonstrare, sed ex circumstantiis intelligi pronomen *hoc* accipi pro vero vino, *illud*, pro metaphorico; perinde enim est, ac si diceret, non bibam deinceps vinum, donec bibam illud vobiscum nouum in regno patris. Alii obiciunt; quod Christus post resurrectionem, antequam ad cœlum ascenderet, sæpe cum Apostolis ederit, ac biberit, vt Petrus testatur Actor. 10. 41. Primum possumus negare bibisse vinum, quia id scriptura non dicit; sed vt concedamus, quia probabile est si non semper, aliquando bibisse; verba Christi humano, & consueto more intelligenda sunt; cum ipse dicit, *non bibam amodo de hoc genimine vitis*, tantum significat se postea non esurum, & bibiturum cum Apostolis, sicut antea; ibat enim ad mortem: edit quidē, & bibit cum Apostolis post resurrectionē, at non consueto more, vt naturæ necessitati satisfaceret, sed obiter, raptim, & tantum, vt se resurrexisse demonstraret: edit & bibit; & solet de his rebus, quas alio modo, quam ante, post resurrectionem egit, ita loqui, qui si non egerit: *hęc*, inquit, *sunt verba, quę locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum*, Lucę 24. 44. quasi tunc cum illis non esset; nempe quia ita cum illis erat, vt non nisi aliqua de illis

illis appareret, cæterum inuisibilis, non vt ante, ita vt semper cum illis esset, semper ab illis videretur, semper cum illis ederet, ac biberet. Eodem igitur modo, etsi post resurrectionem suam cum Apostolis aliquando edit, & bibit, tamen quia id non nisi velut per transennam fecit, non ducit in numerum. Hinc ratio colligi potest, quam in hunc locum supra distulimus, quam ob rem Christus periphrasi vsus sit. Sunt qui dicunt alludere voluisse ad consuetam gratiarum actionem Iudæorum; quæ his, vt ferunt, verbis concepta erat; *Benedictus sis tu Domine Rex mundi, qui das nobis fructum vitis*. Id nec omnino probo, nec reprehendo: sed illud mihi videtur probabilius, Christum emphasis causa ita loquutum esse: plus enim est, & maiore cum exaggeratione dicitur, non bibam ex fructu vitis, quā non bibam vinum, sicut magis exaggerate idem dicit, qui negat se quicquam, quod terra ferat, esurum esse, quam qui negat se cibum vllum sumpturum, quamuis nullus cibus sit, quem terra non ferat, quia periphrasis illa, atque descriptio orationi vim addit.

Petrus non amisit negando Christum.

30. *Et hymno dicto.*] *Ὑμνήσαντες*, cum laudem Deo cecinissent; hæc enim tria Græca dictio complectitur. Itaq; non solus Christus, sed etiam Apostoli hymnum dixerunt, vt Origenes, & Hilarius adnotant; quamuis Beda non cōsiderans Græcum verbum à solo Christo dictum putet. An cecinerint, non satis constat; sed quia id verbum proprie significat probabile est, & exemplum cantus Ecclesiastici esse potest. Certe Chrysostomus ad Missæ sacrificium accommodat, inde colligens neminē debere ante gratiarum actionem, quæ in fine fit ab Ecclesia discedere. Sunt qui putent Christum vsitatum aliquem Iudæorum hymnum cecinisse. Nā Euangelistæ quasi de vsitato hymno dicunt, *Et hymno dicto*. Paulus Burgēsis scribit Iudæos loco gratiarum actionis septem Psalmos recitare solitos, id est a Psalmo centesimo duodecimo, cuius initium est, *Laudate pueri Dominum*, vsque ad Psalmum cētesimum decimum octauum. Alij Christum nouū aliquem hymnum composuisse dicunt. Neutrum certum est; illud hoc probabilius; Iudæos enim aliqua certa gratiarum actione vti solitos ideo credendum est, quod non solum eorum interpretes doceant, sed etiam præceptum illis a Deo fuisse videamus. Deut. 8. 10. *Cū comederis, & satiatus fueris, benedices Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi.*

Hymnus à Christo & Apostolis dictus sanctus Ecclesiastici exemplar. Missa integra audienda.

Exierunt.] Ex domo, vbi cœnauerant, aut etiam ex vrbe; vide disputationem ea de re Ioan. 14. 31. & 18. 1. vbi & cur exierit, dicturi sumus. D. Ioan inter sacramentorum exhibitionem, & egressum Christi, multa illis, & grauissima verba fecisse tradit, quę à c. 13. 30. vsq; ad initium ca. 18. scribit; Lucas etiam alia nonnulla ponit, quæ Ioannes prætermisit; factam fuisse cōmēcionem inter Apostolos quis eorum videretur esse maior, & reliqua quæ c. 20. 25. à nobis explicata sunt, & illa Luc. 22. 28. 29. 30. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo*. vnde colligitur, antequam Christus exiret e domo, exisse Iudam, quia dicit, *vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis*, quasi oppositum vndecim Apostolos Iudę qui cum illo in tentatione non permānserat, sed potius *magnificauit contra eum supplantationem.*

Psal. 40. 10.

In montem olivęti.] Distabat mons olivęti ab vrbe Ierosolyma sabbathi iter, vt Lucas scribit Act. 1. 12. id est mille passus, aut vt alij volunt, bis mille. Certum est proximum fuisse locum, cū Christus post cœnam eo ire potuerit: quanquam hortū Gethsemani, in quem iusse dicatur, vero simile est non in ipso monte, sed citra ad radicem mōtis situm fuis-

Zach. 13. 7.

31. *Omnes vos scandalum patiemini.*] Non significeat, vt multi interpretantur, fidem Apostolos perdituros; nec, vt alij dicunt, in fide vacillaturos esse: aut negaturos Christum, sed deserturos, vt ex Petri responsione colligitur vers. 33. *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor*, id est, etsi omnes te deserant, ego non deseram: fidem enim nemo eorum perdidit, nePetrus quidem ipse, qui negauit; etsi scio nōnullos veteres Auctores ita loqui solere, quasi fidem perdiderit, nō distinguētes fidei] confessionem à fide, & negationem Christi à fidei amissione, quæ longe diuersa sunt. Luc. c. 22. 31. soli Petro dixisse ait, *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum*. Deinde Matt. & Marc. hæc ita narrant, quasi Christus ea dixerit, postquam de domo exissset. D. Aug. li. 3. de consensu Euang. c. 2. putat prius Christum dixisse, quod Ioannes narrat cap. 13. 33. *Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non potestis venire*, ea occasione Petrum interrogasse, quod idem Ioannes scribit ver. 36. *Domine quo vadis*, Christum respondisse, *Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea*: Petrum dixisse *quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam*. Tunc Christus, cum videret Petri confidentiam, & iactantiæ similem promissionem, dixisse, quod Lucas scribit, *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret*. Quod autem Matthæus, & Marcus dicunt, *omnes vos scandalum patiemini*, aut Christus postquam Petro priuatim dixisset, quod scribit Lucas ad omnes conuersus omnibus dixit, aut quia, quod Petro dicebat, omnibus dicebat; Matthæus, & Marcus non verba, sed sensum Christi retulerunt.

In me.] Hebraismus, id est propter me. Cum videbitis me indigna patientem, occasionem mei deserendi accipietis, hoc est *scandalum patiemini in me.*

Scriptum est enim.] Accommodat Zachariæ testimonium ad se iure suo. Nam etsi ad veteres sacerdotes pertineat, de illo tamen proprie dictum fuerat, vt ex præcedentibus, & sequentibus Prophetæ verbis manifestum est. Accommodat autē, non vt doceat necessario euenturum esse, vt se Apostoli deserant, eosq; à culpa euentus necessitas excusset, sed vt doceat, id sibi nouum non fore, nā & se iam scire, & vero à Propheta prædictum fuisse; *Percutiam pastorem*, *πατάξω*. Apud Prophetam Hebraice est נכה, Septuaginta verterunt *πατάξω* percute. Itaq; facile adduceret hoc etiam loco pro *πατάξω percutiam* legendum esse *πάταξον* percute, ne Euangelistæ verba à verbis Prophetæ dissonare videantur, nisi viderem nonnullis etiam aliis in verbis Euangelistam à Propheta differre. Malo itaq; dicere Euangelistam sententiam spectasse, nō verba. Quod ad sententiam autem attinet, id est percute, & percutiam. Deus enim erat, qui pastorem percutiri iubebat, & quod per alium facit, ipse facit. Indicat ergo se esse, qui filium suum percutit; sicut alibi dicitur eum pro nobis ad mortem tradidisse.

32. *Postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilęam.*] Duobus verbis discipulorum animos recreat, & cum se resurrecturum affirmat, & cum eis in Galilæa apparitorum.

34. *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.*] Marcus c. 14. 30. scribit *priusquam gallus vocem bis dederit, ter me negaturum*, vnde nata quæstio est, quomodo intelligēdum sit, quod Matthæus dicit hoc loco, & Lucas cap. 22. 34. & Ioan. ca. 13. 38. *antequam gallus cantet, ter me negabis*; an aduerbium illud *vel* ad galli cantum, an ad Petri negationem referendum sit. Diuus August. lib. 3. de consensu Euang. capit. 2. putat hunc esse sen-

sum, *antequam gallus cantet, ter me negare inci-*
pies, quasi ante galli cantum tres negationes incœ-
perit, sed non absoluerit. Dura interpretatio; nam
ex contextu huius loci, & Lucæ cap. 22. 34 & ex Io-
anne c. 13. 38 manifestum est Christum dicere vo-
luisse, antequam gallus cantaret, Petrum se ter esse
negaturum; deinde perit Augustino illo modo in-
terpretanti tota huius sententiæ Christi gratia; si-
gnificat enim Petrũ, antequam gallus cantet, id est,
brevissimo temporis interuallo nõ semel, non bis,
sed ter se esse negaturum. Ita intelligendum esse e-
uentus docuit, & Euangelistæ monuerunt, nam &
Matthæus infra ver. 74. 75. & Luc. ver. 60. 61. & Io-
an. c. 18. 27. postquam narrassent ter Petrum nega-
uisse, addiderunt, *& continuo gallus cantauit, & re-*
cordatus est, Petrus verbi Iesu, *quod dixerat, priusquam*
gallus cantet, ter me negabis. Rectè ergo hunc locum
explicauit, qui dixit Matthæum, Lucam, & Ioan-
nem galli cantum appellasse, non illum, quem ad
mediam noctem edere solet gallus, sed eum, quẽ
ante auroram, quod ille proprie atq; vsitate galli-
cinium aut galli cantus vocari soleat, quia primus
cantus alio nomine media nox appellari potest.
Tempus autem illud, quod auroram præcedit, &
quo gallus cantat, nisi galli cantus appelletur, alio
vocabulo appellari non potest. Ita scriptura loqui
solet, Tobiæ 5 11. *Et factum est circa pullorum cantum*
accersiti sunt Raguel seruus suos, & abierunt cum eo pa-
riter, vt foderent sepulchrum, & Marc. ipse ea 13. 35. vi-
gilate ergo; nescitis enim quando dominus domus veniat,
sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ergo ante
auroram quod proprie tempus galli cantus appel-
latur, Petrus ter Christum negauit, vt Matthæus,
Lucas, & Ioannes scribunt. & quod idem est, ante-
quam gallus bis cantaret, semel ad mediam noctẽ,
iterum ante auroram, ter Petrus negauit, vt scribit
Marcus. Quæret aliquis, cur Marcus aliter de ea re,
quam alij Euangelistæ scripserit. Probabile mihi
videtur Marcum ex Petro, cuius discipulus erat
intellexisse non solum, qua sententia, sed quibus
etiam verbis sibi Christus prædixisset fore, vt ter
eum ea nocte negaret; isdemq; verbis vsum fuis-
se; eo autem vero simili* est Christum Marci vsum
fuisse verbis, quod ea maiorem habeant efficaci-
tatem. Opponit enim Christus numerum numero, quasi dicat, diligentior tu eris in me negando,
quam gallus in cantando; nam antequam ille bis
cantet, tu ter me negabis. Videmus namque totam
Christi orationem emphaticam esse, *Amen dico tibi*,
hæc enim emphasis est; *in hac nocte*, & hęc, quasi di-
cat hac ipsa nocte, qua iactas te, etiamsi pro me mo-
ri oporteat, te non esse negaturum, *antequam gallus*
bis cantet, tu ter me negabis.

36. *In villam*,] ἐις χωρίον, quo eodem verbo Mar-
cus vsus est. Hortum fuisse constat ex Ioanne c. 18.
1. 26. in quem Christus orationis causa sæpe ibat,
vt idem ait Ioan. ver. 2. Iudam sciuisse eo solitum
ire Christum, & Luc. cap. 22. 39 *& egressus ibat*
secundum consuetudinem in montem Oliuarum, vnde
apparet Christum non, vt se absconderet eo se re-
cepisse, sed potius, vt facilius à Iuda: & militum co-
horte inueniretur, vt eo loco Ioan. indicauit.

Quæ dicitur Gethsemani.] Gethemani potius, aut
Gelemari dicendum esset, id est vallis, aut hortus
octauus, aut pinguis; pinguis, quia fertilis erat; o-
ctauus, quia, vt quidam putant, cum circum Iero-
solymam mulæ amœnæ villæ essent, multiq; hor-
ti, ex distantia, qua ab vrbe aberant, nomina for-
tiebantur, vt alius primus, alius secundus hortus
diceretur; vt apud Romanos primus, secundus,
tertius ab vrbe lapis. Putat Cyrillus in commenta-
riis in caput 18. Ioann. aliquod fuisse mysterium,
quod Christus se in hortum comprehendendus
receperit, hortum scilicet illum symbolum fuisse
paradisi: nos in paradiso à Diabolo captos fuisse, in

A eodem paradiso liberatos; comprehensio enim
Christi initium fuit nostræ libertatis.

37. *Petro, & duobus filiis Zebedæi.*] Iacobo, & Ioan-
ne capite 10. 3. Cur aliquos secum assumpserit, non
difficilis est ratio; voluit orationis suæ, doloris &
lethalis illius sudoris testes habere. Cur autem hos
tres potius, quam alios Hilarius, Chrysostomus &
Theophylactus respondent, propterea quod hi
tres gloriam, & maiestatem ipsius in transfigura-
tione viderant cap. 17. 2. & verendum erat, ne alij,
qui non viderant, Christi infirmitate offenderen-
tur. Simplicius respõderi potest, ideo hos tres po-
tius, quam alios assumpsisse, quia plus illis confide-
bat, ideoque ad omnia secreta solebat adhiberi,
sicut ad transfigurationem adhibuerat.

B *Cœpit contristari, & mœstus esse.*] ἀδημονεῖν, ἀγω-
νιᾶν triſtari & anxio esse animo; est enim ἀδη-
μονεῖν ita vehementi obiecti discriminis metu angi,
vt quodammodo exanimis & attonitus sis. Euan-
gelistæ vero Matthæus, & Marcus, qui hoc vsi sunt
verbo, solam magnitudinem tristitiæ Christi de-
clarare voluerunt. Fuerunt olim, qui negarent ve-
ram in Christo fuisse tristitiam, vt Chrysostomus
hoc loco & Ambrosius in comment. in caput. 2. 2.
Lucæ indicant, & Damascenus de hæreticis qui-
busdam scribit libro de hæresibus capit. 84. Nescio
an Hilarius in eo imprudenter fuerit errore; ni-
mis enim illi congruenter videtur loqui, & hoc
loco, & libro decimo, de Trinitate, vbi plane affir-
mat, nullum Christum dolorem sensisse, & in
C comment. in Psalm 68. Euagrius libr. 4. histor. Ec-
clesi. ca. 39. scribit simili in errore lustinianum Im-
peratorem fuisse impatibilem fuisse Christum.
Non possumus eius rei meliorem testem, quam
Christum ipsum desiderare, qui animam suam vs-
que ad mortem tristem esse dicit. Alij contra, vt
refert in comment. Diuus Thomas, cuam secun-
dum diuinitatem passionem, ac dolorem sensisse
docuerunt; nimis stulte de diuinitate sentientes.
Alij tristitiam illam Christi non passionem fuisse,
sed propassionem, id est, non πάθος, vt Græci vo-
cant, sed προπάθος; hoc autem inter passionem &
propassionem interesse, quod nunc Theologi in-
ter primos, & secundos quos appellant motus in-
teresse dicunt; passionem esse, quæ animum ali-
D qua ratione turbat, & aliquem, quamuis imperfe-
ctum voluntatis consensum extorquet; propas-
sionem, quæ hominem quidem mouet, & aut do-
loris, aut delectationis sensum aliquem effert, sed
animum de quiete sua non deturbat. Ita Orige-
nes, Hieronymus, & Beda existimant Christum
fuisse tristatum, atque hanc eius verbi vim esse
ἀχθεσθαι sapit, quasi cœperit quidem, sed non finierit,
quia propassio vsque ad passionem non peruenit.
Potius credo verbum illud hanc vim habere, vt
significet Christum non coactum, cum periculum
obiectum est, sed sponte quando voluit, quantum
voluit, & quomodo voluit, tristatum fuisse, quod
ex aliis quoque circumstantiis apparet. Paulo ante
cum esset cum vndecim discipulis, tristatus non
E fuerat, quia nolebat tristitiam suam omnibus no-
tam esse, statim, vt ab illis digressus est, & cum tri-
bus tantum familiaribus discipulis fuit, tristari
cœpit, vt Euangelistæ adnotauerunt indicantes,
quando voluit, & qua ratione voluit, fuisse trista-
tum. Eleganter in hanc sententiam Augustinus
scribit in comment. in Psalmũ 87. *Hos humanæ in-*
firmitatis affectus, sicut ipsam carnem infirmitatis hu-
manæ, ac mortem carnis humanæ Dominus Iesus non
conditionis necessitate, sed miserationis voluntate susce-
pit: vt transfiguraret in se corpus suum, quod est Eccle-
sia, cui caput esse dignatus est, hoc est membra sua in sancto &
fideliter suis, vt sicut eorum inter humanas tentationes
contristari & dolere contingeret, nõ ideo se ab eius gratia
utaret alienũ, & non esse ista peccata, sed humanæ infirmi-
tatis

tatis indicia, tanquam veri præmissa continent chiro-
graphi; ita corpus eius ex ipsa sua capite addisceret. Recte
Damascenus scripsit lib. 3. de fide orthodoxa cap.
20. Hoc inter nostras, & Christi passiones interesse,
quod nostræ, voluntatis peruenient actionem;
Christi sequantur, id est nos etiam nolentes passio-
nes habere, Christum non nisi volentem habuisse:
deinde quod nostrę ex naturali necessitate, & pec-
cato originali nascantur, Christi nec ex peccato,
nec ex necessitate, sed ex misericordia natæ sint;
esuriuit enim pro nobis, sitiuit pro nobis, doluit
pro nobis. Itaque quod quidam docti, vt Catholi-
ci interpretes docuerunt Christum conditione
humanæ naturæ mortem eximuisse, interpretari
malo, quam refutare: potest enim sic intelligi, vt
Christus non conditione, & necessitate naturę do-
luerit, sed voluntate sua ita naturam in sua natura-
li conditione reliquerit, vt tantum doluerit, quan-
tum, si pura natura humana fuisset, docuisset. Sub-
tilius in scholis à Theologis disputatur, qui fieri
potuerit, vt Christus, cum beatus fuerit, tristitiam
habuerit. Sunt, qui respondeant beatum fuisse su-
periore tantum animæ parte: corpus enim illius
nondum fuisse beatum, quin, vt pati posset, non-
dum se in illud beatitudo effuderat; tristitiam au-
tem fuisse in inferiore parte quæ in corpore est. At
Christus animam suam vsque ad mortem tristem
esse affirmat, quo verbo ostendit omnes animæ
suæ partes occupasse & paulo post dicit, *non sicut ego volo, sed sicut tu*, & vt alius Euangelista clarius di-
xit, *Non mea voluntas, sed tua fiat*: vbi haud obscure
significat se etiam voluntate quæ superior animæ
pars est, fuisse tristatum, mortemque refugisse. Et
C vero ex eo loco sexta synodus generalis, aliique au-
ctores veteres probauerunt duas fuisse in Christo
voluntates, diuinam, & humanam: Itaque eorum
subtilitas, qui voluntatem hic interpretatur partis
sentientis appetitum, probanda non est. Melius igi-
tur alii dispensatione quadam factum fuisse, vt cũ
Christus beatus esset, tristitiam etiam superiorem
animæ partem admiserit: nam sicut beatitudinem
suam cohibere potuit, ne dflueret in corpus, vt
pati posset, ita premere eam potuit, & quodammodo
occultare, vt ad tempus tristitiæ cederet, quæ vna
passionis suæ pars futura erat. Quæritur inter in-
terpretes, quam ob causam Christus tristatus sit. D
Hilarius, Hieronymus, & Beda non metu mortis,
sed discipulorum commiseratione, quod scanda-
lum passuri essent, tristatum fuisse dicunt, atque
hoc esse, quod paulo post dicit, *tristis est anima mea*
vsque ad mortem, quasi dicat, cum hora mortis ve-
niet, non erit tristis, quia scandalum præteritum
fuerit. Hilarius vero nominatim propter Iudam,
quod perditum sciret, tristatum putat. Bono ani-
mo in auctores ita senserunt: ne Christum timi-
diorem, quam multi eius martyres fuerunt, face-
re viderentur, sed sic, quod paulo ante notauimus,
teneatur, istud non erit necessarium, Christũ
vere quidem, sed sponte tamen, & libere timuisse:
hæc enim ratione fit, vt etiamsi, plus pertimuisse
mortem videatur, quam multi eius martyres ti-
muerunt, timidiorillis dici non possit. Non enim
timidus, sed fortissimus est, qui non nisi, quando
vult, timet. Et ita omnia docent Christum timuis-
se mortem, vt negari salua scripturæ auctoritate
non possit. At si voluntate sua timuit, cur timere
voluit? Possem vno verbo respondere, si voluita-
te sua mortuus est, cur mori voluit? Vtiq; pro no-
bis, & pro nobis doluit; nam mortis præludia &
dolor, & tristitia, & sanguinem sudor erat. Magnũ
ergo fuit, & cumulatum Christi beneficium, quod
mortem pro nobis non subitam, qualis eorum es-
se solet, qui nec opinantes securi feriuntur, sed cũ
omnibus suis circumstantiis coniunctam suscipe-
re voluerit, cum dolore, cum flagellis, cum con-

A uitiis, cum ignominia, & eum nõnullis rebus, quæ
mortem comitari non solent, qualis sudor ille san-
guinis fuit. vt vere posset dicere, *Circumdederunt me*
dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Psal. 114. 3.
Paulo aliter Hieronymus, Beda, Euthymius, & Theo-
phylactus in commentariis & Augustinus in Psal.
87. propterea timere, & tristari Christum voluisse,
vt verum hominem ostenderet, tum etiam, vt vi-
dem ait Augustinus, ne eius membra, id est fideles,
si quando tristarentur, putarent id esse peccatum.
At cur vehementius, quã alii homines mortis metu
tristari soleant, tristatus videtur fuisse, eo quidem
vt quemadmodum Lucas capite vigesimo secun-
do, quadragesimo quarto, scribit guttæ sanguinis,
aut, vt Græce est, θρόμβοι grumi, id est magnæ san-
guinis guttæ ex eius corpore in terram defluerẽt?
B Scribit Hilarius libro decimo, de Trinitate, & Di-
uus Hieronymus libr. secundo, aduersus Pelagia-
nos suo tempore id, quod Lucas de sanguine & de
angelo qui Christo oranti apparuisse dicitur. Tra-
dit in plerisque Græcis, & Latinis eodicibus lectũ
non fuisse: sed potius credendum est à nonnullis
id fuisse delecum, quam à quoquam adiunctum.
Alii non delent, verbum sed sensum extenuant,
quasi non re vera sanguinem Christus sudarit, sed
prouerbiali forma dictum sit sudasse sanguinem,
id est vehementi timore correptũ fuisse, sicut vul-
go de his dicere solemus, qui valde anxii, & impe-
diti sunt, guttas eos sanguinis sudare. Ita Euthym.
& Theophylactus exponunt: sed Euangelista, cum
dicat guttas sanguinis in terram defluxisse, nõ po-
tuit profecto aliter intelligi, quam ita vt verum fu-
C disse sanguinem. Quod ergo sanguinem Chri-
stus sudauerit, etiã sunt, qui miraculo, ac præter na-
turam factũ putent, tum etiam mysterio quodam,
vt totum eius corpus, quod est Ecclesia ipsius san-
guine perfundi videretur, potius naturalem sudo-
rem fuisse arbitror, sed quia insolitus est, mira-
culo fuit similis, qualia omnia rara esse solent. Scri
bit tamen Aristotela id fieri naturaliter posse, &
aliquando contigisse. Et quidem ratio naturalis
docet in hominib* præsertim rare texturę, delica-
tæque constitutionis fieri id posse; cum enim su-
dor nihil aliud sit, quã pars sanguinis aquosa, quæ
in venis est, cur quemadmodum omnibus pars illa
D per sudorem effluit, non possit in paucissimis qui-
busdam, qui tarissimo sint corpore, & subtiliorem
sanguinem habeant, sanguis ipse tenuior loco su-
doris effluere, & quemadmodũ videmus omnes
subito correptos metu sudare, ita Christum, qui
delicatissimę naturæ erat, non dicamus naturali-
ter apprehenso ignominiosissimo genere mortis
sanguinem sudauisse? Audio de his, qui viderunt,
aut cognouerunt ante annos duos Lutetiæ Pari-
siorum hominem robustum, & bene valentẽ au-
dita in se capitali sententia sudore sanguineo fuis-
se perfusum. Maiore admiratione dignus est, quã-
obrem Christus tantopere mortem apprehende-
rit, vt sanguinem sudaret. Respondet D. Tho. quia
non solam mortem, sed mortis potissimum causã,
id est omnib hominum peccata animo concipie-
E bat: in quam sententiam Diuus Ambrosius in cõ-
mentariis in cap. 22. Lucæ pie sane, & eleganter
scripsit. *Minus conturbat mihi, si mœrorem suscepisset af-*
fectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod ita mortem
doleret, & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ te-
dio nies infirmitatis assumpsit. Suscepit enim tristitiã me
am, vt mihi suam lætitiam largiretur, & vestigia nostra
descendit vsque ad mortis eruminam, vt nos sui vestigii
tenoc aret ad vitam. Confidenter ergo tristitiam nomino,
quia crucem predico, nec enim speciem incarnationis su-
scepit, sed veritatem; debuit ergo & dolorem suscipere, vt
vinceret tristitiam, nõ exhuderet. Nec enim habent for-
titudinis laudem, qui fuporem magis vulnerum tule-
rint, quam dolorem.

Quis galli cantus in scriptura.

Differentia passionum Christi, & nostrarum ex Damasceno.

Psal. 114. 3.

Christus quomodo tristitiam cum beatitudine habuerit.

In Christo quomodo tristitia.

Passiones in Christo non fuerunt, sed propassiones.

Quomodo Christus sanguinem sudauerit.

Lib. 7 de hist. animal. c. 30 & lib. 3. de part. anim. c. 5.

Quomodo Christus tristitiam assumpserit.

Ioan. 12. 27.

Quomodo Christus approbauit, vt sanguinem sudaret.

34 *Tristis est anima mea vsque ad mortē.*] περίλυπος, A tristitia vndique obsessus est animus meus, eodem omnino sensu quo in persona Christi Dauid dixerat, *circumdederunt me dolores mortu.* Quod autem dicit vsque ad mortem, Origenes, Hilarius & Hieronymus tempus significare putāt, quasi dicat, tristis est anima mea, sed tristitia hæc non durabit, nisi vsque ad mortem. Aliena vt mihi videtur interpretatio: nec enim Christus id agebat, vt tristitiæ magnitudinem minueret, sed vt augeret; minuisset autem, si dixisset eam nō nisi vsque ad mortem duraturam. Aliam interpretationē memini apud auctorem quendam recentiorem legere, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, id est adeo tristis, vt tristitia ipsa mortem mihi afferre videatur, quemadmodū vulgo dicere solemus, morior dolore, morior fame. Verus sensus est, quem Euthymius indicauit, *tristis est anima mea vsque ad mortem*, id est tam tristis, quā si iam morerer, sicut Dauid dixit, *circumdederunt me dolores mortu*, id est tam magni, quā, qui in morte sentiuntur.

Psal. 124 3.

Psal. 114 3.

Sustinete hic.] μείνατε, manete. Eodem verbo vsus est Marcus. Alios discipulos paulo ante non solum manere, sed etiam sedere iusserat ver. 36. hos manere, & vigilare, id est in statione esse, excubias agere, quia propiores periculo erāt, cuius volebat esse testes, sicut paulo post ver. 41. non solum manere & vigilare, sed etiam orare iubet.

30. *Et progressus.*] Luc. *Et amictus est ab eis*, quo verbo nescio, an nimis argute significari quidam putent illum non libenter à tribus illis carissimis discipulis discessisse.

Pusillum.] Quantum pusillum illud fuerit, Lucas 22. 41. vt Euthym. admonuit, expressit, *quantum*, inquit, *iactus est lapidis.* Quæri potest, cur secesserit à discipulis oraturus. Sequutus est, vt air D. Thomas præceptum suum sup. ca. 6. 6. *Tu autem, cum orabis, intra in cubiculum tuum, & claudo ostium tuum*, & vt ego etiam opinor, humanam consuetudinem, & velut verecundiam sequutus est. Nā etiam si coră aliis orare nos nō pudeat, multa tamen in oratione audientibus aliis loqui, multa exteriora interioris affectus, & ardoris signa ostendere pudet, quæ solos non pudet.

In commentario in huncl. locum.

Procidit.] Marcus in terram procidisse dicit, Lucas vero positis genibus orasse, vnde intelligimus non fuisse omnino in terram prostratum, sed genua flexisse: ideoque Marcum dixisse procidisse in terram, quia, qui genua in terram ponit, in terram procidit.

Pater, si possibile est.] Sciebat Christus absolute possibile esse Deo, sicut apud Marcum declarat, *Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt*, sed posito diuino decreto quo constitutum erat, vt pro nobis moreretur, sciebat esse impossibile, vt calix ille à se trāsiret: cur ergo orabat, vt si fieri posset, calix transiret? Relinquebat naturam humanam partes suas agere, quemadmodum egisset, si neque cum diuinitate coniuncta fuisset, nec de diuino decreto quicquam scituisset. Colligitur ex collatione Matthæi, & Marci, vt recte D. Augustinus libro 3. de consen. Euangelist. cap. 4 obseruauit, idem valere *si possibile est*, & *si vis*, nam de absoluta illa, quam vocant potestate Christus nō gebat, nec eam in dubium reuocabat, & quasi cautionis causa apud Marcū profitetur, *omnia tibi possibilia sunt*: cū enim addit, *sed nō quod ego volo sed quod tu*, indicat, cum dixit *si possibile est*, nihil aliud dicere voluisse, quam *si vis*, aut si rebus integris, si salua gloria tua velle potes. Refellitur etiam ex Marco Caluini starum error, qui putant Deū plura facere non posse, quam quæ vult; nam etsi apud Matth. idem est, *si possibile est*, & *si vis*, apud Marcum idem non est, apud quem de Dei potestate Christus non dubitat. *Omnia*, inquit. *tibi possibilia sunt*. De voluntate autem dubitat, id est, quasi homo dubitans loquitur. Quod dicit, *Pater*, orationis initio aptum ad conciliandam gratiam exordium est, vt Hieronymus admonuit; Marcus Chaldaicum, & Græcum copulauit verbum, *Abba, Pater*, Græco Chaldaicum interpretans, quo Christus vsus fuisse creditur, quod & Diuus Paulus duobus locis fecit ad Romanos octauo, decimo quinto, & ad Galatas quarto, sexto, quod Diuus Augustinus mysterio aliquo factum putat, vt significaretur Deus & Iudæorum, & Gentilium pater esse.

Deus plura potest facere, quam vult, contra Caluinum.

Lib. 3. de consen. Euang. 4. 4.

Trāseat à me.] παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ, prætereat à me, aut, vt Latini loquuntur, prætereat me.

Calix iste.] Passio, mors ista terribilis. Cur calix appelletur capite 20. 22. à nobis dictum est. Putant Hieronymus, & Beda ideo dixisse *calix iste*, vt Iudæorum calicem indicaret, id est eorum peccatū, atque interitum: non enim Christum mortem sed Iudæorum perniciem timuisse. Sed supra probauimus vere timuisse mortem, eamque fuisse deprecatum.

B

Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.] Apte apposita moderatio: sic enim naturæ infirmitatem ostendit, vt vltra diuinæ voluntatis terminos non egrediatur. Colligitur ex hoc loco, vt ante attigimus, duas in Christo fuisse voluntates humanam, atque diuinam, vt in sexta synodo generali hoc ipso testimonio probatum est. Præterea non esse factum hoc contrarium sententiæ Diui Pauli ad Hebræos 5. 7. vbi dicit Christum exauditum fuisse pro sua reuerentia: nec enim hic, quamuis calix ab eo non transierint, non exauditus fuit, cum hac conditione orauerat, *Si possibile est*, id est, si vis: Pater autem nolebat. Dubitabit aliquis, quomodo Christus humana voluntate mortem recusauerit, cum Deus vellet, vt moreretur. Videtur enim contrariam diuinę voluntati voluntatem habuisse, quod sine peccato fieri non potest, quia, vt Auguſt. definit, peccatum est dictum, factum, vel concupitum cōtra legem Dei diuinamque voluntatem. Paulo ante diximus Christum in hac oratione ita loquutū fuisse, vt si prorsus fuisset homo, cui nelq; diuina voluntas cognita esset, neque satis esset fortitudinis ad mortem superandam; relinquebat enim naturam humanam, veluti solam, compressa diuinitate, & plenius officio suo fungeretur. Inter homines autem non quisquis contra diuinam voluntatem aliquid vult, cōtinuo peccat: sed qui vult, dicit, aut facit aliquod contra voluntatem Dei sibi cognitam, atque perspectam: nec enim peccamus, cum parentibus nostris longam vitam bonamque valetudinem à Deo petimus, sed peccaremus potius, si non peteremus, etsi voluntas Dei fortasse est, vt cito moriantur, quia ea voluntas nobis cognita nō est, & altera cognita est, qua vult, vt parentes honoremus, & omnia illis optemus prospera. Quæniā aliquando contra diuinam voluntatem nobis cognitam aliquid fine peccato licet velle, modo ea non fit præcepto declarata, mortuus est pater meus, dubitare non possum diuina voluntate mortuū esse: vellem tamen mortium non esse, nec tamen pecco. Adde, quod hæc Christi voluntas, qua mortem recusauit, non fuit plena atque perfecta, sed vt Theologi vocant conditionata: nec enim dicebat apud se, nolo mori, sed nollem mori, si fieri posset, quæ voluntas peccatum non est adiuncta honesta conditione.

C

Duæ voluntates in Christo.

Christus voluit contraria humanam voluntatem non habuit diuina. Lib 22. contra Faustum c 27.

D

E

40. *Et venit ad discipulos.*] Hæretici orum interpretes cōsolationis quærendæ causa ad discipulos venisse dicunt: parū pro dignitate Christi loquentes. Nā vt cōsolatione indigeret, aliqua discipulorū tamen consolatione non indigebat, quorū cognoscebat infirmitatem. Venit ergo quia orationē iam finierat, & volebat ter aliquo intervallo interposito orare: aut venit, vt discipulos excuraret, atque moneret

monere, vt ex effectu colligitur.

Et inuenit eos dormientes præ tristitia.] Solet enim mœror animi, sicut lacrymas exprimere, ita vapores in cerebrum excitare; vnde nascitur somnus: videmusque & infantes, postquam fleuerunt, alte dormire, & viros cū in luctu sunt, opprimi somno.

Sic? non potuistis.] Duplici interrogatione hæc verba legenda sunt, vt Euthy. animaduertit, vt altera ponatur post aduerbium, Sic, altera post sequentem orationem. Nec enim aduerbium, *sic* ad verbum *potuistis*, applicandum est, sed ad superiora potius referendum, quæ vers. 35. Petrus primo loco, deinde omnes alij similiter discipuli dixerāt, *etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, quasi dicat Christus, Itane parati estis, vt pro me moriamini, & non potuistis vna hora vigilare mecum? Dicit autem hoc Christus soli Petro, quia ille se primus, & omnium maxime iactauerat, vt Hieronymus, Beda, Theop. & Euthy. obseruauerūt. Marcus nō omnibus, sed soli Petro, quæ sequuntur, dicta esse scribit. *Non potuisti vna hora vigilare mecum?* atqui ita Christum dixisse vero simile est: sed quia, quod Petro dicebat, tanquam exterorum duci, omnibus dicebat. Matthęus sensum non verba recitans omnibus dictum tradit. *Vna hora*, ἐν ὥρᾳ μίᾳ, vnā horam, qua phrasi continuum, & integrum vnius horę tempus significatur; non quod conflet vnam integram horā Christum in oratione posuisse, sed quod voluerit breuissimum temporis spatium, integrū tamen significare. Hebraissimus enim est, quo solent Hebræi momentum temporis, aut breuissimum quoq; spatium horā שָׁעָה appellare. Voluit enim Christus, vt discipulorum exaggeraret negligentiam, breuissimum tempus designare, quod Latine dicere mus, non potuistis momentum temporis vigilare mecum? Nec propterea indicat se per vnum tantum momentum orauisse, sed loquitur per exaggerationem.

Hebraissimus Psal. 84. 7.

Cur Christus ter oranit.

Momentum.] Incredibilem hæc dictio vim habet ad pungendos animos discipulorum, quasi dicat, me non solum vigilare, sed etiam orante, & dante, pugnante cū morte, vos, qui me dormiente pugnare debebatis, ne vigilare quidem momento temporis potuistis.

41. *Vigilate, & orate.*] Non iam mea, sed vestra causa, ver. 38. tantum dixerat, *vigilate*, nunc addit, *& orate*, indicans propius esse discrimen.

Vt non intretis in tentationem.] Non intrare in tentationē Hie. Beda, Euth. & Theop. & omnes, quos legisse memini, posteriores interpretes dicunt non esse in tentationem nō incidere, sed eam superare. Ego potius credo, vt verba ipsa significant, non intrare in tentationem esse in eam nō incurrere; hoc enim iubemur à Deo petere confeij infirmitatis nostræ, non solum vt pericula superemus, sed etiā ne in pericula veniamus. Tutius est non pugnare, quam vincere. Hoc enim sensu oramus Deum, ne nos inducat in tentationem, vt c. 6. 13. expositimus.

Quid non intrare in tentationē.

Quidde angelus Christo se consolari coepit.

Spiritus quidem prompta est, caro autem infirma.] Causæ reddītio est, quā obrem orare debeant, quia etsi animus, ac voluntas illis non desit, vires tamen desunt, nisi à Deo per orationem impetrent. Spiritum igitur hoc loco in Spiritum sanctum, nō Spiritum suum, sed discipulorum voluntatē vocat, sicut D. Paul. 1. ad Cor. 7. 34. cū dicit, *vt sit virgo sancta & corpore, & spiritu*, id est casta, & pura non solū corpore, sed etiam voluntate. Videtur autē ad superiorem illam discipulorum inconstantiam alludere: magnos enim animos, magnos spiritus ostentauerant, cum singuli dixerant vers. 35. Petri vocem sequuti, *etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Non vult Christus animū illum improbare, atque deficere, sed eo potius laudato infirmitatis carnis admonet, vt doceat, quāuis magno prompto q; animo simus, oportere tamen orare eos, quia caro infirma est, sicut dixit. Diuus Paulus 2. Corinthio-

A rum 4. 7. nos gestare *thesaurum in vasis fictilibus.*

42. *Iterum secundo.*] πάλιν ἐκ δευτέρου, Rursus secundo. Tautologia videtur esse, nisi Hebraissimum intelligamus. Hebraicis dixissent יִתְפַּלֵּל שֵׁנִית, & rediit secundo, & orauit, sicut, *Tu conuertens vinificabis nos*, id est, iterum vinificabis, quem Hebraissimum multis iam locis explicauimus. Tantundem ergo duæ illæ dictiones valent ac si alius verbis dixisset, & reuersus secundo orauit.

43. *Erant enim oculi eorum grauati.*] Aut grauati somno, quia multa iam erat nox, aut humore præ tristitia, vt Lucas indicauit.

44. *Et orauit tertio.*] Subit hic statim animum dubitatio; cur ter Christus orauerit, non sæpius, non minus sæpe Chry. Euth. & Theop. respondent hūc numerum rei veritatem, per sectionem, atq; constantiam solere declarare, quod multis sacrarum litterarum exemplis verum esse intelligimus; vas illud plenum omnis generis animalium, quod Petrus vidit, ter de cœlo demissum est Act. 10. 16. D. Paul. 2. Cor. 12. 8. ter dominum se rogasse dicit, vt spiritum illum Satanæ à se tolleret; Petrus Christum ter negauit; Christus Petrum ter interrogauit, *Diligis me plus his?* Ioann. 21. 15. Eodem modo ter Christus orat; quia, quod ter fit, omnino ac semper fieri videtur; & docuerat ipse nos semper orare Luc. 18. 1. In Hispanico prouerbio optime explicatur A *tres vala vencida*, quasi dicas, non potest videri vere vicisse, qui ter non pugnauit.

B

Eundem sermonem dicens.] Non est necesse, vt eadem verba, sed vt eandē sententiam Christum recitasse intelligamus, vt Euthy. indicauit. Quod enim Euangelista dicit *Eundem sermonē dicens*, perinde est, ac si dicat, in eandem sententiā orauisse, id est nihil noui petiuisse, sed quod ante petierat. Etsi suspicor Euangelistam eaute hæc verba addidisse, vt indicaret semper Christum verba illa, & conditionem, quam antea explicauerat, adhibuisse; *verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, vt doceret Christum, quamuis ter orauisset, nunquā eius moderationis oblitū fuisse, in qua tota orationis laus consistebat: atq; hoc est, *eundem sermonem dicens*. Lucas vnius tā tum orationis mentionē fecit: ideo, vt opinor, quia quamuis ter Christus orauerit, tamen quia, vt ait Matthæus, eundem sermonem dixit, eadem fuit oratio; statimq; narrat angelū ei apparuisse. Itaq; non cōstat, qua in oratione apparuerit: nam quod quidā putant in singulis apparuisse, probabile non est. Credendum, cum ideo missus fuerit, vt ad eius orationem responderet, & Patria ad eum sententia deferret, non nisi finita iam tertia oratione venisse: nec enim Christus, si veniſſet prius, iidem à Petro petere permisset. Itaq; quod Lucas ait Christum venisse ad discipulos, & inuenisse eos dormientes, postquam dixerat apparuisse angelum, per ὅτι ὤφθη ἄγγελος intelligere necesse est. Prius enim de oratione verba facere coperat, vnde quicquid in oratione audierat, eodem contextu narrare voluit, quale fuit, quod angelus apparuisset. Quare & cum dicit, adhuc eo loquēte cum discipulis venisse turbam, & Iudam vnum de duodecim, nō est ad proxima verba referendum: *Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationē*; non enim, cum ea verba Christus diceret, Iudas venit. Nam vt ex Matthæo, & Marco manifestum est, postquam ea dixit verba, bis ad orationem redit, & cum tertio ad discipulos reuertisset, non dixit, *vigilate, & orate*, sed, *dormite iam, & requiescite*. ver. sequenti atque tunc Iudas apparuit. Intelligendum igitur est, quod ait Lucas, *Adhuc eo loquente* non ea quæ dixerat, sed ea, quæ tacuerat, id est, cum adhuc cum discipulis loqueretur, non tunc, sed postea. Verumtamen quia, sicut ex tribus orationibus vnā, ita ex tribus Christi cum discipulis colloquiis vnum fecit: ea quæ in tertio colloquio acciderunt, cū primo coniungit.

C

D

E

45. Dor-

45. *Dormite iam, & requiescite.*] Diuus Augustinus lib. 3 de consensu Euangelistarum cap. 4. & Beda hunc locum edisserens existimant hoc à Christo non ironice, sed serio dictum fuisse, quia apud Marcum 14. 41. dicit *sufficit*, quasi dicat, sufficit, quod hactenus vigilastis, nunc dormire potestis, & requiescere. Chrysost. vero, Euthym. & Theophylact. ironiam esse putant. Iubet enim eos dormire, & requiescere, quando minime dormiendum, & requiescendum erat, appropinquantibus hostibus. Videtur tanquam cum pueris Christus loqui, quibus, eum nobis prohibentibus, toto die ludant cum ad prandium venitur solemus dicere, ite, saltate, & ludite, qua concessione pungimus eos vehementer, quia dum concedimus illi ludere, cum ludere nō possunt, nec volunt, exprobramus eos cum nō deberent, ludere solere: ita Christus dicit, *Dormite iam & requiescite*, quo tempore, etiamsi maxime vellent, cernentibus hostibus dormire, ac requiescere non possent, exprobras, quod ante, cum vigilare deberent, prohibente se dormiuerint.

Gentiles à Iudais peccatores appellati.

In manus peccatorum.] Gentium. Solebant enim Hebræi Gentiles absolute peccatores appellare, vt Lucæ 24. 7. *Oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi*; & ad Gal 2. 15. *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.* Erat enim maior pars eorum, qui ad cōprehendendum Christum veniebant, Romani milites, quia, vt ait Ioan. c. 18. 3. Iudas militarem cohortem secum adduxit.

47. *Adhuc eo loquente.*] Omnes tres Euangelistæ Matt. Marc. & Luc. notauerunt adhuc Christo loquente veniisse Iudã, eo, vt opinor, consilio vt deceret veram fuisse Christi prædictionē, qua paulo ante dixerat, *Surgite, eamus, ecce appropinquauit, qui me tradet.* id ipsum aliis verbis Ioan. dixit ca. 18. 4. *Iesus itaque sciens omnia, quæ venitura erant super se, processit, & dixit eis, Quem quæritis?*

Et ecce Iudas.] Primum, tanquam ducem nominat Iudam, quod & Marcus similiter fecit. Lucas vero alio cōsilio turbam prius, deinde Iudam nominauit, quod turba, vt verō simile est, prius apparuerit.

Turba multa.] Ita Marcus, & Lucas etiam scribūt. Ioannes vero ca. 18. 3. *Cum accepisset Iudas cohortem*; vnde sequitur omnis generis homines ad capiendum Christum venisse vnum è duodecim discipulis qui & eum vendiderat, & aliorum duxerat: facer dotum, Scribarum, & seniorum seruos; nam omnes Euangelistæ declarant eum, cui Petrus auriculam abscidit, Pontificis fuisse seruum: deinde milites, qui Gentiles erāt. Cum armis venerunt, tanquam facinorosum aliquem hominem comprehensuri, aut eius timentes discipulos: cum facibus autem, quia tenebræ erant.

48. *Qui autem tradidit.*] ὁ παραδιδοὺς, traditor, id est qui tradebat eum.

Dedit illis signum.] dederat ante. Dubitari potest, quid signo opus fuerit, cum tam notus Christus omnibus esset. Scribit Origenes hoc loco traditionem fuo tempore fuisse, Christum duas habuisse facies, aliam naturalem, atque vsitatam, qua omnes eum cognoscebant; alteram, quam assumebat aliquando qualis illa fuit, quam in trāsfiguratione habuit. Melius Theophylactus hic maiorem partem eorum, qui ad cōprehendēdum Christum venerant, milites fuisse, id est Gentiles, qui Christum audire non solebant, vt homines alieni à Iudæorū religione. Leontius vero in comment. in 18. c. Ioan. vers. 5. putat Christum ita fecisse potestate, vt non solum milites sed ne Iudas quidem ipse tam diu cum eo versatus ipsum agnoscere: idemque Theodorus Heraeleota in Græcorū catena, Chrysosto. Cyrillus & Theophylact. in illo Ioannis loco docent. Nec enim tenebras in causa fuisse; nam propterea Euangelistam ante dixisse eum facibus, & laternis venisse milites, & iterum eundem Euangelistam adiecisse, *stabat autem, & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis*, quasi diceret, etsi Iudas, qui Christum indicaturus veneratur, cum illis esset, tamen eum non cognouerunt. Quanquam Theodorus Mopsuest. ideo putat Euangelistam dixisse Iudam cum illis fuisse, vt eius impudentiam, improbitatemque declararet, qui cum tantum miraculum videret, à cœpto facinore nō destiterit. At cur hoc potius signo, quam alio vsus est: quia, vt opinor, ita signum dare volebat, vt qua re militibus Christū prodebat, eadem Christum proditionem suam celaret: non celasset, si inusitatum dedisset signum.

Osculi consuetudo apud Iudæos & Christianos.

B Erat autem vsitatum, vt osculo se Iudei, præsertim inferiores superiores salutarent, & quicunque magnum erga eos, quos salutabant, amorem ostēdere volebant. Genes. 29. 11. 13. & 33. 4. & 45. 15. & Exo. 4. 27. & 18. 7. quod & inter Christianos vsitatum fuit Actorum 20. 37. Romano. 16. 16. 1. Corinth. 16. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Thes. 5. 26. 1. Petri 5. 14. & longo post etiam tempore, vt ex Tertulliano libro de Oratio. cognoscimus; hoc est quod Christus apud Pharisæum illum queritur Lucæ 7. 45. *Iurrauit in domum tuam, osculum mihi non dedisti*: sciebat enim miser Iudas posse se Christo scelus suum occultare; nec enim vere in eum credidera; sed vt Hier. & Beda tradunt omnia miracula illius quæ viderat, magicis artibus facta esse arbitrabatur, quod Christus ipse indicat apud Io. c. 6. 64. *sed sunt quidã ex vobis, qui non credunt*; loquebatur autem cum Apostolis. Id vero propter Iudam dixisse Euangelista declaratit, addens, *scibat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & qui traditurus esset eum.* Origenes duas refert opiniones, cur hoc signo potius, quam alio Iudas Christum tradiderit; Alteram, quod adhuc eū reuerteretur, nec omnem potius pudorem exuisset: ita quo altoqui osculaturus erat Christum, voluit idem osculum, quod illi præbiturus erat, signum esse militibus; quam opinionem Leontius etiam refert, nec videtur improbare. Alteram, ne si alio inusitato verteretur signo Christus proditionem & insidias intelligeret, & vt alias fecerat, elaberetur

C

Tenete eum.] Marcus 14. 44. ait addidisse Iudam, *& ducite caute*, nimirum timebat, ne si Christus euaderet, & promissam pecuniam perderet & magistrum; sciebat enim sæpe illum, cum eum Iudæi tenere vellent, euasisse, vt Lucæ 4. 30. Ioann. 59. vt Chrys. & Hier. adnotarunt. Scribit Ioan. Iesū sciētem omnia, quę ventura erant super se, processisse, dixisseque, *Quem quæritis?* Quibus duabus rebus indicauit, Christum non solum forti, hilari que animo sese hostibus obtulisse sed etiam eos quodāmodo prouocasse. Itaque vox illa, *Quem quæritis*, non fuit hominis merentis, negaturique se eum esse, quem illi se quærere respōdissent: sed interriti, & lacessentis, vt Leontius adnotauit.

D

49. *Ave Rabbi.* Et osculo, & verbis scelus conatur dissimulare: contra vero Christus ostendi se non ignorare, quo animo veniat, cum versus sequenti eū interrogat, *Amice ad quid venisti?* & cū apud Lucā 22. 38. dicit illi, *osculo filius hominis tradis?* E cōtrario vero illi ipsi, quibus signū dabat, eo ētā dato Christum non cognouerunt: prius enim Iudam osculū illi dedisse arbitror, quam Christus vt ait Ioannes, milites interrogaret, *Quem quæritis?* Vnde colligitur eos nondum Christum cognouisse, idemque intelligitur ex eorum responso: nec enim respondērunt, te ipsum quærimus, sed *Iesum Nazarenum*, bisque oportuit Christum eos interrogare, antequam cognoscere possent: si enim prius eos Christi interrogasset, quā Iudas signū dedisset, opus nō fuisset signo, cum hoc iam Christus dixisset *ego sum*: atque ita videtur libro 3. de consens. Euang. cap. 5. sentire D. Augustī.

E

50. *Amice ad quid venisti.*] Videtur Christus his verbis non solum declarare scire se, quorsum venire Iudas; sed etiam verecundantem, cunctantemque proditorem sum excitare, vt animose se tradat, bisque, cum cōnatus, illi dixerat Ioann. 13. 27. *quod facis, fac citius*, & vt ita, qui fecturi prouertuntur, carnifici dicere solet, fac quod tui est officij. Porro credendum est prius Christum dixisse, quod Luc. 22. 48. scribit, *Osculo filium hominis tradis?* Deinde quod Matth. & Marcus dicunt, *Amice ad quid venisti?* postremo, quod Ioannes ait, *quem quæritis* lib. 3. de cons. Euang. c. 5. D. Aug. existimat, etsi contra Leontius sentit.

F

Tunc.] Non est hoc aduerbium ad proximaverba referendum, *Amice ad quid venisti?* quasi simulatque ea dixerit Christus, milites in eum manus iniecerint, sed ad ea, quæ Ioannes scribit ca. 18. v. 6 & 8. bis dixisse Christum, *ego sum, si ergo me quæritis finite hos abire.* His enim verbis potestatem illis comprehendendi fui fecit, sine qua ligatas habebant manus.

51. *Et ecce vnus ex his, qui aderant.*] Vel ex tribus, quos Christus secum ad orationem fecederis adduxerat (Petrus enim vnus ex tribus illis fuerat) vel vnus ex vndecim discipulis, qui forte tunc cum Christo erant. Quanquam illud prius probabilius est, quia, cum Iudas cum militibus venit, cum solis illis tribus Christus loquebatur, vt Matthæus, Marcus & Lucas minime obscure significant. Quisquis ille vnus fuerit, Ioannes 18. 10. declarat fuisse damonem Petrum, qui gladium eduxerit, & seruī Pontificis auriculam amputauerit. Lucæ 22. 49. omnes discipulos, qui aderant, ad resistendum, & armis pugnandum paratos fuisse indicat. Omnes enim Christum interrogasse ait, *Domine si percutimus in gladio?* nec enim fortasse intellexerant, quod paulo ante Christus dixerat apud eundem Lucam v. 36. Qui Apostolis dicentibus, *ecce duo gladij hic*, respondērat, *satis est*; nec enim cum dixerat, *qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium*, significauerat armis sibi opus esse, aut ut discipulos vti oportere, sed tantum significare voluit magnum periculum imminere, quod non soleat ab hominibus, nisi armis propulsari. Neque cum dicit, *satis est*, significat duobus illis gladiis hostibus esse resistendum, nec pluribus opus esse, sed dicit, *satis est*, quia nec illis, nec alijs gladijs opus sibi erat. Cum igitur Christum omnes interrogassent, *si percutimus in gladio?* Petrus, antequam Christus responderet, Pontificis seruum percussit, quem, quia summi sacerdotis minister erat, vero simile est, & audaciorem cæteris fuisse heri sui auctoritate confisum, & infestiorem Christo domini sui inuidiam, & malenolentiam imitatum, itaque cæteris præsse, primumque voluisse in Christum manus iniecere, propteres Petrus Christi responsum non expectasse, sed audacem hominem in Christum irruentem maiori audacia conatum fuisse repellere.

Amputauit auriculam eius.] Lucas, & Ioannes explicant dexteram auriculam fuisse, in quo multi mysterium fuisse arbitrantur: quod ego nec affirmare volo, neque negare; quia, vt hæc omittamus, nam allegorias, sed literalem, & propriam scripturæ sensum quæritis. An omnino auriculam illius serui Petrus abscederit, ita vt decideris in terram, ex Euangelistis satis liquido colligi non potest, sed est probabilius prorsus eam amputasse, quia hoc sequendi, & amputandi verba, quibus Euangelistæ vtuntur, præ se ferunt. Quanquam Lucas indicat non omnino fuisse decisam, quia non dicit Christum auriculam reposuisse, sed cum tetigisset auriculam eius, sanasse eam; itaque fieri potest ita sensisse, non reprehendero.

52. *Omnes, qui acceperint gladium gladio peribunt.*] Origenes ad hunc modum interpretatur: Omnes, qui bellorum, aut seditionū auctores fuerint, in eo ipso bello, quod excitauerint, exstinguentur. Hier. & Beda; gladio peribunt non corporali, sed spirituali, id est diuina vindicta, quæ de illis, vel in hac, vel in altera vita pœnas sumet. Euthym. vero de solis priuatim Iudæis Christum loqui putat, quos significaret propter mortem suam Romanorum gladio perituros esse. Sed quid hoc ad Petrum, qui gladium accepit? figitur non significat Christus necessario omnes, qui gladium acceperint, gladio perituros esse; multi enim gladio non pereunt, sed tantum legem allegat, quæ iubebat homicidam occidi. Genes. 9. 6. *Quicunque fuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius*; nec dicit, quam necessario iubituri sint, sed quam mereantur, vt indicant D. Aug. in libro quæstionum veteris & noui Testamenti cap. 104. & Theophylactus hoc loco. Qui vero ex his verbis colligunt ne iudices quidem licere vti gladio, insani sunt, quorum hodie multis in locis hæresis regnat, & verba D. Pauli facile refelluntur, eos à Deo potestatem habere affirmat, & sine causa gladium portare, quasi ipsum etiam gladium à Deo acceperint: ergo gladio non peribunt, si gladio suo vtantur: quia non abuuntur, quia non ipsi acceperunt, id est priuata auctoritate vsurparunt, sed datum à Deo susceperunt. Mirantur quidam, quid causæ sit, cur Petrum Christus reprehenderit, cum vim vi repelleret idq; vt magistrum defenderet, quod & naturali, & diuino, & humano iure licere creditur. D. Augustinus eo loco, quem modo notauimus, putat Petrum non fuisse reprehensum, quod seruī Pontificis auriculam abscidisset; id enim Christi permissu fecisse existimat, atque hoc verbum illud apud Lucam capit. 22. ver. 51. significare *Sinite vsque hoc*, quasi dicat sufficit auriculam serui Pontificis abscidisse. De cætero *mitte gladium tuum in vaginam*, quod ait Ioan. cap. 18. ver. 11. quia, *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*, vt hic dicit Matth. sed admonere tantum Petrum arbitratur, ne vltra pugnet. Veruntamen manifestum est Petri factum à Christo reprehendi, vt ne disputari quidem debeat. Cur ergo reprehendit? Primum, quia illa non erat defensio, quid enim vnus homo contra cohortem vnam fecisset, nisi milites irritaret, vt crudelius tractarent Christum; Deinde, quia non expectato Christi responso gladio percusserat. Posset quia etiamsi posset, non debuit tamen Christi mortem impedire, sicut Christus ipse poterat duodecim legiones angelorum à Patre petere, qui se defenderent, sed maluit Patris parere voluntati, & Prophetarum implere vaticinia, quam rationem Christus hoc loco reddit ver. 53. & 54. & apud Ioannem cap. 18. 11. *Calix, quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum?* sicut simili de causa Petrum reprehenderat ca. 16. 23. *Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapis, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum*, quia voluerat eum à suscipiendo morte deterrari. Cur ergo Christus genet alem citat legem? Quia vbicunque excepto loco num habet, lex locum habet, & non habebat exceptio locum in Petro, qui bono quidem animo, sed quo loco, & quo tempore non debuit, gladium accepit. Sic hic more Caluinus non solum Petrum, sed omnes etiam discipulos, quia ad defendendum Christum paratos se esse ostenderant, rogauerantque. *Domine, si percutimus in gladio?* stultos, atque amentes appellat.

Calvinus illuditur in multis in Apostolos. Christum voluisse mortem subire. Calvinus in Christum impingit. Deus plura potest facere, quam vnquam fecerit aut facturus sit. Calvinus audacter.

53. *An putas, quia non possum modo rogare Patrem?*] Duplex his verbis Caluinistarum error confutatur, & Christum necessario mortuum esse, & Deū non posse plura, quā quæ actu vult facere. Nam & Christus indicat se, si voluisset duodecim legiones à Patre petere, potuisse, non mori; & Deū duodecim milegiones angelorum tibi mittere potuisse, nec

nec tamen voluisse. Dubitabit aliquis, quomodo dicat Christus Patrem sibi non negaturum fuisse duodecim angelorum legiones, si ab eo petiuisset, cum paulo ante, quod ab eo petiuerat, vt calix à se transiret, negauisset. Respondeo Christum ex natura ipsa rei, non considerata circumstantiæ loco-rum esse, quasi diceret, putasne si non seiuissem decretum esse à Patre meo, vt morerer, non potuisse me duodecim legiones angelorum ab eo petere eumque mihi datorum non fuisse?

Duodecim legiones angelorum.] Et res, & dictio Romana est, quia etiam Euangelistæ Græce loquentes vsi sunt, sicut multa alia Latina vocabula vsurparunt. Nulla enim gens, præter Romanos, legionibus vtebatur. Itaque credendum est ex Romanorum consuetudine, quitunc in Iudæa dominabantur locum fuisse. Apud Romanos autem, vt Vegetius, & D. Hieronymus scribunt legio sex millia hominum continebat, aut, vt Polybius, communes legiones habebant quatuor millia ducentos pedites; Equites vero trecentos, in grauioribus autem bellis pedites quinque millia, Equites trecentos. Quicquid sit, hoc certum est voluisse Christum ingentem angelorum numerum significare. Opponit autem angelos hominibus, multos paucis, potentes imporentibus, & quorum vnus vna nocte centum octoginta quinque millia hominum occidit in exercitu Sennacherib 4. Regum 19. 35. Ermihi quidem vero simile videtur Christum angelos non militibus, sed discipulis opponere, qui vna cum Iuda duodecim erant ac propterea duodecim non plures, nec pauciores legiones nominasse, vt indicaret posse se pro duodecim hominibus duodecim legiones habere, quarum vnaquæque sex angelorum millia continebat, aut obiquanto plures, si Vegetii sententia vera est. Nisi forte magis placet duodenarium numerum pro omni, & perfecto numero positum esse, *vt, sedebitis, & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel*, quem admodum Augustinus, & Beda illum locum interpretantur supra capite 19. 28. Colligi hinc Origenes angelos bonos perpetuum contra angelos malos bellum gerere, idque euidentem militiam tam multis scripturæ locis appellari. Mitti quidem frequenter à Deo, vt homines non solum ab angelis malis, sed ab aliis etiam hominibus tueantur, apparet 4. Regum 6. 17. vbi tanta angelorum multitudo in vnius Eliæi auxilium missa est, vt montem operiret, hoc est, quod ait Dauid Psalm. 33. *Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum*, & *eripiet eos*. Hebrææ חנה castra metabitur angelus Dominum circuitu timentium eum, id est, angelorum castra in vnius-cuiusque circuitu ponet, ne quis eum lædat, & Psal. 90. 11. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis*. Mitti etiam aliquando, vt in bello pro nobis pugnent, constat ex Daniele capit. 10. 13. 20. 21. & 12. 1. Ex ea consuetudine loquutus est Christus.

Duodenarius numerus in scriptura pro omni.

Hebraismus.

54. *Quomodo ergo impleantur scripturæ, quia sic oportet fieri?* hic adhortans orationi est, & Hebraismum commens; intelligendum enim est, quo modo impleantur scripturæ, quæ dicunt, quia sic oportet fieri? & illud, *quia* Hebræorum more pro finis ponitur, sic fieri oportere, vt Lucæ 24. 25. 26. *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ, nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Scripturæ autem, & Prophetæ, de quibus Christus loquitur, sunt Isaiæ 53. 10. *Dominus voluit contere re eum in infirmitate, si poneret pro peccato animam suam, videret semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur*, & Danielis 9. 26. *& post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Hoc autem ideo Christus dixit, vt ostenderet se non violente ad mortem trahi, sed sponte ire, vt Patris decreto per Prophetas promulgato satisfaceret. Ioannes c. 18. 11. aliter Christum Petro respondisse scribit, *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum?* itaque probabile est, quod Augustinus existimat libro 3. de cons. Euang. c. 5. vtrumque Christum dixisse primum, *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, vt bibam illum?* deinde, *quomodo ergo impleantur scripturæ?* Videtur autem mihi Christus ambigue nomine calicis hoc loco vsus esse, cum enim paulo ante dicebat, *si possibile est, transeat à me calix iste*, calicem rem acerbam, & horroris plenam appellauit. Hic rem potus iucundam, & lætitiæ plenam videtur appellare; hanc enim vim hæc habent verba, *Calix quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum?* quasi dicat, non potest non esse & salutaris, & iucundissima ea potio, quam mihi carissimus Pater meus porrigit; nam vt c. 20. 22. diximus, vtramque in partem & bonam, & malam, & pro re acerba, & pro re iucunda calix accipitur, quia soleat eodem calice aliquando amara, aliquando dulcis potio exhiberi; *Calix, inquit, meus inebrians, quam præclarus est?* id est quam dulcis, & suauis? Psal. 22. 5. loquitur quidem Christus vtrobique de morte sua, eamq; calicem appellat, sed in oratione, antequam Patris sententiam audiret, calicem, id est rem difficilē & horribilem appellabat; nunc Patris cognita voluntate eandem mortem calicem, id est, rem sibi iucundissimam appellat. Nihil enim non dulce, nihil non suaue est obedientia. Solus Lucas c. 22. 51. scribit, *finite usque huc*, id est, finite, adhuc plura patienda mihi sunt, quæ mado dum si Gallice diceret, *Laissez les autres faire*. vnde apparet, & omnes qui aderant discipulos pro Christo pugnare voluisse, & Christi reprobendisse omnibus: sed ad Petrū conuersum nominatim corripuisse, quod non expectato responso seruum Pontificis vulnerasset. Solus etiam Lucas narrat Christum serui illius auriculam tetigisse, atque sanasse; voluit nimirum Petri errorem emendare, simulque his, qui se comprehendebant, ostendere potuisse se ab illis defendere, qui abscissam auriculam solo tactu sanare potuit; se enim esse, *qui mortificat, & vmificat, deducit ad inferos, & reducit* 1. Regum 2. 6. Solus Ioannes seruo Pontificis Malcho nomen fuisse tradit c. 18. 10.

55. *Quotidie.*] Marcus 14. 49. *Quotidie, inquit, eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis, sed vt impleantur scripturæ*; quibus verbis Christus indicat, his, qui se comprehendebant, nō eorum industria, aut viribus se ab illis capi, sed Patris voluntate, & scripturarum decreto. Si enim id eorum viribus, & iudicio fieret, sæpe iam ante, cum quotidie sederet in templo docens, comprehendissent; quod cum tentassent facere, non potuerunt Lucæ 4. 30. & Ioan. 8. 59. Hoc est, quod apud Lucam ait 22. 53. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*, id est nunc potestis facere in me, quicquid libet, non quod potentiores sitis, sed quod hora venerit, qua à Patre decretum est, vt moriar.

56. *Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.*] Petrus quidem sequutus est eum, quamuis longo interuallo vers. 58. Itemque Ioannes, vt ipse tellatur c. 18. 15. Itaque quod Matth. dicit, *omnes*, aut pro plerisque accipiendum est, vt Theophylact. interpretatur, aut dicendum statim quidem omnes diffugisse, sed paulo post Petrum, & Ioannem rediisse, & Christum sequutos esse.

57. *Ad Caiphan.*] De Caipha supra ver. 3. diximus. Ioan. 18. 13. Ad Annam primum ductum fuisse scribit, atq; ita quidem scribit, vt videatur multa, quæ postea narrat, in domo Annæ facta fuisse significare, vt primò Petri negationem; primam examinationē Christi de discipulis, & doctrina, quē dam ex adstantibus colaphū illi impegisse. Vnde nō solum in vulgus, sed in magnos etiam scriptores. Diuina Augustinus, & alios opinio permanauit eo omnia quæ dicuntur, in domo Annæ contigisse. Sed hæc sententia ex tribus aliis euangelistis manifestissime refutatur, qui summo consensu tradunt tres Petri negationes in domo Caiphæ Pontificis accidisse. Quin ex ipso Dino Ioanne perspicuum est. Nam primam etiam negationem in domo Pontificis factam esse narrat, cum ipse, qui Pontifici notus erat, Petrum introduxisset. Annas autem non erat Pontifex, sed socer Caiphæ, qui eo Pontifex annillima, vt idem scribit Ioannes. Nam quod Luc. eas cap. 3. 2. air Ioannem Baptistam sub principibus sacerdotum Annæ & Caiphæ cœpisse pœnitentiam prædicare, non ita intelligendum est, quasi eodem anno vterque & Annas, & Caiphas Pontifices fuerint, non enim erat nisi vnus Pontifex, sed quia præcedenti anno Annas Pontifex fuerat, vt Iosephus auctor est, & vtroque anno Ioannes pœnitentiam prædicauit, dicitur sub Pontificibus Anna, & Caipha prædicasse. Sed Dinum Augustinum & alios auctores fefellit, quod tacitam, & obscuram D. Ioannis transitionem non animaduerterunt. Ita enim significat ab Anna ad Caipham traductum fuisse Christum, vt non nisi attentus lector obseruare possit. *Et adduxerunt*, inquit, vers. 13. 14. 15. *eum ad Annam primum (erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.)* Erat autem Caiphas, *qui consilium dederat Iudæo, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis.* Non dixit aperte ab Anna ad Caipham Christum ductum fuisse, sed satis, superque significat, cum dicit ductum fuisse ad Annam primum, indicat enim deinde ductum ad Caipham, & cum dicit discipulum illum, qui Pontifici notus erat, ingressum cū Christo in atrium Pontificis, cum paulo ante dixisset Caipham fuisse Pontificem. Cum ergo addit se introduxisse Petrum in atrium Pontificis, ibique ab ancilla ostiaria interrogatum, an ex discipulis Christi esset, negauisse, mmime dubium relinquit, quin & Petri negationes omnes, & cætera quæ deinceps scribit, in domo Caiphæ Pontificis facta fuerint. Illud etiam magis hos auctores in errorem impulit, quod Ioannes post multa versū 24. dicat, *& misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem*, quasi post primam Petri negationem, & alia, quæ iam facta narrauerat, Annas ad Caiphum ligatum miserit; sed sunt qui ea verba transpolita esse putent, & de loco suo mota; debere enim esse post versum decimum tertium, *& adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius*, vt latim sequatur, *& misit eum Annas ligatum ad Caipham*. Ex quidem oratio, & sententia hæc ratione rectissime cohæret, & Cyrillus hoc modo legit. Si hæc correctio non placet, dicendum necessario est Ioannem postea, cum in narranda prima Petri negatione occupatus fuisset, antequam aperte diceret, Christum ab Anna ad Caiphani missum fuisse per epanalepsim posita, quod prius omiserat, resumpsisse, *& misit eum Annas ligatum ad Caipham*, vt vertendum sit, *miserat autem eum Annas ligatum ad Caipham*. Sed illud prius mihi magis probatur. Cur ergo ad Annā duxerunt primum, si Pontifex non erat? Ioannes tacitus rationem reddit, quia erat socer Caiphæ, cuius, vt probabile est, consilio Caiphas plurimū vtebatur, & est vero simile Annæ domum in via fuisse.

59. *Principes autem sacerdotum.*] Græce additur οἱ πρεσβύτεροι, & seniores.

60. *Et non inuenerunt.*] *Et quidem & multi falsi testes accesserunt, non inuenerunt*, & quidem multis accedentibus falsis testibus non inuenerunt, quam repetitionem nostri interpres, aut non legit, aut exprimendam non putauit: habet tamen aliquam vim. Quid autem tribuendum opus erat, cum vellet Christus iure, huic iniuriæ Christū damnare? volebant flagello suo iuxta Speciem obtundere.

61. *Possum destruere templum Dei.*] Cur hi duo falsi vocantur testes, cum verum testimonium dixisse videantur? Dixerat enim Christus se posse soluere templum tribus diebus reædificare Io. 2. quod & Origenes, Chrysostomus, Hieronymus, Beda, Theophylactus, & Euthymius respondent propterea falsos appellari, quia, quod Christus dixerat, & malo animo, & diuerso sensu, & aliis verbis recitarunt. Christus non fuerat locutus de templo illo secundo Salomonis, sed de corpore suo, vt ostendit Ioan. capitulo 2. nec dixerat, *possum destruere templum Dei*, etiamsi potuerat, sed dixerat, *Soluite templum hoc*, id est volentis, aut si soluentis, *& ego in tribus diebus excitabo illud*. Hebræi tamen Magis etiam apud Marcum 14. 58. verba mutant, *non audiuimus eum dicentem, ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo*. Matthæus dixit hos falsos testes, qui hæc testificati sunt, duos fuisse. Alii Euangelistæ numerum non exprimunt. Duo autem propterea fuerunt, qui manu facti erant, id est, à principibus sacerdotum, & senioribus subornati. Subuenerant autem duos, quia lex erat, *In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum*, Deut. 17. 6. & 19. 15. Sicut aduersus Stephanum in simili causa alios duos falsos testes fuisse miserunt. Act. 6. 13. Addit Marcus, *& non erat conueniens testimonium eorum*, id est non inter se conueniebat. At nec sic quidem eorum testimonium æquum erat, aut æquale, quod quidam interpretantur ipsos inter se testes non conuenisse; sicut videtur noster interpres intellexisse; sed verba Græca aliam sensum præ se ferunt, & nec sic quidem eorum testimonium æquale erat, id est sufficiens ad damnandum Christum. Hæc enim vim habet illud, & nec sic quidem, id est, quamuis affirmarent se audiuisse Christum dicentem, *Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo*, non incusasse Pontifices posse propterea Christum ad mortem condemnari. Nam testes quidem inter se recte conueniebant, cum eadem vterque verba, & eodem sensu recitarent. Cur ergo dicet aliquis Stephanus non de alio consimili crimine lapidatus est? Act. 6. 14. quo duo falsi testes dixerunt, *audiuimus eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum*. Respondeo multas in illis verbis, quæ duo illi falsi testes ex Stephano se audiuisse mentiti sunt, coactos fuisse, Iesum enim Deum esse confitebatur, quod Iudæis blasphemiæ erat, & nubebantur blasphemi lapidibus obrui Leuit. 24. 16. Ibi præterea addebant testes dixisse eum, *& mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses*.

62. *Et surgens princeps sacerdotum.*] Non debebat iudex surgere, sed sedere, sed non loquitur, tanquā iudex in tribunali sedens, sed tamquam sacerdos in synagoga, vbi quisquis eum loquebatur, aut legebat, solebat surgere, vt apparet Lucæ 4. 16.

Nihil respondes.] Quid opp responsione erat, cum testimonium, quod contra Christū afferebatur nec ipsorum quidem sacerdotū iudicio, vt Marcus significat, sufficiēs & videretur? Loquitur ex affectu manus iudex, & Christi silentiū, ex quo debuit testimonii colligere eum tacere, quasi Christus ideo taceret, quia sibi male esset conscius, & quod sibi ipse de testimonio esse videbatur, acri interrogatione exaggerat, quasi dicat nihil ne respondes, cū tam magna tibi crimina obijciātur?

63. *Adiuro te per Deum viuum.*] Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, quod proprie significat Dei nomine, & quasi mandato aliquem aut ad loquendū, aut ad fac-

dum obstringere, frequens eius rei apud Iudæos usus erat, vt ex sacris literis intelligimus.

Si tu es Christus filius Dei.] Quemadmodum vulgo docere solet, quemadmodum te nonnunquam appellas: ea enim de causa alias voluerat Iudæi Christum lapidare, quod se filium Dei esse significasset: Ioannis 10. 31. Non agebatur de re ea, sed eo consilio Pontifex Christum interrogat, an filius Dei sit, quia tunc omnem occasionem quæreret eum condemnandi, foleretque Christus docere se filium esse Dei. Crediderat eum in iudicio interrogatum non esse negaturum, & non posse meliorem reperiri causam, vt ad mortem damnaretur, quam si commemoraretur aliquando blasphemasse. Erat autem eorum iudicio magna blasphemia, *si quis se Dei filium appellasset*, quia non poterat naturalis Dei filius esse, quin Deus esset, itaque Iudæorum etiam iudicio Arianorum error confutatur. Lucas 22. 66. narrat, hæc ipsa accidisse facto iam die; *Et vt factus*, inquit, *est dies, congregatum seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum dicentes, Si tu es Christus, dic nobis.* Quapropter sunt qui putent diuersam esse hi storiam, bisq; Christum de hac re interrogatum, primum à Pontifice ante mediam noctem, cum primum ad illum ductus est, deinde à toto concilio facto iam die, cum prius non satis aperte respõdisse videretur, sed rationem *tu dixisti*. Augustino li bro 3. de consensu Evangel. cap. 7. magis assentior, qui eandem historiam esse dicit. Quis enim crederet posse aliter, & eadem re interrogatum fuisse Christum, cum ante tam diserte respondisset, *tu dixisti*, & vt Marcus ait enarrat clarius, *Ego sum*: & Pontifex tam bene intellexerit, vt scidens vestimenta sua, ac dixerit, *Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam.* Ergo quia Matthæus tempus non notauit, Lucas notauit, cum factus esset dies, credendum est Matth. factum illud per anticipationem narrasse, idque non sine causa, quia cœperat Christi examinationes in Iudæorum consilio exponere, & ea interrogatio vna examinatio fuit, vt deinde continua eiusdem oratione tres Petri negationes exponeret. Quod autem Matthæus à Pontifice, Lucas ab omnibus interrogatum fuisse dicit, *Dic nobis, si tu es Christus*, & Matthæus adiurat im, quod non dicit Lucas, fecit ille aut nam vel Pontifex primum, deinde omnes, qui in consilio erant Christum interrogarunt, vel quia Pontifex omnia nomine interrogabat. Lucas à toto concilio interrogatum fuisse dicit. Admirationem autem silẽtio præterit, vt solent huiusmodi multa præterire.

64. *Tu dixisti.*] Hanc phrasim supra explicauimus c. 15. eademque hoc loco vt c. 15. vers. 11. coram Pilato Christus visus est, Marcus cap. 14. 62. clarius scribit respondisse Christum, *Ego sum*, quia ter sius idem erat, vnde intelligitur nõ significari, quod Augustinus putat, *Tu dixisti* id est, non ego, quasi non affirmet se Christum esse. Lucas cap. 22. 67. alter Christum respondisse ait, *Si vobis dixero non creditis mihi, si autem & interrogavero, non respondetis mihi, neque dimittetis.* Vero simile igitur est Christum hæc ea de re interrogatum fuisse; primum simpliciter, & sine adiuratione atque tunc respondisse, quod Lucas ait, *si dixero vobis, non creditis.* Deinde adiuratum à Pontifice, atque tunc respondisse, quod Matthæus, & Marcus scribunt, *Tu dixisti, ego sum*, aut *quia ego sum*, Hebraica phrasi. Verumque enim dixisse credibile est. Respondet autem non soluta, quæ tum interrogatur, sed plus etiam quam interrogatur, quia de summa re, capite agebatur, an ipse esset Christus filius Dei, quod nullo modo cõsentiebat eo loco aut negare, aut dissimulare, sed libere potius profiteri, eum ea de causa in hunc mundum venisse, vt tanquam filius Dei pro filiis Adami morereter. Addit ergo, *Verumtamen dico vobis, a-*

A *modo videbitis filium hominis sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Illud *verumtamen* non habet apud Matthæum, cui respondeat, & pro suo officio adverterat, cum adverbium, vt vocant particulam sit. Itaq; videntur mihi aduersari verbis, quæ non expresse Ruangel. sed intelligenda reliquit, expresse autem Lucas, *Si dixero vobis, non credetis mihi, verumtamen amodo filius hominis sedebit ad dexteram virtutis Dei.* Quomodo autem *amodo* videbitis filium hominis sedentem à dextera virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli, quasi dicat, quid opus est, vt vobis respondeam, cum credimi non velitis? Melius est, vt rebus quam vt verbis fidem vobis faciam; venit ergo tempus, quo tempore filium hominis videatis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli, & velitis, nolitis credere cogamini, quæ nunc mihi dicenti non creditis, sicut alio loco dixit, *si mihi non creditis, propter opera ipsa credite* Ioan. 14. 10, 11. Solet enim Christus incredulos Iudæos ad resurrectionem suam, & ad diem iudicii mittere, vt supra c. 12. 39. & c. 16. 4. *Generatio prava, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ*, & Apoc. 1. 7. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ.* Quod autem dicit *amodo*, Græce ἀπ' ἄρτι, non significat statim post illud tempus, quo Iesu benter eos visiturus filium hominis sedentem à dextra virtutis Dei. Loquitur enim de die iudicii, cum dicit in nubibus cœli venturus est supra c. 19. 28. & c. 24. 30. sed significat Iudæos non esse visuros se ab eo tempore, id est à morte sua, donec videant eum sedentem à dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tacite igitur primo adversus secundum opponit. At quo modo à dextra virtutis Dei sedentem visuri erant, qui Deum ipsum visuri non erant? nempe visuri erant Christum toto cum cœlestiae venientem, vt facilis intelligerent eum in meliore, vt ita dicam, dimensitatis parte locatum esse, hoc est, sedere à dextris virtutis Dei, maxime diuinitatem ostendere. A dextris autem virtutis Dei, Hebraismus est, pro ad potentem dexterum Dei. Quomodo autem in nubibus cœli venturus sit c. 19. 28. & c. 24. 30. dictum est.

66. *Scidit vestimenta sua.*] Multarum gentium consuetudo fuit in luctu, & indignatione vestem discindere, vt etiam ex Homero, & Virgilio manifestum est, Iudæi autem diabus potissimum interdum vestimenta scindebant, in luctu, vt Gen. 37. 29. & 34. & 44. 13. & Num. 14. 6. & Iudicum 11. 35. & 1. Reg. 4. 12. & 2. Reg. 1. 11. & 13. 19. deinde cum aliquem contra Deum blasphemantem audiebant, sicut 4. Reg. 19. rex Ezechias audita blasphemia, quæ legati Sennacherib contra Deum iactauerant, vestimenta scidisse dicitur. & Thalmudistæ tradunt, vt nonnulli addunt, vertice, in libido Magistratus aratacu de quadruplici more Iudæorum traditionis fuisse, vt audita blasphemia vestimenta scinderet. Putabant autem magnum esse blasphemiam, quod Christus se filium Dei esse profiteretur, non clamat Pontifex *blasphemauit* ΣΤΞ contumeliose, & impie adversus Deum locutus est, hæc enim est Hebraicum verbum ΣΤΞ, & Græcum βλασφημεῖν pro prie significant, facile autem contra istis ordinem summus sacerdos, quod index cum sit, accusatoris partes suscipiat, & accusatores iudices faciat.

68. *Reus est mortis.*] Iubebat ex, vt qui blasphemasset, lapidaretur Lc. 24. 16. propterea hoc loco rem mortis esse dicunt, & alias, cum se filium Dei appellasset, voluerunt lapidare Ioan. 10. 31.

67. *Tunc exspuerunt in faciem eius.*] Illud *Tunc* non significat tempus illud, quo Christus confessus est filium Dei esse, & quo Iudæi clamauerunt *reus est mortis*, sed

tu, sed tempus potius præcedens, aut confusa narratione tempus illius nocturnum confuse enotatum. Lc. 22. 63. interrogationem illam Pontificis, & Christi responsionem factam esse Ioanne iam capto, & hæc, quæ nunc Matthæus narrat, facta fuisse dein de, dum Christus in domo Pontificis vinctus retinebatur, eumque Petrus negabat.

Alii autem palmas in faciem eius dederunt.] *ἐν βάλλειν ἐπὶ τινα* fustibus, aut baculis excidere, vel fores crepidis, quibus Iudæi plurimum vtebantur, *ἐπὶ τινα* enim, vnde verbum *ἐπὶ τὸ* ductum est, & virgam aut fustem, & crepidam significat, & est vero simile Iudæos contemtim eius crepidis faciem Christi cœdisse. Marcus, & Lucas scribam faciam prius Christo velasse. Ioannes autem priorem quandam ex adstantibus alapam illi impegisse, quod Pontifici respondisset, *quid me interrogas? interroga eos, qui me audierunt, quid locutus sim*, quasi parum reuerenter eum Pontifex loqueretur, *sic*, inquit, *respondes Pontifici?* Christum autem respondisse, *si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cædis?*

69. *Prophetiza nobis.*] Quia vulgo insignis Propheta habebatur cap. 21. 11. 46. & ipse filium Dei se confessus fuerat ver. 64. per irrisionem obtendebant oculis eum cædentes interrogant, *Prophetiza nobis, qui est qui te percussit?* ficut, cum cruce pederet, dicebant, *si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei* c. 27. 42.

69. *Petrus vero sedebat foris in atrio.*] Quomodo Petrus in atrium Pontificis ingressus fuerit, ex. 18. 15. Ioann. exponit. *Petrus*, inquit, *stabat ad ostium foris, exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.* Matthæus tamen dixerat ingressum fuisse verius 58. Quomodo autem nunc dicat eum sedisse foris in atrio, difficile non est: Cum in atrio erat, & intus erat, & foris: intus, quia intra ambitum ædium, & vltra primam ianuam; foris, quia non erat in interiori domo, sed in atrio, & sub dio, vbi præfidiarii milites & Pontificis, facer donum, & seniorum famuli erant.

Et accessit ad eum vna ancilla.] Ioann. declarat ancillam ostiariam fuisse, quæ ostium illi aperuerat. Lucas vero ait ad ignem tunc sedisse, idemque ait Marcus; erat enim ignis accensus in atrio, vt in præsidiis militaribus esse solet, vt omnes circumstare possent, & calefieri. Itaque ex Euangelistarum collatione colligitur, Petrum à Ioanne in atrium Pontificis introductum, & ab ancilla, quæ ostium illi aperuerat, recognitum ad ignem, qui in atrio erat, cum aliis accessisse; ancillam vero primum taciuisse, quia fortasse non satis certa erat, an bene Petrum cognouisset; cum autem sæpe in eum intuita esset, meliusque agnouisset, accessisse ad eum ad ignem sedentem, dixisseque, *Et tu cum Iesu Galilæo eras.* Vocat Iesum Galilæum ignominiæ causa, sicut qui impio ergo eum erant animo solebant appellare, & quia, cum in Galilæa plurimum versaretur, Galilæus fortasse esse credebatur, & quia omnes fere eius discipuli Galilæi erant, vt Ioan. 7. 41. Sic Iulianus Apostata, & Christum, & Christianos omnes Galilæos appellabat, vt lib. 3. hist. Eccl. cap. 12. auctor est Socrates. Ioannes cap. 18. 17. non scribit ancillam dixisse Petro, *Et tu cum Iesu Galilæo eras*, sed interrogasse eum, *Numquid & tu ex discipulis es hominis istius?* Lucas vero 22. 56. *Quam cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen & eum fuisset intuita, dixit, & hic cum illo erat.* Itaq; credendum est omnia, hæc ancillam illi dixisse; primum dixisse Petro, quasi dubitando, *Numquid & tu ex discipulis es hominis istius?* vt ait Ioann. Deinde affirmando eidem dixisse, *Et tu cum Iesu Galilæo eras*, vt ait Matth. Poſtremo ad circumstantes conuersam dixisse, & hic cum illo erat, vt ait Lu-

70. *Ait illa coram omnibus dicens, nescio, quid dicis.*] Quod coram omnibus Euangelista Petrum negasse dicit, aut ideo fecit, vt circumstantiam declaret, qua crimen augetur, aut vt hilaritæ fidem faciat, ne Apostolorum princeps fallo accusare videatur, quasi omnes, qui aderant, protestibus adducens. Quod autem dicit Petrus, *nescio, quid dicis*, lasciva negationis emphasin habet, quasi dicat, non solum non sum, quem me esse dicis, sed tantum abſum, vt fin, vt ne intelligam quidē, quid dicat; sic enim solemus respondere, cum ab eo crimine, quod nobis obiicitur, longissime nos abesse significamus, non intelligo quid dicas, nescio quid dicis. Ioannes scribit Petrum respondisse, *non sum*, Lucas, *non eram illum*: Marcus, *neque scio, neque noui, quid dicas, neque intelligo.* Vero similia sunt, quæ Ioannes scribit. Deinde cum ancilla instaret, & diceret affirmanter, quod Matthæus ait, *& tu cum Iesu Galilæo eras*, Petrum respondisse *negat se nosse Iesum, neque scire quid dicat*, vt Matth. Marc. & Lucas scribunt.

71. *Egredienti autem illi ianuam.*] *Videbant ex diuersis partibus vestibula*, Vt grassum autem eum in vestibulum, Marcus ait, *Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit.* quod ad sententiam idem est; nam vestibulum ante atrium erat, sicut ianuis ædibus esse solet, & notavit Marcus gallum ibidem cantasse, quia solus dixerat, *antequam gallus vocem bis dederit, ter me negaturus es*: vnde colligitur eiecisse Petrum fuisse noctem; eo enim tempore galli primum cantare solent. Ioannes vero hanc secundam Petri negationem factam fuisse dicit, cum Petrus ad ignem calefaceret se. Vnde colligimus Petrum timulatque Christum primum negasset, quia fortasse à circumstantibus vexabatur, quasi Christi discipulus esset, aut quia alia causa ab ortio in vestibulum exisse, deinde, vt rem dissimularet, se fugæ, quod sibi obiciebatur, continere videretur, ad ignem rediisse, & vt Lucas *post paululum*, id est, nõ longo interiecto temporis spatio, iterum negauisse. Illud autem *paululum*, quod Lucas ait, necesse est tres, vt minimum horas intelligamus, quas eidem Lucas inter secundam, & tertiam negationẽ spacium fuisse quasi horæ vnius: & omnes Euangelistæ dicunt statim post tertiam negationem gallum cantasse, vnde colligimus tertiam negationẽ factam fuisse circiter horam quartam matutinam, id est paulo ante auroram, quo tempore gallus cantare solet. Erat enim a quinta horam, quare à media nocte, quo tempore Petrus primum negauerat, vsque ad ortum solis sex fuerunt horæ, itaque secundum galli cantum vero fuisse est incidisse in horam quartam matutinam, & cum inter secundam, & tertiam negationem accidisse circiter horam tertiam, ac proinde tres fere horas inter primam, & secundam negationem interfuisse. Ex Ioanne etiam colligimus, quomodo participium *ἐξελθόντα*, quo Matth. vtitur, interpretari debeamus, nimirum postquam exisset, vt subintelligatur, quod ait Ioannes, & ad ignem rediisset. Cum enim exiret in vestibulum, vidit eum alia ancilla, & recognouit; sicut cum in atrium ingrederetur, ostiaria viderat, atque cognouerat. Ea ergo ancilla, quæ exeuntem viderat, cum iam Petrus ad ignem rediisset, accessit, & dixit ei, quibi erant, *& hic erat cum Iesu Nazareno*, vt ait Matthæus. Lucas non dicit ancillam fuisse, sed potius indicat fuisse virum, *& post paululum*, inquit, *alius videns eum dixit, & tu de illis es*, Marcus vero ita loquitur, quasi eandem ancillam, quæ ante Petrum interrogauerat, fuisse in-

dicet, *& cum videret eum iterum alijs dicere, hic ex illis est, rursum autem cum vidisset eum ancilla, cepit dicere circumstantibus.* Ioannes autem scribit non tres fuisse, qui in hac secunda negatione Petrum interrogarunt, *Dixerunt ergo ei, numquid & tu ex discipulis eius es?* Quas Euangelistas tam leuiculas cum cõciliare non possent quidam in eum errorem (frequenter enim audacter appello) inducti sunt, vt Petrum semel, quam ter Christum negasse dicerent, & non nullis quidem septies. Satius erat ignorantiam confiteri suam, quam de Petro, & quatuor Euangelistis, & Christo etiam ipso facere iniuriam. Nam & Christus non quater, non quinquies, non septies, sed ter tantum Petrum negaturum prædixerat, dicturus vnique negaturum se prius, si sæpius fuisset negaturus, cum, vt eo loco docuimus, maxime voluerit Petro inconstantiam, & metum exaggerare, propterea enim dixit, vt Marcus scribit c. 14. ver. 30. *priusquam gallus vocem bis dederit, ter me negaturus es.* Omnes Euangelistæ tres Petri negationes exposuerunt, plures nemo, quod mirandum profecto esset, si Ipsius quæro ter Petrus negauisset. Rursus omnes Euangelistæ notauerunt post tertiam negationem gallum cantasse, & quasi negandi finem fecisse. Petrum enim galli admonitum voce verba Domini recordantem, & culpam suam cum foras exisset, lachrymis abluisse; & Petri crimen augere nostrum non est, hæreticis vt solent augent, qui de Petro, & eius sue relioribus infenso animo sunt. Magis miror tam leuibus comis duris in re tam grani, & contra Euangelistarum, & contra Christi testimonium hos auctores à receptis omnibus seculis, per totam Ecclesiam sententia discessisse; prima est quod Ioannes primam negationem in domo Annæ commisisse, scribere videatur, alii autem Euangelistæ tres præterea negationes in domo Caiphæ factas fuisse narrent, tam enim docuimus ver. 57. negationem illam primam, de qua Ioan. scribit, & cætera, quæ eodem loco narrat, non in Annæ, sed in Caiphæ domo accidisse. Secunda, quod Marcus videatur scribere Petrum ab eadem rursus ancilla interrogatum, iterum negasse, vt paulo ante indicauimus, quod falsa est, cum Matthæus aperte dicat aliam ancillam fuisse, diuersas fuerunt negationes. Sed Marcus non dicit eandem ancillam fuisse, nec vero significat, nam cum dicit *& cum videret eum*, articulus ille, non sumitur relative, quasi ad ancillam oltiariam, de qua ante locutus fuerat, referatur, & cum dicit, *cœpit iterum*, non significat ab eadem iterum ancilla interrogatum fuisse Petrum, sed ab ancilla quadam, scilicet alia iterum interrogatum, sicut ab altera prius interrogatus fuerat, quemadmodum d sertis verbis Matthæus scribit. Tertiæ ro coniecturæ nihilo firmior est, quod Lucas videatur dicere non ab ancilla fec à viro quopiam Petrum interrogatum negasse, cum enim dicit, *alius videns eum dixit, & tu de illis es*, non significat distincte fuisse virum, sed fuisse alium hominem, sicut Petrus vocat verf. sequenti, *homo, nescio quid dicis*, enim ergo Lucas aut nesciret, aut exprimere nollet, virum vir, an fœminam fuisset, qui Petrum secundo interrogasset, dixit communiter alium quẽdam interrogasse, nitimur *ἀνθρωπον* hominem, qui & de viro, & de fœmina communiter dicitur. Verum autem vir, an fœmina fuerit, ex Matthæo & Marco colligendum erat, qui nominatim dicunt ancillam quandam fuisse. Quarta eorum coniectura est, quam superius attigimus, quod Ioannes secundam Petri negationem exponentia multis interrogatum fuisse dicat, num & ipse ex discipulis Christi esset. Itaque cum præter tres illas negationes, quas Matthæus explicauit, quatuor alias apud alios Euangelistas sibi reperire videantur, vnam apud Ioannem in domo Annæ, alteram apud eundem Ioannem, cum Petrus à multis interrogare-

Causa est, qui asserunt Petrum ne-gasse Chri-stum ter.

A tur, tertiam apud Marcum, cum ab eadem interrogaretur ancilla quartam apud Lucam, cum ab vno quodam, sepcem fuisse colligunt. Alias tres refutauimus, superest illa, quam ex Ioanne secundo loco colligunt, quæ multo rumori negotio refutari potest. Primum Ioannes non dicit multos fuisse, qui Petrum interrogarunt, tantum dicit, *dixerunt ergo ei*, id est, dictum est ei, Hebraismus enim est, quo solent Hebræi verbum impersonale passiuum, per tertiam personam pluralem exprimere sine suppposito, vt amant, id est amatur, quod quamuis ab vno tantum fiat, verum est, fieri eum quibusdam verbis Latini etiam faciunt, *per bibere, creant, dicunt*, pro perhibetur, fertur, dicitur. Itaque quamuis vna tantum ancilla Petro dixisset, *numquid & tu ex discipulis eius es?* vere potuit Ioannes scribere, *dixerunt ergo ei*. Deinde credibile est primum ancillam cumpsile dicere, *numquid & tu ex discipulis eius es?* Deinde eos, qui aderant, sermonis prosequutos, sed non propterea putandum est diuersas fuisse negationes.

B *Et bis ex eis cum Iesu Nazareno.*] Marcus ait ancillam dixisse circumstantibus, *bis ex illis est*. Lucas vero, *& tu de illis es*. Ioan. autem, *numquid & tu ex discipulis eius es?* Omnia ancillam dixisse credendum est. Primum, *numquid & tu ex discipulis eius es?* vt ait Ioannes, & cum Petrus negasset, affirmanter addidisse, *& tu de illis es*, vt ait Lucas, deinde ad eos, qui aderant, conuersus dixisse, *& his de illis est*, vt ait Marcus, *nam cum Iesu Nazareno erat*, vt ait Matthæus.

C 72. *Et iterum negauit cum iuramento.*] Auget Petrus crimen. Primum enim non iurauerat, sed negauit tantummodo, & iurat. Lucas scribit dixisse, *ô homo non sum*. Ioann. autem *non sum*, quale credibile est primo simpliciter dixisse *non sum*, vt ait Ioannes, deinde cum ait ancilla, aut is, qui aderant instarent, addidisse, quod ait Lucas, *ô homo non sum*, postremo cum adhuc vrgerent dixisse, *non noui hominem*, vt ait Matthæus.

73. *Et post pusillum.*] Post vnius horæ spacium, vt Lucas exponit.

Accesserunt qui stabant.] Sic etiam Marcus dicit, Lucas vero, *Alius quidam affirmabat dicens, vere his cum illo erat*. Ioan. declarat fuisse cognatum eius, cuius Petrus auriculam abscideratur, qui affirmarat se Petrum in horto cum Christo vidisse. Credendum est cognato illo serui Pontificis incipiente alios secutos fuisse.

D *Nam & loquela tua manifestum te facit.*] Marcus, & Lucas, *Nam & Galilæus es*. Quomodo Galilæi, cum Hebræo sermone vterentur, ex lingua cognosci potuerint Hier. his verbis exponit, *quod vnaquæque provincia, & regio habeat proprietates suas, & vernaculum loquendi genium vitare non possit*, sicut videmus Ephrathæos non potuisse olim Hebræorum more *sibibboleth* pronunciare, sed pro *sibibboleth* dixisse *sibboleth*, quod multis causa fuit mortis Iudicum 12. 6. & licet in Gallia videamur, cum omnes prouinciæ Galliæ loquantur, Aquitanos, Aruernos, Natalrios à Parisiis facillime dignosci.

74. *Tunc cœpit detestari.*] *κατανθεματίζειν* execrari, quod vel ad Christum, vel ad ipsum Petrum referri potest, vt aut Christum, aut se ipsum execratus fuerit, sed quia neutrum constat, malo rem dubiam in meliorem partem interpretari, credereque Petrum seipsum execratum, id est, diris, vt Latini loquuntur, deuouisse, quod species execrabilis iramenti est, qualis illa, qua male affici Galli vtuntur, *Le Diable emporte, si ie le connoy.*

Et iurare, quia non nouisset hominem.] Creuit semper cum tentatione culpa. In prima negatione primum dixerat *non sum*, deinde *non noui illum*, postremo *nescio, quid dicas*. In secunda adhibuit iuramentum. In tertia execra-

execrationem, eamque vero simile est sæpe ingeminasse; hanc enim vim habere videntur verbum illud *cœpit detestari*, quod Lege, & multis modis exercitatus fuerit, sicut Galli dicunt de homine, qui sæpe & multis modis iurat. Ita *cœpisse* à multis Marcus etiam scribit Petrum execrationes vsum fuisse; Lucas, & Ioannes simpliciter dicunt eum negasse, hanc circumstantiam omittentes.

Et continuo gallus cantauit.] Lucas *adhuc eo loquente gallus cantauit*, quæ temporis circumstantia cum diligenter expressa eo pertinet, vt appareat Christi prædictionem eram fuisse, *antequam gallus cantet, ter me negabis* vers. 34. Omnes Euangelistæ notauerunt eodem omnino eandem circumstantiam, sed Lucas magis expressit.

75. *Et recordatus est Petrus verbi Iesu.*] Mirum cur ante recordatum non fuerit, cum ante ad medium noctem post primam negationem gallus cantasset, fortasse galli vocem non animaduerat, aut quia semel tantum cantauerat, sperabat se non iterum negaturum, aut, quod o mnium verisimum est, nõ solo galli cantu, sed multo maxime Christi respectu admonitus est, vt significat Lucas c. 22. 61. *Et conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petri verbi Domini*, ita Chryso. in hunc locum, & Ambros. li. 10. comment. in Lucam. *Dominus, quos respexit, resurgit, plorant detrimum. Negauit primo Petrus, & non flenit, quia non respexit Dominus. Negauit secundo, non flenit, quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit tertio, & respexit Iesus, & ille amarissime flenit.* Et Leo ser. 3. de passione Domini, *Respexit ergo Dominus Petrum, & inter calumnias sacerdotum, inter falsa testium testimonia, inter tædentium, & conspuentium insania constitutus ille turbarum discipulum conuenit nouum, quibus cum præsidet esse turbandum, & in illo conversa est veritatis inspectio, vbi erat verbis faciendo cortellis, quas quadam illi vox Domini insonuerit, ait dicens, Quid habes Petre? quid in tram conscientiam recedis? ad me conuertere, in me confide, me sequere, mea passionis hoc tempus est, nondum venit hora supplicii. Quid metuis, quod etiam ipse superabunt? non te confundat infirmitas, quam recepisse de tua fuit trepidus, tu de meo esto securus.* Tria in his Petri negationibus obseruanda sunt. Primum non contigisse post ea omnia, quæ Matthæus narrauit, antequam de illis diceret aggrederetur, cum vna pars eorum, quæ ante dixit, acciderit ortu iam die, vt quæ Christus à Pontifice rogatus fuerit, vtrum ipse esset Christus, vt constat ex Luca 22. 66. cum manifestum sit tres Petri negationes diuerissimis eius noctis horis accidisse; Matthæus ergo, & Marcus, quia narrare coperant, quæ erga Christum ea nocte facta fuerant, eam totam historiam prius absoluere voluerunt, quam Petri negationes incipierent recitare, ideoque negationes Petri simul vltimo loco posuerunt. Lucas è diuerso, quia de prima Petri negatione dicere coperat, omnes simul explicare voluit, priusquam narraret, quæ Christo facta essent; solus Ioannes negationes Petri cum historia Christi permiscuit. Secundo loco cauendus vulgaris error est eorum, qui putant fidem Petrum perdidisse; nec enim fidem perdidit, sed negauit, quod aliud esse Theologi dicunt, quemadmodũ & Prudentius ait in libro Cathemerin.

Flerit vt egregiè dehinc
Ex ore prolapsum nefas,
Cum mens in æthere immersa,
Animoq; feruescet fides.

Tertio loco altera huic opposita sententia fugienda est, multos licet, & bonos auctores habeat, Petrum cum Christum negaret, aut non peccasse, aut certe mentitum non fuisse, sed salua veritate ambiguè locutum, vt Hilarius & Ambrosius scribunt. Nec enim, inquiunt, meminebat, qui cum hominem se esse negabat, quem Deum cognoscebat. Quos vt opinor, auctoritas huius verbis Hieronymus notat. Sain, *quæstiam pro assertione ergo Apostolum Petrum locutum hunc in modum interpretatus, vt diceret, Petrum non Deum negasse, sed hominem, & esse sensum, nescio hominem, quia sum Deum. Hos quam frigidum sit, prudenti lectori intelligi, sic defendant Apostolum, vt Deum mendacij reum faciant? Scimus ille non negauit, ergo verissimus Dominus, qui dixerat. Amen dico vobis, quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis, verus quod dixit, me negabis, non hominem.* Quamquam possimus Hilarium, & Ambrosium ab errore benigna interpretatione liberare, vt non negent & negauisse, & peccasse, & mentitum fuisse Petrum, sed tantum ita loquutum dicant, vt ex verbis eius alijs quis verus sensus eliciposset, quia dixerat non noui hominem, quod interpretari possemus, non noui tanquam falsum hominem, sed tanquam Deum.

Petrum sanctum Hilarium & Ambrosium aliter exponentes negationem.

Et egressus foras flenit amare.] Non potuit, vt aiunt Hieron. & Beda in artio P. nisi ei agere pœnitentiam foras illi egredienti fuit. Fecisse videntur, & fortius, si quo loco peccauerat, eodem pœnitentiam egisset. & coram quibus Christum se non se negauerat, coram eisdem confessus fuisset, vt negationis damnum repararet. Sed ita natura comparatum est, vt ibi pudeat agere pœnitentiam, vbi peccare non pudet. Quamquam Petrus non tam infirmitate forsitan, quam Christi verecundia egressus est foras, quod eius conspectum quem negauerat, sustinere non posset. Quacunque tandem ratione egressus sit, magnum pœnitentiæ præbuit exemplum, recteq; de illo lib. 10. comment. in Lucam scribit Ambros. *Etiam lapsum sanctissimum virum est. Nihil mihi prosunt, quod negauit Petrus, possunt quod emendauit. Didici Saurre colloquia perfecerum. Petrus inter ludæos negauit. Saluum tamen venerem eremili deæ pius erubuit. Flenit igitur amare Petrus, vt lacrymis culpam ablueret, & vt Clemens Romanus scripsit, tam alacrem eius animo eius delicti dolor sedit, vt toto vitæ suæ tempore quoties gallum cantantem audiret, procidens in genua lacrymas funderet, & peccati sui peteret veniam.* Tenere non possum me, quin ingeniem nouorum hæreticorum impudentiam traducam, qui vt prudent nullam in nobis effecto peccatis satisfactionem, Ambrosij in 22. ca. Lucæ verba profrerunt, *Lachrymas tuas lego, satisfactionem non lego*, quod testimonium ne Caluinum quidem, qui omnium doctissimus videri volebat, omisse puduit. Recitabo totum Ambrosij locum, vt illorum impudentiam, & malignitatem lector prospiciat. *Petrum, inquit, delinit, & flenit, quia erat. Non inuenio, quod dixerit, inuenio, quod satisfecerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego, sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauant lachrymæ delictum, quod voce pudet confiteri, & verecundiam confuentur, lachrymæ veniam non postulant, sed mentur. Iuuenis, cur tacuit Petrus, ne tam cito venie petitio plus offenderet, ante flendum est, quam petendum. Bone Lachryme, quæ lauant culpam.* Quibus verbis clarius potuit Ambrosius dicere, Petrum pro peccato satisfecisse, quam, *Lauant lachrymæ delictum quam, lachryma veniam non postulant, sed mereantur quam bona lachryma, quæ lauat culpam?* Ergo cum dicit *lachrymas eius lego, satisfactionem non lego*, satisfactionem exstitationem, & purgationem appellat, &, vt vulgo loquuntur, sui ipsius iustificationem. Significat igitur Petrum non exstitisse culpam, sed flenisse. Hoc est, quod ait, *Non inuenio, quid dixerit, inuenio quod fenerit.* Sed ista boni Theologi, qui aut nihil, aut solam Grammaticam sciunt, ne Grammaticam quidem apud Diuum Ambrosium intelligerunt.

Petrus peccauit in illo Christo ne-gationem.

Explicatur locus Ambr. ab Lauretio corruptè citatus.

* *

Ce 1 IN CA-

Mar.15.a 10. Luc.22.a 1 Matth.26. 14. Act.3.c 18. Act.5.c 28.

MANE autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi adversus Iesum, vt eum morti traderent. 2. & vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato praesidi. 3. Tunc videns Iudas qui eum tradidit quod damnatus esset, paenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, 4. dicens: Peccavi, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. 5. Et projectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. 6. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. 7. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. 8. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. 9. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quo appretiaverunt a filiis Israel. 10. & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. 11. Iesus autem stetit ante praesidem, & interrogavit eum praeses, dicens: Tu es Rex Iudaeorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis. 12. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit. 13. Tunc dixit illi Pilatus: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? 14. Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur praeses vehementer. 15. Per diem autem solemnem consuerat praeses populo dimittere vnum vinctum, quem voluissent. 16. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. 17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus? 18. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. 19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi, & justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. 20. Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum vero perderent. 21. Respondens autem praeses, ait illis: Quem volvis vobis de duobus dimittam? At illi dixerunt: Barabbam. 22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? 23. Dicunt ei: Crucifigatur. At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. 24. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine justi hujus: vos videritis. 25. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. 26. Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. 27. Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorio congregaverunt ad eum universam cohortem. 28. & exuentes eum, clamydem coccineam circumdederunt ei. 29. & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Iudaeorum. 30. Et exspuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebat caput eius. 31. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum clamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. 32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem: hunc angariaverunt vt tolleret crucem eius. 33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae locus. 34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. 35. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta eius, sorte mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. 36. Et sedentes servabant eum. 37. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDAEORVM. 38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris, & unus a sinistris. 39. Praetereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua. 40. & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reaedificas: salva temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. 41. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis, & senioribus dicebant. 42. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere: si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: 43. confidit in Deo: liberet nunc si vult eum: dixit enim: Quia filius Dei sum. 44. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. 45. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam. 46. Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lama sabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me? 47. Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant: Eliam vocat iste. 48. Et continuo currens unus ex eis accepit spongiam, implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. 49. Caeteri vero dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberans eum. 50. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. 51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, & terra mota est, & petrae scissae sunt. 52. & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. 53. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. 54. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terraemotu, & his quae fiebant, timuerunt valde dicentes: Vere filius Dei erat iste. 55. Erant ibi mulieres multae a longe, quae secuta erat Iesum a Galilaea ministrantes ei. 56. inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & filiorum Zebedaei. 57. Cum autem vespere factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathaea, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. 58. hic accessit ad Pilatum, & petivit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. 59. Et accepto corpore, Ioseph involvit illud in sindone munda. 60. & posuit illud in monumento suo novo, quod excidit in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. 61. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum. 62. Altera autem die, quae est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum & Pharisaei ad Pilatum 63. dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgo. 64. iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis: & erit novissimus error peior priore. 65. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite, sicut scitis. 66. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum signantes lapidem, cum custodibus.

MANE autem facto.] Marcus confestim mane, Lucas, & vt factum est dicit.

Consilium inierunt.] Lucas conuenerant. Credibile enim est primum illud concilium fuisse dissolutum. Nec enim est vero simile sacerdotes, Scribas, & seniores populi, quamuis contra Christum rabie instigatos per totam noctem sine villa requie congregatos fuisse. Ita q; quae Matthaeus supra narrauit cap. 26. versu 62. vsq; ad 67. in hoc concilio matutino facta sunt, vt ex Luca manifestum est, qua quae mox modum cap. 26. 67. probauimus, eadem ibi apud Matthaeum, & Lucam historia.

Omnes Principes sacerdotum, & seniores populi.] Marcus, & Lucas addunt, & Scribae; haec enim, vt saepe diximus, tria hominum genera Iudaeorum concilium efficiebant. Quomodo autem multi principes sacerdotum fuisse dicantur cap. 2. 4. declaravimus. B

Vt eum morti traderent.] Nonne iam dixerant cap. superiore vers. 66. Reus est mortis? Paulo ante manumus illa verba hoc loco, & in hoc concilio dicta fuisse, sed Matthaeus per anacephalaeosim dixit consilium inisse, quia interpositis historia de Petri negationibus intermiserat narrationem. Non erant visa falsa testimonia, quae aduersus Christum prodicta fuerant, satis idonea, vt Christus morti traderetur, quemadmodum Marcus ca. 14. 56. indicauit, ideo cum viderent diem illucescere, & nullam se habere satis sufficientem accusationem, quam ad Pilatum deferrent, concilium iterum vocant, vt deliberent, quid potissimum coram Praeside Christo obicere, quod morte dignum esse videretur, adeoq; rogitare ipsemet Christus, vt cap. praecedenti vers. 63. Matth. scripsit. hoc enim Christum credebant non negaturum, & Praesidi capitale videri posse, quia cum omnium Iudaeorum opinio esset Christum futurum regem, & populum a tyrannide liberaturum, quisquis se Christum esse diceret, regnum prohibebatur, quae nihil crimini sius Romanus imperium in Iudaeos obtinentibus videri poterat. C

2. Et vinctum.] & hinc vinctis, & cum eum vinxissent, vt etiam Marcus scribit c. 15. 1. Iam ante vinctus fuerat, cum comprehenderetur, vt ait Ioannes c. 18. 12. sed aut fuerat relaxatus, cum in domo Pontificis reseruretur, vnde fugere non posse credebatur, aut sensebatur quidam ligatus, sed non motibus vinculis: cum autem vellent eum à domo Caiphae in domum Pilati traducere, iterum vinxerunt. D

Et tradiderunt Pontio Pilato praesidi.] Quare Praesidi tradiderunt, & non ipsi occiderunt, siue ante, siue rabie, iubilari potest. Chrysost. existimat propterea Pilato tradidisse, quod dies esset festus, quo more ipsis quemquam condemnare non licebat; sed cap. superiore ver. 2. satis probauimus, non fuisse diem illum sudais festum. Theophylactus vero ideo Pilato traditum fuisse putat, quod effectati regni accusaretur, quae res ad Pilatum Romanum Praesidem spectare videbatur. Vera causa ex Ioanne colligitur c. 18. 31. vbi Iudaei dicunt sibi non licere quemquam occidere. fuit omnino non licuerit, sublata illis à Romanis omni de capitalibus causis iudicandi potestate. vt omnes fere sentium Auctores: siue, vt nonnulli existimant, quod non liceret illis quemquam crucifigere; sed aut lapidare, aut strangulare, aut verere, aut gladio iugulare, vt cap. 5. 22. diximus; ex quo poenarum genere erux non erat, quae à Romanis in vsu non fuerat, aut introducta. Volebant autem non quoquo modo Christum occidi, sed cruce occidi, quod omnium ignominiosissimum mortis genus erat. Obiicit aliquis Stephanum ab illis lapidatum Actorum 7. 58. A quare non omnis in capitalibus causis potestas eripta Iudaeis erat. Facile respondeti potest, illud mortis genus Iudaeis non fuisse prohibitum; quare & Christum ipsum alias voluerant lapidare Ioan. 10. 31. Si autem quod probabilius est, omnis omnino occidendi potestas ablata illis erat, respondendum est, vt nonnulli responderunt interpretes, impetu, non iudicio factum fuisse, vt & Stephanum lapidauerint, & Christum lapidare voluerint. Porro quomodo Pontius Pilatus Praeses fuerit, ex Iosepho intelligitur. Dicamus cap. 14. 1. magni Herodis regnum post eius mortem in Tetrarchias finisse diuisum, vt ex Luca cap. 3. 1. colligitur, quarum vna Iudaea fuit, quam Archelaus magni Herodis filius annos decem, partim regis ipse, partim Tetrarchae auctoritate gubernauit. Post id tempus accusatus apud Augustum Imperatorem est, quod tria Iudaeorum millia qui in templum confugerat, ipso Paschae die trucidasset, quodq; tyrannidem in Iudaeos exercuerat, & sacerdotium, quibus veller, auferret; quibus veller, daret; itaque Viennam Galliae vrbem relegatus est, vt Iosephus libro 17. antiquitatum. cap. 19. & libro 18. cap. 1. refertur. Sic Iudaea in prouinciam Romanorum redacta est, & per Praesidas, sicut aliae prouinciae, coepta gubernari. Ex quibus Pilatus sextus fuit, vt Iosephus scribit libro antiquitatum 18. cap. 4. Putat Theophylact. Pontium Pilatum vocatum fuisse, quod ex Ponto esset nimis leui nomini coniectura; nam & apud Romanos Pontios fuisse legimus. E

3. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset.] Suor qui interpretentur, quasi ipsemet Iudas damnatus esset; quasi dicat Euangelista. Tunc videns Iudas nullam sibi spem salutis superesse, retulit triginta argenteos, & desperans laqueo se suspendit. Sed haec opinio facile ex Euangelistae contextu refutatur qui ita narrationem texuit, vt non obscure indicaret hoc esse ad Christum referendum, quod eum eum Iudas videret damnatum esse, triginta argenteos restituit. D. Basilius quaestio est, de qua Christi damnatione haec, quod salus Matth. narrat, sit intelligendum. Sunt qui putent de damnatione per Pontium Pilatum facta vers. 26. intelligi oportere; sed Matthaeum per anticipationem ante narrasse, quod & Iuuencus Poeta Christianus existimauit, multiq; recentiores interpretes assentiuntur, quia dicunt Iudas triginta argenteos ad sacerdotes retulisse, quos eum accipere noluissent, in templum proiecerit. Vnde colligunt in templo eum fuisse sacerdotes, vbi antequam Christus a Pilato condemnaretur, esse non potuerunt, cum in accusando Christo tantopere essent occupati. Tenuis coniectura, nec enim omnes sacerdotes, sed soli principes sacerdotum, id est sacerdotalium familiarum capita Christum accusabant, vt versu 1. Euangelista significauit; itaq; potuerant alii omnes sacerdotes, qui principes non erant, in templo esse. Et vero probabile non est remoti ministeria, quae per sacerdotes perficiebantur, dum Christus apud Pilatum accusabatur, cessatisse. Difficilior obiectio esse potest, quod principibus sacerdotum Iudas dicatur argenteos retulisse. Verumtamen potuit ad principes sacerdotum, qui non in templo, sed aut in domo Caiphae, aut in Praetorio erant, argenteos referre, quos cum accipere noluissent, in templum proiecit, protestatus vero, quirim templo erant, sacerdotes accepisse aut seruasse vero simile est, donec principes sacerdotum consilium postea inierunt, quid de illis fieri oporteret, vt versu. 6. & 7. Matth. scribit. Ergo quod dicit Euangelista, videns Iudas, quod damnatus esset, ita intelligendum est, videns Christum Iudaeorum praeiudicio condemnatum, qui omnes

vna voce clamauerunt, *rem esse morte cap. 26. 66.* Vi. A dens Christū à Iudæis ad Pilatum relatū, quod nequaquam Festissem, nisi omnino deliberassent non prius desistere, quam ad crucem condemnarent, *retulit triginta argenteos.* Principes enim sacerdotū dicuntur Christum mortis tradidisse, quia Pilato ad mortem condemnandum tradiderunt, vt scribit Lucas cap. 24. 20. *quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & Principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.* Hinc colligitur Iudam cum Christum vendidit, neq; eo vendidisse animo, vt occideretur, neque putasse fore, vt condemneretur ad mortem, quemadmodum Theophyl. & nonnulli recentiores interpretes admonuerunt. In hoc sacerdotibus, Scribis, & senioribus aliquanto melior, quod quàm cæcitas, & infidelitate magistrū vendidisset, de morte tamen eius non cogitasset. B

De Iudæ pœnitentia.

Pœnitentia ductus.] Origenes, & Hieron. ita de hac Iudæ pœnitentia loquuntur, vt eam laudare videantur. Hinc enim Manichæorum refellunt errorem, qui duos, alterum bonum, alterum malum, naturas introducebant. Caterum non intelligunt, vt opinor, bonam omnino fuisse, sed aliquid habuisse boni, quod quamuis peccatum non expendi aucrit, cognouit tamen, ac confessus est, & se fecisse doluit. Hoc proprie Græcum verbum significat, quo Matth. vsus est μεταμεληθεὶς de peccato dolens, & anxius; hoc enim inter μετανοῆσαι, & μεταμέλεσθαι interesse nonnulli obseruarunt, quod μετανοῆσαι sit patratum peccatum agnoscere, atq; dolere, μεταμέλεσθαι non solum dolere, sed emendare; hoc Petrus, & illud Iudas fecit, ideo non dicitur μετανοῆσαι, aut μετανοεῖν, sed μεταμεληθῆναι. Recte Leo serm. 5. de Pass. Domini. *Merito sicut & Propheta prædixerat, oratio eius facta est in peccatum, quoniam consummato scelere eam peruersa impii cernentis fuit, vt etiam pœnitendo peccaret,* & Ambrosius libro 10. comment. in Lucam. *Erit fassa est pœnitentia proditum, quia peccauit in Spiritum sanctum, est tamen illius in scelere pudor culpam agnoscere. Et quamuis ille non absolutus, Iudæorum tamen impudentia confutatur, quos cum proditio sceleris redargueret venditoris, scelestis tamen filii prædicant iustæ traditionis actum, & excercitatus se esse clamant, dum dicunt, quid ad nos? tu videris. Amentes plane, qui putant salui se magis auditum scelere, quam teneri.* Scribunt Origenes, & Theophylactus voluisse Iudam, eum Christi iam mortem impedire non posset, eundem moriendo præuenire, vt in altera illi occurreret vita, & veniam ab illo sui sceleris obtineret. Quod est falsæ similè est, tamen illud habet vtilitatis, quod inde intelligimus Origenis ætate doctrinam de Purgatorio, & precatorium post hanc vitam remissionē fuisse vulgatam.

Psal. 108. 7.

4. Peccauit tradens sanguinem iustum. Id est iustum hominem ad mortem: etsi Iudas Christum Deum esse non credebat, vt supra docuimus, & Leo sermone 1. de Passione Domini scribit, hominem tamen iustum, & innocentem confiteur. Voluit Deus, vt ab omni hominum genere contra sacerdotum, & seniorum peruersitatem sua innocentia testimonium Christus haberet, etiam ab ipso iudice Pilato, etiam ab eius vxore, etiam à proditore, qui eum vendiderat.

Quid ad nos?] Hominum obtrectatorum vox est, & vt paulo ante ex Ambrosio citauimus, amentium, *qui putant salui se magis auditum scelere, quam teneri. In pecuniarie, inquit, confitetur se peccasse, sed non confitetur. Hi pretium recipiant, & sacrilegium persequantur, ac pertinacibus studiis funestum sibi vindicant sanguinis auctionem, cum refundere venditor sacrilegę mercedem.* D

5. Et proiecto argento in templo.] Visus sibi est Iudas, cum in templo argenteos proiceret, sacerdotibus dare, & initum venditionis contractum rescindere.

De morte Iudæ.

Abiens laqueo se suffocauit.] ἀπῆλθε, laqueo præfo- E

Ioan. 5. 10. sunt qui interpretentur *mittere*, pro remittere, quod existiment triginta illos argenteos ex fisco gazophylacio à sacerdotibus eiectos fuisse, vt emerent Christum, in qua sententia suspectus est, habetque non minimam probabilitatem: solebant enim publici simptus, qui ad templi cultum, religionemq; pertinebant, ex sacris fieri thesauris, cuiusmodi sacerdotes eiusdem esse arbitrabantur, vt Christus, qui se Dei filium profitebatur occideretur. A

Lib. 9 hist. Euang.

Hebraismus.

Quia pretium sanguinis est.] Hebræorum idiomate sanguis ponitur pro morte. Addere debuerunt iusti, quemadmodum Iudas paulo ante confessus fuerat; sed nesciunt homines errore exci aut vera sentire, aut loqui. Prohibebatur Iudæi turpe lucrum in templum offerre Deuter. 23. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui: quia vtrumque abominatio est apud Dominum Deum tuū;* vnde per analogium colligebant nec pretium sanguinis Deo esse offerendū: aut quod maioris fuit ritę erat, mittendum in gazophylacium. Nam oblationem Deo factam, cum argenteos acceperant, approbarent. Itaq; plus reuerentiæ homines insani gazophylacio, quam Deo tribuendum esse iudicabant. B

7. Consilio autem inito.] Non est credēdum hoc continuo factum esse, sed postquam crucifixus esset Christus, ac festis esset. Sunt qui suspicentur in his etiam prophetis Ieremiæ, quas nunc habemus, scriptum hoc fuisse, sed à Iudæis postea malignè deletum, vt Eusebius etiam arbitratur libro 10. de demōst. Euang. cap. 4. Sunt, qui ex libris quidem Ieremiæ, sed apocryphis sumptum esse dicant; nam & Apostolos ex eiusmodi libris testimonia aliquando proferre. sicut D. Paulus 2. ad Timoth. 3. 8. quod dicit de Iannę, & Mambre ex apocryphis libris sumptū esse creditur. In hac opinione Origenes est, eamq; videtur Hieronym. confirmare affirmans Hebræum quendam apocryphum Ieremiæ librum sibi legendum tradidisse, vbi hoc testimonium ad verbum reperiebatur. Sunt qui Euangelistam memoria lapsum existiment, cumq; pro Zachariæ nomine nomen illi Ieremiæ occurrisset, id scripsisse; postea vero etiam vel ipsum per se, vel aliorū monitu, quos adhuc eo viuente eius Euangelium legi se credendum est, & Ieremiæ pro Zachariæ nomen positum animaduertisse, emendare tamen noluisse, quod id ipsum Spiritu sancto inflante factum credideriit, qui cum idem omnium Prophetarum ore locutus esset, non referret, quid à quo Propheta dictum sit; singulorum enim Prophetarum dicta omnium esse communia, ita vt, quod ab vno dictum est, ab omnibus dictum esse censeatur. Ita Augustinus lib. 3. de cons. Euang. cap. 8. & Beda in comment. quorum opinionem nullo prorsus modo probandum existimo. Nam Euangelista memoria aliquādo lapsus esse, etsi scio dixisse aliquos, & doctos, & Catholicos Auctores, existimaueque nihil propterea de scripturæ Auctoritate minui, haud equidem intelligo, quomodo id & Spiritu sancto dictante, & salua scripturæ fide, quæ summa, & firmissima esse debet, fieri potuerit, & dicere propterea Ieremiam pro Zacharia citari potuisse, quod idem per omnes Prophetas spiritus locutus sit, violenta mihi videtur interpretatio. Sunt qui scriptorum errore nominum similitudine occasionem dante Ieremiæ nomen pro Zachariæ scriptum fuisse arbitrentur, vt Origenes, & Eusebius referunt, & improbare non videmur. Atque obstero inter Ieremiæ & Zachariæ nomina similitudo est? Sunt qui Zachariam binominem fuisse coniecerint, & Ieremiam etiam appellatum; sed probanda coniectura erat. Sunt qui capit. 32. versu 9. Ieremiæ citari putent, vbi Ieremias agrum emisse C

Non est satis audire dicentem Euangelistam memoria lapsum.

Sepulchrorum ritus apud Iudæos.

In sepulturam peregrinorum.] Solebant ciues Ierosolymitani, aut in publico loco, aut in suo quisq; suo proprium habere sepulchrum, vbi omnes, qui eiusdem essent familiæ, sepelirentur. Magnum etiam illis solatium mortis videbatur, si in patrum suorum sepulchris sepelirentur, vt ex multis libro. rum Regum locis manifestum est. Qui autem peregrini erant, eum patria sepulchra in vrbe non haberent, difficile sepulturam reperiebant. In hoc bonum publicum sancti illi sacerdotum principes oblatam templo pecuniam impenderunt, quod res Deo sacra non nisi in pium opus consumenda videretur; sic Origenes interpretatur. Alii putant peregrinos hic Gentiles appellari, qui aliquando aut habitabant Ierosolymæ, aut eo ventitabant; si vero inibi mori contingeret, locum, vbi sepelirentur, non habebant; oeſat enim Iudæis videbatur non solum in vita, sed etiam post mortem cum Gentilibus habitare. D

Propter hoc vocatus est ager ille Acheldema, id est ager sanguinis vsq; in hodiernum diem.] Nimirum dominio conflito factum est, vt quà ratione sacerdotes impietatem suam vna cum illa pecunia obruere & quasi sepelire voluerunt; sempiterno monimento in omnem posteritatis memoriam transtu- E

emisse dicitur, quod Augustinus etiam approbat. At nihil huic testimonio cum illo Ieremiæ præter nomen agri commune est; nihil vllus de figulo, nihil de vocio apprecijs, quem appretiuerunt à filiis Israel; nec emit Ieremias agrum triginta argenteis sed septem denarijs, decem minutum argentum, & septem siliquis. Sunt qui Ieremiæ prophetiæ citari existiment, non quidem scriptam, sed per traditionem acceptam, vt illud, quod apud Lucam c.13.4. de turri in Siloe Christus enarrat. Hoc probabere, si nihil esset, quod dicere possem probabilius. Rem mihi attingere videntur, qui existimant, Euangelistam nullius Prophetæ nomen posuisse, sed tantum dixisse *Tunc impletum est, quod dictum est per Prophetam*, vt multis alijs locis dicere consuevit c.1.22. c.2.5.15.23.& 13.35. & 21.4. & hoc ipso capite ver.35. scripturam vero aliquem, cum putaret Ieremiæ citari testimonium, eius nomen ad marginē adscripsisse, postea aliquem alium in contextum intulisse. Confirmat hanc coniecturam, quod in Syriaco Euangelio Ieremiæ nomen nō legatur, quodque Augustinus lib. 3. de cons. Euang. c. 7. scribit suo tempore in multis Latinis etiam codicibus lectum non fuisse. Obijcit contrà hanc opinionem Augustinus nihil fuisse causæ, cur Ieremiæ nomen adderetur, fuisse autem cur potius deleretur, quod Ieremias falso citari videri posset; mirum est, cum eodem loco dicat fuisse causæ, cur hoc testimonium Ieremiæ tribuatur, quod Ieremias cap. 32. 9. emerit agrum, negare nunc eam ipsam causam fuisse potuisse, vt aliquis putans Euangelistam ad illum Ieremiæ locum alioquin, nomen Ieremiæ ad marginem adnotaverit; alius in contextum transtulerit. Potuit & alia esse causa, cur Ieremiæ nomen asciberetur, quod hoc testimonio Zachariæ apud Septuaginta interpretes adeo ab Hebraica discrepet veritate, vt nihil prorsus habere simile videatur, ita vt agnoscī à Græcis lectoribus non posset; à quibus vero simile est. *Ieremiæ* nomen additū fuisse. Quod attinet ad testimonij interpretationem, Euangelista, vt sæpe solet nec verba, nec personas expressit sed sensum eximere, &, quod volebat, ostendere impletum fuisse prophetam.

A

Et accepi sunt triginta argenteos.] Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια. Hebr. וָאֶקְחֹתשְׁלשִׁיתכֶּסֶף Et accepi triginta argenteos. Propheta dixerat prima persona, vt declararet se fecisse, quod illi Dominus præcepisset. Euangelista sensū eodem per tertiam personam reddidit, vt ostenderet id per sacerdotes impletum fuisse, quorum in ea re Prophetæ personam gerebat; quamquam & ἔλαβον apud Græcos prima persona singularis esse potest.

B

Pretium appretiati.] τὸν τετιμημένον τιμήματος. Hoc apud Prophetam & paulo ante, & alijs verbis dictum erat אֹתָיִקָר וְתִקַּרְתִּי decus pretij, aut pretium æstimationis. Euangelista videtur non legisse יִקַּר pretij, aut æstimationis; sed תִּקַּר æstimati τετιμημένον, quod Latinus interpres vertit, *appretiati.*

C

Quem appretiauerunt a filijs Israel.] ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, אֲשֶׁר יִקָּרוּתִקַּרְלִבְנֵי quo æstimatus sum ab illis. Euangelista mutata prima persona singulari in tertiam pluralem, & voce passiua in actiuam eandem sententiam reddidit, quæ æstimauerunt à filijs Israel, id est ij, qui erant ex filijs Israel. Interdum igitur enim relativum, *a*, sicut apud Hebræos אֲשֶׁר, vt in Idiomatis Hebræorum adnotauimus; simile est exemplum in libro Iudith c.8.17.

D

10. *Et dederunt eos in agrum figuli.*] καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. וַיִּתֵּן אֹתָם אֶל־שְׂדֵה יוֹצֵר & proiecit ipsum (argentum, aut pretium) in domum Domini ad figulum, id est, vt ex eo ager à figulo emeretur, vt Euangelista optimus interpret exponit. Itaque Rabbi Dauid Kimhi, & alij Hebræis in eius Zachariæ loci explicatione credūt non esse, qui putant אֶל in, mutato pro אוֹצָר thesauro scriptū esse יוֹצֵר figulū, vt sit sensus, proiecit illud in commune Domini ad thesaurum, aut ad thesauratium, id est vt in thesauro sacro reponeretur. Sic apud Euangelistam pro *dederunt*, legamus *vouit dedi*, Græcum verbum cum Hebraico persona conuenit. Apud Prophetam nomen *agri* non est, sed quia in figuli nomine quodam modo continebatur, quia sensus, vt diximus, est, proiecī ad figulum, id est vt à figulo ager emeretur, Euāgelista, quasi Propheta interpres, *agri* nomen, quod latebat, expressit. τὸν τοῦ ἀγροῦ ἀγορασμόν, *in agrum figuli.*

E

Sunt conspicuti mihi Dominus.] Hæc verba apud Propheta non reperimus; sententiam tamen, & rem ipsam reperimus: Dixerat enim Propheta sibi à Domino præceptum esse, vt tringinta argenteos proficeret ad staturium, id est figulum: dixit postea se proiecisse. Itaq; fecit, sicut constituerat illi Dominus. Hoc etiam Propheta verbis non dixit, quia re ipsa faciendo dixerat, Matthæus etiam explicauit, vt decet rei id non casu, aut humana voluntate, sed Dei nutu factum esse: Quam obrem faciendo dicta prouidentia, alij impulsu ex triginta argenteis agrum illum emisse figuli.

11. Iesus autem stetit ante Præsidem.] Ioann. c.18.28. scribit Christum in Prætorium adductum esse. Iudæos vero non ausos introire, ne contaminarentur, vt Pascha manducare possent: propterea Pilatum foras ad eos exisse, interrogasseq; *quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?* quod ita ab eo dictum apparet, vt significaret se Christum innocentem existimare, quasi dixerit, quid hunc hominem iusto obijci potest? propterea Iudæi ita respondent, quasi ea interrogatione iniuriam sibi factam arbitrentur, *si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum*, post quæ verba ea collocanda sunt, quæ c.23. 2. scribit Lucas; *Cœperunt autem illum accusare dicentes hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.* Tunc ponenda sunt Ioannis verba ver.31. Dixit ergo eis Pilatus, *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.* Apparet enim omnibus modis constare fuisse Præsidem de Christo non iudicare. Dixerunt ergo ei Iudæi, *Nobis non licet interficere quemquam*, quod ver. 2. expositum. Addit Ioan. ideo hoc factum esse, *vt impleretur sermo Iesu, quem dixerat, significans, qua morte esset moriturus*, nempe sermo ille, quem Matthæus recitat c. 20.18.19. *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Significatur ergo Ioan. propterea Iudæos potestatem sibi à Præside factā vt nolisse, quod secundum legem neminem crucifigere liceret; quo maxime genere mortis Christum tollere cupiebāt. & Christus ipse se mori turum prædixerat: aut intelligentur Pilatum ironice locutum fuisse. Non ergo Iudæorum virtute, sed potius crudelitate, & diuino consilio, quo decretum fuerat, vt Christus crucifigeretur, factū esse Ioan. significet, vt Iudæi Christū secundum legē suum noluerint iudicare. Post hæc, vt ait Ioan. Pegsset in Prætorium ingressus est, & foris manentibus Iudæis Christū ad se vocauit; rogauitq; quod illic Ioan. & hic Matthæus scribit, *Tu es rex Iudæorum*, nō rogat Præses, nisi de regno, & tributo, quod in eadem regni causa connectebatur. Si enim rex erat, dubitari non poterat, quin tributa Cæsari dāda esse negaret; hæc enim duo inter alia Iudæi obijcerant Christo, quæ Præsidem mouere maxime poterant, quod se regem faceret, & tributa Cæsari danda non esse diceret; quæ ipsorum met testimonio refelli poterant, à quibus interrogatus aliquando Christus, vtrum liceret censum dare Cæsari,

Cæsari, responderat. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* c.22.17.21. Tetes quoq; Romam iterant, aut Iudæi publicani, qui Cæsaris vectigal colligebant. Christum non solum soluendum Cæsari, tributū dixisse, sed ipsum quoq; solitum soluere c.17.17. Sed obijciunt mihi omnia repugnāte conscientia odiosum crimen, quod fuerat eo verisimilius Præsidi videri posse, quod Herodianorum tunc secta vigeret, qui credūtur in ea fuisse sententia, vt dicerent non licere Iudæis regi alienigenæ tributa pendere, vt c.22.16. docuimus.

A

Tu dixisti.] Aute hæc verba ponenda sunt ea, quæ scribit Ioan. c.18.34. *Tune Rex Iudæorum?* Respondet Iesus, *A temetipso hoc dum, an alij tibi dixerunt de me?* quibus verbis videtur Christus Pilati confidentiam pungere, quasi diceret, tu vtique scis me Iudæorum regem non esse; sed ista, quæ rogas, Iudæorum postulatione rogas. Respondit Pilatus, *num quid ego Iudæus sum? gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?* Sensit se Pilatus à Christo petulantius esse, ideo iracunde videtur respondere se non iuspse sponte interrogasse; nec enim Iudæum esse, sed iudicis officio fungi qui eum sibi ex Iudæis traditum non posset non de rebus obiectis interrogare. Respondit Iesus, *Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc.* Itaq; horum verborum occasione à multis de regno Christi disputatur, vtrone rex fuerit. Sunt qui quodammodo inimium facere velint regem, hæreticosque eos putent, qui temporalem etiam regem fuisse negant, cum ipsum iudicio interrogatus palam respondent. *Regnum meum non est de hoc mundo*, id est non est mundanum, non est terrenum, non est temporale; sed cœleste & spirituale. regnum suum non solum beatorum sedem, sed ædilium etiam in terris congregationem, id est Ecclesiam appellauit, quæ etsi in hoc mundo est, tamen de hoc modo non est, & quia non ex terra, sed ex cœlo originem habet, eum esse caput Christum à quo congregata, & formata est, de cœlo descendentem, cum fides, quæ eius forma est, & caritas, quæ eius vinculum; & spes, quæ præmia illi promittit, de cœlo dentur, sicut Christus apud Ioannem c. 8.23. ait, *vos de deorsum estis, ego de superna sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo:* & ter Ioan. cap.15.19 *si de mundo fuisset, mundus, quod suum erat, diligeret; quia vero de mundo non estis, & quia eius conuersatio in cœlo est, neque putat se hic habere ciuitatem permanentem, sed à Domino peregrinari ad Philippenses 3. 20.* Tota igitur quæstio ad hunc modum expediendo est, Christum, quatenus Deus est, non solum spiritualem, sed etiam temporalem totius mundi & superiorum, & inferiorum regem esse; propterea enim *habet in vestimento & in femore suo scriptum Rex regum, & Dominus dominantium.* Apoc. 19.16. vt ostendat se non vi nō, tyrannide, non electione, non adoptione, sed natura, quæ per semet significatur, regem esse; quia natura & nec *rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo.* Propterea habet Abraham seruum suum super femur suum manum ponere, vt eum per Deum cœli adiuret, quod ex eius semore nasciturus esset Christus. Genesis 24. Illud etiam certum est Christum, qua homo est, regem esse spiritualem totius Ecclesiæ; hoc enim est regnum, quod sanguine suo patri acquisiuit, quodq; illi post finem mundi redditurus est 1. Cor. 15. 24. Hoc est regnum illud de quo scribit Dauid Psalm. 2. c. *Ego autem constitutus sum rex ab eo*, quod spirituale est, non temporale ritus declarat, *super montem sanctum eius prædicans præceptum eius:* nam & Sion illa sic tropaliter intelligenda est, vt tradit. in Ioan. tr. 15. D. Augustin. adnotauit, & prædicare præceptum Dei non temporalis, sed spiritualis regis officium est. Hoc est regnum, de quo eodem Psalmo paulo post dicitur, *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* quia Ecclesia toto terrarum orbe diffundenda erat, & à mari vsque ad mare propagenda. Hoc regnum est de quo Christus post resurrectionem dicit, *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Matth. 28.18. quæ potestas qualis fuerit, si non exponit, vers. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* quæ partes non temporalis, sed spiritualis regis sunt: ideoq; sicut in regno temporali solus rex condendarū legum potestatē habet; ita Christus in Ecclesia solus potuit sacramenta constituere. quæ, sicut in Republica leges, ita in spirituali Christi regno precatorum remedia sunt. Qua vero parte Christus homo erat, non erat voluerit orbis terrarum temporalis rex, vt & Augustī. eo loco, quem modo nominauimus, & omnes boni Theologi sentiunt. Aut enim naturali, aut diuino, aut humano iure rex esset. Naturali non erat, quia regis filius non erat, quod est naturaliter esse regem: diuino non erat, quia omnia sacrorum literarum testimonia, quæ de eius loquuntur regno, de spirituali regno, vt Augustī. ait, intelligunt: humano non erat, quia non fuerat orbis terrarum consensu ex electus, & cum Iudæi vellent eum rapere, vt regem facerent, aufugit Ioan. 6. vt De regno Iudææ dubitari potest, an humano iure ad Christum pertinet, qua in re illud constat eū ex regio sanguine à Dauide vsq; pro creatū, & Matt. c.1. eius genealogiam per reges deducens docere voluit. An autem ad illum ius regium peruehiret, si rex esse voluisset, *modo* quidem iudicio, non satis constat, quia nescimus an ex regum genere alius fuerit eo propinquior, ad quem regnum, si ad ius hæreditarium res cendum fuisset, pertineret. Probat Christus apud Ioan. c.18.36. regnum suum non esse de hoc mundo, id est mundanum, quia si mundanum esset, mundanos etiam, qui pro se pugnarent, ministros haberet. Taurum vero aberat, vt haberet, aut habere vellet, vt Petrum vnum ex discipulis suis, qui seruum Pontificis vulnerarat, vt se defenderet, de grauiter reprehenderit, iusseritque gladium in vaginam remittere, suoq; ministros nō terrenos, sed cœlestes, ad est angelos esse significanceit. *An putas, quia non possum modo rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo, plus quam duodecim legiones angelorum?* c.26.53. hac occasione Pilatus inquit, *ergo rex es tu?* Tunc respondit Christus, quod hic Matth. scribit, *Tu dixisti.* qua phrasi non ambiguē, vt D. Augu. & nonnulli alij putant, sed modeste respondes se regem esse, vt supra c.26.25.64.

B

Instituens sacramenta salutis ex Christi.

C

Regnū Iudææ ad eum hoc tempore Christi non pertinet.

12. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit.] Ante hanc partem historiæ illa collocanda est, quam Lucas c.23. 4. scribit, Pilatum post quam Christum interrogasset, eum ipse rex esset, vt ait Ioan. 18.28. ad Iudæos, qui extra Prætorium expectabant, exisse, dixisseq; *Ego nullam inuenio in eo causam*, id est nullam culpam.

D

13. Tunc dicit ei Pilatus, non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia? Hæc testimonia, quæ tunc aduersus Christum dicebantur, Matthæus non scripsit, Lucas autem scribit ver. 5. & 7. *At illi magis insistebant dicentes commouet populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens a Galilæa vsque huc, & vt cognouit quod de Herode potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis eo illo die.* Herodem autem viso Christo gauisum esse, quod multa de eo prius audiuisset, eupereique eius quod eius signum videre, & multis Christum interrogasse, Christum vero nihil respondisse, sacerdotes & Scribas constanter eum apud Herodem accusasse; Herodem eum nihil Christus respondere eum contempsisse, & veste alba per opprobrium indutum ad Pilatum remisisse, fierosq; amicos

E

amicos Pilatum, & Herodem ex eo die, cum ante A inimici essent: cum Christus ad Pilatum remissus esset, Pilatum comoratis principibus sacerdotum, & magistratibus, atque plebi dixisse, v. Luc. 23. 15. 16. *Odistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes: nam remisit eum ad illum, & ecce nihil digni morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam.* Cur Christus ab Herode non dimissus, castigatum dimittam, quod aut de verbis, aut de verberibus potuit intelligi. Ad hanc Pilati vocem vero simile est cœpisse Iudæos vehementius instare, & accusare Christum, quamuis Euangelista non dicat, atque tunc Pilatum dixisse, quod hoc loco Matth. ait, *Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?*

14. *Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt mirabatur Praeses vehementer.*] Mirum, cur Christus tam obstinatum coram iudice silentium tenuerit, præ- B sertim cum paulo ante interrogantis respondisset, Cur autem respondeat in prompta ratio est, cuique ingulum petebatur, an ipse rex esset, id esse Christus quod negare nequaquam oportebat, cum in mundum ea re venisset, vt se Christum filium Dei viui esse doceret. Cur autem nunc taceat, multæ rationes reddi possunt. Primum, quæ per contrarium colligitur, quia munus non defummæ rei, sed de commotione populi de doctrina, & alijs huiusmodi rebus agebatur, quas cum in omnium oculis egisset, nemo poterat ignorare, ita vt opus non esset, vt ipse responderet, sicut prius Pontifici respon- Cur Christus ea, quæ Pilato fatetur. derat Ioan. 18. 20. *Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil, quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt, quæ dixerim ego.* Secundam rationem Ambrosius in cõmentarijs in Lucam. Chrysostomus, & Euthymius hoc loco reddunt, quod sciret Christus Iudæos sibi etiã respondere credituros non esse, vt illis apud Lucam dixerat cap. 22. 67. Tertiam affert Theophylactus, ne si respondisset, irritaretur Iudæorum rabies, & eorum culpa maior fieret. Quartam Hieronymus, & Beda, ne si respondisset, cruciando dilusset, dimittendo, & crucis fructus, id est salus nostra periret. Quintam Ambrosius, quod defensione non indigeret, *dicit autor, inquit Dominus, & tacet, & bene tacet, qui defensione non indiget. Audiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed de- D fensionem non refellendo.* Denique propheciam ipso Christi silentio tangi oportebat, *quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum,* Isaiæ 53. 7.

15. *Per diem autem festum.*] Per diem Paschæ, qui ἐξοχὴν solennis appellatur, vt Ioan. exponit cap. 19. 31. An hoc priuilegium Iudæi à Romanis Iudææ in Prouinciam redigentibus nouum obtinuerint, an cum antiqua consuetudo eorum esset, Romani illis aut ipsorum rogatu, aut sua liberalitate concessarint, incertum est. Sed tamen probabilius veterem fuisse Iudæorum traditionem, vt in memoriam liberati ex Ægypto populi vinctum vnum eo die à carcere liberarent.

16. *Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barrabas.*] ἐπίσημον, id est insignem, ac nobi- E lem appellat vinctum, non virtute, sed scelere, & improbitate. Marcus 15. 7. qualis fuerit magis declarat, *Erat autem, qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium,* & Lucas 23. 19. *Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missum in carcerem,* Ioannes cap. 18. latronem fuisse dicit *ποιὸς*, eo vt opinor sensu, quo Latini latrones vocant eos, qui publicas obsident vias, & prætereuntes trucidatos expoliant.

17. *Quem vultis dimittam vobis Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus?*] Multis indiciis manifestum est omnem cauillationem abs Iudæis Christi Pilatum quæsisse. Primum similaque ad Christi accusationem *adhuc ipse non dum hunc?* Ioannis 18. 29. quod, vt supra explicauimus perinde valet, ac si dicat, quid hominis huius iusto, & innocenti obiicere possitis? Deinde interrogato intra Prætorium Christo ad Iudæos exit: dixitq. *nihil inuenio causæ in hoc homine,* Lucæ 23. 4. Ioannis 18. 38. Præterea cum audisset tantum per totam Galilæam docuisse Christum, occasionem libenter arripuit, vt Galilæum esse interpretaretur, eumq. ad Herodem ablegaret Lucæ 23. 7. Cum remissus ab Herode esset, rursum dimittere tentatur, dicens se nihil in eo culpæ deprehendere, neq; Herodem, ad quem missus à se fuerat, deprehendisse. Cum hoc Iudæorum ira non extingueret, castigare voluit, id est, aut verbis coripere, aut flagellis cædere, castigatumq; dimittere Lucæ 23. 16. Nunc religionẽ Iudæis ante oculos ponit, vt saltem solennis festi respectu, sicut alij facinorosi homines dimitti solent, Christus, cõtra quem nihil facinoris, nihil culpæ probatum esset, dimitteretur. Alio etiam vtitur artificio, nec solum Christum, nec cum multis, sed cum vno Barrabbe homine omnium scelerissimo propouit, vt Iudæi Christum, nisi omnino exci, aut iniquissimi essent, eligere cogantur. Quis enim cogitasset Barabbam hominem homicidam, seditiosum, latronem publicum Christo, cui nihil obiectum mali erat, nihil certe probatum, fuisse anteponendum? Sed Iudæorum odium, atq; nequitia Pilati hominis prosciti opinionem superauit. Post hæc etiam dimittere Christum conatus est; cum enim vrgerent Iudæi, *Tolle, tolle, crucifige eum* respondit, *Regem vestrum crucifigam* Iohan. 19. 15. quasi ipsorum conflueret honori, quibus ignominiosum videri poterat eorum regem, quamuis grauis rei sceleris, fuisse crucifixum. Solent reges securi peremi, non in crucem agi. Multo vero maxime ad eum vxor nuncium misisset, caueret, ne quid sibi cum iusto illo esset, & cum ex Iudæis audiuisset filium Dei se facere Ioan. 19. 7. Prius enim religione, vt videtur, & æquitate, post erã metu absoluere conatus est. Hæc omnia ideo Euangelistas narrasse credendũ est, vt intelligeremus quam iniq; Christus damnatus esset, quem prophanus etiam, & iniquus iudex sola pietate, & æquitate motus tam sæpe dimittere tentauit. Deinde, vt ex Pilati, & Iudæorum comparatione intrepidus Iudæorum iniquitas, atque peruersitas cognosceretur. Tum etiam, vt ex ratione condemnationis per importunitatem extortæ à iudice omnibus modis repugnante appareret Christum non tam ab hominibus, quam à Patre ad crucem tractum fuisse.

19. *Sedente autem eo pro tribunali.*] id est valde opportune, cum iam ad ferendam sententiam paratus esset, vt res non casu, sed diuino consilio facta videretur. Ea enim re Matth. qui hoc solus narrat, hanc circumstantiam expressit.

Nihil ad eum vxor eius dixit, nihil tibi, & iusto illi.] Id est, ne te eius negotio immisceas, ne eum condemnes. Iustum, & vulgari opinione, & viso suo admonita Christum appellat. Addit hoc verbum nuncio, vt facilius vel religione, vel metu marito persuadeat: nam etsi credendum est, piam fuisse mulierem, & in Christum aut ante, aut tunc primum per quietem edoctam credidisse, tamen vero simile etiam est aliquem in ea humanum quidem, sed non malum affectum fuisse, consilioque ne quid mali marito suo, si hominem iustum condemnasset, eueniret.

Multa enim passa sum hodie per visum propter eum.] Id est multa somniaui, quæ me anxiã, solicitamq; reddi-

derunt. Quid somniauerit, quia Euangelista non A docet, temerarii est interpretis diuinare velle. Hoc tantum ex eius ad maritum misso nuncio colligere nobis licet, eam per somnium & Christum innocentem filiumq; Dei esse cognouisse, & ea prospexisse mala, quæ ab eis nec Ierosolymitanæ ciuitati erant euentura, quibus ne maritus mortis eius auctor innueretur, verebatur. Disputant à nonnullis, quale id fuerit somnium. Quatuor enim genera ab illis, qui de ea re scripserunt, tradi solent. Naturale quod corporis constitutio, & natura gignit; alia enim bilioſi, alia sanguinei, alia melancholici somniare solent. Morale, quod ex animi studijs, actionibus, cogitationibus, & moribus nascitur: sit enim comparatum est, vt quæ agimus, aut vehementer cogitamus, & cupimus, ea somniemus. B Ieque merito Plato alia etiam Philosophi, & humana sapientia, quam cæteros hominum somnia esse oportere arbitrabatur. Diuinum, quod à Deo, aut per angelos, aut sine vllo angelo frequenter immittitur, eiusq; in sacris literis, & multa, & nota sunt exempla, vt cap. 2. 13. diximus. Diabolicum, quod à diabolo immittitur, eiusmodi maior pars eorum, quæ obscœna sunt, vulgo esse creduntur. Hunc mulieris somnium naturale fuisse nemo, quod scias, dixit, neq; vlla cum probabilitate dici potest. Morale fuisse nonnulli, aut putant, aut non negant; quali mulier ideo de Christo ea nocte somniauerit, quod sciret eius inter Iudæos famam agitari. Opinio non vulgaris modo, sed vetus etiam fuit, vt ex Ignatio epistola 5. ad Philippenses, & Beda ad hunc locum in cõmentarijs, ex Auctore scholastico, vt appellant, historiæ intelligimus, diabolicum hoc fuisse somnium. Diabolum enim tunc cœpisse Christi diuinitatem cognoscere, & mysterium mortis eius, qua hominum genus liberaturus erat, intelligere: quare conatum per mulierem eius impedire mortem. Sententia meo quidem iudicio, quamuis bonos habeat auctores, minime probabilis, nam diabolum Christi diuinitatem prius cognouisse cap. 4. ex Euangelistarum testimonijs probauimus à nobis est; & si impedire Christi mortem voluerat, cur non potius Iudæorum animos qui totius Tragœdiæ auctores erant, quam alienigenæ mulieris, cuius sexus etiam, quæ vera diuinationes sint, somnia creduntur, humanos in somnijs terruerat? A Deo igitur illi immissum est somnium, vt Origenes, Hilarius, Leo serm. 11. de passione Chrysost. Hieronym. Euth. & Theoph. in hunc locum existimant. Quarum quidam, cur non potius Pilato huiusmodi somnium Deus iniecerit. Chrysost. Theophylact. & Euthymius duas huius rei rationes affirmant, vel quod indignum fuerit, cui id Deus reuelaret, vel quod minus illi Iudæis credendum fuisset, tanquam homini suspecto, aut corrupto iudici, qui ad diuinitẽ dum Christum somnia confugeret. Volui, vt ego arbitror, Deus, fidei diuinia nobis confiliis licet comiserare eam facere, ita condemnari Christum, vt tamen omnibus modis, omnis generis personarum sententijs, omnium elementorũ veluti suffu eius innocentia testata esset: propterea non solum Iudæi, multi quidem in Christum credebant, non solum iudex, qui E testari voluisse. Scibat Iudæus mentis ablutione sententiam in eius causa laturus erat, non solum eius vxor mulier ante prophana, & rectis minime suspecta, non solum Centurio, & multi, qui paulo ante crucifixo Christo conuicia dicitabant, sed obstupuerat sol, fissæ petræ, diruptum, veluti templi contestata terra, Christi innocentiã. atq; diuinitati testimonium præbuerunt. Saltem eam fuisse mulierem propter somnium illud, quod de Christo habuit, probabiliter Origenes, Chrysost. & Theophylact. existimant.

23. *Quid enim malum fecit?*] Eodem modo, atq; iisdem verbis Marcus scribit 15. 14. & Lucas 23. 22.

Iesum Nazarenum, virum a Deo approbatum vobis (inquit d. Petrus) *signis, & prodigijs, & virtutibus, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut & vos scitis, hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemistis, quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Act. 2. 22. 23. 24. Et Paulus Act. 13. 28. *Et cum causam mortis non invenissent, petierunt a Pilato, ut interficeretur.* Et Petrus 1. Epist. 2. 22. *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius.* Et Ioannes 1. Epist. 3. 5. *Et peccatum in eo non est.* Et Paulus 2. Cor. 5. 21. *Eum, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Et Hebr. 4. 15. *Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato.* Et 1. Pet. 1. 19. *Quasi agni immaculati, & incontaminati Christi.* Et 1. Ioan. 3. 5. *Et peccatum in eo non est.* Et Apoc. 14. 5. *In ore eorum non est inventum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei.* Et Hebr. 7. 26. *Talis decebat ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus.* Et Ioannes 8. 46. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et Ioannes 18. 38. *Ego nullam invenio in eo causam.* Et Ioannes 19. 4. *Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam.* Et Ioannes 19. 6. *Ego enim non invenio in eo causam.* Et Lucas 23. 4. *Nihil invenio causæ in homine hoc.* Et Lucas 23. 14. *Nihil inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis.* Et Lucas 23. 15. *Nihil dignum morte actum est ei.* Et Lucas 23. 22. *Nihil invenio causæ mortis in eo.* Et Matthæus 27. 19. *Nihil tibi, & iusto illi.* Et Matthæus 27. 24. *Innocens ego sum a sanguine iusti huius.* Et Matthæus 27. 23. *Quid enim malum fecit?* Et Marcus 15. 14. *Quid enim fecit malum?* Et Lucas 23. 22. *Nihil dignum morte fecit.* Et Lucas 23. 41. *Hic autem nihil mali gessit.* Et Lucas 23. 47. *Vere hic homo iustus erat.* Et Matthæus 27. 54. *Vere filius Dei erat iste.* Et Marcus 15. 39. *Vere hic homo filius Dei erat.* Et Lucas 23. 47. *Vere hic homo iustus erat.* Et Matthæus 27. 4. *Tradidi sanguinem iustum.* Et Matthæus 27. 24. *Innocens ego sum a sanguine iusti huius

Innocens ego sum à sanguine iusti huius.] Declarat verbis, quod abluione aquæ significabat, & antequam Christum condemnet, absolutus dum iustum esse testatur, se vero ipsum cõdemnet, quod, quem iustum esse affirmat, eum condemnet, mentitur ergo, cum dicit, *innocens ego sum*; nec enim condemnato iusto innocens esse poterat.

Hebraismus

25. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Id est, nos, & filii nostri, si qua in ea culpa est, præstabimus: nos pœnam luemus; phrasis Hebraica Leuitici 20.9.11.16. Iosue 2.19.2. Regum 1.16. Ezech. 33. 4. Oseæ 12.14. Similem apud Senecam obseruare memini.

Christus, quibus Gorgia vsus.

26. *Flagellatum tradidit, vt crucifigeretur.*] Flagellatum ante vt ver. 23. explicauimus. Quale flagellũ fuerit, minime constare potest, & inanis coniectatio est quærere; vulgo ex spinis fuisse creditur. Euth. est funiculis, aut loris fuisse cõsuti. Probabilius est fuisse virgas, quibus Romani vtebantur; propterea enim lictores ante Consules virgas ferebant.

27. *Tunc milites Præsidis.* Illud *tunc* non significat consecutionem, & rerum, quæ narrantur, contextum, sed totum illud tempus, quo Christi passio durauit. Hæc enim, quæ dicit tunc facta fuisse, ante fuisse facta ver. 23 ex Ioan. probauimus. Itaq; *tunc* idem valet, atque hîc idem tempus, id est paulo ante.

Susceperunt Iesum in Prætorium.] Id est in locum, vbi Prætor tribunal erat, qui Prætorium appellabatur. Qualis fuerit locus Marcus c. 15. 16. exponit, *milites autem duxerunt eum in atrium Prætorii.* Erat ergo tribunal Prætoris in atrio aliquo, aut atrio vicinum, vt eo, qui cæsus habebant, conuenire possent. Cur milites in eum locum Christum deduxerunt, ex eventu licet facere coniecturam, voluisse eos Christum in tribunali, quasi regem, irrisionis causa collocare. Videntur enim de coronam illi, tanquam Regi, imposuisse, & induisse purpuram, & pro sceptro arundinem dedisse. Reliquum erat, vt in tribunali quasi in throno collocaretur. Hæc autem omnia, quæ milites fecisse legimus, Pilati iussu ex Ioanne colligimus. Tunc, inquit, *apprehendit Pilatus Iesum, flagellauit, & milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius.* Ioan. 19. 1. 2.

Congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, quasi ad regem, vt magis irrideretur.

28. *Et exuentes eum.*] *Cum exuissent eum* vestibus suis.

Chlamydem coccineam circumdederunt ei.] Purpuream vt Marcus c. 15. 17. & Ioan. 19. 2. exponunt. Nemo nescit purpuram proprium habitum fuisse regum, non apud Romanos tantum, sed apud alias etiam gentes. Itaq; quos volebant reges sibi proximos esse, is pro magno beneficio ducebatur, vt purpura vti liceret. 3. Esdræ 3. 6. 1. Machab. 10. 20. & 11. 58. & 14. 43. 44.

29. *Plectentes coronam de spinis.*] Spinea in coronæ modum concinnantes, aut vincientes Christi capiti imposuerunt coronam, vt rex: de spinis, vt condemnato imponitur, vt significent non verum, sed ridiculum, & miserabilem esse regem. Eodem pertinet, quod arundinem in dextera eius pro sceptro ponunt.

32. *Exeuntes autem.*] Cum ex vrbe exirent, aut statim egressi vrbe. Non enim dixit Græce ἐξελθόντες per aoristum, sed ἐξερχόμενοι *exeuntes*, vt significaret in ipsa vrbis porta hominem illum Cyrenensem offendisse.

Inuenerunt hominem Cyrenæum.] Cyrenæus appellabatur, vel qui a Cyrene natus, vel quia inde oriundus erat; erat autem Cyrene & vrbs regionis Decapoleos in Syria caput, & totius decapoleos ea regio, quæ ex principe vrbe Cyrene vocabatur 4. Regum 16. 9. Legat, qui volet Plinium lib. 5. c. 5. & Strabonem libro 17. & Melam libro 1. & Ammianum Marcellinum libro 22. In ea vrbe, aut regione iudæos etiam fuisse ex Act. 2 Apostoloritæ c. 2. 10. colligimus. Quanquam incertum est, Iudæusne an Gentilis Simon ille Cyrenæus fuerit. Veteres enim auctores Hilarius, Ambros. Beda, & Leo serm. 8. de passione, Gentilem fuisse putant, in eo ipso mysterium ponentes, quasi signo tacitum ea re illi fore, vt non credentibus Iudæis, Gentiles Christi crucem amplecterentur. Cæterum quia Marcus 15. 21. dicit patrem fuisse Alexandri, & Rufi, probabilius fortasse videri potest fuisse Iudæum; nomine enim eos quasi volgò notos, aut, vt nonnulli suspicantur quasi Christi discipulos.

Hunc angariauerunt.] Quid esset angariare c. 5. 41. docuimus Ioan. 19. 17. dicit hîc Christum crucem sibi baiulasse, quod facile cum Matth. & Marci sententia conciliari potest, si dicamus principio milites Christo crucem imposuisse eamq; per ea tam Ierosolymitanam vrbem gestasse, in exitu vero vrbis angariatum Simonem Cyrenæum, vt eam vsq; ad locum, vbi crucifigendus erat portaret, vt Origenes tract. in Matt. 35. Athanasius in serm. de pass. & cruce Domini, Aug. lib. 3. de cons. Euangelist. c. 10. Hieronym. Beda, Euth. & Theophyl. existimant. Videtur conclusendo fuisse, vt qui crucifigendi erant, suam quisq; portaret crucem. Itaq; propter ea initio imposita Christo est. Cur autem potius conductus Simon fuerit, vt eam gestaret, Euangelistæ non indicant, sed vero similia quorundam est coniectura, ædeo à vigilia, & ægris fatigatum fuisse, Christum, vt portare vltra non posset. Nam quamuis vt Deus portet *omnia verbo virtutis suæ*, naturam tamen humanam perinde, vt si Deus non esset, patiebatur. Sine qui putant Iudæorum studio id factum esse adeo Christi mortem accelerantium, vt quia Christus erucis gratia fessus, quamdiu ipsi volebant, non posse videbatur, robustum conductarunt hominem, qui crucem portaret. Fortasse & mysterio id factum est, vt Christus iustitiæ quidem crucem suam gestaret, vt veterem Isaac imaginem figuram, qui lignis, quibus sacrificaretur, hunc eum ipse portauerat Genes. 22. 6. vt Chrysost. hom. 54. in Ioan. & Augustin. tract. in Ioan. 117. & Theodoretus in parabili inter peragitur: posset vero portare Simon vt ex ipsa doceret quod verbis ante docuerat c. 16. 24. *Siquis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Ita Ambros. lib. 10. in Lucam 10. *Bonus erat noster profectus est, vt prius crucis sua trophæum ipse erigeret, deinde mariyribus tradereret exemplum.* Narrat hoc loco Lucas 23. 27. fuisse Christum mulieres, magnamq; populi multitudinem, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Mulieres quæ fuerint vers. 56. Matth. exponit; reliquam vero multitudinem populi conflurisse vero simile est, quam solam in Christum excidisse principes sacerdotum dicit tradisse Ioan. 7. 49. Narrat præterea Lucas vers. 28. 29. conuersum ad mulieres Christum dixisse, *filiæ Ierusalem*, id est, ô mulieres Ierosolymitanæ, phrasis Hebraica, qualis illa Gallorum est, qui Parisienses cuius filios Parisienses vocare solent: *nolite flere super me, sed super vos ipsas flete*, id est, nolite flere propter me, sed propter vos, aliter Hebraïdmus *super me*, id est propter me; *quoniam ecce venient dies*; cum dicit *ecce*, apprope quare tempus significat; quasi iam ante oculos ea; tunc enim plerumque ortus pertinaciæ vim esse diximus cap. 2. 1. Itaque non dubium, quin præcinat exidium Ierosolymitanum designet, quod sub Tito & Vespasiano factum est, quo tempore cum Iudæi omnes, tum maxime mulieres adeo in seralem calamitatem experta sunt, vt nonnullæ, quemadmodum Iosephus scribit, suos edentes infantes coctæ sint. Dicit hoc Christus mulieribus ea potius, quam viris, & quia credebatur eis mulieres a potius,

potius, quam viros in ea populi multitudine, quæ Christum sequebatur, lamentatas fuisse, atq; planxisse; vt mulebre ingenium est, & quia maiorem illæ, quam viri miseriam in illa Ierosolymitana clade experturæ erant. Veras autem propter ie flere, indicans secum minime male agi, qui vt Patris obsequeretur, voluntati, hominisq; à Diaboli tyrannide liberaret non trahueretur vi, sed sponte iret ad mortem paulo post ad dexteram Patris exaltãdus, & nomen accepturus, quod est super omne nomẽ. Iubet autem eas propter se ipsas flere, quod ipsæ essent mortis suæ pœnas luituræ cuius causa Ierosolymitanum excidium immineret; non quod illæ ipsæ, quæ tunc flebant, mulieres Ierosolymitanam illam calamitatem subitura essent, quæ fortasse omnes ante id temporis de vita decesserunt; sed quia Ierosolymitanæ mulieres, quæ tunc futuræ erant, tot, tantaq; mala passuræ essent, vt diceret, *beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt.* Nam etsi cum illis personis loquitur, tamen non de illis ipsis personis, sed de toto personarum genere quod dicit intelligendum est, vt cap. 3. 11. *Ego quidem baptizo vos in aqua in panitentiam, qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni*, non enim indicat eos ipsos, quibus cum loquebatur, à Christo fuisse baptizandos, qui nunquam fortasse baptizati sunt; sed Iudæos quales illi erant Spiritu sancto, & igne baptizandos, *Beatæ steriles & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.* Mulierem lamentationem describit, quæ in rebus aduersis constitutæ magis de filiis suis quã de se solicitæ eos quasi sui obliti lamentari solent. Itaq; vt extremam calamitatem Dauid describeret. Psalm. 77. 63. dixit, *iuuenes eorum comedit ignis; & virgines eorum non sunt lamentatæ.* Alia ratione, sed simili eius calamitatis magnitudinem supra c. 24. 19. declarauit, *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus*, quod & eiusmodi mulieres impeditæ ad fugam futuræ essent, & duplicem dolorem pro se, prolq; suis infantibus perceptura; *Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus operite nos.* Vox est hominum extrema patientium mala, qui mori vellent, nec possunt, dolorisq; magnitudine superati montibus clamant, vt super se cadant, & vel miserabili morte præsentibus malis eripiant. Eadem phrasi apud Isaiam cap. 2. 19. & apud Oseæ cap. 10. 8. & in Apocalyp. cap. 6. 16. extrema miseria declaratur; *Quia si in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet.* Comparat se ligno viridi, Iudæos arido, quia quemadmodum lignum viride ad incendium minime aptum est, aridum aptissimum ita ipse ad supplicium minime aptus, id est minime dignus, Iudæi verbo aptissimi, id est dignissimi erant, si non aliud, ob hoc certe ipsum, quod Christum quem pro Seruatore suo recipere debuerunt, morti traderent. Quod hoc loco Christus lignum aridum vocat, D. Paulus ad Rom. 9. 22. alia metaphora *vasa ira apta in interitum* appellat. id est, vasa adeo fragilia, vt quouis cõtactu conterantur, quibus eos vult homines significari, qui cumulantes peccata peccatis adeo maturi ad portam fiat, vt nisi infinita Dei misericordia sustentaret, dehiscens eos terra consumeret. Prophetæ eiusmodi homines stipulæ, iram vero Dei flammam comparare solent. Isai. 5. 24. & 33. 11. & 47. 14. & Abdiæ 1. 18. & Malach. 4. 1. Argumentatur igitur Christus à minori ad maius; Si Deus mihi innocenti non pepercit, sed pro alijs me tam grauia supplicia subire iussit, quomodo his parcet, qui me ad crucem adegerint? Simili D. Petrus argumento vsus est 1. epistol. cap. 4. 17. 18. *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei; si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? & si iustus vix saluabitur; impius, & peccator vbi parebunt?*

33. *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.*] Hebræi caput גלגלת appellant, quod rotundum sit. Syri, & Chaldæi vnius additione literæ גלגלתא *Golgoltha*. Sic enim legendũ est, sed scriptorum vitio vnam detractam literam fuisse arbitror, errorem deinde temporis longinquitate confirmatum. Cur ita locus ille vocatus fuerit, satis compertum non est. Antiqua, & multorum veterum scriptorum auctoritate nobilis opinio est, ideo Golgolitha, id est Caluariam, aut eranium appellatum, quod ibi Adam primi hominis caput repertum esset. Verum enim traditio quædam inualuit, eo loco Adamum fuisse sepultum, vt Origenes tract. in Matth. 33. Cyprianus ser. de resurrectione, Athanasius in ser. de passione, & cruce Christi in eam sententiam Hebræorum inspectos auctores proferens, quod etiam facit Ambrosius lib. commentariorum in Lucam 10. In eadem sententia Diuus Basilius est in comment. in c. 5. Isaiæ, & Epiphanius hæresi 46. & in Anchorato, & Chrysost. homil. in Ioan. 84. & D. Augustin. serm. 71. de tempore, & lib. 16. de Ciuitate c. 32. & Paula. & Eustochij doctæ mulieres in epistola ad Marcellam, quæ apud Hieronym. extat. Quam opinionem D. Hieronym in commentariis ad hunc locum merito fortasse, sed minus meo quidem iudicio probabili argumento refellit, quod scriptura, inquit, docet Iosue 14. 15. Adamum non iuxta montem Sion, & Ierosolymitanam vrbem, quæ sebus prius appellabatur, sed in Hebron fuisse sepultũ. *Nomen Hebron*, inquit Iosue, *ante vocabatur Cariatharbe. Adam maximus ibi inter Enacim situs est*, nomen enim Adam eo loco non est proprium, sed appellatiuum, quod mirum non est Hieronym. virum quidem maximum, sed aliud agentem præteriisse. Alia à forma monticuli humano simili capiti, vbi locus ille situs erat, Caluariam appellatum putauerunt, vt Cyrillus Ierosolym. Catech. communi 13. Auctor est; sed eam opinionem idem Cyrillus ex topographia refellit, *Nec enim*, inquit, *eo loco, qui Caluariæ dicebatur, mons vllus est.* Existimat vero idem Cyrillus locum illum prophetice Caluariam, id est, caput dictum esse, quod ibi Christus caput nostrum moriturus esset. Hieronymi, & Bedæ sententiam magis probo, ideo eum locum Caluariam, aut cranium nominatum, quod ibi facinorosi homines decollarentur, ideoque humanis capitibus plenus esset. Nam qui cruci eodem loco affigebantur, cum antea mam egissent, tolli ad supplicium solebant: qui vero securi feriebantur, vt Hieronym. putat, insepulti manebant.

De nomine Caluariæ.

Adam sepultum in monte Calu. uariæ.

Vinũ myrrhatũ quomodo sit fuerit, & vinum fellemissum.

34. *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum.*] Mar. 15. 23 *Myrrhatum vinum* Christo porrectum fuisse dicit, quod auctores alii alia ratione conciliant. August. lib. 3. de cons. Euang. c. 11. *myrrhatum*, vt ait Marcus, *vinum* fuisse putat non felle infectum, sed Matth. felle mistum appellasse, quod amarum esset, & solemus quicquid amarum est, aut fel, aut felle mistum appellare. Putat etiam idem August. quem Beda, & Strabus imitantur, probabile esse vinum & myrrha, & felle fuisse permistum & Matthæum fallit, non myrrhæ, Marcum myrrhæ, nõ fellis meminisse. Euth. autem existimat duplex Christo vinum à diuersis hominibus, ab alijs myrrha ab alijs felle mistum exhibitũ fuisse. Sunt qui à pijs mulieribus, quæ Christum lamentantes sequebantur, prius vini myrrhæ commistum datũ fuisse, quod tormenta, & cruciatus subiturus dari solebat, vt conditi vini ardore alienatis sensibus dolorẽ aut nullũ, aut minorẽ caperent. Sunt qui hunc potum, & illum quem Lucas c. 23. 36. & Ioan. c. 19. 29. Christo iam crucifixo, & extremum pene spiritũ emittenti datum fuisse tradunt, vinum eundemq; fuisse dicant, cuius sententiæ primus Chrysost. auctor fuit, secutus Euthymius. Sed ex diuersis apud

Euangelistas narrationis serie perspicuum est fuisse diuersum. Nam Matth. & Marcus non obscure significant, antequam in crucem tolleretur, myrrhatum illi vinum datum fuisse, quo crucis dolorem minus sentiret. Lucas vero, & Ioannes non solum iam crucifixo, sed etiam extremum exhalanti spiritum, eũ omnes iam cruciatus perpessus esset, illum alium potum porrectum fuisse tradunt. Deinde Matthæus, & Marcus vinum fuisse dicunt, Lucas & Ioannes acetũ; nam quod in codicibus Græcis hoc etiam loco ὄξος, id est, acetum legitur, quãuis & Origenes, & Chrysost. & Euthymius, & Hieronymus, & quod amplius est, Syrus interpres ita legisse videantur, tamẽ vt ostium esse lectionem ex Matteo manifestum sit, apud quem tandem historiam enarrantem nemo vnquam nisi vinum legit. Certissimum autem argumentum est, quod idem Matth. paulo post ver. 48. de illo ipso potu quẽ Lucas, & Ioannes morienti iam Christo datum fuisse dicunt, loquens, *Et continuo*, inquit, *currens vnus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.* Postũ illũ sine vlla ambiguitate ab eo, de quo hoc loco agit, omnino distinguẽ: hic vinum; illic acetum; hic antequam crucifigeretur, illic crucifixo; hic vale, vt creditum est; illic spongia, & arundine; hic non petenti, illic petenti Christo, dicent ea, vt ait Ioannes, *Sitio* datum esse. Nolle certe interpres non accetum hoc loco, sed vinum legit, sicut & Hilarius, & Ambrosius in eorum Lucam, & Augustinus lib. 3. de consens. Euang. cap. 20. & Theophylactus, & Beda, & Sedulius legit, & vt ego quidem opinor, etiam Hieronymus. Nam in commentariis non acti, sed vini mentionem facit. Sed aliquis improbe doctus ex vitio codicum Matthæi contractum, qui cum Hieronymi commentariis est, expuncto vini nomine acetum intruxit. Certe Hilarius, & Ambrosius hunc & alios de quo idem Matth. postea versu 48. & Lucas, atq; Ioannes scribunt, diuersos potus fuisse potant, neq; de ea re quemquam, qui attente Euangelistas legerit, dubitare posse arbitror.

Et cum gustasset, noluit bibere.] Marcus scribit non accepisse, quod, cum dissonare videatur, minime dissonat. Matthæus enim accepisse indicat, id est gustasse, Marcus non accepisse, id est non bibisse, quemadmodum D. Augustinus eo, quem paulo ante nominauimus, loco interpretatur. Cur gustatum vinum bibere noluerit, coniecturæ locus est. Puto ne contemnere datum de more vinum videretur gustare voluisse; vt autem ostenderet se ad ferendos crucis dolores eo medicamento non indigere, noluisse bibere. Nam & nos, cum minime iis mus, ad bibendũ ab amicis mutuari, vt benevolentiæ officium ingratificamus, oblatum gustamus vinum; vt autem temperantiæ satisfaciamus, gustatum nõ bibimus. Hoc duplici potu quem Christo datum do eximum, impleta Dauidis prophetia est Psal. 68. 22. *Dederunt in escam meam fel, & in sitim meã potauerũt me aceto.* Nam primum vinum illi cum felle, aut myrrha mistum, quæ propter amaritudinem, vt diximus, fel appellatur, deinde acetum datum est: at Propheta fel non potum, sed in escam datum dicit. Sane quidem, sed quia de felle fictum sic loquebatur, quod fluido liquore dilutum non sit, magis cibi, quam potus similitudinẽ habet, escam potius, quã potum appellauit. Eo fortasse consilio Matt. quasi ea fortasse scire et vinum illud non vero felle, sed metaphorico, id est amaro in yrrha dilutum fuisse, felle tamen mistum fuisse dixit, vt Dauidis prophetiam impleram fuisse vno obiter verbo doceret.

Cur Christum crucifixi velint.

Quæri à nonnullis solet, cur hoc mortis genere Christus mori voluerit. Eius rei qui multas rationes videre volet. Gregorium Nyssenum in oratione de Resurrectione Christi, & D. Thomam in comment. huius loci legat. Mihi vna D. Pauli ratio satis est. Voluit Christus ignominiosissimum genus mortis pro nobis subire, vt ea etiam ratione & se ipsum demitteret, & suam erga nos caritatem declararet, & humilitatis nobis exemplum relinqueret; *Humiliauit*, inquit, *semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*, ad Phil. p. 2. 8. Et Petrus 1. epistola c. 2. 21. *In hoc enim vocati estis quia & Christus passus est pro nobis, Vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.*

Christus ob pro suis pec. destruxit mortem contra Cal. mum.

Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius.] Lucas 23. 34. scribit Christum, dum crucifigerentur, pro crucifigentibus his verbis orasse. *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt*, quibus verbis haud obscure indicat ea etiam pro illis ipsis, à quibus crucifigebatur, mortem obire; vnde & vetus Prædestinatianorum, de quo alio diximus loco, & nouus Caluinistarum error confutatur, qui Christum pro suis prædestinatis mortuum fuisse docent.

Sortem mittentes.] Marcus cap. 15. 24. *Diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.* Lucas 23. 34. *dividentes vero vestimenta eius miserunt sortes.* Itaq; tres Euangelistæ Matth. Marcus, & Lucas, maxime vero Marcus ita scribunt, quasi omnes Christi vestes fortibus distributæ fuerint, neque aliter profecto intelligere possemus, nisi rem distinctius explicasset Ioannes cap. 19. 23. 24. *Milites ergo, cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam; erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem non scindamus eam sed sortiamur de illa, cuius sit.* Vnde perspicuum est non omnes Christi vestes, sed solam tunicam fortitione distributam fuisse, quãdmodum Euthymius obseruauit. Sunt qui ex Luca quinq; tunicas Christum habuisse colligant, sed ex Ioanne manifeste colligitur vnam tantum habuisse. Dicit enim milites vestimenta Christi, & tunicam distribuisse, quasi ex eis vestimentis tunicam opponens, quod Euthymius acute vidit. Quæ autem fuerit tunica, quæue cætera vestimenta, compertum non est; coniectura tamen aliquod quod simile vero sit, consequi possumus; tunicam fuisse eam, quæ post interulam (si ea tunẽ Christus vtebatur) corpori proxime adhærebat, totumque tegebat hominem; nullum enim vestis genus est, quod vero similius sit futura caruisse. Cæteras vero vestes, & superiorem togam, cuius loco purpura Christum milites induerant vers. 28. & caligas, cæteraq; indumenta, quibus tenues etiam homines vti solebant, intelligenda esse arbitror. Vulgaris est opinio probabilitate non carens, tunicam illam inconsutilem à matre Christo adhuc puero factam fuisse, quam opinionem Euthymius tanquam vetustiorem & receptã, & approbat. Dubitare lector poterit, an latronum etiam vestes à militibus diuisæ fuerint; nihil enim de ea re Euangelistæ scriptum reliquerunt. Non dubito, quin consuetudo eadem apud Iudæos, & Romanos fuerit, quam nunc apud omnes gentes esse videmus, vt eorum, qui capite puniuntur, vestes carnifex tollat. Quare & latronum vestes à militibus qui carnificium munere fungebantur, distributas fuisse credendum est, sed nisi rem Euangelistæ, quia nec latronum, sed Christi historiam narrabant, & in vestium latronum distributione nullum fuisse mysterium, sola enim cõsecutione fuisse diuisas; diuisionem autem vestium Christi, non consecutudine solum; sed etiam mysterio factam fuisse, vt Dauidis testaretur prophetia Psal. 21. 19. *Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem*, de vestium latrorum distributione mentionem eam non fecerunt, de distributione sortitione q; vestium Christi fecerunt. Hac de causa adiecit illatim Matthæus, vt impleretur, quod dictũ est, per

per prophetam dicentem, *diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem.* Quæquam hæc verba in antiquis Græcorum codicibus non inuenio, nec ea Origenes, & Euthym. legunt. At legit vtiq; noster interpres, legit Syrus, & credibile est à Matthæo scripta fuisse, qui inter omnes Euangelistas studiosissime veteres prophetias à Christo impletas fuisse, vbiq; ostendere conatur.

De titulo Crucis.

37. *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam.*] Id est affixerunt in ea crucis parte, quæ super Christi caput eminebat. Verum tabella aliqua ligno crucis affixa, an in ipso crucis ligno titulus ille scriptus fuerit certum non est; sed & vulgo creditur, & est multo probabilius fuisse tabellam, & quia vix in ipso crucis ligno tam multa verba tribus linguis, tam magnis characteribus, vt à præteuntibus legi possent, scribi potuerunt; & quia nemo est, qui homini cruci affixo eiusmodi titulum positum non scriberet in tabella, & quia veteres historici tradunt titulum illum à cruce separatum ab Helena Cõstantini matre fuisse repertum, Rufin. lib. 1. Hist. Eccles. c. 7. Non solet quæri, & quæri tamen posse video, an etiam latronibus positi tituli fuerint. Probabile mihi videtur fuisse quemq; titulum etiam habuisse; morem enim fuisse vsitatum, vt his, qui in crucem agebantur, causa mortis super crucem poneretur, eoq; instituto Christo etiam superpositum fuisse titulum. Nam quod Ambrosius in oratione de obitu, & vita Theodosii, & alii nonnulli scriptores antiqui tradunt crucem Christi, cum ab Helena inuenta est, ex titulo ab aliis differetem stabilem fuisse, minime repugnat: potuit enim titulo discerni, non quod illa haberet, aliæ nõ haberent, sed quod in titulo crucis Christi scriptum esset, *Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Ex quibus verbis perspicuum erat eam Christi fuisse crucem.

Hic est Iesus Rex Iudæorum.] Marcus c. 15. 26. hæc tantum in titulo ponit verba, *Rex Iudæorum*, Lucas vero c. 23. 38. *Hic est Rex Iudæorum*, Ioan. c. 19. 19. *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Itaq; cum omnes Euangelistæ tituli sententiam expresserint, nemo tamen eorum videtur omnia tituli verba posuisse. Ex omnibus autem hæc fuisse verba colligere nobis licet, *Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Iussu Pilati eum titulum Christo impositum fuisse Ioannes docet, siue recepto posuerit more, quod iudicia, qui reum damnauerat, esset damnationis causam posito super caput damnati titulo exponere, siue priuato in solo Christo consilio id fecerit, eũ alias, qui crucis affigebantur, non soleret titulus poni, vt quia Christi causa iustissima erat, immeritoque damnatus fuerat, publico illo elogio purgaret se fe, vt merito Christum damnasse videretur, quod regnum contra Cæsaris fidem affectasset. Quocumque suo consilio Pilatus id fecerit, diuino impulsum consilio fecisse ex Ioanne 19. 21. 22. manifestum est, vt iudex etiam ipse, qui Christum damnauerat, illo ipso titulo, quo merito damnasse declarare voluit, immerito damnasse declararet, & Christum verum Iudæorum Regem, id est, Messiam esse crederetur. Nam cum Iudæi, qui titulum legerant, Pilatum rogauissent, ne scriberet, *Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, sed, *Hic est Iesus Nazarenus*, qui se Regem Iudæorum fecit, respondit, *Quod scripsi, scripsi*, id est, quod à me scriptum est, mutare non possum, quasi diuina teneretur manu, qua prius, vt ea verba scriberet, impulsus fuerat. Non dubito, quin Pilatus his verbis *Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, nihil aliud significare voluerit, quam, quod scribi Iudæi postulabant, *Hic est Iesus Nazarenus*, qui se Iudæorum Regem fecit. Sed diuina effecit prouidentia, vt id illis diceret verbis, quibus Christus verus Rex Iudæorum esse significaretur. Extorsit Deus ab inuito iudice veritatem.

Cur Christum inter duos latrones crucifixum.

38. *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus a sinistris.*] Cur cum latronibus crucifixus fuerit, Marcus c. 15. 28. vnam reddit causam, vt Isaiæ impleretur prophetia c. 53. 12. *& cum iniquis reputatus est.* Sed hæc causa Deum mouit, Pilatum vero non mouit, qui de implendis prophetiis homo prophanus non cogitabat. Itaq; alia, quæ Pilatum impulerit, causa quærenda est. Puto eum iniquitatis suæ velamentum quærere voluisse: si enim solum Christũ egisset in crucem, improbis Iudæorum precibus non iure id fecisse credi potuisset; cum autem vna cum aliis crucifixit, & quidem eũ huiusmodi hominibus, quos nemo posset merito damnatos esse dubitare, fore existimauit, vt quemadmodũ pœnæ, ita etiam culpæ similitudine Christus vna cum latronibus damnatus esse videretur. Non dissimile vero est Iudæos etiam solicitasse, vt eum latronibus crucifigeretur, vt ignominiosior eius esset mors. Cur autem medius inter duos latrones Christus positus fuerit, & humano Iudæorum, & diuino cõsilio factum esse arbitror. Iudæorum quidem, vt ostenderent Christum facinorosorum hominum caput, & quasi ducem esse; propterea in medio crucifigendum curam, vt eo contumeliosi honoris genere Christi ignominiam magis augeant. Solent enim latronum duces eũ socijs comprehensi & in medio eorum, & sublimiore loco suspendi. Diuino autem, vt vita in medio peccatorum poneretur, vt qui eam vellet, acciperet, Mysterium euentus declarauit; ex duobus latronibus, inter quos crucifixus Christus erat, alter credidit, alter blasphemauit. Omnes ad se peccatores vocat, qui in medio omnium crucifixus est. Et *ego*, inquit, *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*, Ioan. 12. 32. Traxit ad se omnia non effectu, sed voluntate: nam vtrumq; latronem, quasi vnum dextera, alterum sinistra manu prehẽdens trahere ad se voluit, sed vnum traxit, alterum non traxit, quia duci se vnus passus est; alter nõ est. Inuenit & Tertullianus aliud in hoc loco mysterii, *semper*, inquit, *Christus inter duos latrones crucifigitur*, Christum Ecclesiã, & Christi doctrinam appellans, quemadmodum Christus ipse aliquando vocat, *Saule, Saule, quid me persequeris?* Act. 9. 4. cum non Christũ Saulus, quem extinctum credebat, sed eius Ecclesiam, doctrinã q; persequeretur. Sic plerumq; accidere videmus quẽ admodũ Tertullianus ait, vt inter duos contrarios hæreticos Ecclesia crucifigatur. Docebãt Ebionitæ Christum solum fuisse Deum, hominis vero solam speciem habuisse. Ecclesia in medio est, & vtrumq; coniungit, Christum, & verum Deum & hominem esse docent. Docebant Sabelliani Patrem, Filium, & Spiritum sanctum non vnam solum naturam, sed vnam etiam esse personam; docebant Ariani Patrem, Filium, Spiritum sanctum, non tres tantũ personas, sed tres etiam esse naturas; in medio Ecclesia est, vnam naturam, tres personas esse docent. Docebant Nestoriani in Christo non duas tantum naturas, sed personas etiam esse duas; docebant Eutychiani & vnam esse personam, & naturam vnam; in medio Ecclesia est, quæ vnam personam, duas naturas esse docet. Docebant Manichæi, hodieq; Lutherani, & Caluiniani docent, nullam in homine esse arbitrii libertatem, omnia aut natura, aut diuina effici gratia; docebãt Pelagiani tam forte, tam robustum in nobis esse liberum arbitrium, vt gratia Dei non egeamus; Ecclesia in medio est, docetq; & liberum in nobis arbitrium esse, & diuinam tamen indigere gratia.

Ecclesia doctrina inter duas errores media.

39. *Prætereuntes autem blasphemabant.*] Prætereũtes dixit pro omnibus, qui prætereibant, vt doceret non ab vno, vel à paucis, sed ab omnibus vulgo iactata in crucifixum Christum fuisse conuicia.

Motio capitis in ser prætera.

Mouentes capita sua.] Inter Iudæos mouere caput aliquando commiserationis, aut admirationis eũ

commiseratione coniunctæ, aliquando vero irrisionis signum erat. Commiserationis apud Iob ca. 16.4. *Consolarer & ego vos sermonibus, & moverem caput meum super vos, & c.* 42. 11. *venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & universæ sorores suæ, & cuncti, qui noverant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius, & moverunt super eum caput, & consolati sunt eum*, id est fleverunt cum flente, vt admonet D. Paulus, & Ecclesiastici 12. 18. 19. *In oculis suis lachrymatur inimicus, & quasi adiurans suffodiet planctus tuos, caput suum movebit, & plaudet manu*, id est, dolore se, & miseratione commoveri simulat. Ieremiæ 18. 16. *Vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum. Omnis, qui præterierit per eam, obstupescet, & movebit caput suum.* Irrisionis vero 4. Reg. 19. 21. Isaiæ 37. 22. *Ferocivit te, & subsannavit te virgo filia Sion, post te caput movit filia Ierusalem*, id est, irrisit te, & vt Galli dicunt *a ta fuiſſé la nuque*. & Dauid Psal. 21. 8. hanc ipsam Iudæorum aduersus Christũ motionem capitis longe præmonstrauit. *Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, & moverunt caput.* Totus enim ille Psalmus de Christo patiente intelligendus est, vt Christus ipse indicat ver. 46. eius exordium vsurpans & Psalm. 108. 25. *Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & moverunt capita sua*, id est iniicientes in me oculos deriserunt. Et Ecclesiast. 13. 8. *In nouissimo derident te. & postea videns derelinquet te, & caput suum movebit ad te*, id est contra te. & Thren. 2. 15. *Planserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt, & moverunt caput suum super filiam Ierusalem.*

Matth. 12. 35.

A

B

C

D

E

42. *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce.*] Non erat regis de cruce descendere, qui nihilo robustior, nihilo faciendis miraculis insignior cæteris hominibus fit necesse est, sed accommodate ad rem, de qua agebatur, hæc verba intelligenda sunt. Eum enim regem intelligebant, qui Messias esset, & filius Dei, qualem se Christus professus fuerat, vt apparet ex Marco. ca. 15. 32. *Christus Rex Israel descendat nunc de cruce*, & ex Luca cap. 23. 35. *Alios saluos fecit, se saltem faciat, si hic est Christus Dei electus.*

43. *Confidit in Deo liberet eum si vult.*] Ostendunt sacerdotes cæcitatem suam, quod contra se ipsos scripturam proferant; nam hæc verba, quibus, vt Christo consolarentur, vti sunt, apud Dauidem Psal. 21. 9. quem totum de Christo scriptum esse diximus, impiorum, hominum sunt, qui non diuinam solum prouidentiam, sed Deum etiam ipsum de medio tollebant, sustumq; & Dei colentem Dauidem irridebant, quod in aduersis rebus Deo confideret: *Confidit, inquiunt, in Deo, liberet eum, quoniam vult eum*, id est, quoniam amauit eum fecilicet Deus, quasi dicant, liberet ipsum Deus, quem amauit. Itaq; eodem modo intelligendum est quod concise hoc loco dicitur, *liberet eum si vult*, id est, si eum amat. Hebraismus enim est חפץ בו velle id est amare, in Græcis codicibus magis expressa sententia est. *ἐυδόκησεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν, si θέλει αὐτὸν* liberet nunc eum, si vult eum, id est si amat eum, eodem Hebraismo seruato, nam *θέλειν αὐτὸν*. Græci non dicunt. Efficiunt etiam imprudentes sacerdotes, dum irridere Christum volunt, vt sua ipsorum irrisione verum Christum eum esse probent, dum Damidis de illo prædictam prophetiam implent; nam etsi de seipso ea verba Dauid scripserat, quasi sibi ab aduersariis fuis dicerentur, minime tamen dubiũ est, quin sua persona, quod Christo euenturum esset, significaverit.

44. *Idipsum autem.*] Id est eadem verba, aut aliis verbis eadem conuicia *si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos* vt Lucas 23. 39. explicauit.

Et latrones qui crucifixi erant cum eo.] Eodem numero, & iisdem verbis Marcus scribit, Lucas vero vnum tantum latronem hæc conuicia in Christum iactasse, dicit. Multi itaq; antiqui, magnique auctores putauerunt initio quidem vtrumq; latronem huiusmodi conuicia Christo dixisse postea vero alterum & miraculis, quæ patiente Christo fiebant, & singulari eius patientia, & mansuetudine animaduersis in Christum credidisse, & latronem alterũ, conuiciari pergentem reprehendisse. Origenes, Athan. ser. contra omnes hæreses, Hilarius, Chrysost. Theoph. & Euthym. hoc loco, & Iuuenetus in Poematio, quod & Ambrosius, & Hieron. & Beda probabile esse putant. Probabiliora tamen aliorum sententia est, vnum tantum fuisse latronem, qui conuicia in Christum vsus fuerit, vt Cyprian. serm. de pass. Domini, Cyril. Ierosol. Catech. communi 13. Augustin. lib. 3. de conf. Euang. cap. 16. Ambrosi. in com. in Lucam, Hieron. in com. in hunc locum, Leo serm. 2. de passione, Greg. lib. 27. in Iob cap. 16. existimant. Quomodo autem Matthæus & Marcus plurali numero latrones blasphemasse dicant, haud difficile. Hieronym. Aug. & Amb. interpretantur esse syllepsim, qua de vno plurali numero loqui solemus: quod Ambr. & Augustin. multis scripturarum probant exemplis Psalm. 2. 1. *Adstiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*, cum virus tantum rex Herodes, vt Petrus Act. 4. 26. 27. interpretatur, aduersus Christum conuenerit. Et ad Hebr. 11. 33. 34. *Per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis*, cum solus Daniel ora leonum obturauerit, & vers. 37. *lapidati, inquit, sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflicti*, cum solus Isaias sectus fuerit. Obtrectauit Euthym. eo contento Euangelistas narrasse eos latrones conuicia in Christum iactasse, vt quæ quantaslibet contumelias passus fuisset, melius intelligeremur, eum non solum principes sacerdotum, & cæteri, qui eum in eum vsq; locum adduxerant; sed latrones etiam, qui eiusdem pœnæ socii erant, quiq; vt erga se, ita erga illum commiserationi commoueri debuerant, conuitus eum asseverint. Iudæos eos fuisse latrones vero simile est, & ex alterius confessione, qui tanquam Christum à Iudæis expectatum etiam in cruce pendentem excepit, & ex alterius conuicio, quod Iudæorum more, eademq; incredulitate ingerit. Scribit Lucas 23. 40. respondisse alterum latronem, & eum qui blasphemabat reprehendisse, *Neque tu, inquit, times Deum, ὁμοίως τοῦτο εἶ τὸ Sicis* quæ pauca verba varie inter se iuncta varias possunt interpretationes admittere. Primum, si sic iungantur, nec times Deum, vt illud, *nec*, referatur ad times, id est, non solum non amas, & reuereris Deum, sed ne times quidem, quemadmodum recentiores quidam interpretes exponunt, quorum sententiæ minime subscribo, quia non dubito, quin bonus ille, & fidelis latro peruersum illum latronem cum Iudæis voluerit comparare, quæ comparatio in illa dictione nec obscure delituerit, quasi dicat, non solum isti, qui pœna carent, sed nec tu, qui in eadem es pœna, Deum times. Secundum si sic, nec Deum tu times, vt sit sensus non solum homines, sed nec Deum quidem times. vt alii nonnulli explicant, quorum sententiam idcirco non probo, quia nec ingeniosa, neq; ad rem accommodata est. Nullam eum hoc loco emphasim habebat, vt fidelis latro diceret, non solum homines, sed ne Deum quidẽ times. Itaq; dubium mihi non est, quin ad hunc modum conuingenda sint verba, *neque tu times Deum*, etiamsi Græce transposita sint *οὐδὲ σὺ τὸν θεὸν Sicis*, quod recte noster interpres intelligens transpositis verbis traiectionem illam paulo obscuriorem dissoluit. Sensus ergo est, non solũ isti, qui cum nihil pœnæ patiantur, nulla pœnarũ illius hominis miserationem cõmouentur, quin potius metus Dei obliti, contumelias in eum iaciunt, sed ne tu quidẽ qui cum eadem efficiaris pœna, non conuiciari, sed miserari debuisti, *Deum times*, sed eius potius, licut cæteri, timoris oblitus afflicto afflictionem addis. Hoc est *neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, aut quod in eadem damnatione es*, vt noster vertit interpres *ὄντος τοῦ αὐτοῦ κρίματος*, quæ verba obscura etiam sunt. Quibusdem nouis interpretibus valde noua quædam placuit interpretatio, *ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι ὤν*, id est, quia in ipsa damnatione es, quasi dicat, cum animam iam agat, & in supremo supplicio versetis, Deum non times. Quam interpretationem verba Græca pati non possunt: non enim dixisset Euangelista *ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι ὄντι*, sed *ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι ὄντι*, sic enim Græci loquuntur. Significant ergo Græca verba non ipsam damnationẽ, sed eandem damnationem. Cæterum, quia eadem damnatio non nisi per comparationem dicitur, alia ex hoc verbo difficultas existit, cum qua damnatione, id est, cum qua pœna (pœnam enim damnationem, aut Græce est, *κρίσις* iudicium appellari manifestum est) latronis damnatio comparetur. Quidam cum Iudæorum damnatione comparari putant, tanquam sensus sit, *neque tu times Deum* magis quam isti Iudæi, cum eadem, qua illi pœna propter contumelias in Christum iactas dignus sis. Quæ explicatio nostra, quam paulo ante exposuimus opinione videtur confirmari, diximus enim latronem verbis illis, *neque tu*, cum Iudæis collatum fuisse. Alii comparationem cum alterius latronis pœna fieri existimant, quasi dicat, cum eadem, quæ ego patiaris, tamen non magis, quam cæteri Deum times. Hanc interpretationem ideo reiicio, quia abs re est. Credo ergo inter latronis, & Christi pœnam fieri comparationem, vt sensus sit, cum in eadem, qua Christus, pœna verseris, & quod plus est, tu quidem merito, ille vero immerito, tamen neq; pœnæ socictas, nec eius te mouet innocentia, vt eius misereare: Hic enim sensus recte in hunc locum cadit 41. *& nos quidem iuste, hic vero nihil mali gessit*. Præcedentis sententiæ correctio est. Dixerat alterum latronem in eadem, in qua Christum pœna esse, videri poterat in eadem etiam culpa Christum esse significare, corrigit exponendo sententiam, *& nos quidẽ iuste, hic autem nihil mali gessit*. Prudenter se cum altero latrone connumerat, vt modestior, & melior fit reprehensio, nec ea videri poterat alterum nimis acerbe, asperely reprehendere qui sese vna cum illo reprehendebat, *nihil mali gessit, ἄτοπον*. Non placet mihi noua vox quorũdam, qui *ἀτοπεῖν* insolens transferunt. Nam etsi id Græcum verbum aliquando significat, tamen hoc loco aliud significet necesse est: quia insolens dicitur quicquid nouũ, & inusitatũ est, quòd is malũ nõ sit, & mansuetũ est hoc loco nõ pro re inusitata, sed *ῳ* mala verbũ *ἀτοπεῖν* positum esse, cum latro dicere voluerit Christum omni vacare culpa. Melius per periphrasim eius dictionis vis explicari potuit *οὐδὲν ἄτοπον*, nihil quod virum bonum non deceat, quibus verbis indicare latro ille voluit non solum nullum magnum scelus, sed nullum etiam vel leuissimum peccatum in Christo esse. Nihil enim vlla reprehensione dignum egisse hoc est *ἄτοπον*. 42. *& dicebat ad Iesum, Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum*, *ὅταν ἔρχῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου* in regno tuo. Itaq; non est sensus, cum veneris ad regnandum, sed cum veneris tam regnans: cum veneris non ad acquirendum regnum, sed regno iam acquisito, quemadmodum venturus ad iudicium est. Breuis, sed plena sententiæ confessio. Pauca enim verbis, & Regem, & Deum Christum confitetur, Regem, cum dicit *cum veneris in regnum tuum*: Deum, cum dominum vocat, & cum ita Regem facit, vt condonare peccata possit. *Memento*, inquit, *mei*. Et hic cum resurrecturum indicat; nec enim regnasset, quem animam exhalantem videbat, vt sul, cum in regnũ suum veniisset, memor esset, nisi & resurrecturum, & post resurrectionem regnaturũ credidisset. Quæ confessio cum ipsa per se admirabilissima est, tum consideratis temporis, loci, & personarum circumstantiis admirabilior, vt Chrysost. hom. 2. de cruce & latrone, & Leo ser. 2. de passione admonuerunt: Quæ, inquit Leo, *ista fides exhortatio persuasit? Quæ doctrina imbuit? Quis prædicator accessit? non viderat prima miracula, cessauerat tunc languentium curatio, sacerum illuminatio, vinificatio mortuorum, ea ipsa quæ nuc erant gerenda non aderant, & tamen Dominũ confitetur, & Regem quem videt supplicio fuis esse consortem: memento mei.* Modestia postulatio; nec enim petit, vt se participem regni sui faciat, aut vt aliquẽ honoratiorem in eo, quam cæteris, locum tribuat, non vt ad dexteram, vel ad sinistram eius sedeat, quemadmodum vxor Zebedæi pro filiis suis postulauerat cap. 20. 21. sed tantum dicit, *memento mei*, quasi dicat, ne me excludas, ne habeas peccatorũ meorum rationem, sed pro tua misericordia, & benignitate vel ad vltimum me locum admitte. Refert ex hoc loco D. Augustin. lib. 6. contra Iulianum cap. 5. purgatorium probauit, videbat enim latro se paulo post moriturum esse, & orauit tam Christum, vt sui post mortem memor esset, id est, peccata sibi condonaret, credebat ergo Iudæorum institutis religione etiam post mortem peccata remitti, quod alibi, quam in purgatorio fieri non potest. 43. *Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Tria hunc locum verba difficilem reddunt. *Hodie, in paradiso, Mecum.* Aduerbium *hodie*, quidam, cum sententiam intelligere non possent, ad præterita retulerunt, quasi dicat Christus, Amen dico tibi hodie, non hodie mecum eris in paradiso, quemadmodum Theophylactus recitat. At insipida, & eorum sententia esset; quam enim emphasim habuisset? Amen dico tibi hodie, potius vtique dixisset, Amen dico tibi nunc. Alij meo quidem iudicio etiam absurdius, illud hodie ad extremum iudicium extendunt tamquam dixerit Christus, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*, id est post resurrectionem, & vltimum iudicium. Ita quatamen sententia non nulli minime mali Auctores fuisse videntur ex his qui sanctorum animas ante supremum iudicium beatas fore non crediderunt, quorum magnus numerus fuit. Hoc si dicere Christus voluisset, non bene latronis respondisset precibus. Nam etsi tantum illi, quantum petiuerat, concessisset, vt tunc eum in suum regnum veniret sui memor esset, tamen perspicuum est ex Christi oratione plus eum latroni, quam petiuerat, concedere voluisse. Petiuerat latro *memento mei*, id est, dimitte mihi peccata mea: respondet Christus, *mecum eris in paradiso*, id est non solum tibi peccata remittam, sed optimo te loco collocabo, hoc est in paradisum inducam, idque mecum, quasi dicat iuxta me, vbi ego ero, vt alio loco dicit, *vt vbi ego sum, illic & minister meus sit* Ioannis 12. 26. Petiuerat latro non vt statim, sed vt eum in suum regnum veniret recordaretur sui, respondet Christus, *hodie mecum eris in paradiso*, non tam longe differam preces tuas, quod post multa sæcula: tibi dari postulas, hodie donabo. Illud ergo, *hodie*, illi latronis verbo, *cum veneris in regnum tuum* respondet. Quod miror interpretes non obseruasse. Solus Augustinus in libro contra Felicianum c. 115. videtur animaduertisse. Hoc ergo est *hodie in paradiso* autẽ diuerissimis sententiis & veteres, & recentiores Auctores interpretantur. Alij in paradiso, id est, in cœlo, vt Cyrillus Ierosolymitanus Catech. communi 13. Greg. Chrysostomus homilia secunda de cruce, & latrone, & Gregor. Nyssen. serm. de Resurrectione Domini,

Dd 4 D. Augu-

Luc. 4. hoc Euang.

Syllepsis in scriptura notanda.

Purgatorium confirmatur.

D. Augustinus tractatu in Ioan. 111. Si roges, quomodo eo die latro in cœlo cum Christo esse potuerit, cum Christus non nisi post quadraginta dies in cœlum ascenderit, respondent partim nonnulli horum Auctorum, partim ii, qui eorum complectuntur opinionem, Christum quatenus Deus est, vbique esse, ideoque & in cœlo eo die fuisse. Magnorum licet Auctorum sententia sit, probari mihi non potest, quia oculis ipsa cernere mihi videor, voluisse Christum significare non solum latronē, sed etiam ipsum eo die in eo paradiso futurum fuisse, vbi tunc, cum hæc dicebat, non esset. Est enim in hac sententia tacita quædam personarum similitudo, & locorum antithesis, quasi dicat, sicut nunc mecum in eadem pœna es, ita mecum hodie in eodem eris paradiso. Alij exponunt *in paradiso*, id est, in loco Adæ, vbi terra tria fuit paradisus, vt Theoph. & Euthym. Sed hi Auctores solam paradisi vocem sequuti Christum post mortem vna cū Iatrone in Mesopotamiam fine causa deducunt, aut vbicunq; tandem paradisus ille fuit. Quid acturus eo Christus se post mortem contulisset aut quid latroni dedisset beneficij, quod eo in loco posuisset, vbi nihil esset nunc percepturus voluptatis, paradiso iam deserto, atq; vastato? Sunt qui putent nullū certum designari locum, sed paradisum appellari, vbicunque Christus sit, & vndecunque Deus videatur, quia ergo anima latronis Christum sequuturæ erat, Deumque eo die visura, in paradiso cum eo futura esse dicitur. Multi recētiores interpretes magno fauore hanc sententiam prosequuntur, cuius Auctores Augustinum, & Bedam citant, quam vere ipsi viderint. Interpretationem certe cuiuscumque Auctoris sit, approbare non possum, & quia Christus de eo, vt diximus, loquebatur paradiso, vbi tunc ipse non erat. Si autem paradisus nihil aliud est, quam locus, vnde videtur Deus, cum in cruce penderet, in paradiso erat, Deum enim videbat, & vt omnes Theologi consentiunt, nunquā beatus esse desiit. Valde me iudicium meum fallit, nisi paradisus hoc loco Abrahæ sinus appellatur, vbi viri sancti, interim dum cœli aditus patefieret, detinebantur. ille enim locus pro paradiso, & requietis loco habebatur. In eum enim, tamquam in locum voluptatis, aut certe quietis, mortuus Lazarus ab angelis deportatus esse dicitur Luc. 16. 22. Ergo quia in eum locum eodem die Christus descensurus erat, vt sese sanctis illis patribus ostenderet, & spiritibus, qui ibi detinebantur Euangelium prædicaret, vt Petrus 1. epist. c. 3. 19. docet, & vt inde reducens captiuam duceret captiuitatem, vt Ephes. 4. 8. D. Paulus interpretatur, ad eum locum latroni promittit se eum eadem die deducturum. Minus mihi hæc sententia placeret, si mea tantū esset. Nūc vero aut vehementer fallor, aut in eadem sententia multi fuerunt Auctores Iustinus quæst. 76. ad orthodoxos, Athanas. in epistola ad Epictetum, Augustinus lib. 12. de Gen. ad literam c. 34. Prudentius in hymno in exequiis defunctorum,

Sed dum resolubile corpus
Renouas Deus, atque reformas,
Quonam regione inhibes
Animam requiescere paratam?
Gremio sinu abdita sancti
Recubabit, vt est Eleazar,
Quem floribus vndique septum
Dixere procul assicit ardens,
Sequimur tua dicta redemptor,
Quibus atra morte triumphans,
Tua per vestigia mandas
Socium crucis ire latronem.

Hinc perspicuum est, quomodo tertium illud verbum *Hodie* intelligendum sit, id est, vbi ego etiam ero, quo ego iturus sum. Rideo cum in hunc locum commentarios hæreticorum lego. Hinc inquiunt, colligitur non esse purgatorium, & nunquam culpam sine pœnæ remissione remitti, cum latroni vtraque simul remissa fuerit, nec post mortem ad purgatorium relegatus, sed ad paradisum deductus fuerit. Scilicet tam stupidi sunt, vt ex vno exemplo generalem legem colligant. Latroni non fuit purgatorium, ergo nemini est; latroni remissa culpa, & pœna remissa est; nemini ergo cum culpa remittitur, pœna retinetur. Iāo sane modo neque paradisus, nequ; infernus esset. Nam non dico alteri latroni, qui cū hoc crucifixus erat, sed infinitis etiam hominibus, qui damnati sunt, paradisus non esset an colligemus, nemini ergo est? Non solum huic latroni, de quo agimus, sed etiam Apostolis, multisque aliis beatis infernus non est; nemini ergo est? Vtinā eorum vera esset sententia: infinitis enim, quibus a Deo punimur, malis careremus. Quis negat morbos, miserias huius vitæ, mortem ipsam originalis peccati pœnam esse? Atqui remissa originalis peccati culpa, pœnæ istæ retinentur. Quis ignorat Davidi adulterii culpa remissa, retentam fuisse aliquā pœnam 2. Reg. 12. 13. 14. *Dixitque Nathan ad David: Dominus quoq; transtulit peccatum tuū, nō morieris, verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc filius, qui natus est tibi, mor temorietur.* Ad hunc locum pertinent: quæ scribit Ioan. c. 19. 25. 26. 27. *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene,* de quibus versa 26. dicemus. *Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem dilegebat, dicit matri sua, Mulier, ecce filius tuus:* Mulierem, vt opinor, non matrem appellat, vt desertam & viduam significet, cum autem dicit, *ecce filius tuus,* non commendat illi discipulum, sed ipsam discipulo, quasi dicat, non omnino te desertam derelinquo: ille discipulus meas erga te implebit vices, teque consolabitur, tuebitur, & egentem alet. *Deinde dicit discipulo, ecce mater tua,* contrario sensu propter personarum differentiam hæc verba intelligenda sunt. Nunc enim non discipulum matri, sed matrem discipulo commendat, quasi dicat, hanc deinceps loco habebis matris, eam coles, eam solabere, eam defendes, eam alet.

45. *A sexta autem hora.*] Exiit hoc loco difficilis quæstio de hora, qua Christus crucifixus fuit. Nam Marcus cap. 15. 25. hora tertia, crucifixum fuisse dicit. *Erat,* inquit, *hora tertia, & crucifixerunt eum,* vnde colligunt quidam cum tenebræ factæ sunt per tres iam horas Christum in cruce pependisse, nec enim, quod Marc. scribit, Matthæo contrarium est, qui quamuis non exponat, qua hora Christus crucifixus fuerit, cum tamen dicit hora sexta post vestimentorum distributionem, post ludæorum in Christum iam crucifixum blasphemias, post Christi, & latronis colloquium factas fuisse tenebras, non obscure indicat eum, ante horam sextam fuisse crucifixum, repugnare autem Marco Ioannes videtur, qui hora circiter sexta Christum à Pilato damnatum dicit cap. 19. 14. *Erat,* inquit, *parasceue Paschæ, hora quasi sexta.* Itaque non solum tertia, vt ait Marcus, sed ne sexta quidem hora, qua Matth. tenebras eo iam crucifixo factas fuisse dicit, crucifigi potuit, cum tam multa inter damnationem, & crucem facta fuerint. Ductus à militibus in prætorij Christus flagellatus, coronatus spinis, induq; purpura, multis modis illusus, deinde ad locū Caluariæ lente, vt homo tātopere fatigatus, & cruce portans, pgredi poterat, ductus est, quæ omnia vix vna integra hora fieri potuerūt. Huc nodū duob. modis soluit Augustin. tract. in Ioa. 116. & li 3. de consen. Euan. ca. 13. Primū, hora tertia, vt ait Marcus Christū non militum manibus, sed Iudæorum linguis fuisse crucifixū: tertia n. hora Iudæos apud Pilatum clamasse, *Crucifige, Crucifige.* Nō pōt meo iudicio hæc interpretat. o cum Euangelistarū verbis verbis cohærere; Marcum enim non de illa metaphorica linguarum, sed de vera Christi crucifixione loqui ex eo manifestum est, quod commenter dicat eum crucifixum, & eius vestimenta diuisa. Deinde quia iam ante dixerat ver. 14. clamasse coram Pilato Iudæos, *Crucifige eum.* Quod illi nunc in mentem venisset, vt iterum diceret Christum Iudæorum linguis crucifixum? Deniq; ex Matthæo, & Marco, & Luca perspicuum est, Christum ante horam sextam fuisse crucifixum, quia omnes hi tres Euangelistæ scribunt eo iam crucifixo factas fuisse tenebras. Itaq; non potuit hora sexta crucifigi, multo etiam minus à Pilato condemnari. Quare si alter vter Euangelista Marcus aut Ioannes interpretandus est, potius interpretandus est Ioannes, cuius sententia minus videtur posse cum cæterorum Euangelistarum sententia conuenire. Altera D. Augustini solutio est, Christum hora sexta non diei, sed noctis, vt ait Ioannes, condemnatum fuisse: hora vero tertia non noctis, sed diei, vt ait Marcus, fuisse crucifixum; nec enim dixisse Ioannem hora sexta diei, aut absolute hora sexta, sed cum additione hora sexta Paraseues. *erat,* inquit, *Parasceue Paschæ hora quasi sexta.* Parasceue autem erat non solum dies, sed etiam nox, aut vt D. putat August. nox potius quam dies. Hæc interpretatio vel ipsi Augustino minus, quam altera probabilis visa est: & vero facilius etiam, quam altera, refutari potest. Docuimus supra, & ex Luca c. 22. 66. certum est prius diem illuxisse, quam Christus ad Pilatum duceretur: ergo etiam si similatq; coram Pilato steterit, damnatus fuisset, non potuisset hora noctis sexta damnari. Adde quod multa ante damnationem, postquam ad Pilatum ductus est, intercesserunt; multa Pilatus tergiuersationibus conatus est Christum absoluere: examinauit eum diligenter, an ipse rex Iudæorum esset; misit ad Herodem, remisit Herodes; flagellis remissum cęcidit. Sunt qui coniecturam faciant apud Marcum scriptorum culpa vitiatum esse numerum, & pro sexta, scriptum esse tertia, facilem enim, & lubricam per notas, quibus apud Græcos numeri scribi solent, erroris viam fuisse. Scribunt sex hanc notam tertia vero hac 7. facile fuit propter notarum similitudinem vnam pro altera ponere. Nimis audax semper mihi hæc coniectura visa est, & quia non alio nititur argumento, quam quod, qui ea vtuntur, non possunt huius loci difficultatem explicare, & non debemus, vt scripturam interpretemur, corrumpere. Deinde, quia vt vera coniectura esset, locus tamen non explicaretur. Fingamus enim dicere Marcum hora sexta crucifixum fuisse Christum, quomodo hora sexta crucifigi potuit, cum Ioannes dicat hora sexta fuisse condemnatum, & inter condemnationem, & crucifixionem necesse sit vna, vt minimum, hora interesse? Quomodo Matthæus, & Lucas, ipse etiam Marcus scribunt hora sexta, cum multo ante crucifixus fuisset Christus, tenebras fuisse factas? Adde quod ipse Marcus posteā ver. 33. scribat *Sexta autem hora facta sunt tenebræ,* cum ante dixisset hora tertia crucifixum, horam sextam illi horæ qua crucifixus fuerat, opponere: hanc enim vim habet participium illud *facta,* quasi prius facta non esset, & aduersatiua particula *δὲ* autem per quam eam horam illi, qua dixerat Christum fuisse crucifixum, opponit. Itaq; si quis Euangelistæ locum corrigendus esset, Ioannis potius locus, vt nō nulli etiam putant, corrigendus videtur, vtpote horæ sexta apud illum tertiam legamus. Sed & hoc est scripturam non corrigere, sed vitiare, & eadem ma nebræ quæstio, quomodo potuerit Christus hora tertia damnari, cum dicat Marcus hora tertia fuisse crucifixum, cum vna, vt minimum hora post damnationem crucifixus fuerit necesse sit. Res erat facilis, & ab ipso etiam Lyrano iam explicata, nisi multi interpretes, dum nimis diligentes, & subtiles esse volunt, difficilem reddidissent. Diximus c. 20. 3. Hebræos diem in 12. horas, quas Astronomi vsitales, & inæquales vocāt, distribuisse, duodecim rursus horas in quatuor partes, figuræ horas noctis diuidebant, nisi q; quatuor illæ noctis partes proprijs habebant nomen militare, vt *φυλακὰς* custodias, aut vigilias dicerentur, quia milites, qui excubias nocte agebant, ternas singuli horas vigilabant. Quatuor autem partes diei, quarum singulæ tribus constabant horis, quia proprio carebant nomine, à fine precedentis partis diei nomen accipiebant. Itaq; totū trium horarum spatium, quod inter solis ortum, & horam diei tertiam interiectum erat, ab hora tertia, quæ victima erat, hora tertia vocabatur, si quis proprie, vereq; loqueretur. Obtinuit aūt apud eos, vt apparet, consuetudo, quod videmus apud nos ēe obtinuisse, vt horę sequentes ex præcedentibus nomen acciperent, sicut nos, postquā meridianæ horæ signum datum est, vsq; ad horam primam, aut certe vsq; ad maiorem horæ partem meridianam horam appellamus, cū proprie non meridiana, sed prima pomeridiana sit nā meridiana ea est, quę ab vndecima inchoatur, & duodecima finitur. Itaq; aliquando dicimus de spatio loquentes, quod inter vndecimam est, esse horam vndecimam, aliquādo esse duodecimam nunc à principio, nunc à fine nomen accipientes. Eadem prorsus cōsuetudine Marcus, & Ioannes loquuti sunt. Nam quia Christus, & damnatus, & crucifixus fuit eo temporis spatio, q; est inter finem horæ tertiæ quod idem sextæ initio erat, & finem sextæ, quod erat initium nonæ, Ioan. ex fine spatium illud appellans vocauit horam sextam, Marcus ex initio vocauit tertiam, sed quia nō est vero simile Ioannem sextam horam vocaturū fuisse, nisi spatium illud ad finem sextæ inclinatum fuisset, sicut non solemus horam primam pomeridianam appellare, nisi cū meridiana, & semitrāiecta est, credendum est Christum post horam decimā, & semis, si nostro more horas numeremus, damnatum fuisse: respondebat enim hora tertia nonæ nostræ, sexta duodecimæ, tertia & semis erat de cima & semis. eo ergo tempore damnatus est Christus: ideo Ioannes scribit hora quasi sexta, damnatum esse, post vnam & iteriter horam nostram, id est hora vndecima, & semis crucifixus est, quam Marcus horam tertiam appellat, quia totum illud spatium horarum ab hora tertia vsq; ad sextam hora tertia vocabatur. Itaq; per dimidiatam horam crucifixus iam fuerat Christus, cum tenebræ factæ sūt, qua dimidia horæ parte & vestimenta à militibus distributa, & conuicia à Iudæis in Christum iactata & latroni paradisus promissus est. Vnde sequitur veram nō esse quorundam opinionem, qui docent Christum per sex horas ad est à nona matutina vsq; ad tertiam pomeridianam in cruce vivum pependisse? Non potuit n. hæc ratione, quam exposuimus, plus quatuor horas viuus in cruce pendere, cū post horā vndecimā crucifixus fuerit, hora nona, tertia pomeridiana aut paulo post expiauerit, vt constat ex ver. 46. 50. Notarunt Origen. & Theoph. Christum ea hora crucifixum fuisse, qua Adamus peccauerat, qui circa meridiem peccasse traditur. Alij qua hora Adamus è paradiso electus fuerat eadē Christū paradisi ocelusum iamq; morientem referasse, Beda, & Theoph. Crucifixum eriā dicit sexta hora Lucas 23. 44. *Erat autem fere hora sexta,* non quod non esset sexta, sed aut quod satis non esset certus, num hora sexta completa iam esset, aut certo noluerit affirmare. Adiecit *fere,* vt solemus, cum tempus describimus, & non magni refert præcisa temporis puncta notare. Horam n. fuisse sextam & Matth. hoc loco, & Marcus 15. 33. affirmant, *Sexta autem hora facta sunt tenebræ, facta autem hora sexta.* Experiuntur autem tres Euangelistæ sextam ho-

Sinus Abrahæ.

Purgatorium contra hæreticos defenditur.

Remissa culpa non remittitur pœna.

De hora qua Christus crucifixus est.

tam horam, id est, meridianam, quo maius mira- A tur. Quam etiam rationem indicauit Leo. Alij ad culum appareat, tunc cum maxime Sol medio cœ- lignificandum Christum iustitiæ solem occubuis- li cursu vergeret, tenebras fuisse factas; sicut Amos se. *Occidet*, inquit Amos c. 8. 9. *sol in meridie*, &c Cyril- dixerat c. 8. 9. *Occidet sol in meridie*. Contraria enim lus Hierosolym. Catechesi communi 13. Alij ad videntur esse, ideoque magis mirabilia, Solem in declarandam diuinam iram, vt nonnulli recentio- meridie esse, & occidere. Eo etiam consilio, vt opi- res putant interpretes, quorum opinionem eo pro nor, sextam horam Euangelistæ notauerunt, ne babiliorem censeo, quod scripturarum phrasi con- quis tam illustre miraculum, & meridiana luce cla- sentanea sit. Solet enim scriptura diuinam in homi- rum obscurare conaretur, dicens non veras fuisse nes iram solis obscuratione declarare, quod homi- tenebras; sed quia aut matutinum, aut vespertinũ nes diuinam experti iram, atque seueritatem vsq; tempus, alicuius grandioris nubis obiectu vi- adeo attoniti esse soleant, vt solem ipsum videre sas fuisse tenebras quæ veræ tenebræ non erant. non videantur, sicut & vulgo, cum magnam alicui

Quomodo Sole eclipsim passione Christi factam.

Tenebræ factæ sunt.] Non attrorum densas, tamq; obscuras fuisse tenebras, quam media nocte neq; Sole, neq; Luna lucente esse solent, sed quales obscuratopleno eclipsi Sole fieri videmus. Nam neq; Christi mater & omnes discesserunt neque mi- B litet, & cæteri qui aderant, quos non Christi amor, vt discipulum, & matrem, iuxta crucem retinebat. Mirum enim profecto fuisset, si cum per integras horas tam densas, quam nocte vidi sent tenebras, non discessissent. Qua ratione tenebræ illæ factæ fu erint, quia Euangelistæ non exponunt, certo scire non possumus; coniecturis quod vero simillimum videatur, colequi possumus. Nonnulli naturalem Solis eclipsim fuisse dixerunt, vt miraculi magni- tudinem eleuarent; homines scilicet Christianæ re ligionis inimici, vt Origenes, & Hieronymus, hoc loco referunt, à quibus facile est eorum impietas, insectiaque refutata. Erat Paschæ tempus, quod nũ quam, nisi in diem 15. Lunæ primi mẽsis meidebat, cum plenissima Luna est. Solis autẽ eclipsis, quæ in C æqualitate cursus naturalis astrorum fit, non potest nisi nouo fieri Luna. Tunc enim cum Sole eoniun gitur, & inter ipsum, & aspectum nostrum interpo- sita eius nobis lumen aufert. Alij per eclipsim qui- dem Solis factas fuisse tenebras, non quidem natu- ralem, sed supra naturam. Cum enim Luna è Sole dimidia cœli parte distaret, vt solet, cum plena est, iubente Deo cessisse retro, & ad Solis locum redis- se, eumq; obscuralse, quemadmodum petente, Ez- echia regi Solem decem gradibus contrario cur- su recurrisse legimus Isai. 38. 8. Hæc sententia Au- ctore Origene, & Dionysio Areopagita in ep stola ad Polycarp. vbi se, cum in Aegypto tunc esset, vi- D dere Apollophanem familiarissimum eclipsim præter naturæ legem factam notasse scribit, fere apud omnes iam Catholicos obtinuit, & est ipsa per se sine vllo etiam Auctore valde probabilis. Il- lud tantum videtur repugnare, quod, vt paulo post dictori sumus, tenebræ illæ non nisi in Iudæa sunt. Itaque non potuerunt in Aegypto loco tam longe distito apparere, sed hanc ipsam obiectionem po- stes diffluere. Alij tamen Auctores per radiorũ superactionem solem obscuratum fuisse putant, quali posset eum tantum videre scelus, vt Hiero nymus interpretatur. Alij per nubium densarum oppositionem factas arbitrantur tenebras, quem- admodum in Aegypto olim per nebulas factas fu- isse legimus, ita vt Aegyptij non viderent, Hebræi viderent Exod 10. 22. 23 Ita Origenes sentit, & vt ei detur, Chrysost hom. in Matth 89. & Theophyl. & Euthym. in comment. Quare factæ fuerint non est F *Cur Christus patiretur in nebris facta fuit.* abere quærere. Quidam ad significandam Iudæo- rum exitatem factas fuisse dicunt vt Leo ser. 10. de Passione. *Sed hæ, inquit, vocibus vestris stultis, atq; blasphemijs reddant omnia elementa responsum, & vna in vos sententiam ferunt. Cælum, terra, sol, sideraque indignentur vos suo ministerio profanari, terrioris motu, insolitoque defectu tenebras mundo vestra cæcitas ostendant.* Alij in tanti sceleris detestationem obscura- tum fuisse solem, vt Hieronymus scribit, *Videtur, inquit, mihi clarissimum lumen mundi, hoc est, luminare illud terraxisse radios suos, ne aut pendentem videret hominem, aut impia blasphemantes sua luce frueren-*

Clamor Christi in cruce multo validior.

Cur Christus in cruce clamauit.

Blasphemia Caluinistarum Christo in cruce despondentium de futuro.

modia orbis terrarũ parte noxtũ fuerit, & in pla- A gnam esse. Euth. magnæ Christum voce clamando cissimat indicare voluisse vere se pati. At ea ratio- ne potius offendisse se non potest, cum tam validus tam integer esse videretur, vt tanta voce clamare posset. Potius ergo credo idcirco magna voce cla- masse, vt omnes qui aderant, Psalmi verba rece- gnoscerent, & se tum esse intelligerent Christum, de quo ea scripta fuissent, *Eli, Eli lamma sabacthani?* Marc. 15. 34. *Eloi, Eloi*, eadem sententia paululũ inflexo verbo, eodem tamen Hebraico. Vtroq; enim modo Hebraicum: Deus meus, & *Eli*, & *E- loi*: vtroq; modo dixerit Christus, difficile nõ est coniectura, cum enim Psalmi 21. verba recitaret, credendum est non *Eloi*, aut *Eloai*, sed *Eli* dixisse, quemadmodum in Psal. scriptum est. Accedit, quod aderant exilissimæ vtique Eliam inuocare, quod non tam facile existimare potuissent. si dixisset *E- loi*, quam si dixit, *Eli lamma sabacthani*, שבקתני למה Syriace dictum est, qua tunc lingua Iudæi io quebantur, Hebraice עזבתני. Dauidis quidẽ verba fuit quærentis apud Deum, quod abeo in reb. aduersis deserta videretur. Hoc est, quod statim sequitur, רחוק מישועתי דברי שאגתי *longe à salute mea verba rugitus mei*, id est, longe abest, vt quæ clamore apud te meæ vllã mihi salutẽ, & liberatio- nem afferant, quod Hebraici nominis similitudi- ne Septuaginta interpretes verterunt προσχὲς ἀπὸ τῶν ῥημάτων τῶν κραυγῆς μου σωτηρίας μου *longe à salutis meæ verba clamoris mei*, id est, ego clamo pro salu- te mea, peccata vero mea contra meam salutem ad te clamant, ita vt ab ea longe absim. Caterum, quia totus Psalm. de Christo scriptus est, vt ex vers. 17. perspicitur, *Foderunt manus meas, & pedes meos, di- numerauerunt omnia ossa mea, & ipsi vsq; ad horam ex vers 19 di- uiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem*, quæ in aliam, quam in Christum con uenire non possunt, dubium non est, quin cum Da- uid hæc diceret, prospiceret ad Christum. Propte- rea ergo mortem Christus eis Psalmi exordiũ sur- pauit, vt doceret is eum esse Christum, de quo to- tus ille Psalm. loqueretur. Sed ad hunc ordinem quæ stio, quomodo Christus se à Deo derelictũ vere di- cere potuerit. Occludẽdæ hoc loco aures sunt hæ- reticorũ blasphemijs, quorum magister Calulnus desperationis vocem hanc fuisse dicit, impium er- rore impio & errore confirmans, oportuisse Chri- stum in quem ira Dei hominũ debita esset, dcha- rum omnes damnatorum experiri pœnas, inter quas vna est nullam sperare salutem. Nam Christum de salute sua desperasse, non solum impium, sed hor- rendum etiam auditu est, & ipso Christi morientis facto refutatur. *In manus, inquit, tuas commendo spi- ritum meum* Lu. 23. 46. quo enim modo spiritui tuo in manus patris commendabat, à quo nullam salu- tem sperare cœperat? Neq; vero necesse erat, neque potuit omnes damnatorum pœnas experiri, vt di- uinam placeret iram, alioqui & blasphemare eum oportuisset, & cætera facere, quæ damnati faciunt, quæ etsi faciunt libenter, pœnæ tñ peccatorũ sunt. Quin ne illud quidem fuit necessarium, vt Christi tanta magnam subiret pœnam, quã multi pro Chri- sto mart yres subierunt. Non n. magnitudo pœnæ, quæ quantacunq; fuisset, cum peccatorum nostrorũ multitudine, magnitudineq; conferri non poterat, sed condicio personæ placuit Deum. Quicquid n. Deus patitur, tantum erat, vt quamuis irato Deo satisfaceret. Faciebat igitur illa blasphemia, satis blasphemarum à Iudæis in cruce pendens Christi acepit, opus non est, vt ab hæreticis interpretibus ad dexteram iam Patris sedens plures accipiat. Ve- teres igitur Auctores, etsi alia ratione alij hunc locũ explicauerunt, id conati sunt omnes, vt suam Chri- sto gloriã afferrẽt. Receptissima apud illos inter- pretatio fuit. Christi hæc verba nõ sua, sed nostra, omnium peccatorũ persona pronuntiasse. Cõ enim huc lo-

hic locus ad confirmandum errorem fuerit ab Arianis obtrudendus, tantum abfuisse vt Christum fuisse Deum, vt se esset à Deo derelictum clamauisse: Catholici Auctores respondebant, non pro se, sed pro nobis clamasse, quos cum à Deo desertos ab eoque alienatos videret, in eius gratiam reponere volebat. Sic Athanasius orat. 1. & 2. contra Arianos & serm. 3. & 4. aduersus eosdem, & in libr. Quod Deus de Deo sit verbum, & Gregorius Nazian. orat. 4. de Theolog. & Cyrill. Alexandrin. in lib. de fide ad Reginar. & Augustin. in enarrat. in Psal. 21. & Leo serm. 16. de passione & Ioan. Damascenus lib. 3. de fide c. 24. & Euth. in huius loci commento exponunt, *Inde est*, inquit Leo, *quod caput nostrum Dominus Iesus Christus tam amare & tam patienter Dominum Iesum Christum tam amare & tam patienter sua membra transferentia, quæ à dilectione Psalmi eius, in quo erat, vel ab assumptis in eius subsistentiam spiritum voce clamabat, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* Hanc interpretationem ex his, quæ continuo sequuntur, vt bis Augustin. confirmat, *longe à salute mea verba delictorum meorum*, quæ in nos, non in Christum conuenire possunt. Alii derelictum se à Patre dixisse putant, quod, cum in forma Dei esset, Patria decreto examinasset semetipsum, formamque serui accepisse in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, quasi cum tot tantisque expertum supplicia quodammodo dominerit factum fuisse hominem. Ad hunc modum Origenes non admodum, vt videtur, probabiliter. Mihi aliorum sententia magis placet, qui Christum hac verba tamquam hominem pro se ipso dixisse putant, sicut dixerat: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Cum enim & homo, & Deus esset, tamen, vt illo loco diximus, ita Deus hominem, quasi diuinitatem suam cohibens pati permitteret, vt si purus esset homo. Itaque cum Deus sit, tamen vt purus homo orat, vt purus homo se à Deo derelictum putaret, in cuius manus paulo post spiritum suum commendauit, sed quod ita se putare deberet, quemadmodum si ab eo derelictus fuisset. Quamobrem & homo à Deo derelictum me clamat: Deus, *Deus meus, quare me dereliquisti*, vt hominis extrema patientia supplicia, & à Deo derelicti personam exprimat. In hanc sententiam Tertullianus in lib. aduersus Praxeam, Hilarius canone in Matthæum 33. Epiphanius hæres. 69. Cyrillus lib. 10. Thesauri cap. 2. Ambros. lib. 10. commen. in Lucam, & lib. 2. de fide cap. 6. & Hieronym. hoc loco interpretantur. Cæterum Hilarius & Ambrosaute prudenter que legendi sunt, ita enim exponunt, quasi moriente Christo diuinitas sicut eius animæ & à corpore separata. *Clamauit*, inquiunt, *homo diuinitatem sepe à anime moriturus.* Benigne bonos Auctores interpretari decet, vt non putemus eos diuinitatem ab anima, & à corpore Christi vere fuisse seiunctam, sed ita eum passum, ita fuisse mortuum, vt is seiuncta ab eo diuinitas fuisset.

Locus Hilarii & Ambrosij declaratus.

47. *Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant, Eliam vocat iste.*] Dubium, qui fuerint illi, *qui dum illic stantes* qui Eliam à Christo vocari putauerunt. Theophylactus existimat fuisse Iudæos, non illos qui de re facerdotes, Scribæ & Pharisæos, cæterosque qui scripturarum scientiã, aut habebant, aut profitebantur, sed impertitum vulgus, quod cum scripturas & literas ignoraret, Eliam à Christo vocari existimauit. Alij doctos fuisse Iudæos, aut sacerdotes, aut Scribas & Pharisæos, qui non lingua, aut scripturarum ignoratione, sed procacitate quadam & omnino *Eli, & Elia*, similitudine *verborum* captantes occasionem dixerint, *Eliam vocat iste.* Quam sententiam Hieronymus & Beda ferunt hæc omnino improbant. Alij Romanos milites fuisse arbitrantur qui siue Hebraicæ ignorantes linguæ, vt Hieronymus, Beda, Strabus, & Euthymius existimant fuisse videndi licentia dixerint, *Eliam vocat.* Quo animo id fecerint, iudicare non audeo; affirmare Romanos milites fuisse audeo, quia Matthæus & Marcus eos ipsos, qui dixerant, *Eliam vocat iste*, aut ex illis certe aliquem actum stare mobilibile Christo indicant. Locus vero cap. 23. 36. & Ioan. ca. 19. 29. eos qui acetũ Christo porrexerunt, milites fuisse dicunt.

48. *Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implenit aceto.* Matthæus hoc loco & Marcus ca. 15. 36. in historiam texere videntur, vt indicent propterea vnum ex multitudine accurrisse, vt acetũ Christo porrigeret, quod Eliam inuocare visus esset. Quæ non satis inter se videntur cohærere, quid enim aceto cum Elia? Ioannes rem magis explicat, *Postea*, inquit, *sciens Iesus, quia omnia iam consummata sunt*, id est, le passum esse, quæ patria decreto pati oportebat, nihilque superesse, nisi vt illi animam redderet, *vt consummaretur*, inquit, *scriptura dicit, Sitio* id est, vt impleretur Dauidis prophetia Psal. 68. 22. *in sitim meam potauerunt me aceto, dixit sitio.* id est declarauit tum sitim, de qua Dauid loquutus fuerat, se pulsæ iam esse indicauit, vt sibi acetum potandum porrigeretur Ioan. 19. 28, 29. Mirum videri lectori potest, quomodo eo in loco acetum ad manum fuerit, vt Christo daretur. Ioannes scribit *vas ergo erat positum aceto plenum.* Sed de illo ipso vase, quorsum ille positum fuerit, dubitari potest. Nõ dubito, quin de more ibi positum fuerit, quod hominibus crucifixis, aut cruci affigendis acetum dari soleret. Cur autem daretur, de eo differunt interpretes; Theophylactus, quem omnes recentiores sequuti sunt, ideo crucifixis acetum dari solitum fuisse putant, vt citius morerentur, & à cruciatibus liberarentur. Potius credo solitum fuisse dari, vt recrearetur, si quis metu mortis, antequã in crucem sublatus esset, exanimaretur. In hunc enim vsum & capite plectendi, & his, quibus sectã vena crucifixi sanguis, etiã hodierno die dari solet. Quia autem Christus in cruce sublimis pendebat, nec acetum in ipso vase bibendum dari poterat, spongia aceto madefacta, & arundini imposita datum est. Peo arundine hyssopum Ioannes dixit. Ita quæ nonnulli arundinem, aut calamum ex hyssopo fuisse putauerunt, quemadmodum Euthim. & Ioannis 19. interpretatur: nam etsi apud nos hyssopus humilis est herba, tamen in Iudæa regione calida in arbusculam excrescere, quod nec ipsum per se mihi probabile videtur, cum neque Plinius, neque Dioscorides, neque quisquam eorum, qui de plantis scripserunt, hyssopum vllo in loco tantæ magnitudinis nasci dixerint, vt ex ea calamus fieri possit, & Auctor I. librorum Regum contrarium omnino docet. Nam libro 3. cap. 4. 33. dicit Salomonem de omnibus plãtis disputasse à cedro quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: vbi manifestum est hyssopum pro minima herba positam esse, quæ maximis cedris Libani opponitur, tantum abest, vt in Iudæa arbuscula fuerit. Probabilior Theophylacti sententia est, arundinẽ à Ioanne propter aliquam summorum foliorum similitudinem hyssopum appellatam, sed neque illã ipsam similitudinem video. Sunt, qui exponant spongiam hyssopo, vt ait Ioannes, circumpositam fuisse, id est arundini hyssopi herba circumligatam vt *hyssopo* non tertius, sed sextus casus sit, quo instrumentum significatur. Suspicor ego Ioannem noluisse dicere spongiam hyssopo circumpositam, tamquam calamo, quo acetum Christo porrigeretur: sed tamquam medicamento, quod vna cum aceto examinacis dari soleret. Scribit enim Galenus hyssopum aceto mixtum examinatis animum reddere. Ergo primum quidem hyssopum arundini militari circumligarunt, deinde hyssopo spongiam circumposuerunt, quemadmodum Ioannes scribit,

49. *Cæteri autem dicebant.*] Marcus cap. 15. 36. non A cæteros, sed illum ipsum, qui acetum dare tus necerat, hæc dixisse scribit, *Sinite, videamus, an veniat Elias ad deponendum eum.* Itaque nonnulli interpretes Marci locum vitiatum esse putant, & pro *ἄφετε, ἄφες* legendum *ἐάφετε, ἐάφες, cæteri autem dicebant, sine*, vt ait Matthæum, vt hæc verba *ἐάφετε* apud Marcum exciderint, & pro *ἄφες* scriptum fuerit *ἄγετε*, pro *ἄφετε ἄφες* quam corruptionem Syriaci interpretis auctoritate probant, qui ad hunc modum reddit; dicebant autem, finite videamus, an Elias veniat; deinde nonnulli ex Græcorum codicum suffragio, qui ad eũdem modum apud Marcum legunt: postremo, quia videmus Marcum Christi passionem non eadem modo sententia, sed iisdem etiam, quibus Matthæum, fere vbique verbis scribere. Non audiam tamen tãe maioribus argumentis scripturam emendare, quã qui interpretantur, prouerbium illud obseruare debent, ne moneas lineam. Certe D. Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum cap. 17. Marci locum tractans ita legit, vt nos hodie legimus; etsi miror eum nodum non satis solutisse: neque correctio ista ad conciliandos Euangelistas necessaria mihi videtur esse. Nam hæc Matthæi verba, *Cæteri vero dicebant, Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum*, non sunt, vt ego quidem opinor ad ea, quæ versu 48. sed ad ea, quæ 47. dicta sunt, referenda. Nec enim cæteros opponit illi, qui currens acceptã spongiam implenit aceto, sed illis, qui dicebant, *Eliam vocat iste*; quasi dicat Euangelista, quidam dicebant, *Eliam vocat iste. Cæteri vero dicebant, Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum.* Inter quos cæteros illum ipsum fuisse credendum est, qui currens acceptam spongiam implenit aceto, vt ait Marcus. At non dicunt, *finite*, sed *sine*, quasi cum illo, qui ad dandum acetum currebat, loquerentur. Respondeo Hebraicam esse phrasim qua etiam cũ de multis Hebræi loquuntur, dicunt אחה sine: Marcus autem quia vnum nominatim, quasi cum cæteris loquente id dixisse narrat, nõ dicit dixisse: *sine* sed, *finite, videamus, an veniat Elias liberans eum.* Quid hoc ad acetum? hinc mea confirmatur opinio eos, qui hæc dixerũt neq; illi, qui acetum porrigere volebat, sed omnibus in commune dixisse, *Sine, videamus, an veniat Elias*, neq; acetum ideo solitum fuisse dari, vt citius, qui crucifixi erant, morerentur, sed vt animum potius resumerent. Nam quia morientem Christum videbant, Eliamq; vt putabant, aut se putare simulabant, inuocantem, vitam eius dato ad recreandum animum aceto producere voluerũt; ne, antequam Elias veniret, moreretur, & vt experirẽtur, virum Elias eũ liberaret. Propterea vnus, vt diximus, ex illis ipsis, qui dicebant, *Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum*, ad quærendũ acetum, quod illi daret, accurrit. Cur Eliam finxerint se venturũ existimare, causa esse potuit, q̃ recepta vulgo inter Iudæos esset opinio, eaq; vera, ante Christi aduentum Eliam venturum esse. Quã de re c. 11. 14. & 17. 10. 11. disputauimus. Ergo et si, qui hæc dicebãt, Romani erãt milites; tamen, cũ inter Iudæos viuerẽt, eorum de venturo Elia opinionem cognitam habebant, ex eaq; loquebãtur.

Editio Vulgata defenditur.

Cur actum dicatur fuisse.

Hebraismus.

50. *Iesus autem iterum clamans voce magna.*] Iam ante Christus voce magna clamauerat ver. 46. Proterea dicit, iterum clamauisse. Marcus cap. 15. 37. *Iesus autem emissa voce magna expirauit.* Indicat in exprimenda magna Christi voce Euangelistarum diligentia aliquid in ea re fuisse mysterii. Itaque otiosum non erit eius rei rationem quærere. Multas, eaq; probabiles veteres Auctores reddunt. Origenes tractatu in Matthæum 35. vt ostenderet Christus se non timide, sed confidenter, & secure mori; vt qui sciret se post mortem ad patris dexteram collocandam, & nomen accepturum, quod est

Cur Christus spiritum efflarit in voce magna clamauit.

super omne nomen. Cyrillus Hierosolym. Catech. 13. & Chrysost. hom. 89. Hieronym. Euthym. & Theophyla. in comment. vt ostenderet se non infirmitate, non vlla naturæ necessitate, sed voluntate sua mori, cum tã valida voce clamando moreretur. Idem Euthym. vt vsq; ad extremum spiritũ, quemadmodum tota vita fecerat, clara proferetur voce se Patri suo esse concordem, cum suum in eius manus spiritum commendaret. Nonnulli ideirco magna voce morientem clamasse dicunt, vt omnes intelligerent, quo vsq; se propter peccata hominum demisisset, cuius sententiæ in c. 23 Lucæ Auctor Ambrosius. Videtur mihi, sicut cæteris, quę tunc acciderunt, miraculis, ita vocis quoq; magnitudine diuinitatem suã declarare voluisse, vt qui supra humanam naturam in ipso extremo spiritu tam magna clamaret voce, plus esse, quam homo crederetur. Confirmat hanc rationem, qui consequutus est, eventus. Nam vt ait Marcus 15. 39. *Videns Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait vere hic homo filius Dei erat.* Quid magna illa voce clamans Christus dixerit Lucas 23. 46. ipse Ius expressit, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Spiritum animam vocare, manifestum est; commendat igitur animam suam in manus Patris, non eo sensu, quo pii homines moriẽtes, eadem q; verba recitantes animam suam in manus Dei cõmendare solent; nec eo, quo Stephanus primus martyr, cum lapidibus peteretur, dixit, *Domine Iesu suscipe spiritum meum* Act. 7. 59. Homines enim animam suam Deo cõmendant, vt eam non damnet, sed vitæ æternæ participem faciat; sicut solent, qui in capitali causa rei agũtur, vitam suã iudicibus cõmendare. Non sic Christus, qui sciebat se damnari non posse, nullumq; habere peccatum: quod sibi à Patre remitti precaretur: sed cõmendat illi animam suam ne eam relinquat in inferno, quo descensurus erat, & ne det *sanctum suũ videre corruptionem*, vt de ipso Christo loquens Dauid dixerat Psa. 15. 10. vno igitur vt dicam verbo, tanquã paulo post repeturus, interim dum mortuus per triduũ, quæ apud inferos agẽda sibi erant, agit animam suam in manibus Patris quodammodo deponit, hoc est, *commendo spiritum meum*; quemadmodum si quis tridui factum iter famuli ari, cui confideret, amico, quod domi suæ charissimũ haberet, iusto die dum interim daret, dicens hoc tibi commendo. In hanc sententiam Tertullian. in lib. contra Praxeam & Ambros. in c. 23. Lucæ hæc Christi verba interpretantur. Sumpsit autem ea Christus ex Psal. 30. 6. & ad se, quod de se ipso Dauid dixerat, paululum immutato sensu accommodauit. Nam Dauid nõ animam suam, sed vitam suam, quã per spiritũ significauit, Deo cõmendauerat. Christus ante spiritum suum, animam suã vocat, & apud Dauidem oratio cõditionalis est, quasi dicat, quotiescũq; aut, si vnã meam in manus tuas cõmendauero, etiam si in extremo vertar vitę periculo, *redemisti*, id est, tu dines *me Deus veritatis*. id est fidelis. q̃ quemadmodũ mihi, promisisti te mihi ita per assumptũ, ita facies. Hoc autẽ loco, non cõditionalis, sed absoluta oratio est.

Emisit spiritũ.] Hoc etiam verbum nõ coactã, sed voluntariam Christi mortẽ significat, vt Ambros. Hieronym. & Beda notauerunt. *Ex hoc dicto*, inquit Ambros. *tradidit spiritum, & bene tradidit qui non inuitus amisit.* Denique Matthæus *ait emisit spiritum*; *quod enim emittitur, voluntarium est, quod amittitur necessarium.* Eodem pertinet, quod ait Ioan. 19. 30. *Et inclinato capite tradidit spiritum*; significat enim Christum non infirmitate, sed voluntate inclinasse caput, quasi spiritum leniter positurum. Non ergo intelligendus est Christũ in ipso illo magno clamore spiritũ emisisse; prius enim clamasse credendum est, vt Matthæus, & Marcus scribũt, deinde inclinasse caput, & spiritum tradidisse, vt ait Ioannes;

id apud Matthæum hoc loco ambiguum est, qui aoristo visus est tempore, ἀφεὶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ πνεῦμα, cum clamasset voce magna emisit spiritum. Magis ambigue dixit Marcus ἐξέπνευσε, quòm per dixit, emittens vocem magnam. Sed ex Matthæo interpretari necesse est, emittens, id est, cum emisisset. Putat Euthym. Christum inter clamorem, & spiritus emissionem matrem, vt narret Ioannes, discipulo commendasse. Sed ex ipso Ioanne contrarium apparet, qui multo ante matrem discipulo commendatam fuisse commemorauerat. Scribit autem idem Ioannes, quod pertinet ad hunc locum, Christum antequam caput inclinaret, & spiritum emitteret dixisse, *Consummatum est*, quo verbo mirum, quã inepte Lutherani, & Caluinistæ passim abutantur, vt Eucharistiæ sacrificium, & omnem nostram satisfactionem tollãt, quasi Christus dicere voluerit, omnia iam sacrificia esse finita, nullum q; deinceps offerendum, omnem satisfactionem, omnem sanctificationem nostram esse perfectam. Atqui Christus neq; de sacrificii satisfactione, sed de passione sua loquebatur, significauitq; consummatum esse, id est finitum, quicquid passurus erat; nihil iã sibi superesse, nisi vt animam poneret, quam non alia ratione, quam vt moreretur, sumpserat. neq; aliaratione sumptam retinebat. Accommodate enim ad locum, ad tempus, ad rem subiectam hęc verba interpretanda sunt. Erat passionis tempus, pendebat in cruce Christus, pertulerat omnia, quæ laturus erat pro nobis supplicia, dicit, *consummatum est*, id est, nihil iam mihi patiendum superest, quemadmodum si ægroto, cui à Chirurgo membra secantur, finita sectione, vt eum cõsoletur, aliquis dicat, actũ est, id est, quicquid doloris patiendum erat, ã passus es, nihil est reliquum. Deniq; nihil aliud significare Christus voluit, quam q̃ D. Paulus interpretatur Ro. 6. 9. *Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors illi vltra non dominatur*. Et vt fingamus de sacrificiis, & figuris veteris legis locutum esse Christũ, quemadmodum non difficile or multos etiam veteres Auctores interpretari, tanquam sensus fit, *consummatũ est*, id est, omnes prophetiæ, omnes figuræ veteris legis impletæ sunt, q̃ & scisso templi velo, vt versu sequenti docebimus, significatũ est: tamen quid hoc ad tollendum Eucharistiæ sacrificium? quod ad tollendam bonorum operum satisfactionem? Nam illi ipsi Auctores veteres, qui hanc interpretationem sequuti sunt, & Eucharistię sacrificium, & satisfactionem bonorum operum, crediderunt. Sed isti otiosi homines, vt nihil agãt, Christi verbum interpretantur, *consummatum est*, id est, nihil iam ad salutem hominum aut mihi, aut illis faciẽdum reliquũ est. Cur ergo credimus? cur baptizamur? cur Eucharistiam sumimus? cur bona à nobis opera etiã post Christi mortem exiguntur? cum illo vno verbo *consummatum est* salti esse possimus? Apagesis ista delira. A lia vis in eo latet verbo. q̃ isti acuti, vt sibi videntur, homines non viderunt. Indicat Christus, se tunc, nõ ante, non post mori voluisse; nõ enim naturæ lege, sed voluntate sua, & officii causa mori, vt Patris voluntati, decretoq; satisfaciat. Cui eũ ante non satisfecisset, mori noluit, cum iam à se satisfactum esset, etiam si natura, vt diutius viueret, posset, tamen ne perfunctus iam officio frustra, vel paucas horas viuere videretur, mori voluit. Hoc est *consummatum est*, quasi dicat, tempus est, vt animam ponam. Hinc factum est, vt Pilatus mysterium non intelligens, cũ Christum iam mortuum esse intelligeret, miraretur, Marc. 15. 44. Minime igitur his assentior, qui & in Commentariis suis, & in concionibus docere solent Christum propterea quòd maiora per totam noctem, quam latrones, supplicia pertulisset, citius, quam illos, fuisse mortuum. Hi enim auctores, vt Christi passionem augeant, mysteriũ imminuunt.

Inepta ratio hæreticorũ cõtra sacrificium Missæ, & satisfactionẽ bonorum operum.

51. Et *ecce.*] Recte D. Aug. lib. 3. de consensu Euang. c. 19. obseruauit, istud, *Ecce*, significare velũ templi statim atq; Christus spiritum emisit, fuisse discissũ: ita vt mors Christi scissi veli causa fuisse demõstretur. Italq; q̃ Lucas 23. 45. veli scissionẽ cũ tenebris, quæ vtuente adhuc Christo factę sunt, iunxerit, per anticipationẽ historiæ fecisse credendũ est.

Velum templi scissum est in duas partes à summo vsq; deorsum.] Ad eundem modum scribit Marc. 15. 39. quod & scissum fuisse velum, & in duas partes scissum, & à summo vsq; ad imum tam diligenter cõ memorant, magni alicuius mysterii indicium est. Maior pars antiquorum interpretũ hoc fuisse mysterium tradiderunt, vt significaretur vetera sacramenta atq; figuras, quæ vix doctissimus quisq; legis intelligebat, fuisse scisso velo patefacta, vt omnes in ipsum Sanctũ Sanctorum, q̃ velo separabatur, id est, in ipsa veteris legis penetralia, occultissimaq; mysteria intueri possent; quæ enim antiquis Hebræis in figura contingebant, nos ablato velo, & vt ait 2. Cor. 3. 18. D. Paulus *reuelata facie* cõtemplamur. Huius interpretationis Origenẽ tractat. in Matth. 36. Ambros. lib. 10. in Lucam, Hieronym. in comment. ad hunc locum Cyrillum Alexand. lib. 10. in Ioan. cap. 37. Theodoretum orat. 9. in Danielem, D. Aug. in Psal. 64. & 70. & lib. 12. cõtra Faustum cap. 11. & ser. 4. de verbis Domini secundum Ioan. & Theophilum Antiochenũ lib. 1. Allegor. in Euang. & Leonem ser. 10. de pass. & Sedulium hunc locum carmine reddentem Auctores inuenio. Alii Synagogæ abrogationem, & veluti dissolutionem significatam fuisse putant: vt idẽ Augustinus, ser. de tempore 114. & Cæsarius hom. 4. de Pascha. Alii ipsam Christi passionem finitam esse; carnem enim Christi per velum templi significari, veli dississione aut fractionem carnis, aut animæ à carne separationẽ, vt Cyrill. Hierosolym. Catech. 13. & Theod. dial. 1. Impatibili videtur exponere. Alii velũ, quasi vestem fuisse templi, & quẽadmodũ Iudæi in luctu vestem scindere solebant, ita templũ moriente Christo lugẽtis mõ vestem suam discidisse. Ita Euthy. & Sedulius hũc locũ exprimẽt.

Illud ouans templum maiora culmina templi,
Protulisse videns ritu plangente columnas,
Sancta dississo nudauit pectora velo. Alii Iudaici populi in diuersas partes diuisionem, diuisationẽq; significari crediderunt, vt Hilarius canon. in Matth. 33. Alii templum illud, quod ad illud vsque tempus sanctum fuerat, deinceps profanum fore, vt Theophyl. Alii *propalatam esse sanctorum viam*, vt ad Hebræos 9. 8. ait D. Paulus, id est apertam nobis iamam cœli esse, quæ ante Christi mortem occlusa fuerat, licereq; omnibus, qui velint, ingredi. Nã velum illud templi ideo oppositum, ne quis præter summum Sacerdotem, idq; semel in anno, & non sine sanguine in Sancta Sanctorum ingrederetur, cœli figuram fuisse, idem D. Paulus eodem c. ver. 24. & 25. Auctor est. Italq; hæc interpretatio, & illa, quam primo loco posuimus, pluresq; Auctores habere diximus mihi magis placent.

Et terra mota est, & petræ scissæ sunt.] Non possumus in terræ motu, petrarumque scissione idem, quod in scisso velo, mysterium recognoscere. Mysterium tamen aliquod esse credendum est. Puto Christi diuinitatem his duabus rebus declaratam. Solet enim diuina præsentia, atq; maiestas terræ motu, & petrarum concussione significari, vt Psa. 67. 8. 9. *Deus, cum egrederetur in conspectu populi sui, cum pertransiret in deserto, terra mota est; etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai à facie Dei Israel.* & Psal. 97. 7. 8. 9. *moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo, a facie Domini, quoniã venit iudicare terrã.* & Psal. 98. 1. *Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedet super Cherubin, moueatur terra.* & Psal. 113. 6. 7. *montes exultasti sicut arietes, & colles sicut agni ouium, à facie*

Quid sibi velit templi scissura.

Quid terræ motus in passione Christi significauerit.

Cur cum Christo mortuo resurrexerint.

Terræ motus in passione Christi significauit.

à facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob, & Ioelis 2. 10. *facie eius contremuit terra, mota sunt cœli.* Potest, & vna ista, quæ ludæis imminebat, significatio. Nam & ira Dei motu terræ significari solet, vt Ioelis 3. 16. *Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam, & mouebuntur cœli, & terra.* & Aggei 2. 22. 23. *Ego mouebo cœlum pariter, & terram, & subuertam solium regnorum, & conteram vim fortitudinum regni gentium, & subuertam quadrigam, & ascensores eius, & Psal. 45. 7. Contabulata sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, mota est terra.* Idem de hoc terræ motu, quod supra versu 45. de tenebris quæ factæ sunt, quæri potest, quam late patuerit. Origenes in sola Iudæa, sicut & tenebræ, factum fuisse putat, Auctor vero librorum de mirabilibus sacræ scripturæ, qui August. falsò tribuuntur, lib. 2. c. 3. longius peruenisse scribit, & in Thracia vndecim vrbes corruisse. Nescio quam sit simile veri in Thracia, vbi innocentes homines erant, vndecim corruisse vrbes, an Iudæa vero, vbi scelus patrabatur, nullam corruisse.

52. *Et monumenta aperta sunt.*] Non satis liquido ex Euangelistis colligi potest, quo tempore monumenta aperta fuerint. Chrysost. hoc loco viuente adhuc Christo aperta fuisse putat: eos enim, qui resurrexerunt, Christum fuisse ad inferos euntem comitatos. Id non videtur verbis Euangelistæ consentaneum, qui quamuis non explicet, an statim post Christi mortem monumenta fuerint patefacta, tamen post eius mortem patefacta fuisse minime obscure indicat. Theophylactus statim post Christi mortem aperta fuisse putat, sicut statim scissum est velum, mota est terra, ruptæ sunt petræ. Atque hæc quidem verba videntur præ se ferre. Illud tantum obstat, quod eum monumẽta non fuerint aperta, nisi vt mortui resurgerent, aut vt resurrexisse testarẽtur, & mortui illi non resurrexerint, nisi vt sua resurrectione Christi resurrectionem confirmarent. superuacaneum videtur fuisse ante Christi resurrectionem resurgere. Quid enim interim egissent? Deinde, quod valde sit vero simile Christum eos, qui resurrexerunt, apud inferos adhuc commorantes, sicut cæteros, qui illic erant, visitasse, eosq; inde secum abduxisse, vt se cum etiam resurgente resurgerent. Deniq; quod versu sequenti idem Matthæus scribat, *Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem*, vbi sic iungi verba videntur, vt, qui resurrexerunt, non nisi post Christi resurrectionem dicantur resurrexisse. Itaque his adducti argumentis Origenes, Hieronymus, & Beda, non nisi post resurrectionem Christi resurrexisse eos existimant, nisi quod Hieronymus, & Beda monumenta statim post Christi mortem aperta fuisse dicunt, quamuis mortui non nisi post Christi resurrectionem resurrexerint. At quorsum statim aperta sepulchra, si resurrecturi statim non erant mortui? Malo igitur credere, neque monumenta ante Christi resurrectionem aperta fuisse, neque resurrexisse mortuos; sed Matthæum, cum cœpisset ea miracula, quæ morienti Christo contigerant, commemorare, hoc etiam cum cæteris copulasse, cuius causa, sicut, & cæterorum, Christi mors fuerat. Cur mortui illi resurrexerint, merito quæri potest, sed ratio non est difficilis. Voluit Christus resurrectionis suæ habere socios, qui eiusdem essent testes. Si salus resurrexisset, phantasma esse credi poterat, cum alios secum, qui simul resurrexerant adduxerit, facile probauit se resurgere potuisse, qui alios suscitauerat. Propterea dicuntur illi, qui resurrexerant, multis in ciuitate apparuisse. Fuit etiam hoc singularis charitatis argumentum. Solus mori voluit, qui non solus resurrexit. Nam latrones illi, qui cum eo crucifixi fuerant, non à Christo, sed à suis ipsorum sceleribus fuerant crucifixi. Qui autẽ cum eo suffectati sunt, ab eo suffecti sunt. Mors eius

Quæ cũ Christo resurrexerunt, ample-xa mortui sunt.

A resurrectionis nostræ causa est mortis nostræ causa ipsi nobis sumus. Quæri etiam solet, vtrum illi, qui tunc cum Christo resurrexerunt, mortui iterũ sint. Theophylact. mortuos postea fuisse credit. Magis aliorum recentiorum interpretum opinionẽ probo, qui non iterum mortuos, sed cũ Christo in cœlum euectos fuisse dicunt. Quid enim inter vitam egissent qui diuinæ iam gloriæ gustum accepe rant? potioris profecto conditionis fuissent quam si nunquam fuissent exsuscitati? si à sinu Abrahæ, vbi in loco quietis erant, ad tot bulimum vitam fuissẽt reuocati, vt in ea diu manerent, iterum morituri. Quid quod in sinu illo Abrahæ, vbi eos fuisse credendum est, cum eos Euangelista sanctos appellet, certi salutis suæ erant, in hac vita certi esse non poterant, cum iterum peccare possent. Adde q̃ si iterũ mortuari surrexissent, nõ multis, vt ait Euangelista, sed vulgo omnib. apparuissent: & quẽadmodum antequã morerentur, inter homines humano more versari fuissent, vt Lazarus à Christo suscitatus versatus est. Nunc autem, cum dicat Euangelista apparuisse multis, minime obscure indicat non omnibus communiter apparuisse, sed quibus oportebat Christi resurrectionem confirmare: quẽadmodum & ipse Christus, quia non iterum moriturus, sed paulo post rediturus in cœlum resurrexerat, neq; omnib. sed solis Apostolis, & si fidei bus visus est, & vt ait Petr. Act. 10. 41. *testibus præordinatis à Deo*, neq; quemadmodum ante mortem suam eum ipsis Apostolis quotidie, & humano more versatus est, sed nunc apparebat, nunc disparebat.

53. *Venerunt in sanctam ciuitatem.*] Hierosolymã sanctam ciuitatem appellat, non quod tunc sancta esset, cum fuisset recenti Christi cæde contaminata, sed quia prius propter templum, & Sancta Sanctorum, quæ in eo erant, sancta dicebatur, vt Hier. & Beda interpretantur, quemadmodum & Matth. postea quam Christi discipulus factus est, quia ante publicanus fuerat, publicanus etiam appellatur, *supra* c. 10. 3.

Cur Hierusalem sancta ciuitas appellata.

Et apparuerunt multis.] Cur non omnibus, & cur hi multis apparuerint, docuimus ver. superiore.

54. *Centurio autem & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes, vere filius Dei erat ille.* Marcus 15. 39. aliam rationem timoris affert. *videns*, inquit, *Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait vere hic homo filius Dei erat.* Vtrumq; Centurionem mouisse credendum est validum motionis Christi clamorem, & factas in vniuersa regione tenebras & motum subitum terræ, & cætera miracula, quę omnia Lucas 23. 47. vno comprehendit verbo, *vidit autem Centurio, quod factum fuerat, glorificauit Deum dicens, vere hic homo iustus erat.* Cur Centurio, & milites tantopere timuerint, non est difficile cogitare. Verebantur ne diuina in ipsos, qui scelerate neciis ministri fuerant, vindicta conuerteretur, cum Christum Dei esse filium agnoscerent, quem credebant non esse filii sui mortem inultam præteriturũ. Lucas dicit Centurionem glorificasse Deum, i. veritatem fuisse confessum, Christum Dei esse filiũ. Hoc enim Hebraica significat phrasis, glorificare Deũ, aut dare gloriam Deo vel nostram culpam, vel eius gloriam, maiestatemq; recognoscere, ita Ioan. 9. 24. *vocauerunt ergo Pharisæi rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerant ei, da gloriam Deo, i. confitere veritatem, nos scimus, quia hic homo peccator est.* & Iosue 7. 19. ait Iosue Achan, qui sumpserat de anathemate, *fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi, quid fecerit, ne abscondas.*

Dare gloriã Deo Hebraeorum, ca phrasis eſt veritatem confiteri.

Vere filius Dei erat ille.] Sic etiam Marc. Luc. vero *vere hic homo iustus erat*, quod duob. modis lib. 3. de consens. Euan. c. 20. explicat Aug. aut vtrumq; Centurionem dixisse, & Christum hominem esse iustũ & filium fuisse Dei, quorum alterum Matth. & Marcus, alterũ Lucas recitauerit, aut vt Lucas explicare

volnerit, quo sensu Centurio Christum filium Dei vt Matthæus, & Marcus scribunt appellauisse, nempe non quasi naturalem Dei filium esse crederet, sed eo modo quo omnes homines iusti filii Dei vocabantur. *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes* Psal. 81. 6. Probabile quoque Augustini sententia est, sed ego potius credo Centurionem vtrumque dixisse, & hominem iustum, pro Dei filio potuisse. Non n. vulgari more hominem iustum Christum appellauit, cum ea mirac. in aliorum iustorum morte non fierent, sed iustum vocauit, quemadmodum Christus ab iis, qui in eum credebant, appellabatur. Vere ergo Centurionem arbitror in Christum credidisse multitudine, magnitudine que eorum motuum miraculorum. Scribit præterea Lucas c. 23. 48. omnem turbam *eorum, qui simul aderant ad spectaculum, & videbant, quæ fiebant percutientes pectora sua* redisse, quasi culpam suam agnoscerent, & innocentis mortis vindictam abominarentur.

A

B

C

55. *Erant autem ibi mulieres multæ à longe.*] Idem Marcus scribit; Lucas vero, vers. 49 *stabant autem omnes noti eius à longe*, quod vnius ne intelligi nõ pot eum omnes fere discipuli, qui maxime ei noti erãt, diffugissent, vt c. 26. 56. Matth. dixit. Sed quia notæ mulieres ibi erant, & præterea ex discipulis solus Iohannes, quantum quidem licet ex Euangelistarum historia intelligere Ioan. 19. 26. Lucas dixit omnes notos eius ibi fuisse, non significans, vt opinor, ibi fuisse omnes, sed omnes, qui ibi erant, fuisse longe, neq; quod Ioan. ait c. 19. 25. iuxta crucem matrem Christi, & eius discipulum fuisse, contrariũ est. Nã & iuxta crucem, & longe erant, iuxta quia tam prope vt & patientem videre Christum, & secum loquentem exaudire possent, longe, quia non tam prope crucem erant, quam erant milites, qui Christum custodiebant, & cætera Iudæorum turba, quæ conuicia in eum iactabat. Quod ergo Matthæus dicit *à longe*, non significat à longe eas venisse mulieres, quæ prope crucem erant, id enim omnio posse dicit, *qua secuta erant Iesum à Galilæa*. sed fuisse longe à cruce, & vt Græce est, ἀπὸ μακρόθεν, procul spectantes.

Quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei.] Tribus rebus piarum mulierum studium Euangelista declarat, primum quod ibi essent, vbi Apostoli, qui se cum eo morituros iactauerant, esse non audebant: deinde quod à Galilæa vsq; relictis domibus, & patria Christum secutæ fuerint: postremo quod Christo ministrarent, quod duobus modis intelligendum est, & quia illi seruiebant, & quia de facultatibus suis necessaria suppeditabant, vt c. 8. 3. Lucas tradit. Videtur Deus, quia viri fideles deerant, mulieres, quæ & mentis, & sepulturæ Christi testes essent, excitare voluisse. Nec enim Apostoli postea vere resurrexisse Christum testari potuissent, nisi fuissent qui vere mortuum, vere e fuisse sepultũ testari possent. Mors, & sepultura Christi mulierũ, resurrectio Apostolorum fide, atq; testimonio probata est.

D

56. *Inter quas erat.*] Cum multo plures essent, vt ex Luca colligitur tres tantum Matth. nominat, & quia cæteris notiores erant, & in omni erga Christum officio diligentiores, & quia tres illæ aliis abeuntibus vsq; ad sepulturæ finem perseuerarunt vt idem Euangelista v. 61. indicat. Christi matrem excipimus, qua nulla notior, nulla officiosior fuit, quam ideo Christi sepulturæ non interfuisse credimus, quod eam Ioannes, cui fuerat à Christo adhuc viuente commendata, eo mortuo, ne dolore conficeretur, abduxisset.

E

Maria Magdalene.] Soror Lazari, & Marthæ Io. 11. 5. vt receptã apud omnes fert opinio, etsi sunt, qui eam Galilæam fuisse dicant, vt ex Luca c. 8. 2. colligunt, neq; cum Lazaro quicquam habuisse, de qua Christus septem ejecerat dæmonia Lucæ 8. 2.

Et Maria Iacobi, & Ioseph mater. Gr. τοῦ Ἰωσῆ, Ioseph, sicut Iacobi frater appellabatur. Describit multitudinem ex fide, qui notiores erant: de hac vide c. 12. 46. & c. 10. 3. copiose diximus. Hæc tria soror matris Domini, vt ibidem docuimus, & c. 19. 25. Ioannes exponit. *Stabant*, inquit, *iuxta crucem Iesu mater eius. & soror matris eius Maria Cleophæ.* Maria. n. Cleophæ, & Maria Iacobi, & Ioseph eadem erat. Sed Cleophæ à viro Iacobi, & Ioseph à filiis appellabatur, quemadmodum à nobis hic locis, quos paulo ante delignauimus, probatum est. Hic Iacobus erat Apostolus, qui & minor, & frater Domini, & Iacobus Alphæi appellabatur, Auctor epistolæ, quam nunc habemus, & primus Hierosolymorum Episcopus, vt c. 10. 3. docuimus. Nam Cleophæ Iacobi patri cognomentum erat Alphæus.

Maria Cleophæ Ioseph erat Iacobi fratris Domini.

Et mater filiorum Zebedæi.] Hæc alio nomine Salome vocabatur, Marc. 15. 40. In hunc locum inferenda sunt quæ Ioan. à cæteris Euang. prætermissa c. 19. aver. 31. vsq; ad 37. exponit, *Iudæi ergo, quoniam Parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbatho erat. n. magnus dies ille sabbathi, rogauerunt Pilatũ vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.* De Parasceue, & de magno illo die sabbathi c. 26. 2. disputauimus. Quod autem Iudæi nolint corpora die sabbathi in cruce manere ridicula, & puerilis religionis simulatio est. Non diuebant religiosi innocentem Christum crucifigere, & ipso die Paschæ Pilatũ adire, milites ab eo petere, sepulchrũ munire, lapidẽ obsignare: ducunt mortuorũ corpora in cruce relinquere. Addit Ioan. *Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cũ eo.* Apparet morem fuisse, vt crucifixis, quo citius morerentur, aliquam do frangerentur crura. Nec enim factum hoc singulare fuisse credendũ est. Vix n. aut fuissent Iudæi à præside postulare. Et videmus apud Gallos simile quiddam fieri hiis, qui cõfringuntur in rota, quorum nonnullis beneficij loco, vt citius moriantur, & à cruciatibus liberentur ferrea virga pectus obtunditur, vt statim exanimẽtur. Sequitur apud Ioan. *Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.* Quod miles Christi latus aperuerit, & sua petulantia, & diuino consilio factum esse credendum est. Petulantia quidem sua quasi ferret indigne Christum tam breui tempore mortuum esse, & sese cruciatibus, & Iudæorũ ac militũ contumeliis, & irrisionibus eripuisse. Ideoq; cum vidit vino se illudere non posse, illudit mortuo: diuino autem consilio, vt inde sanguis, & aqua efflueret, humanæ salutis symbola, quemadmodum omnes veteres auctores interpretantur. Nã & Christi sanguine redempti sumus, & aqua baptismi, cum qua eius quodammodo miscetur sanguis, abluimur, & per sanguinem Eucharistiæ qua alimur, per aquã baptismus, quo nascimur, duo præcipua salutis nostræ sacramenta significantur. Ideo Christus per aquam, & sanguinem venisse dicitur 1. Ioa. 5. 6. & tres esse testes, qui de Christo in terris testimonium perhibeant, spiritum, aquam, & sanguinem, spiritũ qui super eum descendit, eumq; filium Dei esse testificatus est v. 8. 10. aquam, & sanguinem, quæ ex eius mortui latere profluxerunt. Quod, cum humanũ non esset, Christum non solum hominem, sed Deum etiam fuisse declarauit. Copiose hæc Cyril. Ierosolymitanus edisserit in 13. Catechesi. *Primus Moyses*, inquit, *mutauit flumen in sanguinem: & vos putate nos aquam emisse de latere vna cum sanguine fortasse propter duas cædes alteram vero clamantium, aut propter credentes, & non credentes. Pilatus enim dixit, Innocens sum, & aqua lauit manus. Clamantes autem dicebant, Sanguis eius super nos. Erant igitur hæc duo de latere, fortasse indicantis aqua, clamantibus vero sanguis. Aliter sursum aliter intelligendum, Iudæis quidem sanguis, Christia-*

Mysterium sanguinis, & aquæ de latere Christi manantis.

nis vero aqua. illa quidem tanquam sustentatoribus. ex sanguine constantia, istis vero nunc credenti per aquam salus. Nihil enim temere factum est. Assignauerunt enim naturæ et patris nostri, & aliam eius rei causam. Cum enim duplex sit baptismi salutaris virtus, vt ipsius Euangelium, vna quidem, quæ baptizatis donatur per aquam, altera vero (sanctorum martyrum in persecutionibus per proprium sanguinem exeunt de latere salutare sanguis, & aqua propter eam, quæ est futura, Christi confessionem, & in baptismo, & in temporibus martyrij confirmanda gratiam. Est & alia laterum huius causa. Mulier fuerat prima a diabolo peccati, quæ de latere creata est. Sed Iesus, qui venit, vt virum simul, ac mulierem conferret reconciliationi aperuit latus pro mulieribus, vt saluarent peccatum. Itaque profana est, & diuino aduersa confutatio interpretatio Caluini, qui, quod sanguis, & aqua ex latere Christi manauerit, naturale fuisse dicit, Ioannes ipse rem supra naturam fuisse significauit. *Et qui vidit, inquit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* Quia enim res incredibilis videri poterat, confirmat se vidisse, & vera narrare. Quod autem Christo crura fracta non fuerint, mysterio Ioannes factum interpretatur, *vt impleretur scriptura.* Exod. 12. 46. *Os non comminuetis ex eo.* Quod etsi proprie de agno Paschæ dictum erat, ramen quia agnus ille Christi erat figura, quod de agno dictum fuerat, de Christo dictum Ioannes intelligit. Rursum aliam scripturam impletam dicit Zachar. 12. 10. *Videbunt, in quem transfixerunt*, quæ quidem scriptura non omnino impleta tunc fuit, sed impleri cœpta. Tunc enim in Christum transfixerunt, quæ vna prophetiæ pars erat, in die autem iudicij *videbunt in quem transfixerunt*: vt idem Ioan. Apoc. 1. 7. interpretatur.

Sanguis & aqua ex Christi latere ms fluxisse fuisse contra Caluinum.

57. *Cum autem sero factum esset.*] Serum vocat, nõ vesperum, sed tempus dicit ad vesperam inclinatũ, fin. vesper fuisset, non licuisset hominibus iustis Christum de cruce ponere, & sepelire, quia sabbathi otium, atq; obseruatio à vespere incipiebat, propterea ergo, antequam vesper esset, & sabbathum inciperet, Christi corpus sepelire festinarunt, ne si venisset sabbathum sepelire non licuisset, vt Marc. & Lu. exponit. *Et cũ iam sero esset factum*, inquit Mar. 15. 42. *quia erat Parasceue, quod est ante sabbatham, venit Ioseph ab Arimathea, &c.* Luc. vero 23. 54. *& dies erat Parasceues, & sabbathum illucescebat*, id est, appropinquabat. Itaq; quod Græce Matthæus dicit ὀψὲ δὲ σαββάτων verti clariori sententia potest, cum sero fieret, quod Latini dicerent inclinato iam ad occasum die.

Crucifixi quo mortuerentur.

Venit quidam homo diues.] Abs re videri poterat, quod Euangelista hominem diuitem fuisse diceret sed consilio caruit. Voluit tacite rationem reddere, cur ausus fuerit corpus Christi a præside petere, & cur tam facile petitum impetrauerit, quia homo diues erat. Cuiusmodi homines apud Præsides, & iudices gratiosi esse solent, vt Aug. li. 5. de consen. Euang. c. 22. animaduertit, & Marc. vno verbo signi ficauit. *Et audebat*, inquit ver. 43. *introiuit ad Pilatũ, & petiit corpus Iesu.*

Honor sepulturæ Christi exhibitus.

Ab Arimathæa.] Arimathæam Iudæorum ciuitatem fuisse Lucas scribit c. 23. 51. Ea ciuitas & Rama, & Remphis Auctore Eusebio appellabatur. Erat autem in tribu Iudæ Iudic. 9. 41. & 4. Reg. 23. 36.

Nomine Ioseph.] Ad fidem historiæ facit, quod viri nomen exprimit.

Qui & ipse discipulus erat Iesu.] Reddit occulte causam, cur officium sepulturæ Christo exhibuerit. Ioannes c. 19. 38. ita discipulum Christi fuisse dicit, vt *occultus tamen* esset *propter metum Iudæorum*, Marcus nobilem decurionem appellat, *qui & ipse*, inquit, *erat expectans regnum Dei*, Lucas *bonum & iustum*, nobilis eõ filiarius, vt eoam D. Hieron. interpretatur. Eodem modo vocat Luc. 23. 51. addit q; eum non consensisse consilio, & actibus Iudæorum, vnde facile colligitur non solum consilium eum fuisse, sed illi et interfuisse cõsilio, quo Iudæi de capiendo, & crucifigendo Christo deliberauerant, neq; in eorum voluisse ire sententiam.

Ioseph Arimathæus nobilis decurio.

58. *Hic accessit ad Pilatum.*] Antequam sabbathũ veniret, vt Marc. 15. 42. & Luc. 23. 54. significatur. Nõ licebat damnatorum corpora sine iudicis facultate deponere, aut sepelire, l. 1. ff. de cadau. pun. Ideo lo sepe à Præside corpus Christi postulatur.

Tunc Pilatus iussit reddi corpus.] Marc. 15. 44. scribit miratum fuisse Pilatum, cum audiret tam cito mortuum esse Christum, accersitumq; ad se Centurionem interrogasse, num vere mortuus esset, eumq; mortuum iam esse cognouisset, corpus eius concessisse Iosephe. Probabile est fraudem timuisse Pilatũ ne furto Ioseph Christi discipulus, quamvis occultus, Christi tanquam iam mortui, cum adhuc viueret, corpus petiisset, vt specie exhibendæ sepulturæ, & a cruce eum, & a morte liberaret. Omnia dixi no facta consilio, vt iudex ipse, qui Christum condemnauerat, vere mortuum fuisse ex Centurionis & aliorum, qui crucifixum custodiebant, testimonio cognosceret, deq; eius morte testari posset, ne quis postea diceret non vere surrexisse, quivere nõ fuisset mortuus, sed viuus adhuc de cruce sublatus & in sepulchrum inclusus. Mirabitur fortasse aliqs non Apostolos, non cæteros, qui se palam Christi discipulos profitebantur, sed Iosephum, qui occultus discipulus erat, & Nicodemum, quem Iosephus in ea re adiumento fuisse c. 19. Ioan. scribit, qui & ipse occultus discipulus erat, (venerat n. ad Christũ noctu propter Iudæorum metum Ioan. 3. 2. & 7. 50.) hoc sepulturæ officium Christo exhibuisse. Respondet Aæbr. li. in Luc. 10. *Quid sibi etiam vult, quod nõ Apostoli, sed Ioseph, & Nicodemus Christum sepeliant, vnus iustus, & constans, alter, in quo dolus non erat? Talium. Christi est sepultura, qui fraudem, iniquitatemq; non habeat. Obstruatur igitur tergiuersandi locus, & domestico Iudæi testimonio reuincantur. Nam si Apostoli sepeliissent, dicerent vim, non sepultum, quem raptum esse dixerunt.*

59. *Inuoluit illud in sindone munda.*] Minime dubium est, quin Ioseph honoris causa, non qualicunq; syndone, sed munda Christum inuoluit, quã Marc. 15. 46. cum emisse dicit, vt nõ solum mundam, sed etiam nouam fuisse ostendat. Quamquam veteres Auctores non immerito diuini consilij mysterium in eo facto cognouerunt, opportunisse Christi corpus quod mundissimum erat, & syndone inuolui munda, & in nouo sepulchro reponi.

60. *Et posuit in monumento suo nouo, quod excidera in petra.*] Ex hæc ad Christi honorem pertinent, ideo; tam diligenter ea Euangelistæ exposuerunt. Nam quod Christum Iosephus non in quolibet, sed in suo ipsius monumento condiderit, ipsius. n. fuisse monumentum Matth. indicat, cũ dixit, *quod excidera*, & quod in eo monumento esset, quod nõ a maioribus, sed ab ipso sibi factum fuisset, & quod non lapidum structura fabricatum, sed in rupe excisum esset, honoris fuit. Non enim solent in huiusmodi sepulchris, nisi viri magni & nobiles sepeliri. Lucas non solum nouum monumentum fuisse dixit, sed addidit. 23. 53. *In quo nõdum quisquam positus fuerat.* Ioannes vero 19. 40. quod cæteri non narrarunt, explicauit aromatibus etiam Iosephum Christi corpus condisse, *sicut mos*, inquit, *est Iudæis sepelire.* Morem fuisse dicit, non quod omnes etiam de plebe homines, sed quod primarij viri ita sepelirentur. Videmus ergo Iosephum, & Nicodemum nihil prorsus honoris prætermisisse, quod Christi sepulturæ non adhiberent. Atqui mortuum tũc corpus erat. Quid vino facturi erant? In hoc etiã mysterium esse alij q; veteres Auctores tradiderunt, oportuisse Christi sepulchrũ matris vtero simile esse, in quo nemo alius positus esset, oportuisse Christũ & mũde cõ-

cipi, & mundè sepeliri. Pertinent etiam hęc ad probandam resurrectionis fidem, vt Beda, Theop. & Euthy. adnotarunt. Nam si nonum non fuisset sepulchrum, dicere Iudæi potuissent non Christum, sed aliũm, qui eodem loco sepultus fuisset, resurrexisse. Si diuersis structum lapidibus, discipulos suffossis lapidibus Christum furatos fuisse, quod eũ in tupe exeisum esset, dicere non potuerunt, vt Hier. & Beda obseruauerunt. Eodem spectat, quod ita tim addit Euangelista, *Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti*, ne quis causari posset Christum, cum mortuus nõdum esset, remoto lapide è sepulchro euasisse, aut discipulos aperto monumento, cum facile aperiri posset, furatos fuisse corpus. & Origenes indicauit. Describit hoc loco Beda Christi monumentum ex eorum fide, qui suo tempore religionis causa Hierosolym. ibant. *De monumento* inquit, *Domini fuerunt, qui nostra ætatis tempore de Ierosolymis venere, quod domus fuerit rotunda, de subiacente rupe exisa, tanta altitudine, vt intro consistens homo vix manu extenta culmen possit attingere, quæ habet introitũ ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus, atque impositus est, in cuius monumenti parte Aquilonari sepulchrũ ipsum, hoc est locus Dominici corporis de eadem petra factus est, septem habens pedes longitudinis, trium vero palmarum mẽsura extra quam possit attingere, qua habet introitũ ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus, atque impositus est, in cuius monumenti parte Aquilonari sepulchrũ ipsum, hoc est locus Dominici corporis de eadem petra factus est, septem habens pedes longitudinis, trium vero palmarum mẽsura extra quam possit attingere. quæ

thæus ait, *mane cum adhuc tenebræ essent*, vt ait Ioannes profundo adhuc diluculo seu *valde diluculo*, vt scribit Lucas; & *orto iam sole*, vt dicit Marcus. Itaq; quatuor Euangelistæ quatuor diuersa tempora, quibus mulieres ad sepulchrum venerunt, describisse. Athanasius quæst. 90. At ita Matthæus, Marcus, & Lucas loqui videntur, vt admentum illum ad monumentum mulierum matutinum primum fuisse significent, & id sumus versi 3. copiose probaturi. Alii alias putant fuisse mulieres, quæ vt Matthæus ait, vespere sabbathi ad monumentum venerunt alias, quæ, vt idem dicit, lucescente iam prima sabbathi; & quia obiici poterat vnam earum, quas vesperi; & earum, quas mane ad sepulchrum Matthæus venisse indicat, ab eodē Matthæo Magdalenam appellari, quemadmodum & ab aliis tribus Euangelistis appellatur, quæ mane venisse dicitur; duas fecerunt Magdalenas, quarum altera vespere, altera mane venerit. Sic Ambros. lib. 10. comment. in cap. Lucæ 24. quæstionem explicat, & Eusebius, & alii apud Anastasium. Caterum vnam tantum fuisse Magdalenam, & constans omnium opinio est, & ex Matthæo cap. 27. 56. & ex Marco c. 15. 40. & 16. 1. & ex Luca cap. 8. 2. 3. & cap. 24. 10. & ex Ioanne cap. 20. 1. & ex omnibus omnino locis, vbi apud Euangelistas de Magdalena fit mentio, perspicuum est; vbiq; enim ita Mariam Magdalenam appellant, vt eo cognomento ab omnibus aliis distinguant, quæ Mariæ vocabantur. Quod si alia fuisset Magdalena, aliquid aliud distinxisset, oris causa adhibuissent, nimirum Martha, aut Lazari sororem appellassent. Rationem autem quæ in hanc sententiam impulit Ambrosium vers. 9. dissolemus. Alii sic exponunt, vt dicant & eadem fuisse mulieres, & semel tantum ad sepulchrum venisse, ea saltem nocte, quæ sabbathum consequuta est. Nam vtrum orto iam die his, an semel tantum venerint, alia quæstio est, de qua sumus versi 3. disputaturi. Caterum vespere quidem venire cœpisse putant. mane peruenisse, non quod totam noctem in tam exiguo itinere consumpserint, sed quod vesperi venire cœpisse videantur, quia tunc, vt mane venirent, aromata parauerunt. Veniebant ergo vesperi, quia se ad veniendum accingebant ea comparantes, quæ ad vngendum Christum erāt necessaria Marci 16. 1. & Luc. 23. 56. sic Beda, & Strabus, & Rabanus apud D. Thomam, & Rupertus in comment. in c. Ioannis 20. & hoc loco Lyranus, quibus ideo, vt assentiar, adduci non possum, quod illa mihi interpretatio *venerunt*, id est, quæ ad veniendum necessaria erant, comparauerunt, violenta prorsus esse videatur. Quis enim vel eorum, qui ad hunc modum interpretantur, ad hunc modum loquutus fuisset? Alii vesperam a Matthæo totam noctem appellatam fuisse existimant, vt Dionys. Alexand. in epistola illa, quā etiamnunc ad Basilidem. Greg. Nyss. in orat. 2. de resurrect. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioann. Augustinus lib. 3. de consensu Euang. cap. 24. Euthy. Theophyl. & D. Thom. quin etiam Ambros. lib. in Lucam 10. hanc probat interpretationem. Ego vero ita probo, vt eteras aut nihil, aut parum admodum exitiosam habere probabilitatis. Nec enim dubium est, quin idem Matthæus, quod cæteri Euangelistæ, dicere voluerit, mexiq; Marcus, qui eius quodammodo est interpret. Cæteri vero Euangelistæ nulla de vespere facta mentione mulieres mane ad monumentum venisse dicunt. Idem ergo dicere Matthæus voluit. Quare cum vesperam sabbathi vocat, non vespertinum tempus, quod inter diem, & noctem est, sed totam noctem intelligit, in cuius extrema parte, id est mane iam lucescente, mulieres ad sepulchrum venisse dicit. Minus hoc mirum videtur, si Hebræorum phratis, quam etiam D. Thom. adnotauit, intelligatur. Solent Hebræi non solum vespertinum tempus, sed totam etiam noctem עֶרֶב *Hebraicum arcendum.* vesperam appellare, cuius rei primum Genes. caput multa exempla suppeditabit. *& factum*, inquit *est vespere, & mane dies vnus, & factum est vespere, & mane dies secundus.* Solent quidam hanc interpretationem propterea refutare, quod Matthæus non simpliciter vesperam, sed vesperam sabbathi fuisse dicat. Vespera autem sabbathi pars sabbathi sit, necesse est, sicut & mane sabbathi. At nox quæ sabbathum consequuta est, para sabbathi non erat, vespera igitur sabbathi vocari non potuit. Miratus sum quorundam interpretum legens commentarios, viros iudicio & eruditione præstantes tam leui ratione à vero Matthæi sensu disscessisse. Primū animaduertere debuerunt, Matthæum non dixisse ὀψὲ δὲ σαββάτων vesperam autem sabbathi, sed ὀψὲ δὲ σαββάτῳ ad verbum sero sabbatherum, aut tarde sabbathorum, sic ita liceret Latine loqui. Admonuit autem Gregorius Nyssenus homo, & lingua, & natione Græcus, & eum, vt opinor, secutus Ambrosius hanc phrasim apud Græcos proprie significare, transacto iam sabbatho longo intervallo; sic enim Græcos loqui solere ὀψὲ τοῦ καιροῦ παροιχομένου, serius, quam pro opportuno tempore veniß, aut longe post opportunum tempus aduenisti, ὀψὲ τῆς ὥρας, tranfacta longe hora, & ὀψὲ τῶν χρόνων longe serius, quam opus erat; eodem ergo sensu Matthæum dixisse ὀψὲ σαββάτων sero sabbathi, id est multo ante transacto sabbatho, quia inter sabbathum, & tempus matutinum, quod notare volebat, tota iam nox interesserat. Quod si Matthæus vesperā sabbathi appellasset, tamen non continuo sequeretur partem fuisse sabbathi. Solet enim scriptura ita frequenter loqui, vt vesperam alicuius diei vocet, cuius pars non sit, sed eum consequatur. *Ecce kalendæ*, inquit Dauid, *sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. Dimitte ergo me, vt abscondat in agro vsq; ad vesperam diei tertiæ* 1. Reg. 20. 5. vesperam diei tertiæ sequentem noctem appellant. Cum enim rex noctu cœnaret, significabat se eum eo non cœnaturū. & Exod. 12. 6. 18. *& seruabitis eum vsq; ad quartam decimam diem mensis huius, immolabit q; eum vniuersa multitudo filiorū Israel ad vesperam*, vbi manifestum est vesperam vocari decimæ quartæ diei noctem subsequentem, quæ non decimæ quartæ, sed decimæ quintæ diei pars erat; eum agnus non decima quarta, sed decima quinta, id est inchoata tam die Paschæ, & azymorum festo immolaretur. Simile Leuit. 23. 5. & Num. 9. 3. 5. 11. exemplum est. Vnde constat, nullam inter Matth. & cæteros Euangelistas esse discordiam; eademque ratione intelligitur à se ipso Matthæum non dissentire. Nec enim vespertinum simul; & matutinum tempus, sed solum vt diximus, matutinum significauit. Illud mouere lectorem potest, quomodo si nox erat, lucescere dicatur. Sunt qui ita Hebræos loqui solitos putent, quod noctis initio lucernæ in domibus accenderentur, idq; ex Thalmudistarum probant traditionibus, à qua sententia non procul Hieron. abhorret. Alii phrasim Hebræorum esse putāt, qua lucescere tempus dicitur, cum incipit translata ex die significatione, quia tunc incipit dies esse, cum incipit illucescere. Phrasim Hebræorum esse recte dicunt, & ex Luca 23. 54. perspicuum est: *& dies*, inquit, *erat Parasceues, & sabbathū illucescebat*, id est, appetebat, appropinquabat; de eo enim tempore loquebatur, quo Christus sepultus fuerat: fuerat autem sepultus die Parasceues, id est, ante sabbathum, inclinato iam ad occasum die. Atq; tum dicit sabbathum illuxisse, id est, incepisse, aut appropinquasse. Cæterum quo minus & hanc & superiorem interpretationem probemus, non loquutionis insolentia, sed historiæ veritas impedit. Probauimus Matthæum, sicut & alios omnes Euangelistas, non vespertinum, sed matutinum tempus notare voluisse, nihil ergo ad hunc locum lucernarum ex Thalmudistis pertinet accensio, nihil Hebraismus: proprie enim & Græce Matthæus, aut Matthæi interpres loquutus est. Volunt namq; significare diem lucescere cœpisse. Alii interpretantur vesperam, id est noctem illucescere cœpisse in prima sabbathi, quia in diem sequentem inclinata erat, quemadmodum si è contrario diem noctescere dicamus; non quod dies noctescere possit, sed quod nox iam appropinquet, & dies quodammodo in noctem conuertatur, & vt Iuuencus carmine dixit.

Sydera iam noctis ventura cedere soli
Incipiunt, tumuli marmora tunc viscre septum
Conierunt. Ad hunc fere modū Augu. Euth. & Theophyl. à quibus ego non tota sententia, sed sola sententiæ explicatione dissentio. Potest illi noctem hoc loco dici lucescere; ego non noctem, sed diem lucescere Matthæū dixisse arbitror; neutrum nēq; noctis, neq; diei nomen est, sed ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ sero autem sabbathi, ea quæ lucescit in vnam sabbathi, vbi cum in illo articulo τῇ aut noctem, aut diem intelligi necesse sit, Græcorum consuetudo postulat, vt diem potius, quam noctem intelligamus, vt supra c. 6. 34. & Ioan. 1. 35. & 12. 12. & Act. 4. 5. & 20. 7. & Iacob. 4. 14. Neq; memini articulum absolute positum legere, vbi nox intelligeretur. Hac etiam ratione mollior, & minus coacta sententia est. Nam diem illucescere, & res, & loquutio est naturalis: noctem illucescere, vt dici possit, minus tamen vsitate, & non nisi per figuram dici potest. Potest contra hanc interpretationem obiici, quod à nemine tamen obiectum video, tautologiam videri, aut minus conuenientem saltem orationem, vt dies in primam sabbathi lucescere dicatur, cum per primam sabbathi dies etiam, & quidem eadem dies, quæ lucescere dicitur, intelligator. Absurdum id videri posset, si diei nomen exprimeretur; cum autem expressum non sit, non magis absurdum est, quam si dicamus de diei Dominicæ mane loquentes, die in Dominicā illucescere. Nam & per Dominicam diem intelligimus, sed quia dies non exprimitur, & sensus est, diem Dominicam illucescere, tautologia non est.

In prima sabbathi. Τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. in vnam sabbathorum, magis expressa sententia. Significatur enim præpositione in, eum quarto coniuncta casu motus, atq; progressus noctis in diem. Sic etiam fortasse noster verterat interpres, sed facile fuit scriptorum incuria in hunc dictionis vnam M. periere literam. Notum est apud Hebræos sabbathum, & totam hebdomadam, & septimum hebdomadis diem appellari; cumq; totam significat hebdomadam, primum hebdomadis diem primam sabbathi; secundum, secundam sabbathi, eodemque modo sequentes dies appellari, vt Luc. 18. 12. Act. 20. 7. 1. Cor. 16. 2. Admonuerunt autem quidam, cū septimus tantum significatur dies τῶν σαββάτων sabbathum singulari numero, cum tota hebdomas τῶν σαββάτων plurali dici solere, vt hoc loco, & apud Marcum c. 16. 2. & Luc. 24. 1. & Ioan. 20. 19. & Act. 20. 7. & 1. Cor. 16. 2. Id perpetuum non est. Nam Marci 16. 9. legimus *prima τῶν σαββάτων sabbathi*, cum tota hebdomas significetur, & è contrario Act. 13. 14. τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, *die sabbatherum*, cum septima tantum significetur dies. Porro vnam sabbathi pro prima sabbathi Hebræorum idiomate dictum esse, tam est vulgare, vt difficiliora spectantem indicare pigeat. *Factū*, inquit, *est vespere, & mane dies vnus*, id est, primus Gen. 1. 5. Noster interpres Hebraismum in Latinitatem soluit, cum Marci 16. 2. & Luc. 24. 1. & Ioan. 20. 1. retinuerit. Solet id facere, siue quo alio consilio, siue sola verendi varietate delectatus. Primum autem sabbathi diem nostram fuisse Dominicam neminem ignorare arbitror, quæ, & quia in ea creatus; & quia postea redemptus resurgente Christo mundus fuit, loco sabbathi Iudæorum cœpta fuit celebrari: quod & Gaudentius tractatu in Exodum 1. & Sedulius hoc loco dixit,

Cæperat inter ea post tristia sabbata falsis
Irradiare dies, solemni qui nomine alti
A domino dicitur ante trahit, primusq; videri
Promeruit nasci mundum, atq; resurgere Christum.

Videndum nunc est, quomodo cæteri inter se Euangelistæ in temporis, quo mulieres ad sepulchrū venerunt, descriptione conueniant. Maxima inter Marcum, & Ioannem videtur esse dissentio; Marcus enim dicit *orto iam sole*, mulieres ad monumentum venisse; Ioannes, *cum adhuc tenebræ essent*: idem Luc. 24. 22. aliis scribit verbis, *ante lucem* venisse. Sunt qui Marci locū corrigant, & pro ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, *orto iam sole* addita negatione sensuq; in contrarium mutato legendum putent, οὐκ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, nondum orto sole, non alie moti coniectura, quam quod in nonnullis Græcis codicibus legatur οὐκ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, adhuc orto sole: & quod ita lib. 10. de demonstrat. c. 8. legat Eusebius & facile fuerit syllabā vnam ex excidere; nimis tenuis coniectura & frustra ex Eusebio petita, cum nemo fere veterum auctorum alicer, quā Eusebius legat: ipsum nostrum interpretem ita legisse persuasum est, & Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem, & D. Aug. lib. 3. de consensu Euāgelist. c. 24. & Rupertus in c. 20 Ioan. & Lyranus in com. in c. Marci 16. ita legunt. Esset quidē aptissima sententia si negario, vt isti auctores volunt, legeretur; sed vt sæpe admonemus, non est tam obscuris indicis scriptura, quæ sanctissima nobis esse debet, corrigēda. Malo, licet minus ingeniosam, vulgarem interpretationem sequi, vt mulieres *valde mane*, vt ait Marcus, & *cum adhuc tenebræ essent*, vt Ioannes dixit, domo egressæ fuerint, orto vero iam sole, ad monumentum peruenerint. Nam etsi nō magno ab vrbe distabat spatio, tamen mulieribus satis magnū erat, vt cum adhuc tenebræ essent, egressæ domo nō nisi orto iam sole peruenirent; quemadmodū Dionysium illa, quam sæpe citauimus, epistola interpretatur: aut vt orto, id est, oriente iam sole ad sepulchrum peruenerint. Oriri enim sol dicitur, non solum cum solare corpus supra terram apparet, sed etiam cum eius radii noctis tenebras dispulerunt; vt Augusti. Euthym. Beda, Theophyl. & Lyranus exponunt. Quæ interpretatio melior etiam erit, & probabilior, si legamus, oriente iā sole, vt Aug. & Theoph. legūt; siue ita Græci aorūtū interpretātes ἀνέτειλαντος id est ἀνατείλαντος, siue Græce non ἀνατείλαντος legerint, sed ἀνατείλαντι, quēadmodū eg. facilius emendare autim, quam vt negationem ex intercidisse dicam. Nam neq; sententia tātopere mutatur, & facilius fuit scriptorem Græcū ἀνατείλαντος pro ἀνατείλαντι scribere, quam integram prætermittere dictionem, eo præsertim in loco, vbi ea sublata nemini non absurdus sensus, & proximis verbis repugnans videretur. Quod si ad hunc legatus modum, nulla inter Euangelistas repugnantia est. Nam idem est oriente iam sole, & nondum orto sole. Tamen quamuis nihil aliud repugnet, mihi nō facile persuaserim mulieres, antequam illucesceret, ad sepulchrum peruenisse. Vix enim mulierbris animus tam audax esse potuit, vt obscura adhuc nocte sepulchrum inuaderet, & in illud ingrederetur. Itaq; etiam si Marcus nō dixisset, *orto iam sole*, & Ioannem dicentem, *cum adhuc tenebræ essent*, & Lucam dicentem *ante lucem* mulieres ad monumentum venisse; ita intelligendos existimarem, vt non tempus, quo ad sepulchrū peruenerunt, sed quo egressæ domo fuerant, notare voluisse nt. Hinc etiam intelligitur, quomodo ipse sibi Marcus non repugnet; cum enim dixit,

Valde

Eth. 4. hist. Euseb.

Sabbathum apud Hebræos interdum pro tota hebdomade.

Hebraismus.

Vnum apud Hebræos pro prima.

valde mane, designauit tempus, quo domo discesserant; cum dixerit *vesperi*, aut *oriente iam sole*, tempus quoad sepulchrum pertinerat, indicauit.

Venit Maria Magdalena, & altera Maria.] De Maria Magdalena diximus superiore c. vers. 56. Alteram autem Mariam vocat vxorem Cleophæ matrem Iacobi minoris, & Ioſe, vt cap. 27. 56. quemadmodum ex Marco c. 16. 1. perſpicuum eſt. Nominat etiam Marcus Salomen, quæ mater erat filiorum Zebedæi. Lucas c. 24. 10. multo etiam plures. Erat, inquit, *Maria Magdalene, & Ioanna*. Erat autem, *Ioanna vxor Cuſæ procuratoris Herodis*. vt idem Lucas c. 8. 3. docuerat. *& Maria Iacobi, & cætere, quæ cum eis erant* id eſt, *quæ cum eis venerant de Galilea*, vt dixerat cap. 23. 55. Itaq; ſunt, qui putent etiam Beatam Virginem Chriſti matrem ad ſepulchrum cum hiſce mulieribus veniſſe, vt Greg. Nyſſenus orat. 2. de reſurr. & Sedulius hunc locum explicant,

Hoc luminis ortu.
Virgo parens aliæq; ſimul cum matribus almæ
Meſſis aromatica noctu venere gementes

Ad tumulum. Et vero nemini Beatam Virginem pietate, & ſtudio erga Chriſtum conceſſiſſe ne dubitari quidem poteſt, ſed veniſſe eum aliis mulieribus ad monumentum, haud ita facile mihi perſuadeo. Videmus neminem Euangeliſtarum de ea mentionem feciſſe, quam profecto non prætermiſiſſent, ſicum exteris veniſſet. Videmus omnes Euangeliſtas Magdalenam, tanquam omnium mulierum, quæ ad ſepulchrum venerant, nobiliſſimã, & velut aliarum ducem primo loco nominaſſe. Atqui ſacram vtiq; Virginem, ſi cum illis veniſſet, Magdalenæ antepoſuiſſent. Dixit Ioannes Mariam Chriſti matrem, & Mariam Cleophæ, & Mariam Magdalenam iuxta crucem fuiſſe; Mariam Chriſti matrem ante omnes poſuit. Idem nempe cæteri hoc loco feciſſent Euangeliſtæ, ſi cum cæteris mulieribus mater Chriſti ad monumentum veniſſet. Illud etiam mihi videtur incredibilius, quod idem Gregorius ſcribit Matthæum, cum alteram Mariam dicit, 8. Virginem Chriſti matrem intelligere; cum, quæ illa ſit altera Maria, ex Marco, vt diximus, ſatis appareat. Ioannes ſolam Magdalenam veniſſe ſcribit, ea, vt opinor, ratione, quod Magdalena dux cæterarum fuerit omniumque nobiliſſima, & quod ſola cum angelis colloquia miſcuerit, quæ volebat Ioannes enarrare. Alii Euangeliſtæ non omnes eodem numero, ſed omnes tamen plures vna commemorarunt, quia propoſitum illis fuit docere mulieres tres primas fuiſſe teſtes reſurrectionis Chriſti, & oportebat duos, vt minimum, teſtes numerare, quia *in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum*. Propterea Matthæus duas, Marcus tres, Lucas plures numerauit.

Videre ſepulchrum.] Marcus cap. 16. 1. vt Chriſtum vngerent, veniſſe dicit, idemq; indicat Lucæ 24. 1. *portantes*, inquit, *quæ paraverant, aromata*. Ioannes aduentus cauſam non expoſuit: vnde etiam nonnulli auctores occaſionem acceperunt, vt exiſtimarent bis mulieres ad ſepulchrum veniſſe: primum, non vt Chriſtum vngerent, ſed, vt ait Matthæus, vt ſepulchrum viderent, deinde vt vngerent. In quibus eſt Dionyſ. Alexandrin. & Hieronym. hoc loco, & quæſt. 6. ad Hedibiam. Sed hanc opinionem & ſupra refutauimus, & infra verſu tertio pluribus argumentis refutaturi ſumus. Cur ergo Matthæus dixit ad videndum ſepulchrum veniſſe? Non vtique vt indicaret, ad videndum tantum ſepulchrum, non ad vngendum Chriſti veniſſe corpus ſed vt indicaret veniſſe quidem ad vngendum, ſed dubitantes tamen, an poſſent vngere, quia ſciebant monumentum magno clauſum fuiſſe lapide. Itaque ſolicite de ea re in via inter ſe dicebant, *quis reuolues nobis lapidem ab oſtio monumenti?* Marc. 16. 3. Significauit ergo Matthæus veniſſe eas, vt viderent ſepulchrum, num ita clauſum, & minime eſſet, vt ingredi poſſent & ingreſſæ vngerent Chriſtum.

Deut. 17. 6. Matt. 18. 16.

Aut Chriſti mater ad ſepulchrum cum mulieribus venerit.

Lib. 5. cer. minum.

Cur terræ motus factus eſſe dicatur.

Chriſtus reſurrexit.

Angelus cur ad Chriſti ſepulchrum deſcendiſſe dicatur.

Lætí Hilarij, & Leonis explicatio.

Cur angeli iuuenis formam apperiſſe Cæleſtinus ait.

Lapis cur ab angelo reuolutus contra Calouiſtas.

Locus Hilarij annotatus.

Christum è ſepulchro per lapidis penetrationem egreſſum.

3. *Et ecce terræ motus factus eſt magnus.*] Dictio *ecce* indicat terræ motum eunti bus, aut appropinquantibus ad ſepulchrum mulieribus factum eſſe. Hæc enim vis eius eſt, vt cap. 2. 1. docuimus. Cur terræ motus factus fuerit, haud obſcure indicat Euangeliſta, quia angelus deſcenderat de cœlo; vtiur enim cauſali particula, *Angelus enim Domini deſcendit*. Cur autem deſcendente angelo factus fuerit, id quia nullus indicat Euangeliſta, in quæſtionem vocari poteſt. Probabilis eſt ratio, quam Chryſoſtomus hom. in Matthæum 90. Euthym. & Theophylactus in comment. afferunt, vt conculſa terra cuſtodes, qui dormiebant, excitarentur, & reſurrectionis Chriſti cogerentur eſſe teſtes. In eo Chryſoſt. non aſſentior, quod etiam mulieres excitatas putet; dormiuiſſe enim grani oppreſſa ſomno. Quia enim hoc de earum diligentia & charitate credat? neſcit dormire amor. Credo ego ob eam etiam cauſam factum fuiſſe terræ motum, vt & cuſtodes, & mulieres intelligerent eos, qui ſplendenti veſtitu iuxta ſepulchrum apparuerunt, non homines fuiſſe, ſed angelos, id eſt cæleſtes, atque diuinos nuntios. Motum enim terræ Dei prænentium, aut alicuius, qui Dei perſonam repræſentet, ſignificare c. 27. 51. multis ſcripturarum exemplis demõſtrauimus. Vt ergo & cuſtodes, & mulieres angelis fidem haberent, oportebat, vt terræ concuſſione, non ſolo ſplendore angelos eſſe cognoſcerent. Potuit & alia terræ motus eſſe cauſa, vt intelligerent cuſtodes Chriſtum non furto ſublatum, nec humana, ſed diuina virtute, qua ille ipſe terræ motus fiebat, reſurrexiſſe.

Angelus in Domini deſcidit de cælo.] Græc. καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ἄγγελος κυρίου προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον, angelus enim Domini, cum deſcendiſſet, de cœlo, & acceſſiſſet (ad ſepulchrum) reuoluerat lapidem. Vna cauſa, cur de cœlo angelus deſcendiſſet explicatur, vt lapidem à monumento reuolueret. Alia coniecturæ noſtræ relinquuntur. Chryſoſt. in homil. in Pſal. 2. tres præterea rationes affert. Primam, vt angeli oſtenderent Deũ illic fuiſſe ſepultum, cum ad ſepulchrum, tanquam in cœlo, vbi Deus habitat, aſiſterent. Secũdam, vt mulieres docerent vere Chriſtum reſurrexiſſe, monerentq; vt id Apoſtolis quamprimum renunciarent: quod ſi ab angelis edocte nõ fuiſſent, minime credidiſſent, cum conſtet ex Ioanne, etiam poſtquã ab illis doctæ fuerant, non ſatis credidiſſe, ſed exiſtimaſſe potius furto ab aliquo fuiſſe ſublatum. Tertiam, vt omnes fraudes, & machinationes anteverterent, nec Iudæi, cum audiſſent Chriſtum reſurrexiſſe, alium pro eo in eodem ſepulchro ſupponerent, vt nõ reſurrexiſſe videretur. Cur autem lapidem angelus remouerit, de eo nobiſcum hæretici diſputant. Vna enim eorum pars (nam alii quamuis inſani, ſanioris tamen iudicii ſunt) propterea lapidem ab angelo reuolutum fuiſſe putant, vt Chriſtus reſurgeret, & à ſepulchro exiret, & quod Hilarius can. in Matthæum 33. dicere videtur. *Angelus* inquit, *Domini de cælo deſcendens, & lapidem reuoluens, & ſepulchro aſſidens miſericordia Dei patris inſigne eſt reſurgenti filio ab inferis virtutum cæleſtium miniſteria mittente*; hic enim legendum arbitror, vbi *myſteria* legitur, quod vix vllium habet ſenſum; & Leo epiſtola 83. ad Monachos Paleſtinos, *Dicant igitur iſti phantaſmatici Chriſtiani qua ſubſtãtia ſalutaris affixa ſit ligno, quæ iacuerit in ſepulchro, & reuoluto monumẽti lapide, qua tertia die caro ſurrexerit*. At ex verbis Euangeliſtæ manifeſtum eſt prius Chriſtũ reſurrexiſſe, q̃ angelus à monumento lapidẽ reuoluiſſet. Nã Matthæus aperte dicit terræ motũ propter angeli deſcenſum fuiſſe factũ, *& ecce*, inquit, *terræ motus factus eſt magnus angelus*

gelus Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem. Quod ſi Chriſtus nondum reſurrexerat, non propter angeli deſcenſum, ſed propter Chriſti reſurrectionem factum dixiſſet. Propterea Marcus cap. 16. 3. 4. non vt Chriſtus reſurgeret, ſed vt mulieres ingrederentur, & vacuum corpore ſepulchrum videre poſſent, lapidem ab angelo remotum fuiſſe ſignificat, *& dicebant*, inquit, *ad inuicem, quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & reſpicientes viderunt reuolutum lapidem*, quaſi dicat, opportune veniſſe angelos, & mulieribus de remouendo lapide ſollicitis, antequam ad ſepulchrũ accederent, lapidem reuoluiſſe. Denique qua hora Chriſtus reſurrexerit, nemo vnquam mortalium, vt Hieronymus quæſtione 6. ad Hedibiam, & Gregor. Nyſſenus orat. 2. de reſurrectione, & Euthymius hoc loco docent, ſcire potuit. Qua autem hora lapis à monumento amotus fuerit, ex omnibus Euangeliſtis compertum eſt. Cum enim terræ motus, vt ait Matthæus, propter angeli deſcenſum factus fuerit: factus autem fuerit mulieribus iam ad ſepulchrum appropinquantibus, vt particula illa *ecce*, ſignificari diximus, angelus autem, vt idem Matthæus ſcribit, lapidem reuoluerit, ſequitur appropinquantibus iam mulieribus reuolutum fuiſſe. Qua autem hora appropinquauerint, omnes Euangeliſtæ exprimunt: *diluculo* enim, *cum adhuc eſſent tenebræ*, vt ait Ioannes, domo profectæ ad ſepulchrum, vt ait Marcus, *orto*, aut *oriente iam ſole* pertigerunt, tunc ergo lapis reuolutus eſt, non eſt igitur reuolutus, vt de ſepulchro Chriſtus exiret, neque ante nouos iſtos hæreticos id quiſquam cogitauit. Nam omnes veteres interpretes docuerunt, quod & Euangeliſtæ plane docent, lapidem non propter Chriſtum, ſed propter mulieres faiſſe reuolutum, vt ad Hedibiam Hieronymus ſcribit, & alii quos paulo poſt citaturi ſumus. Nec aliter Hilarius, aut Leo ſenſerunt. Nam, quod dicit Hilarius Deum reſurgenti filio cœleſtium virtutum myſteria miſiſſe, non ſignificat miſiſſe angelos qui eum reſurgentem adiuuarent, quaſi ſine eorum auxilio exire de ſepulchro non potuiſſent, inſediſſe, vt teſtes, atque præcones reſurrectionis eius eſſent, quemadmodum in Chriſti tentatione non venerunt angeli, dum à diabolo tentaretur, ne iuuandi cauſa veniſſe viderentur: ſed poſtquam tentatus eſt, poſt victoriam venerunt, vt triumphum agerent, & victorem Dominum recognoſcerent. Quod autem dicit Leo, *& reuoluta monumenti lapide, qua tertia die caro ſurrexerit*, non ita intelligendum eſt, quaſi ablationis ille *reuoluto lapide* cauſam, ſed quaſi ſignum, effectumque, & argumentum ſignificet, tamquam dicat, quæ caro fuit illa, quæ tertia die reſurrexit, vt reuoluto monumenti lapide probatum eſt. Sic enim intelligendum eſſe, vel ex eo manifeſtum eſt, quod ſtatim de re ſimili loquens addat, *vel quale corpus Ieſus diſcipulorum viſui clauſis ad eos oſtiis ingreſſus muluerit*. Ita enim egreſſum de ſepulchro Chriſtum ſicut ingreſſum ad diſcipulos fuiſſe credebat, vt omnes alii auctores, quos paulo poſt citaturi ſumus, crediderunt. Alia ratione hæretici nituntur hunc locum deuitare, ne fateri cogantur poſſe Chriſtum, qui è ſepulchro non reuoluto lapide exfilierit, in Euchariſtiæ quoque Sacramento vna cũ magnitudine panis eſſe. Ceſſiſſe egredienti Domino lapidem dicunt, & ad mollis materiæ modum locum Chriſti corpori dediſſe. At vnde id probant? Nos lapide nondum remoto exiiſſe perſpicuis Euangeliſtarum verbis comprobamus: iſte emollitum fuiſſe lapidem, & quaſi aquam, aut aerẽ ſolido Chriſti corpori ceſſiſſe nullo vllius Euangeliſtæ verbo, nulla coniectura, nullo boni auctoris teſtimonio probare poſſunt: ſolo metu confitendę veritatis probant, teſte valde ſuſpecto, quilq; facilli-

Lætí Hilarij, & Leonis explicatio.

Cur angeli iuuenis formam apperiſſe Cæleſtinus ait.

Christum è ſepulchro per lapidis penetrationem egreſſum.

primum ad sepulchrum venisset. Ipse quidem reuolutum inuenisse; angelum vero non vidisse, nisi postquam redierat, & discipulis Christi resurrectionem annunciauerat. Etsi Matthæus, Marcus, & Lucas non solum, cum primum venerunt, vidisse angelum; sed ab eo etiam instas fuisse ire & discipulis annunciare dicant. Ad primam quæstionem, qui D. August. lib. 3. de consensu Euang. c. 24. opinionem sequuti existimant bis mulieres, non quidem vespere, & mane vt Hieronym. ait, sed orto iam die ad sepulchrum venisse, facile, nescio an etiam vere, respondent, cum primum venerunt, vidisse vnum cum secundo vidisse duos. Alij primum quidem, antequam in sepulchrum ingrederentur, vnum vidisse angelum, deinde in sepulchrum ingressas, aut vnum alterum, vt indicat Marcus, aut duos, vt Lucas, & Ioannes scribunt, intus vidisse; quæ ad modum Theoph. in comment. in cap. Luc. 24. & hoc loco D. Thom. interpretantur. Nolo aliorum iudicio præferri meum. Itaque licebit per me lectori se qui in re minime comperta, quod simillimum esse vero iudicabit. Tamen ego quidem tria hoc loco animaduerto magno multorum interpretum receptæ consensui, quæ persuadere mihi non possum. Primum est, mulieres bis ad monumentum venisse Christi. Secundum, cum primum venerunt, aut nullum, aut vnum tantum vidisse angelum. Tertium, vnum extra monumentum, alterum intra, aut vnum extra, duos intra vidisse: quæ tria, quia ex illis video omnium, quas proposuimus quæstionum explicationem magna parte pendere, operæ pretium me facturum arbitror, si refutauero. Atque primum, & secundum, quia ita copulata sunt, vt distrahi non possint, simul sunt, & communibus argumentis refellenda. Primum quidem, cum Matthæus, Marcus, & Lucas mulieres ad Christi sepulchrum venisse dicunt, dubium profecto non est, quin de primo earum loquantur aduentu. Propterea enim dixerunt summo venisse mane, vt indicarent venisse, cum primum & per sabbathum, & per sequentem sabbathum noctem venire licuit, quasi totam insomnes noctem egerint tempus illud expectantes matutinum, vt ad sepulchrum properarent. Atqui tunc, cum mane venerunt, dicunt eas vidisse angelos; nisi velimus aperum eorum verbis vim afferre. Deinde nemo, qui attente Euangelistas legerint, dubitare potest, quin mulieres angelorum monitu Petro, & Ioanni Christi resurrectionem annunciauerint: illos vero & mulierum testimonio, & aditio angelorum viso excitos ad sepulchrum accurrisse, vt ipsi sibi oculis suis fidem facerent. Scribit enim diserte verbis Marcus c. 16. 7. angelum mulieribus dixisse, *Ite, dicite discipulis eius, & Petro*, ergo prius viderunt angelum, quam Petro renunciarent, & quam Petrus, & Ioannes ad sepulchrum venirent. Quid enim opus erat iubere, vt Petro dicerent resurrexisse Christum, si ipse iam venerat, & vacuum corpore sepulchrum oculis suis viderat. Qui autem existimant bis ad sepulchrum venisse mulieres, & cum primum venerūt, nullum vidisse angelum, illud etiam dicunt, aut dicant necesse est, prius Petrum, & Ioannem ad sepulchrum venisse, quam mulieres vllum viderent angelum, quemadmodum videtur indicare Ioannes, cuius narratione moti in hanc sententiam impulsi sunt. Hoc autem disertis Marci verbis omnino repugnat. Præterea nequaquam obscure Matthæus indicat eodem tempore, & milites, & mulieres vidisse angelum vers. 4. *præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui*. Manifestum autem est milites, antequam Petrus, & Ioannes ad sepulchrum venirent, & angelum vidisse, & exterritos disce fuisse. Nec enim Petrus, & Ioannes tam audacter ad sepulchrum venissent, nisi ex mulieribus cognouissent iam milites discessisse. Nam mulieres, cum adhuc à militibus sepulchrum custodiretur, venire eas fas nefas mirum non est. Soler militaris furor in viros accendi, mulieribus parcere. Scribit præterea Lucas cap. 24. 13. eo ipso die, cum duo ex discipulis irent in Emaus, Christum se illis adiunxisse, eosque dixisse vers. 21. 22. 23. *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel, & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie quod hæc facta sunt: sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere, & abierunt quidam ex nobis ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerant*. Minime dubium est, quin cum dicit, *abierunt quidam ex nobis ad monumentum*, Petrum, & Ioannem intelligat. Atqui prius dixerat mulieres visionem angelorum vidisse, eamque & Petro, & cæteris discipulis narrasse. Ad hæc aliorum etiam grauissimorum interpretū auctoritas accedit, qui cum primum mulieres ad sepulchrum venerunt, angelos vidisse putant; in quibus Gregorius Nyssenus est orat. 2. de Christi resurrectione. Cum ergo, qui bis mulieres ad monumentum venisse dicunt, non alia ratione dicunt, quam ne Ioanni, qui videtur significare mulieres, cum primum venerunt, angelum non vidisse, repugnare videantur, cuius quo probatum satis, vt opinor à nobis sit, cum primum venerunt, vidisse angelos, nulla illis reliqua ratio est, quamobrem bis dicant ad sepulchrū venisse mulieres. Nam locum Ioannis ita paulo post explicaturi sumus, vt nulla prorsus appareat repugnantia. Conflat ergo & semel tantum venisse mulieres, & tunc cum primum venerunt, vidisse angelos. Tertium facilius est refutare. Marcus 16. 4. 5. *Et respicientes*, inquit, *viderunt reuolutum lapidem, & introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris*, dicturus nimirum erat Marcus, alterum angelum extra monumentum vidisse, si aliquem alium extra vidissent, vt vulgo creditur Matthæus indicare. Accedit quod & eum, quem Matthæus, & eum, quem Marcus à mulieribus visum fuisse dicunt, eosdem, quibus ad mulieres visus est verbis, eundem fuisse manifestum est, vterque enim dicit, *nolite timere vos: scio quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis*. Cum ergo ille, de quo Matthæus, & ille, de quo Marcus scribit, idem fuerit angelus, & Marcus, cum à mulieribus intra monumentum perspicuis verbis visum fuisse dicat, Matthæus vero extra visum fuisse non dicat, sed tantum super eum, quem à sepulchro dimouerat, sedisse lapidem, sequitur non extra monumentum quod Matthæus non dicit, sed intra, quod Marcus dicit visum fuisse. Maximeque eum exteri etiam Euangelistæ Lucas 24. 4. & Ioann. 20. 12. non foris, sed intus dicant, duos illos angelos viso. Scio, quid plerosque, vt aliter sentiant, interpretes mouerat. Scribit Matthæus ver. 2. *Angelus enim Domini descendit de cælo & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum*, aperte significans super illum ipsum lapidem, quem reuoluerat, sedisse angelum. Illum autem lapidem non intra, sed extra monumentum fuisse colligunt ex Marco 16. 3. *Quis*, inquiunt mulieres, *reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* ostio igitur, id est, foris lapis erat. Quod si super eum sedens à mulieribus visus est angelus, extra monumentum visus est. Miror neminem, quod sciam, interpretem obseruasse, duos in monumento fuisse lapides, & vtrumque fuisse ab angelo reuolutum. Nam & D. Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum ca. 24. suspicatur monumentum Christi non solum continuisse sepulchrum, sed ædificium fuisse, quam ipse materiam appellat, vt vero simile est, concameratum foris ostium habens, qua introitus esset, intus vero sepulchrum, vbi corpus reponeretur, quod alio clauderetur lapide. Eiusmodi

Duo lapides in ostium monumenti Christi.

In desiderio verbi Hierusalem, & lacerum terra familia.

di autem fuisse Christi sepulchrum, quale Augustinus animo finxerat, & Beda in c. 27. Matth. & Strabo, eardus, & omnes qui viderunt, vno ore confirmāt. Duo igitur erat lapides, alter foris, quo totius monumenti ostium claudebatur, alter intus, quo claudebatur sepulchrum, vtrumq; angeli reuoluerāt, primum, vt mulieres ingredi possent; secundum, vt vacuum sepulchrum videre. Angelus ergo non super primum sed super secundum sedebat. Si enim super primum sedisset, prima aspectu mulieres terruisset, neq; ausæ fuissent in monumentum introire. Et conueniebat non super primum, sed super secundum sedere lapidem, & vt ostenderet se ideo sepulchri lapidem amouisse, vt mulieres vacuum sepulchrum videre possēt, & vt ipso quodammodo digito locum, vbi Christus positus fuerat, vacuum demonstraret. Sicut v. 6. dicit, *Surrexit enim sicut dixit. Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus*. Cum ergo Matthæus dicit angelum remouisse lapidem, vtrumq; lapidem intelligit. Cum dicit sedisse super eum, secundum intelligit, qui intra monumentum erat. Nam cum super vtrumq; sedere non posset, necesse est, aut super primum, aut super secundum sederit. Matthæus super primum sedisse non dicit, Marcus, Lucas, & Ioannes super secundum sedisse manifeste dicunt, cum dicant sedisse intus, ergo & Matthæus cum dicit sedisse super eum, secundum lapidem intelligit, vnde sequitur etiam secundum Matthæum angelum nō foris, sed intus à mulieribus visum esse. Obiiciet aliquis, quod Matt. v. 6. scribat dixisse mulieribus angelum, *venite, videte locum, vbi positus erat Dominus*, quasi eas nondum in monumentum ingressas, ad ingrediendum inuitet. Scio etiam hoc multos interpretes fefellisse, quod existimarūt mulieres his verbis ad ingrediendum in monumētum inuitatas esse, cum non ad ingrediendum, sed aduenientibus, id est, ad accedendum, & videndum sepulchrum inuitētur. Nec enim dicit angelus introite, sed *venite*. Erant enim iam intra monumentum, vt Marc. & Luc. disertissime scribunt. Cum enim ad monumētum venissent, & præter opinionem primum lapidem, de quo in via sollicitæ fuerant, remotum inuenissent, audacter ingressæ sunt, cum intus essent, & angelum super sepulchri lapidem sedentem vidissent, obstupefactæ restiterūt, non audētes ad sepulchrum accedere. Angelus vero prius iubet timorem ponere, *Nolite*, inquit, *timere vos, scio, quia Iesum, qui crucifixus est, quæritis: surrexit, non est hic*. Deinde inuitat ad accedendum, videndumq; sepulchrum, *Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus*. Obiici etiam potest, quod Luc. 24. 2. 3. 4. scribat *& inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu, & factum est, dum mente consternata essent de ipso, ecce duo viri steterunt secum illis in veste fulgenti*; Vbi indicat prius mulieres non solum in monumētum ingressas fuisse, sed ad sepulchrum etiam, quod intus erat, accessisse, idq; vidisse vacuum, quā aut ab angelo inuitarentur, aut vlum viderent angelum. Respondeo Lucam per anticipationem locutum esse: quia enim eo properabat animo, vt narraret mulieres Christū in sepulchro non inuenisse, quia iam resurrexerat, id dixit, antequam commemorare angelos, à illis visos, eorumque testimonio Christi fuisse confirmatam resurrectionem. Hinc primæ simul, & secundæ quæstionis earum quinq; quas supra posuimus, explicatio colligitur. Primæ duos fuisse quidem angelos quemadmodum Lucas, Ioannesq; commemorant, sed quia vnum tantum cum mulieribus loquutum fuisse credendum est (nec enim necesse erat, vt alter, cum non nisi eadem dicere posset, loqueretur) Matthæus, & Marcus, quibus propositum erat, quid mulieribus angeli dixissent, recitare, vnius tantum meminerunt, sicut è contrario, cum multæ mulieres ad monumentum venissent, quia vna pro omnibus Magdalena, & cum angelis cum Christo loquuta est, eius tantum Ioannes mentionem fecit. Lucas vero, & Ioannes indicare volentes angelorum testimonio Christi resurrectionem probatam fuisse testiū numerum vt exprimerent necesse fuit. Conueniebat enim duos saltē angelos fuisse testes, vt in ore duorum, vel trium testium staret omne verbum; & videmus in simili causa ascendere in cœlum Christo duos etiā candidis vestibus angelos apparuisse, qui eum & ad cœlum ire, & eodem modo rediturum esse testificarentur Act. 1. 10. Repugnare hinc interpretationi videtur illud, quod Luc. 24. 5. scribit angelos mulieribus dixisse, *Quid quæritis viuētem cum mortuis?* & Ioan. 20. 12. angelos dixisse Magdalenæ, *mulier quid ploras?* facilis solutio, esse syllepsim, qua, quod vnus fecit, totum genus fecisse dicitur, qualem supra c. 27. 44. exposuimus, & multis scripturarum exemplis confirmauimus, vbi latrones cōuitia in Christum iactasse dicuntur, quæ vnus latro iactauerat, & vt apud D. Paul. Hebr. 11. 33. 37. prophetæ secti fuisse, cum vnus sectus fuerit. Hinc os leonum obturasse, cum solus obturauerit Daniel. Angeli ergo apud Lucam, & Ioannem cum mulieribus loquuti dicuntur, quia alter eorum cum illis loquutus est. Secunda vero explicatio quæstionis ipsa iam per se manifesta est. Probauimus enim angelum, de quo Matthæus loquitur, non extra super primum, sed intra monumentum super secundum sedisse lapidem. Iam nulla ea in re inter Matthæum, & Marcum, cæteros q; Euangelistas dissensio est. Tertia quæstio eius à multis difficilis indicatur, admodum facilis mihi videtur esse, quia in vnius proprietate verbi tota res vertitur. Quæritur, quomodo Matthæus, Marcus, & Ioannes sedisse angelos, Lucas vero stetisse dicant. D. Aug. & qui eum sequuti, putant alium de quo Matthæus, & Marcus, & alios, de quibus Lucas, & Ioannes loquuntur fuisse angelos, facile sibi videntur respondere, illum sedisse, hunc stetisse. Quid ergo Ioannes facient, qui de illis ipsis duobus angelis, de quibus Lucas scribit, loquens, sedisse dicit, cum eos Lucas stetisse dicat? Alij prius sedisse, vt Matthæus, Marcus, & Ioannes scribunt, deinde, vt eum mulieribus loquerentur surrexisse, stetisseque, vt ait Lucas. Distinctio meo quidem iudicio minime necessaria, cum facilius possimus explicare verbi proprietate, quod Luces stetisse angelos dicit, interpretari. Diximus c. 6. 5. standi verbum & Latine, & Græce nō semper rectum corporis habitum, sed solam aliquando præsentiam, solam aliquando quietem significare. Stare enim dicitur non solum, qui rectus est, sed etiam, qui præsens est et sedi sedent. exempla *Stare in scri.* *pta quid* *sint* supr. c. 16. 28. *Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus*, *significatum*, id est ex his, qui adsunt, qui præsentes sunt, *cat.* *qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo*. & Marc. 11. 25. cum, inquit, *stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem*. nec enim iubet, vt recti orent, sed vt stent, id est, vt quieti orent, aut vt stent, id est, coram Deo sese quodammodo sistant, & repræsentent; quia orare Deum alloqui est, & Luc. 7 37. 38. *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, & stans retro secum pedes eius lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius*. Non enim erecta erat, sed ad Christi pedes prona iuxta cum eos lacrymis rigaret, capillis tergeret, ungeret, oscularetur. Iurfus ca. 18. 11. *Pharisæus stans hæc apud se orabat*; nec enim stetisse credendum est, cum oraret, hominem præsertim professum hypocrisim, & Ioa. 1. 26. *Ego baptizo vos in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis*, id est, inter vos est, præsens vobis adest. Quarta quæstio altera pro-

posita consimili quæstione soluitur. Quæritur, cur Ioannes solam Magdalenam angelos vidisse dicat, eũ cæteri Euangelistæ plures dicant, quæ viderũt, fuisse mulieres? Quæro similiter ego, cur Ioannes solã Magdalenam ad monumentum venisse dicat cum cæteri Euangelistę plures mulieres venisse dixerint? Non fuit Euangelistis propositum omnia penitus connumerare. Plures iuxta crucem Christi mulieres erant; multi etiã viri, vt Lucas c. 23. 49. indicauit. Matthæus c. 27. 55 tres tãtum nominauit mulieres, quæ cæteris & notiores & diligentiores erãt, virum nullũ. Eadẽ ratione Ioãnes, & solã Magdalenã ad monumentum venisse dixit, & solã vidisse angelos, quia haud dubium est, quin Magdalena præcipuas eius officii egerit partes, & omnium aliarum fuerit nobilissima. Quod vel ex eo intelligitur, q̃ cæteri etiam Euangelistæ, cum plures nominant, eam semper primo loco ponunt, vt Matth. c. 27. 56. 61. & hoc c. v. 1. & Marc. ca. 15. 40. & 16. 1. Quinta quæstio reliqua est quæ in solius Ioannis explicatione versatur, quæq; omnium fere aliarum difficultatem peperit: quomodo Ioannes significare videatur Magdalenã cũ primum ad sepulchrum venit, neq; angelum, neq; Dominũ vidisse, sed statim vt lapidẽ reuolutũ vidit, recurrisse & Petro, Ioãnique: nũciasse, *Tulerunt Dominum meum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum*, post vero significat rediisse, & angelos Christumq; vidisse. Tã perspicue Ioãnes dicere plerisq; interpretib. visum est, vt exeo abos Euangelistas, qui cõtrarium dicere videbãtur, explicãdos putauerint. Tã perspicue mihi alii Euangelistæ cõtrarium dicere videntur, vt exillis Ioannẽ explicandum putem. Nam si non sententię perspicuitate, certẽ numero vincant, æquum est. Quare autem credat tres Euangelistas quasi cõmuni cuiq; consilio cõspirasse, vt obscure loquerẽtur. Facilius creduu est vnum Euangelistã, quam plures obscure locutum esse, Magdalenam, & reliquas mulieres semel tantum ad monumentum venisse, & antequam Petro, & Ioanni nunciarent, vidisse angelos firmissimis à nobis argumentis paulo ante probatum est. Quo ergo modo Ioannes interpretandus? Non fecisse vt Euangelistis sępe contigit, in historiæ narratione rerum gestarum ordinem & quæ simul gesta fuerant, non simul, sed alia prius, alia posterius commemorauit; simul & Magdalena venerat, & angelos viderat: prius venisse & lapidem vidisse reuolutum post angelos vidisse, narrat. Quod probabilius videbitur, si huius ipsius non fuerit ordinis causam aliquam nõ improbabilem reperiamus. Putat Greg. Nyssorat. de resurrectio. 2. Magdalenã Petro, & Ioanni nihil de angelis, quos viderat, dicere voluisse, quod se delusam crediderat, nec veros fuisse angelos propterea non dixisse Christũ resurrexisse, sed *tulerunt Dominum meum de monumẽto, & nescimus, vbi posuerunt eum*. Ego cũ Ioannem lego, perspicere mihi videor eum omnib. prætermissis reb. eo properare voluisse, vt exponeret, quomodo ipse, & Petrus continuo ad primum Magdalenæ verbum ad videndũ sepulchrum cucurrisset. Itaq; angelorum & Christi omissa visione & Petri ad monumentũ festinatione exponit, non vlla quidẽ gloriæ cupiditate, quæ ab eo tam procul aberat, vt ne nomen quidem suum exprimere voluerit; sed studio probandę resurrectionis Christi, vt quam primum se, & Petrum oculatos eius fuisse testes declararet, maioriq; historiæ ipsius haberetur fides. At non solũ Ioan. dicet aliquis, sed neq; ipsa quidẽ Magdalena Petro, Ioanniq; narrauit se angelos, & Christum vidisse, quin indicat non vidisse, cum dicit, *tulerunt Dominum meum de monumento, & nescimus, vbi posuerunt eum*; si enim angelũ iam vidisset, & ab eo de Christi resurrectione fuisset edocta, dixisset vtiq; resurrexisse Christũ, non de monumento sublatum fuisse, ideq; & angelorum visione, & testimonio cõfirmasset: dixisset, quod multo plus ad faciendam fidem ponderis erat habituru̇ se Christũ ipsum vidisse. Quid si propterea Petro, & Ioanni se angelos & Dominũ vidisse non dixit, q̃ illi simulatq; primum audiuerunt verbũ non expectatis plutibus ad sepulchrum cucurrerunt? Quid si prudenter noluit illis angelorũ, & Domini visionem exponere, sed ita narrare factũ, quasi sublatum solum de sepulchro Christum putaret, vt eos & ad visendum sepulchrum, & ad quærendum Christum magis accenderet, credens fore, vt si ad monumentum irent, & angelos, sicut ipsa, & Christum viderent: nec suo illis testimonio opus esset? Obstare videtur, q̃ Luc. c. 24. 23. scribat, mulieres discipulis narrasse se etiam ad sepulchrum vidisse angelos, & quosdam ex discipulis, id est Petrum, & Ioannem ad sepulchrum cucurrisse, sed non dissimile vero est initio mulieres nihil de visis angelis, & Christo dicere voluisse, neq; de ipsa Christi resurrectione quicquã affirmare, sed quasi furto sublatũ existimarent, tãtum dixisse, *tulerunt Dominum meum, nescio vbi posuerunt eum*: vt quẽadmodum diximus, ad videndum sepulchrum discipulos excitarent: q̃ ad exanimandũ Petrum & Ioannem cæteris ardentiores satis fuit, ad excitãdos, & persuadendos reliquos satis non fuit ideo egressũ Petro, & Ioanne, vt cæteros discipulos iuberent facere rẽ totam clarius exposuisse, narrasse q̃ se & angelos, & Christũ vidisse. Hoc enim Christus apud Marc. c. 16. 14 illis exprobrauit, *quod iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt*. Hęc interpretatio & ipsa per se credibilis est & ab iis, qui credere noluerint, refutari non potest: hac enim ratione Euangelistæ inter se omnes maxime cõueniunt. Ioannes ergo suum, & Petri ad sepulchrum aduentũ primum narrare voluit. Quod cum fecisset, redit per anacephalæosim ad exponendam angelorum, & Christi visionem v. 11. *Maria autem stabat ad monumentum foras plorans: dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis*. Quod autem dicit inclinasse se, cum Marc. & Luc. in monumentum introisse dicãt, contrariũ non est: vtrumq; enim fecit & introiit, & inclinauit se, vt sepulchrum videret: aut inclinando se introiit, cum non pedes, sed caput, & corpus intra monumentum immisisset, vt sepulchrum videre posset.

Præ timore autem eius.] Angeli, de quo proxime loquebatur. Quamquam & terræ motu territos fuisse custodes credẽdum est: sed quia res naturalis videri poterat, multo magis angeli conspectu territi sunt. Quo autem modo angelos viderint, cũ ipsi foris, angeli, vt diximus, intra sepulchrum essent, non sine causa quæri potest. Credibile est angelos cum primum venerunt, & primum ab ostio monumenti lapidem remouerunt, eum foris ostendisse se, vt custodes viderent, ac terrerentur, eum eam etiam ob causam venissent, vt custodes Christi resurrectionis testes vel inuitos esse cogerent. Credibile etiam custodes, q̃ ostquam remoti viderunt lapidem, ingressos intus, antequam mulieres accederent, vt viderent, num Christi corpus in sepulchro esset, q̃ custodiæ ac fidei suæ cõmissum fuerat, atq; iunc intus sedẽtes vidisse angelos.

Et facti sunt velut mortui.] Exanimi expræ timore, quod & Danieli, cum angelum vidisset, accidisse legimus cap. 10. 8. *Et non remansit, inquit, in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium*. Tres fuerunt autem custodes non humano tantum timore, ne à sequali Christi custodibus eius corpus repeteretur, quod cum reddere non possent, quasi aut negligẽtia sua discipuli furati essent, aut ipsi pecunia corrupti illi tradidissent, pœnas luerent: sed multo etiam maxime diuino, ne, cum viderent Christi resurrectionem diuinitus accidisse, eiusque eiusmodi rei confirmasse, diuini us etiam auctoritatem fulmine, aut dehiscente terra ab eo puniremur. vt qui iudæorum

dęorum sceleri operam præstitissent: quemadmodum Pilatus, cum audiuisset eum filiũ esse Dei, condẽnare timuit, & absoluẽdi quæstiõ occasionẽ Ioa. 19. 8. Timuerunt etiã viso angelo mulieres versu 8. & Marci 16. 8. & Lucæ 24. 5. sed nullus Euangelista indicat tantũ earum, quantus militũ fuit: fuisse timorem, vt examines fierent. Cõtra verò Lucas verecundiã potius timorem, quam vllius periculi metum fuisse significat. *Cum, inquit, timerent, & declinarent vultũ in terram*. Vultum enim in terram declinare non tam fuit timoris, quam verecundiæ. Et verò quis insolito, & supra humanum angelorum viso nõ timeat? Timuit Daniel cap. 10. 8. 16. Timuit Zacharias Luc. 1. 12. Timuit ipsa Maria virgo Luc. 1. 29. Sed aliter boni, quã mali timent. Auget enim malis mala conscientia timorem. Timent mali; vt nequam serui, ne pœnas dent, timent boni, vt filij, ne coram angelis minus reuerentes esse videantur, & quia non potest humana infirmitas diuinum ferre conspectũ. Timent milites, & exanimantur. Timent mulieres, sed non exanimantur, quia, vt D. Antonius, quemadmodum in Comment. refert D. Thom. & D. Hieronymus hoc loco dicit, cum bonus angelus bonis hominibus apparet, etiam si initio inusitato aspectu timorem iniiciat, ad extremũ consolationẽ, & animi tranquillitatem relinquit. Mulieres ergo, non milites angelus timentes cõsolatur, ver. sequẽti. *Nolite, inquit, timere vos*, vt D. Hieron. & poeta Iuuẽcus adnotauerũt. Hãc enim vim habet pronomẽ illud, *vos*, vt statim dicturi sumus.

Angelis apparentibus aliter boni aliter mali timẽt.

5. *Respondens autem angelus.*] Id est, exorsus verba facere; sępè enim hunc iam Hebraismum expositimus, quo נענה respondere significat, & loqui incipere, vt supra c. 11. 25. & c. 22. 1.

Nolite timere vos.] quasi dicat, milites timeant, qui malo huc animo quasi Christi resurrectionẽ impedituri venerunt; vos, quæ non vt impediatis, sed vt pietatis illi, & charitatis officium exhibeatis, venitis, nullam timẽ di causam habetis. Hæc est vis illius pronominis *vos*, qua si illas militibus opponat, vt Cyrill. Hierosolym. Catech. 14. Chrysost. hom. 90. Gregor. hom. in Euang. 21. Beda, Euthymius, & Theophylactus adnotauerunt. *Pauecht*, inquit Gregorius, *illi, qui non amãt aduentum supernorum ciuium, pertimescant, qui carnalibus desiderijs præsẽ ad eorum se faciem non pertingere posse desperant; vos autem, cur pertimescitis, quæ vestros conciues videtis?*

Quã hora Christus resurrexit

Scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis.] Reddit causam, cur timere non debeant, q̃ non malo, sed bono, ac pio venerint animo, vt Christi corpus quærerent, & religiosum illi vnctionis officium exhiberent: idque se scire confirmat, ne forte, quamuis bona sint cõscientia, tamen propterea aliquid à se mali timeant, q̃ nescient qua de causa venerint, aut ad furandũ corpus aut ad aliquid aliud agendũ. Mali veniße suspicari potest. Quod autem Christũ, & Iesum proprio appellat nomine, & crucifixum fuisse dicit, ad faciendã etiam pertinet fidem, vt ostendat se rectè Christũ nosse, nec ignorare eum, & crucifixũ, & mortuũ, & eo loco sepultum fuisse; scire tamen se eum resurrexisse. Apud Marcum 16. 6. *Iesum Nazarenum crucifixũ* angelus Christũ appellat, pluribus verbis Christũ describens, q̃ eudem pertinet. Sed Matthæus Nazareni verbum prętermisit, Lucas cap. 24. 5. alia angelorum recitat verba, *Quid, inquiunt, quæritis viuentem cum mortuis?* Ioannes rursus alia ca. 20. 13. *Mulier quid ploras?* omnia dixisse angelos credendum est. Primum mulieres cœpisse plorare, cum sepulchri ostium apertum vidissent, existimantes Christi corpus sublatum fuisse. Atque hoc est, quod scribit Ioannes, *Maria autem stabat foris plorans* vnam nominans, omnes intelligens: mox plorantes in monumentum ingressas esse, angelosque illis dixisse, *Quid ploratis?* & de sola Magdalena loquens, ait Ioannes, Magdalenam vnam pro omnibus respondisse, *quia tulerunt Dominum meum*; vt idem scribit Ioannes; tunc subiecisse angelum, qui pro se, & altero angelo loquebatur, *Nolite timere vos; scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis viuentem cum mortuis*: quasi amicis verbis earũ incredulitatem subreprehendat. Si enim Christi verbis, quibus adhuc viuens se tertia die resurrecturum affirmauerat, fidem habuissent, non quærerent viuentẽ cum mortuis, sed eũ viuere pro certo sibi persuasissent. Ad extremum, subiecisse, q̃ etiam Matthæus, Marcus, & Lucas scribunt, *non est hic, surrexit*, easq; iussisse ad Apostolos ire, & Christi illis resurrectionẽ annunciare, vt iidẽ tres narrant Euangelistæ.

6. *Non est hic: surrexit enim.*] Non satis fuit dicere *non est hic*; poterat enim illic non esse, nec tamen resurrexisse, quia inde translatus; aut furto sublatus; propterea addit, *surrexit enim*; q. d. ideo non est hic, non quod translatus, vt vos putatis, aut furto sublatus sit, sed quia resurrexit. Quod ne nouum & incredibile videatur addit, *Sicut dixit*, confirmans ex verbis Christi ipsius resurrectionẽ, & earum incredulitatem tacite notans, tanquam dicat, si Christo credidissetis dicenti se tertia resurrecturum die, supra c. 16. 21. & 17. 23. & 20. 19. & 26. 32. facile nunc sine meo etiam testimonio eum resurrexisse crederetis.

Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus.] Quod & suo, & Christi testimonio probauerat, nunc experientia confirmat, & ipso visu nititur fidem facere, *venite*, inquit, *videte locum, vbi positus erat Dominus*: Dominum cum vocat, Deum cõfitetur. Quis enim præter Deum angelorum Dominus est? Videtur de industria isdem vti verbis, quibus auctore Ioanne, Magdalena vsa fuerat. Illa dixerat *tulerunt Dominum meum*: ille dicit, *Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus*, non solum suum, sed omnium & hominum, & angelorum Dominum vocans. Hoc enim indicat, cum absolute, & sine vlla adiectione Dominum appellat. Dictis tum cerro consilio ut hunc locum quæstionẽ illam, quanam hora Christus resurrexerit, quod hoc primum loco mẽtio de eius resurrectione facta sit. Nocte illa, quę inter sabbathum & primam hebdomadis diem, quam nos Dominicam appellamus, intercesit, resurrexisse, quod ego quidem sciam, nemo non dixit. Illud etiam apud omnes fere auctores constare video, non ante mediam noctem resurrexisse, etsi non defuerunt, qui propter Matthæi verba, *vespere autem sabbathi* vers. 1. vespere, id est, noctis initio resurrexisse dixerint, vt Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem auctor est. Ea opinio neque fidem inuenit, & eorum verborum, quibus adducti sunt eius auctores explicatione, supra est à nobis refutata. Media surrexisse nocte, sicut media etiam nocte natus creditur, multorum opinio fuit; qui, vt idem scribit Dionysius, propterea quadragesimæ ieiunia media ante diem Paschæ nocte soluebant, quod & in Synodo Constantinopolitana in Trullo habita, vt neret, decretum est can. 89. vt Balsamon in comment. ad Dionys. scribit; idq; est totius fere etiam Ecclesiæ vetere consuetudine confirmatum, quæ sacrum illud de resurrectione, quod nunc die sabbathi hora vix aliquando decima celebramus, ad mediam noctem celebrabat. Alii sub auroram circiter galli cantum resurrexisse crediderunt. In quã sententiam Gregorius Nyssenus orat. 1. de resurrect. magis inclinat. Romanos etiam ea hora, quasi tunc Christum resurrexisse crederẽt, solitos fuisse soluere ieiunium Dionysius auctor est. Euthym. etiam affirmat eam omnium sanctorum patrum opinionem fuisse, quam & ipse, vt probabiliorem, sequitur. Certissimum est quod & Gregorius Nyssenus in ea, quam paulo ante diximus, oratione, & Hieronymus quæst. 6. ad Hedibiam, & Euthymus hoc loco monent, qua hora Christus resurrexerit, neminem scire posse mortalium; solum scire ipsum,

qui vt volunt, & quando voluit, resurrexit. Cæterũ si eum certa desunt argumenta, aliquia cõiecturis locus est, & in rebus incertis, q similimum vero est dum verum ipsum appareat, pro vero tenendum, sub auroram resurrexisse, credẽdum est. Cũ enim angeli ideo de cœlo descẽderint, vt eum surrexisse testarentur: probabile est statim, vt surrexit, descendisse, ne si interim milites, aut ipsi, qui occiserant, sacerdotes sepulchrum aperuissent, & corpus non inuenissent, furto sublatum putarent, idq; nõ iam data pecunia, sed gratis rati se vera dicere diuulgarent: angelos autem sub auroram venisse ex eo manifestum est, q ad eorũ aduentum mota sit terra. Terræ autẽ motus mulieribus ad sepulchrũ appropinquantibus, vt ait Marcus, oriente iam sole factus est. Tunc ergo Christus resurrexit, aut nõ multo certe ante resurrexerat. Sed hanc opinionẽ tantum probabilitatis habere volumus, quantum ea coniectura, qua à nobis probata est, habere indicabitur.

7. *Et cito euntes.*] Cito ire iubet, & vt quamprimũ, qui ob Christi mortem tristes erant, lætissimo resurrectionis nuncio recreentur, & vt nutans eorũ, antequam penitus cadat, fides sustineatur. Marcus c.16.7. angelum sic dixisse ait, *Ite, & dicite discipulis eius, & Petro*: Petro nominatim dici iubet, ne quia ter Christum negando peccauerat, exclusus esse ab eo beneficio videretur, vt Greg. ho. 21. in Euang. & Euthym docuerunt.

Quia surrexit.] Eum surrexisse: Sæpe eum Hebraismum explicauimus.

Et ecce præcedet vos in Galilæam.] Indicat angelus Christum iam in Galilæa discessisse, aut q ita putasset, aut q sciret eo animo Christum fuisse, cum resurrexit, vt iret in Galilæam, & se illic discipulis ostenderet: nisi malimus præsens tempus Hebræorum more pro futuro positum esse. quasi dicat, ecce præcedet vos in Galilæam, quantumcunque festinetis: sciebat enim Christum momento temporis huc illuc volitare. Ignorabat, vt videtur, angelus, quod paulo post futurum erat, Christũ se mulieribus in verbo redeuntibus ostensũ esse. Facit etiam hoc ad accendendum discipulorum studiũ, vt cum audierint Christum iam, vt in Galilæã præcedat, discessisse, magis eo festinarent, & sequi non pigeret, si præire pigebat. Mira humanæ infirmitas est, mira incõstantia: multo erat facilius Christum in Galilæam ire cũ eum, & quidem iam suscitatum, atq; gloriosum, quam in crucem infirmum, & ignominiæ plenum sequi. Atqui illud omnes polliciti erãt cap. 26. 35. ne hoc quidem præstiterunt. Nam cum hæc à mulieribus discipulis narrata essent, *visa sunt ante illos fluxt deliramentum verba illa* vt c. 24. 11. Luc. scribit. Duplex in hunc locum incidit quæstio. Altera, cur in Galilæa potius, quam in Iudæa Christus se Apostolis ostendere voluerit. Altera cur contra quam decreuerat, ac dixerat, in Iudæa se prius, quã in Galilæam iret, ostenderit. Priorem quæstionem plerique ad hunc modum explicant, ideo in Galilæa discipulis apparere voluisse, vt liberius eũ illis agere, eosq; docere posset: in Iudæa enim sacerdotum, & Pharisæorum metus impedire discipulos poterat, vt Chrysost. hom. 90. & Euthym. exponunt, idemq; in comment. in c. 24. Lu. indicat Amb. Alii propterea in Galilæa apparere voluisse, quod cum dimissis ibi Euangelium prædicasset, plures ibi discipulos haberet, quos veliet omnes eadem opera confirmare. Hieronymus & Beda aliam, sed allegoricam rationem reddunt, Galilæam iuxta nomẽ suũ omniũ vitiorum voluntabrũ significare, ideoq; oportuisse Christi præsentia illustrari, vt Isai. c. 9. 1. quod supra c. 4. 15. Matthæus ad Christi etiã prædicationem accommodauit, longe ante dixerat, *Terra Zabulõ, & terra Nephthali via maris trans Iordanem, & Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.* At cur non statim eo cõtendit? quæ secunda quæstio erat. Quoniam vidit cunctantes adhuc, & dubitantes Apostolos, nec ituros fuisse in Galilæã, nisi prius se illis, vt eorum corroboraret fidẽ, Hierosolymæ demõstrasset, vt indicat Ambros. non ergo fefellit fidẽ suã, sed superauit, quia plus præstitit, quã pollicitus erat. Promiserat se in Galilæa discipulis appariturum, apparet etiam Hierosolymæ, vt Greg. Nyssen. scribit.

Ecce prædixi vobis.] Hæc verba eo pertinent: vt, cũ in Galilæa Christum discipuli viderint, credant non phantasma, non spiritum, sed ipsissimum esse Christum, cum experti fuerint angelum vera prædixisse, ideoque non potuisse, nisi diuinitus locutũ esse. Quare & Christum esse, quem videant, credere oportere, cum ab eodem angelo fore, vt eũ viderent, prædictum fuisset. Sic Samuel, vt Saulẽ persuadeat ea quę illi prędixerat, futura esse, quædam alia prædixit, quę eodem die Saul experturus erat, vt ea exteris fidem facerent. *Cum abierit*, inquit, *hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie, dicentque tibi inuentæ sunt asinæ, ad quas ire ea perquirendas.* 1. Reg. 10. 2. Eodem modo Christus Ioan. 13. 19. *& nunc*, inquit, *dico vobis, priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis.* Mar. 16. 7. paulo aliter dicit *sicut dixit vobis*: vt angelus non se, sed Christum hoc prædixisse diceret, alludens ad verba Christi, quę paulo ante mortem discipulis dixerat, *& postquam resurrexero præcedam vos in Galilæam* Matth. 26. 32. fortasse hoc loco pro *dixit, dicit* legẽdum est: facilis enim & Græce vnius litteræ mutatione. & Latini vnius detractione lapsus esse potuit, & si ita legatur nulla inter Matthæum, & Marcum discordia erit: sed facile corrigere non audeo.

8. *Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno.*] Quod cito exierint & Angelorum iussu, qui versus præcedenti illis dixerant, *cito euntes dicite discipulis eius*, & timore simul, gaudio que fecerunt. Vtrumque enim festinare homines cogit. Cur simul timuerint, simul gauisæ sint, facilius est, vt facta ex se quisque, si eo loco fuisset, coniectura diuidicet, quam vt nos verbis explicemus. Timebant, quia angelos viderant, & cœlestis diuinæque naturæ conspectum, quia ferre non potest, humana natura reformidat. Gaudebant, quia audierãt Christum resurrexisse. Mar. ait. 16. 8. *at illæ exeuntes fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor, & pauor, & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.* Quod autẽ dicit, nemini quicquam præ timore dixisse mulieres, nõ ita intelligendũ est, quasi nemini prorsus, ne ipsis quidẽ Apostolis, quæ viderant, dixerint: nã ex Luca c. 24. 11. 22. manifestũ est, eas discipulis dixisse se in monumento vidisse angelos: sed significat Marcus eas in via adeo mutas fuisse, vt neq; iis, qui occurrebant, neque, ipsæ inter se aliq; aliis quidquam dicerent, sicut timore correpti homines facere solent.

Quo Christus Apostolis se in Galilæa ostendere voluerit.

9. *Et ecce Iesus occurrit illis.*] Non satis cũ his verbis cõuenire videntur, quæ Marc. & Ioann. scribunt. Marc. 16. 9. ait, *surgens autem Iesus mane prima sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia*, quasi Christus nec aliis tunc mulieribus apparuerit, nec Magdalenæ ipsi ad discipulos eunti, sed alias. Ioannes vero capite 20. 13. 14. 15. 16. 17. cum dixisset Magdalenam stetisse extra monumentũ plorantẽ, cumq; se in monumentũ inclinasset, vidisse angelos, qui eã interrogauerint, *Mulier, quid ploras?* dixerit, inquit, *eis, quia tulerũt Dominum meum, & nescio, vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantẽ, & non sciebat, quia Iesus est. Dixit ei Iesus, Mulier, quid ploras, quẽ quæritis? illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dixit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dixit*

dixit ei, Rabboni, quod dicitur Magister. dicit ei Iesus, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Quod autem ad Marcum minor eil difficultas, cum enim illi propositum esset, dicere Christum mulieribus apparuisse, prætermissis omnibus circũstantiis dixit eadem die surrexisse Christum, non de resurrectione, sed vt ita dicam, de surrectione loquens quasi prius sedisset, & Magdalenæ apparuisset. Surgere enim Hebraica phrasi dicitur, qui aliquid operis aggreditur, etiãsi vere non surgat, vt *Caput populus meus ducatis, & bibere, & surrexerunt in ludos* &c. inceperunt, & supra c. 2. 14. *multi Pseudoprophetæ surgent*, id est, existent, aut se demõstrare incipient & ver. 11. *surgent enim Pseudochristi.* Non enim Marcus docere voluit, qua hora Christus resurrexisset q. vt ver. 6. docuimus, incertũ omnino est, sed qua hora Christus mulieribus apparuisset. Quod autem solã nominat Magdalenã, aut ideo fecit, q̃ soli prius Magdalenæ apparuit, vt paulo infra disputatori sumus, aut q̃ cũ omnibus simul mulieribus apparuerit tamen cũ sola prius Magdalena locutus fuerit. Verba Ioannis plus habent difficultatis. Sũ gitur, qui existimant, bis se Christũ mulieribus demõstrasse. Primum soli Magdalenæ adhuc intra sepulchrum hærenti & retro respicienti, vt Ioannes dicere videtur. Deinde omnibus mulieribus, quæ ad sepulchrum venerant, vt discipulis nunciarent redeuntibus. Nã cum omnes in monumẽto essent, digressi, ut abirent, alias Magdalenam adhuc plorantem iuxta sepulchrũ reliquisse, cumq; respexisset retro, vidisse Christum, ab eo interrogatam, quid ploraret, aut quid quæreret, hortolanum rata respondisse, *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollã*, Christum respondisse nomine eam appellantem, *Maria*, & cætera, quę Ioannes narrat tunc accidisse, mox Magdalenã profectã, inde ea, quæ præibant, mulieres curriculo cõsequutã, cumq; vna cũ illis pergeret, Christum illis iterum simul eunti* apparuisse, vt hoc loco Matthæus scribit. Sic D. Aug. lib. 3. de consensu Euang. c. 24. & Suarez apud D. Thomam in comment. Alii duas quidem, sed aliter factas apparitiones fuisse putãt, prius enim Magdalenam solam ad monumentum venisse, atq; tunc illi, quem dmodum scribit Ioannes, visum fuisse Christum: deinde vna cum cæteris mulieribus ad monumentum rediisse, & cum inde rursus ad Apostolos reuerterentur, Christum illis in via, vt ait Matthæus, occurrisse, His Greg. Nyssenus auctor est. Veramq; opinionem, quia bonos habet auctores, non tam probare cogor, quam non refutare. Sed nescio, quomodo mihi in iedit animo, vt vix mihi persuadere possim, aut Magdalenã bis ad monumentum venisse, aut bis illi apparuisse Christum. Quid enim cogit nostra sentire, cum Matthæus perte significare videatur* & omnes simul mulieres ad sepulchrum venisse, & omnes simul rediisse, & omnibus redeuntibus occurrisse Christum? Nam q̃ Marc. ait visum fuisse primum Magdalenæ, facillime interpretari possumus, vt Magdalenam non cæteris mulieribus, sed Apostolis opponat: vt sensus sit, non quidem primã Magdalenæ, quam cæteris mulieribus, sed prius illi, quam Apostolis apparuisse. Nam vt ver. 16. dicturi sumus, merito à Catholicis creditur, quamuis scriptum non sit, Christum primum omnium matri sua apparuisse. Quare non potest esse scrupulus primũ apparuisse Magdalenæ, id est inter omnes mulieres primũ ab ea visum fuisse. Quod autẽ Marc. solam nominet Magdalenam, nec iam nec ad sepulchrum venientem, neque reuertentẽ, neque Christum videntem nominauerit, & conflet ex aliis Euãgelistis, & aliis cum ea ad sepulchrũ venisse, & reuertentes vidisse Christum. Et cur solam nominauerit Marcus, paulo ante rationem exposuimus quod enim ea primũ loqui cœperit, & fortasse omnes, quæ simul ibant, prima Christum viderit Magdalena. Quod autẽ Ioannes scribit, etsi difficile videtur, haud multo difficili* explicare possimus. Primum, quod dicit Magdalenam ad sepulchrum stantem, atque ploratem conuersam vidisse Christum, sic intelligi potest, & conuersam dicat, non respicientem, sed redeuntem. Nam etsi contrarium videri potest, quod hortolanum Christum esse putauerit, quod non putasset, nisi in horto, vbi sepulchrum erat, vidisset, id ipsum intelligi potest, vt dicamus Christum reuertentibus quidẽ ti mulieribus, sed nondũ hortũ egressis, aut egressis quidẽ, sed quæsi ad hortũ eũdem Christum apparuisse, aut ea apparuisse forma, vt facile hortolanus esse credi posset: ideo hortolanum existimasse. Quod autem Christum illam interrogasse dicit, *quid ploras?* credendum est, etiam, cum reuerterentur, omnes, maximeque Magdalenam plorasse, quas vt Greg. Nyssenus ait, & ex hoc ipso Ioannis loco perspicuũ est, Magdalena erãt affirmantibus angelis resurrexisse Christum, non satis credidit. Nã postquã id Angelus affirmant, adhuc plorat, quasi nõ resurrexisse, sed furto sublatum fuisse crederet: adhuc dicit *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi*; adhuc dicit Apostolus *Tulerunt Dominum de monumento & nescimus, vbi posuerunt eum.* Ioan. 20. 2. eũ enim hæc dicit, iam angelum vidisse ver. 5. eo ipso probatur. Quod autem solam Ioan. nominauit Magdalenã, minus erãt mirũ est, quã quod ea Marcus solam nominauerit, cum Marcus non eam solam, sed cum ea alias mulieres admonumentum venisse dixisset. Ioannes autem solam venisse debuit. Non auderem dissentientibus tot interpretibus hanc sequi sententiam, nisi præterea haberẽ auctorem D. Athanasium in oratione de Christi incarnatione.

Ave. שלום לכן Pax vobis, fit enim Hebraï salutare solent, quamuis Græci interpretes vertant *χαίρετε ἄυτες*. Vtuntur autem Hebræi ea salutationis forma, cum alias, tum maxime, cum eos, quos salutant, non timere, sed bono animo esse iubent, vt Genes. 43. 23. & Iudic. 6. 23. & 19. 20. quod in hunc locũ apte conuenit: quia enim timoris plenas mulieres videbat, hac ratione salutat, Pax vobis, quasi dicat, bono estote animo, non aduersamur, sed amicus vobis venio, quemadmodum versũ sequenti illis dicit, *nolite timere.*

Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius.] Ioannes 20. 17. indicat Magdalenam pedes Christi non tetigisse: prohibitã enim à Christo dicit *e, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.* Si eadem, vt ego existimo, hæc fuit visio, de qua Matthæus, & illa de qua Ioannes scribit, non difficile potest ea, quæ inter Euangelistas videtur esse repugnantia conciliari. Ioannes enim non dicit Magdalenam pedes Christi non tetigisse, sed Christum dixisse, *noli me tangere.* Atqui forsasse, cũ hoc Christus diceret, iam tetigerat, vt nonnulli etiam interpretes existimant: forsasse Christo etiam prohibẽte tetigit, vere importuna, & pertinax est amor. Simile enim supra ea. 9. 30. diximus exemplum, cum Christus cæcos curasset, illisque præcepisset dicens *videte ne quis sciat illi*, inquit Euangelista, *exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.* Obedientiæ enim, & pietatis genus esse putauerunt Christo in hac re nõ obedire. At sola Ioann. Magdalenã prohibitam fuisse dicit, ne tangeret Christum. Quid si omnes prohibire sunt, sed Ioan. qa de sola Magdalena loquebatur, tetur solã ad sepulchrũ venisse dixerat, solam vidisse Christum, ea solam prohibitã tangere fuisse dicit? At ego vti Euãgelistæ, qui de abis loquuntur, nõ dicũt eas fuisse prohibitas, nec Magdalenam prohibitam dicunt quemadmodum er-

qui vt volunt, & quando voluit, resurrexit. Cæterũ si eum certa desunt argumenta, aliquia cõiecturis locus est, & in rebus incertis, q similimum vero est dum verum ipsum appareat, pro vero tenendum, sub auroram resurrexisse, credẽdum est. Cũ enim angeli ideo de cœlo descẽderint, vt eum surrexisse testarentur: probabile est statim, vt surrexit, descendisse, ne si interim milites, aut ipsi, qui occiserant, sacerdotes sepulchrum aperuissent, & corpus non inuenissent, furto sublatum putarent, idq; nõ iam data pecunia, sed gratis rati se vera dicere diuulgarent: angelos autem sub auroram venisse ex eo manifestum est, q ad eorũ aduentum mota sit terra. Terræ autẽ motus mulieribus ad sepulchrũ appropinquantibus, vt ait Marcus, oriente iam sole factus est. Tunc ergo Christus resurrexit, aut nõ multo certe ante resurrexerat. Sed hanc opinionẽ tantum probabilitatis habere volumus, quantum ea coniectura, qua à nobis probata est, habere indicabitur.

7. *Et cito euntes.*] Cito ire iubet, & vt quamprimũ, qui ob Christi mortem tristes erant, lætissimo resurrectionis nuncio recreentur, & vt nutans eorũ, antequam penitus cadat, fides sustineatur. Marcus c.16.7. angelum sic dixisse ait, *Ite, & dicite discipulis eius, & Petro*: Petro nominatim dici iubet, ne quia ter Christum negando peccauerat, exclusus esse ab eo beneficio videretur, vt Greg. ho. 21. in Euang. & Euthym docuerunt.

Quia surrexit.] Eum surrexisse: Sæpe eum Hebraismum explicauimus.

Et ecce præcedet vos in Galilæam.] Indicat angelus Christum iam in Galilæa discessisse, aut q ita putasset, aut q sciret eo animo Christum fuisse, cum resurrexit, vt iret in Galilæam, & se illic discipulis ostenderet: nisi malimus præsens tempus Hebræorum more pro futuro positum esse. quasi dicat, ecce præcedet vos in Galilæam, quantumcunque festinetis: sciebat enim Christum momento temporis huc illuc volitare. Ignorabat, vt videtur, angelus, quod paulo post futurum erat, Christũ se mulieribus in verbo redeuntibus ostensũ esse. Facit etiam hoc ad accendendum discipulorum studiũ, vt cum audierint Christum iam, vt in Galilæã præcedat, discessisse, magis eo festinarent, & sequi non pigeret, si præire pigebat. Mira humanæ infirmitas est, mira incõstantia: multo erat facilius Christum in Galilæam ire cũ eum, & quidem iam suscitatum, atq; gloriosum, quam in crucem infirmum, & ignominiæ plenum sequi. Atqui illud omnes polliciti erãt cap. 26. 35. ne hoc quidem præstiterunt. Nam cum hæc à mulieribus discipulis narrata essent, *visa sunt ante illos fluxt deliramentum verba illa* vt c. 24. 11. Luc. scribit. Duplex in hunc locum incidit quæstio. Altera, cur in Galilæa potius, quam in Iudæa Christus se Apostolis ostendere voluerit. Altera cur contra quam decreuerat, ac dixerat, in Iudæa se prius, quã in Galilæam iret, ostenderit. Priorem quæstionem plerique ad hunc modum explicant, ideo in Galilæa discipulis apparere voluisse, vt liberius eũ illis agere, eosq; docere posset: in Iudæa enim sacerdotum, & Pharisæorum metus impedire discipulos poterat, vt Chrysost. hom. 90. & Euthym. exponunt, idemq; in comment. in c. 24. Lu. indicat Amb. Alii propterea in Galilæa apparere voluisse, quod cum dimissis ibi Euangelium prædicasset, plures ibi discipulos haberet, quos veliet omnes eadem opera confirmare. Hieronymus & Beda aliam, sed allegoricam rationem reddunt, Galilæam iuxta nomẽ suũ omniũ vitiorum voluntabrũ significare, ideoq; oportuisse Christi præsentia illustrari, vt Isai. c. 9. 1. quod supra c. 4. 15. Matthæus ad Christi etiã prædicationem accommodauit, longe ante dixerat, *Terra Zabulõ, & terra Nephthali via maris trans Iordanem, & Galilæa gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.* At cur non statim eo cõtendit? quæ secunda quæstio erat. Quoniam vidit cunctantes adhuc, & dubitantes Apostolos, nec ituros fuisse in Galilæã, nisi prius se illis, vt eorum corroboraret fidẽ, Hierosolymæ demõstrasset, vt indicat Ambros. non ergo fefellit fidẽ suã, sed superauit, quia plus præstitit, quã pollicitus erat. Promiserat se in Galilæa discipulis appariturum, apparet etiam Hierosolymæ, vt Greg. Nyssen. scribit.

Ecce prædixi vobis.] Hæc verba eo pertinent: vt, cũ in Galilæa Christum discipuli viderint, credant non phantasma, non spiritum, sed ipsissimum esse Christum, cum experti fuerint angelum vera prædixisse, ideoque non potuisse, nisi diuinitus locutũ esse. Quare & Christum esse, quem videant, credere oportere, cum ab eodem angelo fore, vt eũ viderent, prædictum fuisset. Sic Samuel, vt Saulẽ persuadeat ea quę illi prędixerat, futura esse, quædam alia prædixit, quę eodem die Saul experturus erat, vt ea exteris fidem facerent. *Cum abierit*, inquit, *hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie, dicentque tibi inuentæ sunt asinæ, ad quas ire ea perquirendas.* 1. Reg. 10. 2. Eodem modo Christus Ioan. 13. 19. *& nunc*, inquit, *dico vobis, priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis.* Mar. 16. 7. paulo aliter dicit *sicut dixit vobis*: vt angelus non se, sed Christum hoc prædixisse diceret, alludens ad verba Christi, quę paulo ante mortem discipulis dixerat, *& postquam resurrexero præcedam vos in Galilæam* Matth. 26. 32. fortasse hoc loco pro *dixit, dicit* legẽdum est: facilis enim & Græce vnius litteræ mutatione. & Latini vnius detractione lapsus esse potuit, & si ita legatur nulla inter Matthæum, & Marcum discordia erit: sed facile corrigere non audeo.

8. *Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno.*] Quod cito exierint & Angelorum iussu, qui versus præcedenti illis dixerant, *cito euntes dicite discipulis eius*, & timore simul, gaudio que fecerunt. Vtrumque enim festinare homines cogit. Cur simul timuerint, simul gauisæ sint, facilius est, vt facta ex se quisque, si eo loco fuisset, coniectura diuidicet, quam vt nos verbis explicemus. Timebant, quia angelos viderant, & cœlestis diuinæque naturæ conspectum, quia ferre non potest, humana natura reformidat. Gaudebant, quia audierãt Christum resurrexisse. Mar. ait. 16. 8. *at illæ exeuntes fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor, & pauor, & nemini quicquam dixerunt: timebant enim.* Quod autẽ dicit, nemini quicquam præ timore dixisse mulieres, nõ ita intelligendũ est, quasi nemini prorsus, ne ipsis quidẽ Apostolis, quæ viderant, dixerint: nã ex Luca c. 24. 11. 22. manifestũ est, eas discipulis dixisse se in monumento vidisse angelos: sed significat Marcus eas in via adeo mutas fuisse, vt neq; iis, qui occurrebant, neque, ipsæ inter se aliq; aliis quidquam dicerent, sicut timore correpti homines facere solent.

Quo Christus Apostolis se in Galilæa ostendere voluerit.

9. *Et ecce Iesus occurrit illis.*] Non satis cũ his verbis cõuenire videntur, quæ Marc. & Ioann. scribunt. Marc. 16. 9. ait, *surgens autem Iesus mane prima sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia*, quasi Christus nec aliis tunc mulieribus apparuerit, nec Magdalenæ ipsi ad discipulos eunti, sed alias. Ioannes vero capite 20. 13. 14. 15. 16. 17. cum dixisset Magdalenam stetisse extra monumentũ plorantẽ, cumq; se in monumentũ inclinasset, vidisse angelos, qui eã interrogauerint, *Mulier, quid ploras?* dixerit, inquit, *eis, quia tulerũt Dominum meum, & nescio, vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantẽ, & non sciebat, quia Iesus est. Dixit ei Iesus, Mulier, quid ploras, quẽ quæritis? illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dixit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dixit*

dixit ei, Rabboni, quod dicitur Magister. dicit ei Iesus, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum. Quod autem ad Marcum minor eil difficultas, cum enim illi propositum esset, dicere Christum mulieribus apparuisse, prætermissis omnibus circũstantiis dixit eadem die surrexisse Christum, non de resurrectione, sed vt ita dicam, de surrectione loquens quasi prius sedisset, & Magdalenæ apparuisset. Surgere enim Hebraica phrasi dicitur, qui aliquid operis aggreditur, etiãsi vere non surgat, vt *Caput populus meus ducatis, & bibere, & surrexerunt in ludos* &c. inceperunt, & supra c. 2. 14. *multi Pseudoprophetæ surgent*, id est, existent, aut se demõstrare incipient & ver. 11. *surgent enim Pseudochristi.* Non enim Marcus docere voluit, qua hora Christus resurrexisset q. vt ver. 6. docuimus, incertũ omnino est, sed qua hora Christus mulieribus apparuisset. Quod autem solã nominat Magdalenã, aut ideo fecit, q̃ soli prius Magdalenæ apparuit, vt paulo infra disputatori sumus, aut q̃ cũ omnibus simul mulieribus apparuerit tamen cũ sola prius Magdalena locutus fuerit. Verba Ioannis plus habent difficultatis. Sũ gitur, qui existimant, bis se Christũ mulieribus demõstrasse. Primum soli Magdalenæ adhuc intra sepulchrum hærenti & retro respicienti, vt Ioannes dicere videtur. Deinde omnibus mulieribus, quæ ad sepulchrum venerant, vt discipulis nunciarent redeuntibus. Nã cum omnes in monumẽto essent, digressi, ut abirent, alias Magdalenam adhuc plorantem iuxta sepulchrũ reliquisse, cumq; respexisset retro, vidisse Christum, ab eo interrogatam, quid ploraret, aut quid quæreret, hortolanum rata respondisse, *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollã*, Christum respondisse nomine eam appellantem, *Maria*, & cætera, quę Ioannes narrat tunc accidisse, mox Magdalenã profectã, inde ea, quæ præibant, mulieres curriculo cõsequutã, cumq; vna cũ illis pergeret, Christum illis iterum simul eunti* apparuisse, vt hoc loco Matthæus scribit. Sic D. Aug. lib. 3. de consensu Euang. c. 24. & Suarez apud D. Thomam in comment. Alii duas quidem, sed aliter factas apparitiones fuisse putãt, prius enim Magdalenam solam ad monumentum venisse, atq; tunc illi, quem dmodum scribit Ioannes, visum fuisse Christum: deinde vna cum cæteris mulieribus ad monumentum rediisse, & cum inde rursus ad Apostolos reuerterentur, Christum illis in via, vt ait Matthæus, occurrisse, His Greg. Nyssenus auctor est. Veramq; opinionem, quia bonos habet auctores, non tam probare cogor, quam non refutare. Sed nescio, quomodo mihi in iedit animo, vt vix mihi persuadere possim, aut Magdalenã bis ad monumentum venisse, aut bis illi apparuisse Christum. Quid enim cogit nostra sentire, cum Matthæus perte significare videatur* & omnes simul mulieres ad sepulchrum venisse, & omnes simul rediisse, & omnibus redeuntibus occurrisse Christum? Nam q̃ Marc. ait visum fuisse primum Magdalenæ, facillime interpretari possumus, vt Magdalenam non cæteris mulieribus, sed Apostolis opponat: vt sensus sit, non quidem primã Magdalenæ, quam cæteris mulieribus, sed prius illi, quam Apostolis apparuisse. Nam vt ver. 16. dicturi sumus, merito à Catholicis creditur, quamuis scriptum non sit, Christum primum omnium matri sua apparuisse. Quare non potest esse scrupulus primũ apparuisse Magdalenæ, id est inter omnes mulieres primũ ab ea visum fuisse. Quod autẽ Marc. solam nominet Magdalenam, nec iam nec ad sepulchrum venientem, neque reuertentẽ, neque Christum videntem nominauerit, & conflet ex aliis Euãgelistis, & aliis cum ea ad sepulchrũ venisse, & reuertentes vidisse Christum. Et cur solam nominauerit Marcus, paulo ante rationem exposuimus quod enim ea primũ loqui cœperit, & fortasse omnes, quæ simul ibant, prima Christum viderit Magdalena. Quod autẽ Ioannes scribit, etsi difficile videtur, haud multo difficili* explicare possimus. Primum, quod dicit Magdalenam ad sepulchrum stantem, atque ploratem conuersam vidisse Christum, sic intelligi potest, & conuersam dicat, non respicientem, sed redeuntem. Nam etsi contrarium videri potest, quod hortolanum Christum esse putauerit, quod non putasset, nisi in horto, vbi sepulchrum erat, vidisset, id ipsum intelligi potest, vt dicamus Christum reuertentibus quidẽ ti mulieribus, sed nondũ hortũ egressis, aut egressis quidẽ, sed quæsi ad hortũ eũdem Christum apparuisse, aut ea apparuisse forma, vt facile hortolanus esse credi posset: ideo hortolanum existimasse. Quod autem Christum illam interrogasse dicit, *quid ploras?* credendum est, etiam, cum reuerterentur, omnes, maximeque Magdalenam plorasse, quas vt Greg. Nyssenus ait, & ex hoc ipso Ioannis loco perspicuũ est, Magdalena erãt affirmantibus angelis resurrexisse Christum, non satis credidit. Nã postquã id Angelus affirmant, adhuc plorat, quasi nõ resurrexisse, sed furto sublatum fuisse crederet: adhuc dicit *Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi*; adhuc dicit Apostolus *Tulerunt Dominum de monumento & nescimus, vbi posuerunt eum.* Ioan. 20. 2. eũ enim hæc dicit, iam angelum vidisse ver. 5. eo ipso probatur. Quod autem solam Ioan. nominauit Magdalenã, minus erãt mirũ est, quã quod ea Marcus solam nominauerit, cum Marcus non eam solam, sed cum ea alias mulieres admonumentum venisse dixisset. Ioannes autem solam venisse debuit. Non auderem dissentientibus tot interpretibus hanc sequi sententiam, nisi præterea haberẽ auctorem D. Athanasium in oratione de Christi incarnatione.

Ave. שלום לכן Pax vobis, fit enim Hebraï salutare solent, quamuis Græci interpretes vertant *χαίρετε ἄυτες*. Vtuntur autem Hebræi ea salutationis forma, cum alias, tum maxime, cum eos, quos salutant, non timere, sed bono animo esse iubent, vt Genes. 43. 23. & Iudic. 6. 23. & 19. 20. quod in hunc locũ apte conuenit: quia enim timoris plenas mulieres videbat, hac ratione salutat, Pax vobis, quasi dicat, bono estote animo, non aduersamur, sed amicus vobis venio, quemadmodum versũ sequenti illis dicit, *nolite timere.*

Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius.] Ioannes 20. 17. indicat Magdalenam pedes Christi non tetigisse: prohibitã enim à Christo dicit *e, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.* Si eadem, vt ego existimo, hæc fuit visio, de qua Matthæus, & illa de qua Ioannes scribit, non difficile potest ea, quæ inter Euangelistas videtur esse repugnantia conciliari. Ioannes enim non dicit Magdalenam pedes Christi non tetigisse, sed Christum dixisse, *noli me tangere.* Atqui forsasse, cũ hoc Christus diceret, iam tetigerat, vt nonnulli etiam interpretes existimant: forsasse Christo etiam prohibẽte tetigit, vere importuna, & pertinax est amor. Simile enim supra ea. 9. 30. diximus exemplum, cum Christus cæcos curasset, illisque præcepisset dicens *videte ne quis sciat illi*, inquit Euangelista, *exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.* Obedientiæ enim, & pietatis genus esse putauerunt Christo in hac re nõ obedire. At sola Ioann. Magdalenã prohibitam fuisse dicit, ne tangeret Christum. Quid si omnes prohibire sunt, sed Ioan. qa de sola Magdalena loquebatur, tetur solã ad sepulchrũ venisse dixerat, solam vidisse Christum, ea solam prohibitã tangere fuisse dicit? At ego vti Euãgelistæ, qui de abis loquuntur, nõ dicũt eas fuisse prohibitas, nec Magdalenam prohibitam dicunt quemadmodum er-

go id q̃ in Magdalena factũ fuisse cõstat: præterm. ferũt, tra ad ipsum, q̃ in aliis mulieribus eadẽ ratione factũ esse probabile est, q̃ retinere potuerũt. Quia non quod Christus fieri vetuisset, sed quid factum esset, nõ Christo volente, sed mulierum in Christum amore declarare voluerunt. Quod si, vt plerique putant, hæc ab illa, de qua Ioannes scribit, diuersa fuit vtro; nõ quidẽ eadẽ sed similis tamen oritur quæstio, cur illic Magdalenã Christus se tangere prohibuerit: hic eandem Magdalenam, & cæteras mulieres non prohibuerit. Quid ita? hoc prohibuit, sed id Euangelista prætermiserunt, Ioan. quia hanc vtrionem, ti diuersa fuit, nõ narrauit: cæteri, quia quamuis narrauerint: tamẽ vt modo diximus, nõ quid Christus vetuisset, sed quid mulieres fecissent declarare voluerunt. Itaque & omnes prohibet, & omnes tangere, licet neutrũ expressũ sit, tamẽ potuit vtrũque fuisse, siue aliquos tetigerim, siue omnes, siue aliquos prohibitæ fuerint, diuq; tamẽ adhuc quæ illorum essent manẽ, cur aut omnes aut aliquos tetigerint omnes cernere tãgere voluerũt: & cur Christus aut omnes aut solã cæteræ Magdalenã prohibuerit, aut voluerit ãtem prohibere. Ad priorem quæstionem natura ipsa respondet. Quis enim Christianus fuit ortũ ante se videns Christũ, non statim perfusus gaudio in eius amplexũ corruisset? Mulierbris autem mos deflere, & verecundiæ fuit nõ corpus amplexari, sed pedes, vt Theophyl. & Euthym. docuerũt. Erat porro inter Iudæos reuerentiæ, & adorationis genus, præsertim mulierum C erga viros, pedes tangere: sicut Exo. 4. 25. Sephora mariti pedes tetigit, quasi deprecabunda, & 4. Reg. 4. 27. mulier illa Sunamitis eum ad Elisæum venisset, eius pedes tetigit, orãs, vt veniret, & filium sui mortuum suscitaret. Quemadmodũ apud Græcos adorarũt genua tangebant.

Genua tangebant in precibus pedes ergo.

Vlmer. Iliad. 9.

ἡμεῖς δ' ἐπὶ γούνασι σὰ πεσόντες λισσόμεθα,

inquit Græcus ille Poeta: de qua consuetudine, & eius origine multa Plinius li. 11. c. 45. nescio quam vere philosophatur. Eiusdem more cum in Ecclesiis viguisse, vt qui Episcopos salutabãt, eorũ genua manu tangerent, ex nonnullis veterum Conciliorum decretis intelligimus. Sic ergo Magdalena reuerentiæ causa Luc. 7. 38. Christi pedes tenuit: sic omnes hoc loco mulieres pedes eius adorauerũt: D tenuerunt, q explicãs Euang. addidit ita tum, *& adorauerunt* eũ propterea ergo tetigerũt, vt adorarẽt. Altera tangẽdi causa esse potuit, vt experirẽtur, nũ verus esset Christus, an spiritus aliquis, qui falsa ipsius Christi specie deluderet, vt Theophyl. multos auctores existimasse dicit. Potuerũt id facere mulieres nõ sine exemplo: nam & Apostoli, vt ait Lu. c. 24. 37. cum primũ viderẽt Christum, putauerũt *se spiritum videre.* Cur ergo Christus, aut omnes, aut solam saltem prohibuit Magdalenam, ne se tangeret? Ab ipso Christo ratio eius rei additur est: *nondum enim*, inquit, *ascendi ad patrem meum*; sed ea ipsa ratio discipulorum quæstionem reddit. Quid enim tibi vult: *noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum?* quasi postquam ad patrẽ ascendisset, eũ tangere esset, quemadmodũ sæpe D. Aug. argumentatur. Atqui propterea tangere eum posse, ac debere videbatur: quia nondum ascenderat ad patrẽ: si enim ascendisset, nec deberet, nec posset tangere. Quidã non omnino se tangi Christum prohibuisse existimant, sed eo modo, quo Magdalena tangere videbatur, quasi hominem, qui eodem modo, quo ante mortem familiariter esset inter homines versaturus, & se se omnibus tangendũ præbiturus: cũ nõ ita cum illis sicut ante, versaturus esset, sed more spiritus, qui nec videtur, nec tãgitur, sed aliquãdo apparet, aliquãdo abit. Sic Iustin. martyr quæst. ad Orthod. 41. & Cyrill. li. 12. in Ioã. c. 60. vnde dicit eum in Ecclesia manssile discipulorum, vt spiritus sanctificatis mysteriis clamare solitum esset. Sãcta Sãctis: sicut Christus antequã ascenderet, & Spur. Sanctus Apostolos mitteret, non est passus se à mulieribus tangi. Ni ti Apostolis se tangendum præbuit. *Palpate*, inquit, *& videte*, si Thomam iussit in latus illum, & in locum clauorum digiti inferre, fecit necessario, vt eorũ incredulitati tactu mederetur, sicut ante mortem suam ægrotos tactu curare consueuerat. Ingeniosa interpretatio, sed quomodo hærebit ratio, *nondum enim ascendi ad patrem meum?* Alii propterea prohibitum Magdalenã tangere, quia indigna erat, vt Christi tangeret quę de eius resurrectione etiam testificante angelo dubitabat, & viuentem eum mortuis adhuc quærebat Chry. ho. de Ioan. Bap. Amb. ser. 38. & in Psa. 46. & lib. comment. in Luc. 10. Haer. quæst. 5. ad Hedibiam, & in epist. ad Paulam de obitu Blesillæ. Augu. epistol. 58. Alii mysterio factum putant: per Magdalenam enim gentium Ecclesiam significari, quæ non ante credidit, quod est Christum tangere, quam ad Patrem ascendisset, vt D. Aug. tract. in Ioã. 26. & 121. interpretatur. Mysterium aliquod esse vt concedamus, tamen solum esse mysterium, nec alia fabellæ causã, concedere non possumus. Aliam idem D. Aug. eidem duobus locis, & epist. 222. & lib. 4. de Trinit. c. 3. interpretationem affert, quam ipsius verbis hæc reddo. *Sic*, inquit, *in secretissimis creaturæ Iesu, hoc est, in se ipsa se spiritualiter tangi, quod q̃ & Patres vnum sunt. Eius quippe mens in ipsum quodammodo ascendo ad Patrem, qui ipse in eo proficit, vt patre agnoscat, aquatur: inter non vult tangitur, hoc est, non vult eum credi: nondum enim ascendo ad patrem meum: tunc me tangit, quando me credendo patri æquat imparem Deum.* Sequitur Eugenius Augustinum discipulus præceptorem lib. 2. ad Thrasyn. Ad eũdem fere modum Chrysost. hom. 5. de resurrectione interpretatur, *Noli*, inquit, *me tangere: non debes tangere sed credere.* Calumnus fine vlia coniectura eum Christũ hęc verba non dixisse, nisi postquã Magdalena nõ ioũ eius pedes tetigerat, sed nimis ea tetigerat, & correctuerat, quam Christi nõ tactũ, sed nimiũ & importunũ tactum prohibeat. At quid cũ primo tactu quod sequitur, *nondum enim ascendi ad patrem meum?* Nec tactus prætereo, quod Calumnus Magdalenæ pietatem, & religionem superbissimam appellat, & studium ergã Christum stultũ seruoré vocat: quod vel scribere hominẽ nimis, nisi iudicasset Ecclesię publice interesse: vt quemadmodum hęreses de sanctis viris, ac mulieribus loqui soleant, Catholici sciant, & ex ipsorum verbis de eorum doctrina & religione iudicent. Ad rem vt redeam, propterea nulla mihi ex superioribus placet interpretatio, quod cum nulla earum ratio, quam Christus reddit, conuenire possit, *nondum enim ascendi ad patrem meum.* Itaque quærenda alia expicatio est, cum qua hæc ratio recte conueniat. Ego quidem simplicior, nullum inest auctorem habens, & minus ingeniose interpretari soleo, voluisse Magdalenam ita Christum tangere, quasi eum amplius non visuram, & quam cuperet, ne ita tum abiret, aut ad Patrem ascenderet, & occasionem eum amplectendi, & adorandi habituram non esset: ac hunc eius sensum Christus exponit, *noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum*, quasi dicat, facis habebis temporis: vt me sæpe tangas, antequam ad Patrem ascendam, nunc noli metãgere, noli ad pedes meos hærere, sed cito abi ad fratres meos, & dic vt eant in Galilæam, vbi me videbunt. Huc interpretationi nihil aliud videtur obstare, quam q̃ Christus non dicat, nondũ ascendo, aut nondũ ascendo, sed *nõdum ascendi ad patrem meum.* In promptu responsio est, ita vulgo loqui solemus, nondũ dicere, cũ significare vo umus nos non rã eno dicturos, aut ea tam adhuc esse ręporis, vt cum amico, qui nos interpellare vult, colloqui possimus. Documus enim alias in locis ipse verba nõ naturalis, & propriu actũ, sed agendi voluntatẽ, & de-

Cur Christus mulieres, quam Apostolos prohibuerit tangere.

Ecclesiæ mysterium figurata.

Tres rationes Augustini.

Tertia ratio Chrysostomi.

Calumnia contra Magdalenam.

& decretorũ significare: *vade piscari*, inquit Petrus Ioan. 21. 3. id est, decrenite ad piscandũ: cum enim hoc diceret, nondum ibat. Respondeo ego aliis, *venimus, & ibimus*, id est, venire volumus, nõdum enim venerãt. Eodem modo à Christo dictum est, *nondum ascendi*: id est, nondum ascendere decreui ad Patrem meum. Si ergo Christus omnes mulieres se tangere prohibuit, hoc sensu prohibuit: si solam Magdalenam, ideo solam prohibuit, quia sola hoc modo, & hoc animo tangebat: ideo te à discipulis tangi non prohibeo, sed eos potius ad tangẽdum inuitat. *Palpate*, inquit, *& videte quia spiritus carnem & ossa non habet*, Luc. 24. 39. & *mitte in latus meum. & noli esse incredulus, sed fidelis*, Ioan. 20. 27. Cur prius Christus à mulieribus quam à viris, & quidem Apostolis visus fuerit, quæritur: et interpretes solet. Eius rei vna ităim ratio lectoris animo et iam non quærentis occurrit, priores Christum videre mulieres, quia priores qua fuerũt: digna fuit ea merce de tarum dil gentia. *Illa*, inquit, Cypr. in ser. de resurrectione *prima viderunt, & cognouerunt, quæ ardentius dilexerunt, quæ diutius quæsierunt*, & Hieron. *Quæsiu quærebant, quæ ita currebant, merebãtur eius um habere Dominum resurgentem, & promum audire. Anctr, vt maledictum Euæ malitiosi in mulieribus subuertentur.* At cur mulieres potius, quã viri priores quæ fuerũt? Mulierum studium & præsertim cum Apostolorum studio, & piętate cõparare nostrum non est, vtdicamus propteres mulieres non Apostolos Christum ad monumentum venientes quæ fuisse q̃ plus in eum studii, & pietatis haberẽt hoc Deo iudicium relinquamus: aliam nos rationem, quæ in manifesto est, afferre possumus propteres mulieres Christum quæ fuerunt, quia eius corpus vngere volebant. Vngere autem mortuos, sicut lauare, & mouere non tam virorum quam mulierum erat officii. Non ergo mulieres Christum, sed corpus Christi quærebant, propteres ab angelis reprehenduntur, *Quid quæritis viuentem cum mortuis?* Luc. 24. 5. Tamen quia hoc ipsum piumofficium fuit, remuneratione non caruit, vt primæ Christum viderent. Alii quoque potuit esse causa, cur Christus mulier. bpriusquã viris voluerit apparere. Perseuerant mulieres de grecie hæc illæc discipuli non solum viq ad Christi mortem, sed etiam vsq ad finem sepulturæ Luc. 23. 55. Itaq; mulieres resurrectionis eius testes esse possunt, quę de mortis & sepulturæ eius testes fuerant. Scilicet etiam Christus facilius mulieres, quam Apostolus viso se credituras esse, vt ell ingenium mulierum ad credendum magis propensum & facile, quam virorũ. Eusemus id quoque ex eius visu Christo debitasse legimus infra ver. 17. & Luc. 24. 38. 39. mulieres visq quidẽ, & audito angelo dubitasse ex Ioanne colligimus, nisi autem Christo dubitasse nullo ex Euangelistis colligimus. Voluit ergo Christus per mulieres de sua iam resurrectione certificare Apostolos ad credendum paulatim præparare. Alias Hilar. & Ambr. sed allegoricas rationes affert. Quæruntalii, cur non ipse Christus prius, quã angeli mulieribus apparuerit? In promptu ratio est, quia minime eũ Christũ esse credidissent, nisi prius ab angelo de eius resurrectione edocti fuissent.

Cur discipuli fratres à Christo appellati.

10. *Tunc ait illis Ie. nolite timere.*) Vero simile est mulieres ad pedes Christi quamus vna ex parte repentino perfusas gaudio, quod eum sure le viderent, alia tamen ex parte tremebundas accessisse, & num phantasma esset dubitantes, antequam proprius recognoscerent, & loquentem audirent, propteres dicit illis, *nolite timere.*

Ite renuntiate.) Idem eas facere, quod angel. iubet, vt angelorum visionem veram fuisse confirmet: ita Christo angeli, angelis Christus mutuam operam præstiterunt,

Fratres meos.) Quidam fratres à Christo eius cognatos vocatos putant, vt supra c. 12. 46. 47. melius omnes discipulos intelligentes, vt dixerat angelus v. 7. Cur eam, *dicite discipulis eius*, quemadmodum effectus etiam declarauit: mulieres enim non solæ Christi cognatæ, sed omnib. etiam Apostolis eius nunciandum refutre dixerunt infra v. 16. & Luc. 24. 10. & Ioan. 20. 18. vocat autem omnes discipulos fratres, q. sicut ipse, qui minus alio genere, qui ipse, Dei filii essent, quia eius faciebant voluntatem, iuxta dixerat c. 12. 49. 50. *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? & extendens manum in discipulos suos dixit, Ecce mater mea, & fratres mei: quicunq; enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & Christo applaudat.* soror, & mater est. Narrabo, inquit, *nomen tuum fratribus meis.* Psal. 21. 23. vt ad Hebr. 2. 12. exponit D. Paulus. Hoc loco peropportune Apostolos fratres appellatur, & vt se Christum esse intelligerent, qui eos iam, cum in media concione esset, digito demonstratos fratres suos esse dixerat, & vt blanda fratrum appellatione deiectos metu eorum animos alleuaret, & ad se videndum inuitaret.

Præcent in Galilæam.) Vide quæ var. c. dicta sunt; faciebat Christus Apostolos solo mulierũ testimonio in Galilæam ituros non esse, sed facia quod in se est, & quia expediebat, vt eo irent, tum ibi primũ viderent, ac nihil omnino aliter, multa ii enim dicebamus exempla, vbi Christus non id q̃ faciendũ, sed quod fieri oportere sciebat, fieri iubet.

11. *Quæ cum abissent.*) Vt Apostolos, quemadmodum Christus ad angeli iusserant, renuntiarent.

Ecce quidam de custodibus.) Indicat non omnes custodes venisse ad principes sacerdotum. Cur autẽ non omnes venerint, dubitare non debemus aut q̃ cæteri animo perterriti nihil aliud haberent curæ, quam vt fugerent, & quam male functi officii pœnas dare sibi deberẽt, aut quod aut nos fecerint quod nunciare sacerdotibus nõ crederent, sed in ipsos potius culpam, calumniãq; conuertere, quasi præuaricati essent, pecuniaq; Christi corpus data, pulis vendidissent, & mirabili signorum fidei veritate conarentur: aut quod qui ad sacerdotes venerant, omnium nominis enerint, vt portea latuerint. interpretatur, nisi ex verbi, 12. colligitur. non enim illi latuerunt, qui venerunt, sed illi etiam, qui non venerunt, vt metitiretur. pecunia dederit. Sunt, qui putent spe eliciendæ à sacerdotibus pecuniæ milites, illis, quæ viderant, renũtiasse, licet ea quã ti auaritiæ dimittere essent, tamen vsq adeo esse adductos Christum animi nos, & tantopere timere, ne resurgeret ille crederent, vt facile cuimarent fore, vt pecuniam tibi ad celandam eius resurrectionem daterẽt. Non facile hoc credo: nec enim se capitis periculo exposuissent spe tam incerta: venerunt ergo, vt nunc pecuniam eatur gerent, sed vt eorũ ti fus tationem redderent, ne forte ipsos ipsius Fraudem tanquam defertus officii eis agere mur.

Gl. i. leg. Rom.

12. *Et congregati cum seniorib.*) Scribo etiam intelligi ; his enim personarum generibus Iudæorum concilium constabat, vt c. pice secundo vidimus. quarto docuimus. Dereli ndafacerdotum contra cognitã veritatem mutata mẽtis : cum auaritiæ finis, mendacium tamen, & damnationem suam emunt. Sed non potest pecunia veritas vinci. Nam illos ipsos, qui ad mentiendum empti fuerant, militesq; credendum est & gloriosam Christi resurrectionem & sacerdotum, qui, vt eam obscurarent, pecuniam dederunt, factum inter familiares suos euulgasse.

14. *Et si hoc auditum fuerit à Præside.* Siue ꝟ apud Præsidem, aut coram Præside, id est, si fama ad Præsidem peruenerit, hoc enim significat, vt 1. ad Tim 6. 13. apud Pontũ Pilatũ, aut *sub Pontio Pilato*, vtnollet verba interpres, quasi legerit *sub Pontio Pilato* & hoc loco ꝓ legit ꝓ aliquando,

vt aliis locis notauimus, eũ persona agente in verbis patrijs copulatur: ideoq; vertit *a Præside*. Poterant milites merito a Præside timere, ne ab illo tãquam negligentes, aut præsumptores puniretur. Contra hoc periculum suam illis fatendo vitissimum mentiendi operam pollicentur: futurum, vt ipsorum mendacium suo etiam superaddito mendacio Præsidi persuadeant, atq; confirment: Præsidem sibi milites defendentibus, qui eos maxime accusare debeant videbantur, facile creditum. Emitatur, inquit Hilarius, *a custodibus, qui omnia haec viderant argento, resurrectionis silentium, & mendacium furti.* Mirum autem mendacium subtiliter & eleganter his verbibus Sedulius coarguit,

Fare age vbi ceciderunt, inquis, custodes ad tumbam?
Respondeo scelerata cohors si Christus, vt audes
Dicere, conclusa fatum profundum ab ostia saxo
Septus latuit, quum iacet intus adhuc?
Cum ad exanimes felices angelus lumine vestes
Corpora ablatae velocius esse putant
Solutae tumbae, quam dicis, fuisse ligatum?
Cum mora sit furem contendere celerrima ergo
Cum dominus potuit magna fuisse leuis.
Mentica est vox vana tua, tamen ista figuram
Res habet egregiam, Iudaei confitet adeptum,
Quam nos deuote portamus pectore Christum.

Cap. 13. de Matrim.

Lib. 3 cap.

15. *Et diuulgatum est verbum istud apud Iudaeos vsque in hodiernum diem.*] Nempe Christum à discipulis furto fuisse sublatum, vt Chrysost. ho. 91. in Matt. Euthym. in comment. Seuerus, & Rabanus apud D. Thom. exponunt. Nelio qui aliter interpretetur inuenio, etsi nihil absurdi esse video, si hoc ad id, q Euangelista dixerat, referatur, hoc ipsum vel inter ipsos Iudaeos diuulgatum fuisse, nullites data à sacerdotib. pecunia corruptos dixisse, atq; diuulgasse discipulos se dormientib. furatos fuisse corpus: neq; huic interpretationi quidquam ad probabilitatem deesse præter bonum auctorem video. Cæterum eo per se probabilior, quod, vt hoc dicerer, quam, vt illud, quod omnes interpretes dixisse putant, plus causæ Euangelista videtur habuisse. Magis enim conueniebat historiæ, vt diceret sacerdotum fraudem ne apud ipsos quidem Iudæos latuisse, nequis existimaret se illis factum obiecisse crimen: quam vt diceret Iudæos credidisse Christum à discipulis furto sublatum, quod vt exponeret, historia minime postulabat.

16. *Vndecim autem discipuli.*] Iudas enim aut tam se fe laqueo præfocauerat, vt omnium fere auctorum fere opinio, aut certe sic omni salutis abiecta laqueum cogitabat, neque aliter fuerat, postquam Christum vendidisse, ad Apostolorum redire cõsortia. Oportebat, n. Dauidis impleri prophetiam, *fiat habitatio eius deserta, & episcopatum eius accipiat alter*, Psal. 68. 26. vt Petrus Act. 1. 20. interpretatur. Videat, si volet lector, quæ à nobis c. 27. 5. dicta sunt.

Abierunt in Galilæam.] Non statim, sed post octo, vt minimum, dies, vt D. Aug. lib. 3. de consens. Euang. c. 25. ex Euangelistarum historia probat. Multa enim Matt. præterea tum, quæ vt alii retulerunt Euangelistæ, per octo dies Apostolis adhuc Hierosolymæ cõuersantib. facta sunt. Quæ, vt, quo ordine acciderint, intelligamur, alienum non erit ab hoc loco quibus, & quo tempore Christus post resurrectionem apparuerit, obiter exponere. Primũ quidem matri suæ apparuit, non quod Euangelistæ fictum dicamus: sed quod fieri decuerit, credendum est. Nec eorum nobis placet diligentia, qui in hac opinione in animis fere omnium Catholicorum iam inhærente refutanda multum operæ consumunt. Secundo eorum die, quo resurrexit, apparuit Magdalenæ, aut soli, vt D. Augu. & plerisq; interpretes putãt, vt aut nos sumus interpretati, vna cum aliis mulieribus, quæ ad sepulchrũ simul venerant Ioã. 20. 12. Tertio, vt maior pars sentit auctorum, omnib. mulieribus, quæ ad monumentum venerant, simul redeuntib. apparuit, q eodem etiam die factũ est. Quarto, eodẽ quoque die Petro creditur apparuisse: aut soli, vt putat Leo 9. in li. contra Michaelem Cerul. c. 15. aut, vt vero simile est, etiam cæteris omnib. cum à sepulchro rediissem, vt colligitur ex Lu. 24. 34. *surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni*, & ex D. Paul. 1. Cor. 15. 3. 4. 5. *tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est secundum scripturas pro peccatis nostris, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia visus est Cephæ.* Quinto eodem rursus die visus etiã duobus illis discipulis eunti. Emaumtem Lu. 24. 13. 31. eodem die sub vesperum decem discipulis absente Thoma Hierosolymæ domi congregatis apparuit Ioann. 20. 19. vnde sequitur eodem vespere, & cum duobus illis discipulis Emaumti eorum se. vt Lucas scribit, & Hierolymæ decẽ discipulis apparuisse. More enim spiritus magna locorũ spatia eo mẽto tẽporis permeabat. Hæc sex apparitiones eodẽ die, quo Christus resurrexit, acciderunt. Septimo, octo post dies vndecim simul Apostolis præsente tam Thoma in eadem vrbe Hierosolymorũ apparuit, Ioan. 20. 26. etsi Hieronymus in monte illo Galilææ, de quo Matthæus loquitur, hanc apparitionẽ factam putat. minus, vt mihi videtur, probabiliter. Octauo septẽ discipulis, Petro, Thomæ, duobus filiis Zebedæi, Nathanaeli, & aliis duobus, quos Euangelista non nominant, piscantib. in mari Galilææ visus est Ioan. 21. 1. Quare, q ibidem Ioan. dicit v. 14. *hoc iam tertio manifestatum est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis*, non sic intelligẽdum est, quasi ter tantum prius visus fuisset, cum sepius iam apparuisse, vt probauimus, manifestum sit sed aut, vt D. Aug. interpretatur, li. 3. de consens. Euang. ca. 25. vt illud aduerbium *tertio* non ad numerum apparitionũ, quasi tertio tunc apparuerit, sed ad numerum dierũ, quibus apparuit, referatur. Hæc enim ratione ter 10. iũ apparuit. Primo enim die, quo resurrexerat, se ipsum apparuerat. Octo post dies bis terũ, nunc piscãtib. discipulis tertio apparuit. Aut, vt ergo intelligi posse puto, vt Ioannes non de quauis apparitione, sed de publica, & generali loquatur, qua Christus aut omnibus simul discipulis, aut plerisq; omnibus visus est. Nam etsi primum matri suæ, Magdalenæ, Petro, duobus discipulis eũtibus Emauntem apparuerat, tamen omnibus aut plerisq; simul discipulis non nisi bis ante apparuerat: primum eo die, quo resurrexerat absente Thoma: secundo octo diebus post Thomam iam præsente: tertio hoc loco, cum septem discipuli in mari Tiberiadis piscarẽtur. Nono apparuit omnib. simul discipulis in monte Galilææ, vt hoc loco Matthæus ait. Atq; hæc, vt Chrysost. existimat, vltima fuit ante ascensionem apparitio, cui Aug. decimam addit eã, qua discipulis in cœlum ascendẽs visus est. Ex D. Paul. 1. Cor. 15. 6. 7. aliæ duæ apparitiones colligi posse mihi videntur. Deinde, inquit, *visus est plus quã quingentis fratribus simul, ex quib. multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt.* Dandæ visus est Iacobo. Quibus si cum etiam addamus, qua D. Paulus post ascensionem in cœlum sibi *vltimo tanquam abortiuo* visum esse dicit, tredecim omnino Christi apparitiones reperiemus.

1. Cor. 15.

Christus primum & vltimo post resurrectionem apparuit.

In montem, vbi constituerat illis Dominus.] Nihil de monte Christum mulieribus dixisse tradunt Euãgelistæ, neq; constat an id mulieribus, an Apostolis dixerit: dixisse tamen aliquando ex hoc loco perspicuum est, ante mortem, cum illis dixit, postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam supra c. 26. 32. vt putat Euthy. aut post resurrectionem, cum Hierosolymæ discipulis apparuit, vt quidam existimant. Cur in monte discipulos hæc iusserit, non difficile suspicari possumus, volebat cum illis libere, & sine arbitris loqui, quod quoties

volebat facere, in monte eos seducebat, vt apparet supra ca. 14. 23. & 15. 29. & 17. 1. vt Euthy. admonuit. Quis ille fuerit mons, certum non est. Hoc tantum cõstat fuisse iuxta mare Tiberiadis, qui & lacus Genesareth, & mare Galilææ appellabatur ca. 14. 25. & 15. 29. Nam ex monte, vbi discipuli erant, ad mare illud quasi propinquum piscatum ibant, vt constat ex Ioan. c. 21. 2. Quapropter eorum opinio, qui putant eum fuisse montem, vnde postea Christus in cœlum euectus est, vera esse non potest: quia hæc, vt Matthæus scribit, in Galilæa erat, ille autẽ vnde in cœlum ascendit, mille, aut, vt alii volunt, bis mille passus ab vrbe Hierosolyma distabat, vt ex actis c. 1. 12. probatur. Alii eum mõtem fuisse existimant, in quo Christus transfiguratus fuerat, quem plerique Taborij appellant, qua de re diximus supra c. 17. 2.

17. *Et videntes eum adorauerunt.*] Id est, adhibita extrinseca adoratione crediderunt, eõsetsi q̃ sunt non solum Christum, sed verum etiam esse Deum, cuius de eius iã resurrectione dubitare non possent. Dubitationi enim adorationem opponit. cum statim addat, *quidã autem dubitauerunt.* Quibus in verbis quæri solet, quomodo discipuli post tot tamq; apertas visiones dubitauerint. Nonnulli nõ ex vndecim discipulis, sed ex aliorũ numero, qui discipuli etiã appellabantur, eos, qui dubitauerunt, fuisse putant: cum eum post resurrectionem nũquam vidissent: in qua sententia Theophy. est. Alii de ipsis Apostolis, qui Christum adorauerunt, dictum existimant: quidam autem dubitauerunt, nõ quod eodem loco ac tempore, & adorauerint, & dubitauerint, sed q̃ *illi ipsi*, qui nunc in monte adorauerunt, prius Hierosolyma dubitassent. Quam etiam interpretationem refert, & approbat Theoph. Sed dubium non est, quin Euangelista non solũ tempus à tempore, locũ à loco, sed personas etiam à personis distinguere voluerit: alios fuisse, qui crediderũt & adorauerunt, alios, qui dubitauerunt. Manifestũ enim est non omnes dubitasse. Non ergo eosdẽ & dubitasse, & adorasse intelligit. Alii interpretantur nonnullos ex Apostolis simul atq; in monte viderunt Christum adorabundos proiisse, alios cunctatos esse, ac subhitisse, nõ quidẽ de Christi resurrectione, & diuinitate dubitantes, sed an ille, quem videbant, quemq; alias post resurrectionem sæpe viderant, Christus esset. In hac sententia videntur esse Chrysost. ho. in Matt. 91. & Greg. Nyss. orat. 2. de resurrectione, & Iuuencus, & Euthy. in cõment. Alii, quod Matt. dicit, *quidam autem dubitauerunt* non ad hanc visionem, quæ in monte Galilææ accidit, sed ad eam, quæ Hierosolymæ acciderat, cum Thomas dubitauit, & cum alii discipuli spiritũ se videre putauerunt Luc. 24. 37. & Ioan. 20. 25. 27. referendum existimant, voluisse enim studẽtem breuitati Matthæum omnes visiones, quib. Christus discipulis apparuerat, vna cõplecti, & quidquid in illis notatu dignum acciderat, indicare. Acciderat autem, vt nonnulli discipuli, maximeq; Thomas dubitaret, ideo ergo dixit, *quidam autem dubitauerunt*, nõ quidem tunc in monte Galilææ, sed prius Hierosolymæ. Dicet aliquis Hierosolymæ non solum Thomam, & nonnullos alios, sed omnes omnino discipulos dubitasse, putasseq; spiritũ se videre Luc. 24. 37. Respondent qui hanc sequuntur interpretationẽ, valde, vt mihi videtur probabiliter Lucam communiter dixisse discipulos existimasse se spiritum videre, non quod omnes existimauerint, sed quod aliqui, sicut dixit supra Matth. ca. 27. 44. latrones in Christum eruciũxum iecisse conuicia, quia vnus latro iecerat. Hæc mihi placet sententia, vt Bedæ etiam, & Theophylacto placuisse video.

18. *Et accedens Iesus.*] Sunt qui putant, hęc non tũc, sed postea in vltima demonstratione, qua se Christus discipulis ostendit. cum vellet in cœlum ascẽdere, accidisse, quod valde mihi probabile vide-

tur. Multa enim c. 21. à v. 15. vsq; ad finem narrat Ioannes à cæteris Euangelistis prætermissa, quæ post montis Galilææ apparitionem, & antequã hæc fierent, quæ nunc Matthæus scribit, cõgerunt. Quod Petrum Christus ter interrogauerit, *Simon diligis me plus hut* quod illi passendarum omnium suarum curam dederit: quod qua morte moriturus esset, significauerit, quod Petrus de Ioanne dixerit *hic autem quid?* Christus responderit, *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere*: quod exierit *sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur*: quæ omnia in comment. in Ioannem Deo adiuuante explicaturi sumus.

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.] Quod antequam Apostolis potestatem Euangelij prædicandi tradat, datam tibi in cœlo, & in terra omnem potestatẽ dicit, eo spectat, vt doceat se nihil sibi temere arrogare, nihil illis dare, quod non habeat, & vt vulgo loquuntur, suæ illis quodammodo litteras patentes ostendit, quibus cõfer, qua eos auctoritate Apostolos creet, & tantam illis cõcedat potestatem. Illud durius videri potest, quod sibi datam omnem potestatem dicat, cum eam ipse per se habeat. Non præteribant hoc negligenter Ariani, sed contra Christ. diuinitatem inter alia scripturæ testimonia hoc etiam Catholicis obiiciebãt, quasi Deus esse non posset, cui potestas non innata, sed data esset, vt Athan. in orat. contra Arian. quod Deus ex Deo sit verbum, & Cyrillus lib. 2. in Ioan. c. 73. auctores sunt. Duobus modis veteres illi patres respondebant. Primum datam sibi omnẽ potestatem dixisse Christum, quia, cum homo factus est, eam cum natura humana accepisset, vt nobiscum communicaret. Italq; non tam sibi, quam nobis datam esse significare. Sic Athanas. Deinde accepisse quidem potestatem, quatenus homo erat, quam, quatenus erat Deus, naturaliter habebat. Sic Greg. Nyssen. & Cyrill. Alexand. Poterant sine vlla absurditate concedere etiam, quatenus Deus erat, potestatem omnem, sicut & naturam ipsam diuinam à Patre per æternam generationem accepisse, vt eidem auctores illud interpretari solent. *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.* Luc. 10. 22. Hæc omnia vere quidem dicuntur, sed non satis meo quidem iudicio ad huius rei explicationem accommodate. Loquitur enim hic nõ de qualibet potestate, sed de ea, quam Apostolis dabat, id est de potestate regni sui spiritualis acquirendi, colligendique quam ad rem Apostolos mittebat. Et ita loquitur, quasi eam potestatem ante resurrectionem non habuerit: vt alibi loco eidem Athanas. annotauit. Nam tanquam de re noua dicit, *data est mihi omnis potestas, euntes ergo docete, &c.* Nõ ergo de ea loquitur potestate, quam vt Deus, nec de ea, quam vt homo, sed de ea, quã vt redemptor hominum habebat, quãq; per mortem, & resurrectionem suam sibi comparauerat. Quia enim omnes homines suo sanguine redemerat, ius habebat eos in regnum suum congregandi, & veluti subditos suos efficiendi. Docet ergo loquitur potestate, de qua illi Psal. 2. 8. à Patre dictum est, *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, &* de qua Psa. 109. 1. *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, & de qua per Isaiam capite 49. 6. 8. 9. *Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc dicit Dominus in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui, & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt sustentares terram, & possideres hereditates dissipatas, vt diceres his, qui vinculis sunt, exite, & his, qui in tenebris versantur.* De ea loquitur potestate, de qua Daniel capit. 7. vers. 13. & 14. *Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierũ pervenit, & in conspectu eius obtulerunt eum*

Lutum pro diuinitate filij contra Arianos explicatur.

dedit

dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingua seruient ei: potestas eius potestas aeterna quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. De ea denique loquitur potestate, de qua apud Ioannem cap. 16. 33. *Confidite ego vici mundum.* Hanc sibi potestatem per mortem, & resurrectionem suam datam esse dicit, quia eam meruit, *propter quod*, inquit, *exaltauit illum, & dedit illi nomen, Phil. 2. 9. 10. quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum*, hoc est, *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*, qua potestate ad propagandos regni sui fines Apostolos mittit, vt rectissime mihi videtur libro 5. aduersus Eutychet. Vigilius interpretari. Quod autem dicit *in cœlo, & in terra* propterea dicit, vt vbique se quemadmodum significat D. Paulus, regnandi potestatem habere dicat, sed ex hoc eius regno quedã para, id est eo, quæ in cœlo erat, iã penitus acquisita, & pacata erat; altera, quæ in terris, spirituali bello acquirenda, quam ad rem Apostolos mittebat.

19. *Euntes.* Intelligit in vniuersam terram, sicut dixerat, *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*; ipse enim in cœlum, id est, in vnam partem regni sui quæ iam pacata erat, vt in solio suo ad dexteram patris sederet, ascendebat: Apostolos in alteram partem, id est, in omnem terram mittebat, vt ad se omnes homines reuocarent. Id Marcus capite 16. 15. apertius dixit, *Euntes*, inquit, *in mundum vniuersum.* Opponit autẽ vniuersa terrã Iudæorum terminis, quibus ante ca. 10. 5. Apostolorum legationem definierat, *In viã*, inquit, *gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.* Tunc enim quasi hæreditario iure Iudæorum rex esset, ad solos Iudæos Apostolos mittebat: nunc per mortem, & resurrectionem suam in omnes homines regnãdi acquisito iure in totum orbem terrarum mittit, declarans nunc per mortem suam disruptam fuisse maceriam, qua regnum suum intra Iudæorum fines septum continebatur, vt ait Diuus Paulus ad Ephes. 2. 14. ideoq; longius nunc esse regni sui limites proferendos: *a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum* Psalmo 71. 8. nec alios regni, id est Ecclesiæ suæ, quam orbis terræ fines futuros esse prius in Iudæa tantum notum fuisse Deum Psalmo 75. 2. nunc vbique cognoscendum *populis*, inquit, *quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obaudiuit mihi* Psalmo 17. 44. 45. *Quæsierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierunt me*, Isaiæ 65. 1. *& vocabo nõ plebem meã*, Osee 2. 25. ad Rom. 9. 25. Ergo quandoquidem à me missi estis, cui *data est omnis potestas in cœlo, & in terra*, & à me vobiscum communicata (hanc enim emphasim habet hoc loco particula *ergo*.) *Docete*, non humanam sapientiã, quia nihil est regno meo magis aduersum *stultitia enim est apud Deum* 1. Cor. 3. 19. sed diuinam, quæ apud homines stultitia est; docete crucem meam, *Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã: ipsis autem vocatis Iudæis, ac græcis Dei virtutem, & Dei sapientiam* 1. Corinth. 1. 23. Marcus c. 16. 16. quid docturi essent exposuit, *prædicate* inquit, *Euangelium omni creaturæ.* Hoc verbo non solum nunc Anabaptistæ, eo insanius hæreticorũ genus quo magis sibi sapere videtur, sed etiã nonnulli antiqui, bonique auctores abusi sunt, vt Tertul. in li. de baptismo, & Nicetas in comm. in orat. Greg. Nazanz. in sanctum baptisma, vt probarent baptismum infantibus, nisi mortis periculum immineret, dandum non esse, quod Christus eos, qui baptizandi sint, prius doceri iubeat, & infantes doceri non possint. Non animaduerterunt Christum hoc loco nõ vetare baptizari eos, q doceri nõ possunt, sed rãtum iubere omnes, qui prius docti fuerint, baptizari. Reliquos vero, qui nondum doctrinæ capaces sunt, fi saluos esse velimus, baptizari oportere non hic, sed alio loco docuit Ioan. 3. 5. *nisi* A *quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quapropter Caluinus & eius hæresis sectatores, qui eum Ioannis locum non de baptismi sacramẽto, sed de fidei regeneratione intelligendũ esse contẽdũt, nullo scripturæ testimonio satis efficaci probare possunt infantes baptizari oportere. Et quidem cum Caluini de pædobaptismo aduersus Anabaptistas librum lego, ridere soleo, videreque mihi videor hominẽ hæreticum, dum suis, non Ecclesiæ armis aduersus illos hæreticos pugnare vult, turpiter in pugna succũbentẽ. Et absurdius, & insolẽtius eodẽ verbo Caluinistarũ interpretes abutũtur, neq; Romanũ Pontificẽ, neq; vllum aliũ Ecclesiæ Catholicę Episcopũ Apostolorũ successorem dici posse, cũ Apostoli ad docendum missi sint, ipsi non doceant. Quid Caluinistarum Ministri? an Apostolorum successores sunt? at illi quidem docent, sed vt omnes faciunt hæretici, Apostolis cõtraria docent. Cęterum, vt de doctrinę genere nihil dicamus, q nostrum omnia antiquitate probatũ, ipsorũ omni antiquitate damnatũ est, de hoc solum disputemus loco. Obiiciũt illi nobis, q Episcopi nostri non docent. Obiiciamus illis, q illi quidẽ docẽt nos, sed ad docẽdũ missi nõ fuerint, quemadmodũ Apostoli missi sunt: *data est mihi*: inquit, *omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete.* Multo facilius nos probare possumus Episcopos nostros docere, quã illi se à Christo ad docendũ missos esse. Nã non solũ episcopi nostri, sed ipsi etiam imperiti facerdotes, quos illi Molossi B canes, canes mutos, & non valentes latrare vocare solẽt, etiãsi nullũ dicant verbum, melius tamẽ, quã illi docent, dum venientes Caluinistas, & cæteros hæreticos insolentem, nouamq; doctrinam afferentes digito demonstrant.

Baptizantes eos in nomine patris, & Filii, & Spiritus sancti.] Doctrinę baptismi coniungit sacramẽtum, non vt Caluin. delirat, tanquã acceptæ iam gratiæ sigillum, sed tanquam doctrinæ fideiq; signaculũ atque professionem. βαπτίζω Græcis aqua mergere, lauare, abluere, & vt Tertullianus solet vertere, tingere significat. Italę ipsa verbi proprietate sacramenti materia declaratur, aqua baptismũ confici debere, quemadmodũ Christus ipse apud Ioan. c. 3. 5. magis expressit, *nisi*, inquit, *quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto.* Cõstat etiam Apostolos nunquam aliter, quã aqua baptizasse: propterea enim inter Christi, & Ioan. discipulos emulatio nata est, quod Christi discipuli, sicut Ioan. faciebat, aqua baptizarẽt Ioan. 3. 26. Philip. etiã Eunuchum illũ Cãdacis reginæ ita proculdubio instituerat debere eos, qui in Christũ credidissent, aqua baptizari. Cũ enim ad aquã quandã peruenissent, *ecce*, inquit Eunuch. *aqua, quid prohibet me baptizari? Act. 8. 36. &c. a. 10. 46. 47. respondit Petrus, nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizetur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?* Id ex figura etiã per Apostolos declaratis manifestũ est. Scribit Paul. 1. Cor. 10. 2. Patres Vet. Test. in mari baptizatos esse. Scribit D. Petr. 1. ep. c. 3. 21. sicut in diluuio per aquam octo animæ liberatæ sunt: ita nunc similis formę baptismum multos homines liberare. Vnde colligitur, quemadmodũ mare, & diluuiũ aqua constabat, ita baptismum aqua perfici debere. Hinc Seleuci, & Hermiæ hæresis refutatur, qui, vt ii de hæresib. ad Quodvult Deũ c. 59. auctor est Aug. sine aqua baptizandũ putabant, quod vbiq; cum Ioan. baptismus cum baptismo Christi comparatur, ille aqua, hic Spiritu facto, & igne perfici dicatur, *Ego*, inquit, *baptizo vos in aqua in pœnitentiã, qui autẽ post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamẽta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Mat. 3. 11. Mar. 1. 8. Lu. 3. 16. Ioa. 1. 26. 33. Act. 11. 16. Audiui ego meis auribus Caluinianũ Ministrũ similia dicẽtem, nostramq; ridentẽ, vt ille vocat, simplicitatẽ, & igno-

Locus contra Caluinistas dimissione Delictorum, & Postorum explicatus.

aqua baptismi materia necessaria.

& ignorantiã̃m, q̃ crederemus baptismũ necessario debere aqua constare. Nõ enim, inquiebat magis aqua, quã igne cõstare debet, cum pluribus locis Christus igne quam aqua baptizaturus dicatur. Sic itti boni doctores scripturã interpretantur. Cũ ergo Christi baptismus baptismo Ioannis opponitur, & Ioannes aqua, Christus igne, & Spiritu facto baptizare dicitur, non est sensus Christũ aqua baptizaturum non esse, sed non sola aqua baptizaturum, vt Ioannes baptizabat, sed præter aquam quę extrinsecus adhibetur, Spiritũ sanctũ intrinsecus effuturum esse, qui immisso specie linguarũ igne significetur, vt die Pentecostes factũ est, quẽadmodũ Damasc. li. 4. de fide orthod. c. 10. interpretatur. Quare ex his locis tantum abest, vt colligatur baptismũ aqua constare non oportere, vt aker potius Caluinistarũ error inde manifestissime refutetur, q̃ inter Ioan. & Christi baptismũ nihil discriminis esse dicant, sed cõtra hũc errorẽ c. 3. 11. copiose disputauimus. Forma quoq; baptismi præscribitur his verbis. Nã licet ex hoc loco, si quis subtiliter & pertinaciter tergiuersari velit, satis aperte probari nõ possit hunc, qua vtimur, baptismi formã esse oportere, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: tamen Ecclesiæ traditione verborũ sensum interpretante probatur. Sic enim semper Ecclesiã baptizasse inde perspicuũ est quod quicũq; alia vsi sunt forma, ab Ecclesia damnati sunt. Ex comunicãtur can. Apost. 49. omnes Episcopi, & presbyteri, qui aliter, quã in nomine Patris & Filii & Spiritus C sancti baptizauerint. Iudicari sunt Marcionitę verũ non dare baptismũ, q̃ hæc forma non vtcrentur apud Ireñ. li. 1. c. 13. & apud Epiphan. hæres. 34. Proterea Paulianistarũ baptismus in Cõcilio Niceno can. 19. damnatus est, quia hæc verborũ forma non vtebantur, vt ex Cõcilio 6. Carth. can. 19. & ex Innocẽtio 1. epist. 22. c. 5. colligitur. Hæc ergo ratione omnes arguitę, quibus horũ verborũ sensus deludi potest, refellendæ sunt, vt si quis dicat sensũ non esse *baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, id est invocato, aut appellato nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, sed baptizãtes eos auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus sancti: quem. dmodũ multis locis baptismum in nomine Christi dorum legimus non quod, qui baptizabat, diceret, D Ego te baptizo in nomine Christi, sed quod Christi auctoritate baptizaret: vt alio loco dictum fuimus: præterea si quis dicat, non sequi ex hoc loco debere eum, qui baptizat, dicere, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: id enim Christus nõ dicit, sed satis esse, si aquam fundat, & dicat, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; denique si quis argumentetur posse hæc verba per diffinitionẽ intelligi, vt sensus sit, baptizantes eos in nomine Patris vel Filii vel Spiritus sancti, quam interpretationẽ videtur eustus probare posse: ipse enim in nomine soli* Christi dari ab Apostl. fuisse baptismũ, multi graues auctores sunt: illæ, inquã, omnes subtilitates vna Ecclesiæ traditio, optima sacrarum interarũ interpres omnino dissipat. Nec E eum disputamus, quomodo hæc verba intelligi possint, sed quomodo debeant. Debent autẽ eo intelligi sensu quo à Christo dicta sunt, non quę sibi quisq; animo finxerit. Hoc autem à Christo sensu dicta fuisse, vt Apostoli cũ baptizarent, dicerent, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, vsu & traditione cõstat Ecclesiæ, quæ his semper, aut idem significãtibus verbis baptizauit. Quomodo autẽ Apostoli aliquando in nomine Christi baptizasse dicantur Act. 2. 38. loco magis idoneo dissutabimus. Potest merito quæri, cur Christus voluerit hac forma dari baptismũ. Multæ rationes eius rei afferri possunt. Prima, vt declaret, vnde vim baptismus haberet, nimirũ ex Patre qui filiũ suum misit, vt pro hominibus moreretur: ex Filio, qui baptismum instituit, & suo quodãmodo sanguine A irrigauit, & ferrũem, vberem, efficacem effecit, ex Spiritu sancto, qui sicut aqua extrinsecus corpora, ita ipse intrinsecus animos sanctificando lauat. Secunda, ne, qui baptizabantur, humani tantum aliquid se recipere putarent, & non solũ homines dicẽdo, *Ego sum Pauli, ego Apollei.* Cor. 1. 12. sed Deum ipsum quodãmodo diuiderent dicentes, Ego sum patris. Ego sũ Filii, ego sum Spiritus sancti: sin vnius tantum personę nomine baptizarentur. Tertia rationẽ Fulgentius adducit in lib. de fide orthod. ad Donatũ vt homines eundẽ regenerationis suæ auctorem esse intelligerent, qui generationis auctor fuerat, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Sẽsus ergo verborum est, baptizãtes eos non vestro nomine, & sed nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, B id est declarãtes, atq; testãtes id quod fecimus nõ vestra, sed Dei Patris & Filii, & Spiritus sancti persona facere, ne vester, sed Dei baptismus esse credatur: sicut de baptismo Ioan. imo mens locis scribit Aug. propterea Ioannis baptismum vocatum fuisse, q̃ suo nomine atque persona, licet aut iussu, aut in nomine Dei, nõ aute Dei persona baptizaret. Italę hæc verba *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, non tantum ad verbum baptizantes, sed etiam ad eos, qui baptizant, referende sunt. Potro ex hoc loco recte veteres auctores Trinitatis mysterium probauerunt: hinc ab illis Sabellianis refixati, qui ex hoc etiam loco suum errorem confirmare conabantur, Patrem, & Filium & Spiritum sanctum vnam tantum esse personam, q̃ Christus nõ dixerit baptizantes eos in nominibus, sed in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Refellit eos D. Basil. epistol. 64. hinc potius colligi tres esse personas, vnius naturam, quia cum Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vt veres distinctæ personæ nominentur, vnum tamen illis diuinitatis nomen, vna auctoritas sit. Hinc alii aduersus Arianos Patris, Filii, & Spiritus sancti diuinitatem, & qualitatemque probauerunt: nec enim nos in nomine vllius creaturę baptizari. Sic Athanas. ser. 3. cõtra Arianos, & in ora. de æterna substãtia Filii, & Spiritus facti cõtra Sabellii gregales, & in ora. in hoc dictũ, *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo* Ln. 10. 22. & in disp. cõtra Ariũ in Cõcilio Nicen. habita, & in epist. ad Serapionẽ cõtra eos, qui dicebã. Spiritũ sanctũ esse creaturã, & in ꝓfessione regulę Catho. & Hilar. li. 2. de Trin. & Greg. Naz. in orat. habita corã 150. Episcopis, & orat. 5. de Theol. & Amb. li. 1. de S.S.c. 14. & Didym. li. 2. de S.S. & Theodoret. li. 5. hæreticarũ fabularũ c. de S.S. & Ful. in li. cõtra obiectiones Arianorũ & li. de fide orthod. ad Donatũ & li. de incarnat. & gratia Dñi nostri Iesu Christi c. 9. Marc. addit ad hæc verba c. 16. 16. 17. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur*: In *nomine meo dæmonia eiicient*, &c. vtrobi re baptismi effectum significans. Saluos enim nos facit non sola fides sed etiam baptismus, vt Diuus Petrus scribit, 1. epistol. 3. 21. Quod autem dicit *signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur*, nõ solum qui crediderint, intelligit, sed etiã, qui baptizati fuerint. Nam qui ere debent, ante quã baptizarentur, huiusmodi miracula facere nõ fidelibus, cuius rei in Act. Apo. c. 19. & illustrissimũ exemplum est. Nec ita intelligendũ quasi omnes qui baptizarentur, hæc miracula facturi essent: sed quia multi facturi erant & non solum sue, sed aliorum etiam nomine, & cõmodo facturi: & sus. & ipsorum fides corroboraretur, generaliter loquitur, *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur.* Nec semper ea signa sequutura esse intelligit, sed eum ad fidei cõfirmationẽ erit necessarium, q. d. eorũ, qui crediderint, fides miraculis cõfirmabitur. Sed finem illum Euãgelii Marc. cõment. explicabimus.

20. *Docentes eos seruare omnia, quæcunq; mãdaui vobis.*] Poli finẽ, & baptismũ præceptorũ obseruationem

Locus explicatus de baptismo contra Anabaptistas.

Baptismi forma & vsus.

Liber 5. de Donatista c. 9. 10. 11. & 12.

Cur Christus baptismum dari voluerit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

nem adiungit, indicans, neque fidem, neq; baptismum ad salutem satis esse, nisi Dei etiam præcepta seruemus, vt hoc loco Theophylactus obseruauit.

Et ecce ego vobiscum sum.] Mittebat ad docendum, quasi ad pugnam cum vniuerso terrarum orbe suscipiendam, Apostolos: verendum erat, ne tanti operis mole, & futurorum periculorum præuisione desponderent animos. Iubet eos forti animo esse, & contra omnia pericula confidenter obsistere, se illis affuturum esse, & quidem non sero, sed opportune. Hanc vim habent duæ illæ dictiones, *Ecce*, & *ego*. Nam *ecce* præsens, & opportunum significat tempus, quasi dicat, simulatque opus erit, vobis adero improuisus, & vt in prouerbio est, Deus è machina. Dictio autem *ego* significat eum, qui eos ex omnibus periculis liberare possit: quemadmodum si pugnanti militi dux dicat, bono, fortique animo esto, ecce ego tibi opem fero, vt Ioan. 16. 33. discipulis dicit, *confidite ego vici mundum*. Ego igitur vobiscum sum, qui mundum vici, contra quem vos pugnaturi estis: ego vobiscum sum, contra quem princeps huius mundi non habet quicquam Ioan. 14. 30. ego vobiscum sum, cui pater promisit fore, vt ponerem omnes inimicos meos scabellum pedū meorum Psal. 109. 2. Variat veterum auctorum de huius loci interpretatione sententiæ, quidā Christum non de humana, sed de diuina natura loqui putant, qua vbique præsens est, vt D. Aug. tract. 2. in Ioan. 60. & Fulgentius lib. 3. contra Thrasimundū, & libro de Incarnatione, & gratia Domini nostri Iesu Christi c. 9. At aliquid minus generale Apostolis Christum promittere manifestum est. Aliter enim cum illis, quam cum cæteris rebus quamque cum cæteris hominibus se futurum significat. Alii ergo de diuina prouidentia interpretati sunt, per quam Deus, hominibus magis quam rebus mutis, & inter homines iustis potius, quam iniustis adesse dicitur. Itaque significare Christum se, etiam si discedat, tamen cum illis futurum esse, quia Spiritum sanctum suo loco missurus erat, vt eos omnem veritatē doceret: vt eos dirigeret, ac gubernaret, quemadmodum Ioan. 14. 18. dixerat *non relinquam vos orphanos*. Ad hunc modum Cyrillus Alexandrinus lib. 7. de Trinitate, & Saluianus lib. 2. de vero iudicio, & prouidentia Dei, & Leo epist. 31. & 32. interpretatur. Quæ omnia vera quidem sunt; cæterum non tantum, quid verum sit, sed quid ad sensum huius loci maxime accommodatum, quæramus. Fatetur Christum, qua Deus est, vbique esse, sed aliam hic præsentiam suam Apostolis pollicetur: fatetur Christum misso Spiritu Sancto Ecclesiam vsque ad consummationem seculi gubernaturum, idque ex hoc loco colligi no nego, quemadmodum illi, quos modo nominauimus, auctores recte collegerunt: sed non quærimus, quid ex eo, quod Christus dixit, colligatur, sed quid dicere voluerit. Optime mihi Chrysost. hom. in Matthæum 31. D. Hieron. in epist. ad Damasium, Prosper libro 2. de vocatione gentium capite 2. Beda, & Euthym. hoc loco videtur exposuisse, vt Christus nō solum de diuina, sed de humana etiam præsentia loquatur: non quod, quatenus homo est, corpore cum Apostolis futurus esset præsens: sed quod fauorem, & auxilium suum præsentiam appellet, quod non solum, quatenus Deus, sed etiam, quatenus homo, Apostolis præsturus erat. Dicitur enim cum illis futurus esse, quia auxilio illis omnib⁹ in rebus futur⁹ erat: sicut Deus dicitur cū Ioseph fuisse, & cum eo in foueam descendisse, quia illi etiam in carcere opem tulit, *vendentem*, inquit, *ipsum non deseruit, sed a peccatoribus liberauit eum, descendit que cum eo in foueam*, & Actorum 18. primo, nono, Et *Patriarchæ æmulantes Ioseph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo*, & vt Psalmo trigesimo tertio, vigesimo, dicitur, *Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus*; & vt 2. epistol. ad Timoth. tertio, vndecimo, scribit Diuus Paulus Deum se ex omnibus persequentibus eripuisse, & vt Christus cum Stephano fuit, cum lapidaretur, quia eum in cœlo stantem, & quasi manū porrigētem, auxiliumque ferentem Stephanus vidit Act. 7. 56. & quemadmodum Deus Ieremiæ prophetæ officiū recusanti dicit, *Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te*, dicit Dominus Ieremiæ 1. 8. & vt Ezechieli dicit c. 3. 2. 9. *Ecce dedi faciem tuam velentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas a facie eorum*, id est, fortes quidem illi sunt, sed ego te fortiorem faciam, hoc est, *Ecce ego vobiscum sum vos, ad cōsummationem seculi*, missis enim ad pugnam auxilii promittit, & vt ait Prosper, *cum sicut oues introiturus in medium luporum, nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos vsque ad consummationem seculi in omni hoc opere non deseram quam: vt ad hoc, vt nihil patiamini, sed quod multo maius est, profuturus, vt nulla sæuientium crudelitate superemini. In mea enim potestate prædicabitis, & per me fiet, vt inter contradicentes, inter furentes Abrahæ filii de lapidibus suscitentur: ego insinuabo, quod docui: ego faciam, quod promisi.* Denique quemadmodum, cum ad prædicandum Iudæis Euangelium Apostolos mitteret, præsentiam illis & auxilium Spiritus sancti promisit capit. 10. 19. 20. *Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*: ita nunc ad docendas omnes gentes missis suam præsentiam, ac auxilium pollicetur.

Vsque ad consummationem seculi.] Indicat se non cum solis Apostolis, sed cum omnibus, qui in eorū locum successurierant, loqui, quos etiam Apostolos futuros esse significat. Nec enim vndecim illi, quibus eum loquebatur, vsque ad consummationem seculi victuri erant, vt Diuus Augustinus lib. 6. de Genesi ad litteram ca. 8. & Theophylactus in huius loci comment. annotauerunt. Melius, quā Hieronymus, qui his verbis significari putat Apostolos vsque ad consummationem seculi victuros esse, quia etiamsi corpore mortui sunt, semper animo viuunt. Cæterū non promittit Christus se illis in cœlo, vbi opus non est, sed in terra, in puluere, in arena, in certamine affuturum. Illud Diuus Hieronymos aduersus Heluidium, & Gregorius Nazianzenus oratione quarta, de Theologia recte monuerunt præpositionem illam *vsque* non excludere tempus, quod post consummationem seculi futurum est, quasi significet Christus post seculi consummationem ita cum illis futurum non esse. Quæ de re capite primo, vigesimo quinto, disputauimus. Atque hac ratione ineptæ quædam recentiorum Hebræorum argutiæ refelluntur. Non enim dicitur, nisi quod dubium esse poterat. Dubium non erat, quin post consummationē seculi Christus cum Apostolis suis in regno suo futurus esset; an autem in certamine cum illis futurus esset, de eo poterat dubitari, sicut Psalmo 109. 1. Pater dicit filio, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*: non enim significat, postquā eius inimici subiecti fuerint, ad cæteram Patris sessurum nō esse: quin tunc magis quodammodo sedebit, quia magis eius gloria manifestabitur. Quanquam si ea interpretatio, quā modo adhibuimus, vera est, nihil absurdi sequitur, si dicamus ea dictione *vsque* sequens tempus excludi. Nam eo modo, quo se Christus cum Apostolis vsque ad consummationē seculi futurum dicit: id est, pugnantes adiuuando, post seculi consummationē, quis non pugnabunt, sed regnabunt, cū illis nō erit. Erit autem alio modo, quia edet, & bibet super mensam eius in regno ipsius Luc. 22. 30.

Significatis particularib⁹ vsque, & de nec in sequentibus.

Sap. 10. 13.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT I.

INITIVM Euangelij Iesu Christi, Filij Dei. 2. Sicut scriptum est in Isaia Prophe- Mat. 3. a. 1. Malac. 3. a. 1.
ta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit viam tuā ante te. 3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. 4. Isa. 40. a. 3. Ioan. 1. c. 15.
Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorum. 5. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ vniuersi, & baptizabātur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. 6. Et erat Mat. 3. c. 1. Luc. 3. c. 16. Ioan. 1. d. 27.
Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas, & mel act. 1. a. 5. & 2. a. 4. & 11. c. 16 &
siluestre edebat. Et prædicabat dicens: 7. Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procūbens soluere 19. a. 4.
corrigiam calceamentorū eius. 8. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. 9. Et factū est: in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Ioanne in Iordane. 10. Et statim
ascendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritū tanquā columbam descendentē, & manentē in ipso. 11.
Et vox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te cōplacui. 12. Et statim Spiritus expulit eū in desertum. 13. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à Satana: erat q; Luc. 3. c. 22. Ioan. 1. d. 32. Matth. 4. a. 1.
cum bestiis, & angeli ministrabant illi. 14. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæā, Luc. 4. a. 2.
prædicans Euangelium regni Dei. 15. & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnū
Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. 16. Et præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simonem, & Andreā
fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores) 17. & dixit eis Iesus: Venite post me, & faciā Mat. 4. b. 18.
vos fieri piscatores hominum. 18. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum. 19. Et progressus inde pusil- Luc. 5. c. 14.
lum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui. 20. & statim Ioan. 4. f. 43.
vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eum. 21. Et ingrediuntur
Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in synagogam, docebat eos. 22. Et stupebant super doctrina Mat. 4. c. 18.
eius: erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribe. 23. Et erat in synagoga eorum ho- Luc. 5. a. 1.
mo in spiritu immūdo: & exclamauit. 24. dicens: Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene: venisti perdere nos? Mat. 4. b. 13.
scio qui sis, Sanctus Dei. 25. Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine. 26. Et discer- Luc. 4. c. 31.
pens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exiit ab eo. 27. Et mirati sunt omnes, ita vt con- Mat. 7. d. 28.
quirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate etiam spiritu- Luc. 4. c. 32.
bus immundis imperat, & obediunt ei. 28. Et processit rumor eius statim in omnē regionem Galilææ. 29. Mat. 8. b. 14.
Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobo, & Ioanne. 30. Luc. 4. f. 42.
Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa. 31. Et accedens eleuauit eam, Luc. 4. f. 42.
apprehensa manu eius: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. 32. Vesperē autem facto cum occidisset sol, afferebāt ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes. 33. & erat omnis ciuitas con-
gregata ad ianuam. 34. Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. 35. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertū Mat. 8. a. 2.
locum, ibiq; orabat. 36. & prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. 37. Et cum inuenissent eum, di- Luc. 11. c. 12.
xerunt ei. Quia omnes quærunt te. 38. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædi-
cem: ad hoc enim veni. 39. Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens.
40. Et venit ad eum leprosus deprecans eum: & genu flexo dixit ei: Si vis, potes me mundare. 41. Iesus autē
misertus eius, extendit manum suam, & tangens eum: ait illi: Volo: Mundare. 42. Et cum dixisset, statim
discessit ab eo lepra, & mundatus est. 43: Et comminatus est ei: statimque eiecit illum. 44. & dicens ei: Vide
nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Luc. 14. a. 3.
Moyses in testimonium illis. 45. At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iā non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conuenichant ad eum vndique.

IN CAPVT I.

MVlta sunt necessario à quatuor Euangelistis eandem scribētibus historiam cōmuniter dicta, & à nobis in cōmentariis in Matthæ. explicata: quæ si in singulis repetere vellemus, laborē nobis accumularemus non necessarium, lectori vero docto præsertim, & delicato fastidium pareremus

nem adiungit, indicans, neque fidem, neq; baptismum ad salutem satis esse, nisi Dei etiam præcepta seruemus, vt hoc loco Theophylactus obseruauit.

Et ecce ego vobiscum sum.] Mittebat ad docendum, quasi ad pugnam cum vniuerso terrarum orbe suscipiendam, Apostolos: verendum erat, ne tanti operis mole, & futurorum periculorum præuisione desponderent animos. Iubet eos forti animo esse, & contra omnia pericula confidenter obsistere, se illis affuturum esse, & quidem non sero, sed opportune. Hanc vim habent duæ illæ dictiones, *Ecce*, & *ego*. Nam *ecce* præsens, & opportunum significat tempus, quasi dicat, simulatque opus erit, vobis adero improuisus, & vt in prouerbio est, Deus è machina. Dictio autem *ego* significat eum, qui eos ex omnibus periculis liberare possit: quemadmodum si pugnanti militi dux dicat, bono, fortique animo esto, ecce ego tibi opem fero, vt Ioan. 16. 33. discipulis dicit, *confidite ego vici mundum*. Ego igitur vobiscum sum, qui mundum vici, contra quem vos pugnaturi estis: ego vobiscum sum, contra quem princeps huius mundi non habet quicquam Ioan. 14. 30. ego vobiscum sum, cui pater promisit fore, vt ponerem omnes inimicos meos scabellum pedū meorum Psal. 109. 2. Variat veterum auctorum de huius loci interpretatione sententiæ, quidā Christum non de humana, sed de diuina natura loqui putant, qua vbique præsens est, vt D. Aug. tract. 2. in Ioan. 60. & Fulgentius lib. 3. contra Thrasimundū, & libro de Incarnatione, & gratia Domini nostri Iesu Christi c. 9. At aliquid minus generale Apostolis Christum promittere manifestum est. Aliter enim cum illis, quam cum cæteris rebus quamque cum cæteris hominibus se futurum significat. Alii ergo de diuina prouidentia interpretati sunt, per quam Deus, hominibus magis quam rebus mutis, & inter homines iustis potius, quam iniustis adesse dicitur. Itaque significare Christum se, etiam si discedat, tamen cum illis futurum esse, quia Spiritum sanctum suo loco missurus erat, vt eos omnem veritatē doceret: vt eos dirigeret, ac gubernaret, quemadmodum Ioan. 14. 18. dixerat *non relinquam vos orphanos*. Ad hunc modum Cyrillus Alexandrinus lib. 7. de Trinitate, & Saluianus lib. 2. de vero iudicio, & prouidentia Dei, & Leo epist. 31. & 32. interpretatur. Quæ omnia vera quidem sunt; cæterum non tantum, quid verum sit, sed quid ad sensum huius loci maxime accommodatum, quæramus. Fatetur Christum, qua Deus est, vbique esse, sed aliam hic præsentiam suam Apostolis pollicetur: fatetur Christum misso Spiritu Sancto Ecclesiam vsque ad consummationem seculi gubernaturum, idque ex hoc loco colligi no nego, quemadmodum illi, quos modo nominauimus, auctores recte collegerunt: sed non quærimus, quid ex eo, quod Christus dixit, colligatur, sed quid dicere voluerit. Optime mihi Chrysost. hom. in Matthæum 31. D. Hieron. in epist. ad Damasium, Prosper libro 2. de vocatione gentium capite 2. Beda, & Euthym. hoc loco videtur exposuisse, vt Christus nō solum de diuina, sed de humana etiam præsentia loquatur: non quod, quatenus homo est, corpore cum Apostolis futurus esset præsens: sed quod fauorem, & auxilium suum præsentiam appellet, quod non solum, quatenus Deus, sed etiam, quatenus homo, Apostolis præsturus erat. Dicitur enim cum illis futurus esse, quia auxilio illis omnib⁹ in rebus futur⁹ erat: sicut Deus dicitur cū Ioseph fuisse, & cum eo in foueam descendisse, quia illi etiam in carcere opem tulit, *vendentem*, inquit, *ipsum non deseruit, sed a peccatoribus liberauit eum, descendit que cum eo in foueam*, & Actorum 18. primo, nono, Et *Patriarchæ æmulantes Ioseph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo*, & vt Psalmo trigesimo tertio, vigesimo, dicitur, *Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus*; & vt 2. epistol. ad Timoth. tertio, vndecimo, scribit Diuus Paulus Deum se ex omnibus persequentibus eripuisse, & vt Christus cum Stephano fuit, cum lapidaretur, quia eum in cœlo stantem, & quasi manū porrigētem, auxiliumque ferentem Stephanus vidit Act. 7. 56. & quemadmodum Deus Ieremiæ prophetæ officiū recusanti dicit, *Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te*, dicit Dominus Ieremiæ 1. 8. & vt Ezechieli dicit c. 3. 2. 9. *Ecce dedi faciem tuam velentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas a facie eorum*, id est, fortes quidem illi sunt, sed ego te fortiorem faciam, hoc est, *Ecce ego vobiscum sum vos, ad cōsummationem seculi*, missis enim ad pugnam auxilii promittit, & vt ait Prosper, *cum sicut oues introiturus in medium luporum, nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos vsque ad consummationem seculi in omni hoc opere non deseram quam: vt ad hoc, vt nihil patiamini, sed quod multo maius est, profuturus, vt nulla sæuientium crudelitate superemini. In mea enim potestate prædicabitis, & per me fiet, vt inter contradicentes, inter furentes Abrahæ filii de lapidibus suscitentur: ego insinuabo, quod docui: ego faciam, quod promisi.* Denique quemadmodum, cum ad prædicandum Iudæis Euangelium Apostolos mitteret, præsentiam illis & auxilium Spiritus sancti promisit capit. 10. 19. 20. *Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*: ita nunc ad docendas omnes gentes missis suam præsentiam, ac auxilium pollicetur.

Vsque ad consummationem seculi.] Indicat se non cum solis Apostolis, sed cum omnibus, qui in eorū locum successurierant, loqui, quos etiam Apostolos futuros esse significat. Nec enim vndecim illi, quibus eum loquebatur, vsque ad consummationem seculi victuri erant, vt Diuus Augustinus lib. 6. de Genesi ad litteram ca. 8. & Theophylactus in huius loci comment. annotauerunt. Melius, quā Hieronymus, qui his verbis significari putat Apostolos vsque ad consummationem seculi victuros esse, quia etiamsi corpore mortui sunt, semper animo viuunt. Cæterū non promittit Christus se illis in cœlo, vbi opus non est, sed in terra, in puluere, in arena, in certamine affuturum. Illud Diuus Hieronymos aduersus Heluidium, & Gregorius Nazianzenus oratione quarta, de Theologia recte monuerunt præpositionem illam *vsque* non excludere tempus, quod post consummationem seculi futurum est, quasi significet Christus post seculi consummationem ita cum illis futurum non esse. Quæ de re capite primo, vigesimo quinto, disputauimus. Atque hac ratione ineptæ quædam recentiorum Hebræorum argutiæ refelluntur. Non enim dicitur, nisi quod dubium esse poterat. Dubium non erat, quin post consummationē seculi Christus cum Apostolis suis in regno suo futurus esset; an autem in certamine cum illis futurus esset, de eo poterat dubitari, sicut Psalmo 109. 1. Pater dicit filio, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*: non enim significat, postquā eius inimici subiecti fuerint, ad cæteram Patris sessurum nō esse: quin tunc magis quodammodo sedebit, quia magis eius gloria manifestabitur. Quanquam si ea interpretatio, quā modo adhibuimus, vera est, nihil absurdi sequitur, si dicamus ea dictione *vsque* sequens tempus excludi. Nam eo modo, quo se Christus cum Apostolis vsque ad consummationē seculi futurum dicit: id est, pugnantes adiuuando, post seculi consummationē, quis non pugnabunt, sed regnabunt, cū illis nō erit. Erit autem alio modo, quia edet, & bibet super mensam eius in regno ipsius Luc. 22. 30.

Significatis particularib⁹ vsque, & de nec in sequentibus.

Sap. 10. 13.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT I.

INITIVM Euangelij Iesu Christi, Filij Dei. 2. Sicut scriptum est in Isaia Prophe- Mat. 3. a. 1. Malac. 3. a. 1.
ta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit viam tuā ante te. 3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. 4. Isa. 40. a. 3. Ioan. 1. c. 15.
Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorum. 5. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ vniuersi, & baptizabātur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. 6. Et erat Mat. 3. c. 1. Luc. 3. c. 16. Ioan. 1. d. 27.
Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, & locustas, & mel act. 1. a. 5. & 2. a. 4. & 11. c. 16 &
siluestre edebat. Et prædicabat dicens: 7. Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procūbens soluere 19. a. 4.
corrigiam calceamentorū eius. 8. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. 9. Et factū est: in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Ioanne in Iordane. 10. Et statim
ascendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritū tanquā columbam descendentē, & manentē in ipso. 11.
Et vox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te cōplacui. 12. Et statim Spiritus expulit eū in desertum. 13. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à Satana: erat q; Luc. 3. c. 22. Ioan. 1. d. 32. Matth. 4. a. 1.
cum bestiis, & angeli ministrabant illi. 14. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæā, Luc. 4. a. 2.
prædicans Euangelium regni Dei. 15. & dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnū
Dei: pœnitemini, & credite Euangelio. 16. Et præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simonem, & Andreā
fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores) 17. & dixit eis Iesus: Venite post me, & faciā Mat. 4. b. 18.
vos fieri piscatores hominum. 18. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum. 19. Et progressus inde pusil- Luc. 5. c. 14.
lum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui. 20. & statim Ioan. 4. f. 43.
vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eum. 21. Et ingrediuntur
Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in synagogam, docebat eos. 22. Et stupebant super doctrina Mat. 4. c. 18.
eius: erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribe. 23. Et erat in synagoga eorum ho- Luc. 5. a. 1.
mo in spiritu immūdo: & exclamauit. 24. dicens: Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene: venisti perdere nos? Mat. 4. b. 13.
scio qui sis, Sanctus Dei. 25. Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine. 26. Et discer- Luc. 4. c. 31.
pens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exiit ab eo. 27. Et mirati sunt omnes, ita vt con- Mat. 7. d. 28.
quirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate etiam spiritu- Luc. 4. c. 32.
bus immundis imperat, & obediunt ei. 28. Et processit rumor eius statim in omnē regionem Galilææ. 29. Mat. 8. b. 14.
Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobo, & Ioanne. 30. Luc. 4. f. 42.
Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa. 31. Et accedens eleuauit eam, Luc. 4. f. 42.
apprehensa manu eius: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. 32. Vesperē autem facto cum occidisset sol, afferebāt ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes. 33. & erat omnis ciuitas con-
gregata ad ianuam. 34. Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. 35. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertū Mat. 8. a. 2.
locum, ibiq; orabat. 36. & prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. 37. Et cum inuenissent eum, di- Luc. 11. c. 12.
xerunt ei. Quia omnes quærunt te. 38. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædi-
cem: ad hoc enim veni. 39. Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens.
40. Et venit ad eum leprosus deprecans eum: & genu flexo dixit ei: Si vis, potes me mundare. 41. Iesus autē
misertus eius, extendit manum suam, & tangens eum: ait illi: Volo: Mundare. 42. Et cum dixisset, statim
discessit ab eo lepra, & mundatus est. 43: Et comminatus est ei: statimque eiecit illum. 44. & dicens ei: Vide
nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Luc. 14. a. 3.
Moyses in testimonium illis. 45. At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iā non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conuenichant ad eum vndique.

IN CAPVT I.

MVlta sunt necessario à quatuor Euangelistis eandem scribētibus historiam cōmuniter dicta, & à nobis in cōmentariis in Matthæ. explicata: quæ si in singulis repetere vellemus, laborē nobis accumularemus non necessarium, lectori vero docto præsertim, & delicato fastidium pareremus

intollerabile. Quod si vt fieri à nonnullis solet, quoties commune aliquid, & iam à me expositum occurreret, eo vbi exposuissem, lectorem mitterem, minus mihi laboris, minus illi fastidii esset : non esset tamen nihil. Vtrumque fere deuitabimus, si mecum ille conueniat, vt quoties in posteriore aliquo Euangelista aliquem prioris locum idem dicentis ad marginem notatum viderit, eo se spõte sua conferat, etiam à me non missus, si copiosiorem forsasse desiderabit explicationem. Id in Marco potissimum accidet, qui Matthæi Euangelium iisdem plerumque sententiis, iisdem fæpe verbis, paucis additis, paucis detractis in compendium videtur redegisse ; nemo mirari debeat, si multo in Marco, quam in exteris breuiores erimus. Debet prudens lector in lucro verborum breuitatem ponere, modo nihil ibi pereat de lucro sententiæ. Nos quidem certe in maximo ponimus, ne tempus rebus impendendum necessarijs in non necessarijs consumamus, prope finem vitæ, longe finem operis intuentes.

De Marco Euangelista quis cuiusq; fuerit.

Euangelium secundum Marcum.] Quæ sit horum verborum vis, & cuius sint auctoris, ipsiusne Euangelistæ, an alterius cuiuspiam, qui suum cuique Euangelistæ titulum adiecerit, in Matthæi titulo disputauimus. De Marco, quia minus, quam cæteri Euangelistæ, notus fuit, nonnihil dicendum. Et quidem quæ ad Euangelii scriptionem pertinebant, in communi ad quatuor Euangelistas præfatione ante Matthæum posita à nobis dicta sunt. De homine nunc agimus, quis, cuiusque fuerit, & quid egerit, in vita memorabile. Filium fuisse Mariæ ciuis Ierosolymitanæ eius ad cuius domum Petrum vinculis ab Angelo solutum Lucas Actorum duodecimo, duodecimo, de nocte venisse tradit. Græcus Scholiastes Actorum 12. 12. & Dorotheus in Synopsi, & Theophylactus, & Euthymius in cõmentariis huius loci auctores sunt : & opinionem ipsa nominis similitudo nullo etiam auctore probabilem facit. *Cunsiderans*, inquit Lucas, *venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati, & orantes.* Quod etiam matrem ex filio describit, indicat eum & Christiani, & matrem nobiliorem fuisse, qualem Marcum cũ sanctitatis opinione, tum Euangelii prædicatione, scriptioneque fuisse constat. Dissentit tamen, vt videtur Euseb. libro historiæ Eccles. 7. capite 20. Ioannem huic cognomento Marcum alium, quam Euangelistam fuisse significans. Cui sententiæ illud fauet, quod Paulus Actorum 15. 37. aliquid in eo fuisse indicet culpæ, quam ob rem in consortium admittendus non esset : quod de Euangelista sine certis eredere coniecturis haud scio, an satis propensi ad pietatem sit ingenii. Ac mirum profecto est, si poprium illi Ioannes nomen erat, à nemine auctore vetere Ioannem appellatum. Cum ergo scriptura priorem illum quasi proprio, & vsitato nomine Ioannem, posteriorem hunc & eadem scriptura, cum de eo certe loquitur, & omnes auctores antiqui Marcum appellent, diuersos fuisse credendum est. Hæc mihi magis placet opinio, & auctorem grauiorem Eusebium, & probabiliores coniecturas habens. Nã nominum quidem simili-tudo illa, quam alii auctores secuti in contrariam sententiam abierunt, nihilo maior, quam dissimilitudo est. Etenim, vt ambo Marci similes : ita Ioannis nomine dissimiles sunt. Et potuit Marcus ille alter, cui Ioanni nomen erat, alia ratione nobilis esse, vt ex eo mater cognosceretur : sicut Alexander ille, & Rufus Simonis Cyrenensis filii, ex quibus Marcus capit. 15. 21. describit patrem. Constantior, veroque similior omnium fere auctorum sententia est, hunc eum fuisse Marcum, de quo Petrus 1. epist. ca. 5. 13. scribit filiũ eũ suũ vocans : aut quod eum paterno, singulari q; amore prosequeretur : aut quod eum in Christo genuisset. Discipulum enim fuisse Petri Iren. lib. 3. c. 1. Euseb. li. 2. hist. Eccles. c. 14. Epiph. hæresi 51. Chrysostomus hom. 59. in Matthæum, & Hieronym. in vita Marci tradunt atque comitem in Euangelii prædicatione fuisse eius omnes affirmant. Ab eo etiam baptizatum fuisse in sermone de Marco Euangelista apud Petrum Damianum lego. Meretur aliquam fidem nõ malus auctor, & id confirmat, quod Petrus filium appellet suum, vt solemus, quos baptizamus, appellare, quemadmodum & baptismus ipse ad Tit. 3. 5. regeneratio vocatur. Cæterum non cõuenit, quod Orig. in libro de recta in Deum fide, & Epiphan. hæresi 51. & Doroth. in Synopsi scribunt, eum vnum ex septuaginta duobus fuisse discipulis. Addit Epiph. vnum ex illis fuisse, qui audito sermone de edenda carne, bibendoque sanguine Christi ab eo offensi discessissent, à Petro vero ad Christum reuocatum. Verum ex iis Auctoribus, qui Petrum de Marco hoc Euangelista loqui putant, ii, qui eum Mariæ Ierosolymitanæ filium fuisse dicunt, eundem esse : de quo Luc. Actorum 12. 12. 25. & 15. 37. 39. & Paulus ad Colos. 4. 10. & 2. ad Timoth. 4. 11. Loquitur, arbitrantur : consobrinũque fuisse Barnabæ. Nam Ioannes ille, cui Marcus cognomen fuit, Barnabæ consobrinus erat, vt ad Colos. 4. 10. scribit Paulus : alii negãt, aut certe non affirmant. Auctor Comment. in Marcum, qui Hieronymo tribuuntur, Leuitici fuisse generis tradit. Vellem testimonio, aut argumento aliquo probasset : nunc autem ex sola eius auctoritate fides pendet : quæ eo minor est, quod ignotus est auctor &, vt apparet, non vetustissimus. A Petro in AEgyptum prædicandi Euangelii causa missum fuisse, & Alexandrinum constitutum Episcopum nemo non dicit auctorum : Eius vero honoris declinandi causa pollicem sibi præcidisse apud multos vulgo circumfertur auctores : sed grauem ego, & antiquum eius historiæ auctorem quærens nullum inuenio. Et non est, quod Origenis, & alijs quibusdam se ipsos religionis etiam causa minuentibus vitio detur, Euangelistæ fine certis testibus tribuendum. Nam quod Lyranus respondet id eum diuino tactum spiritu fecisse, quod de Samsone, & Razia credit Augustinus, in Marco credibile non est. Cũ enim ab ipso Spiritu sancto ad Episcopatum vocaretur, quomodo potuit ab eodẽ spiritu, vt Episcopatum fugeret, ad inferendas sibi manus impellit Alexandriæ ita Christianorum formasse mores, vt eos indicans Philo de Therapeutis, id est, supplicibus, aut contemplatoribus Ebrum scripserit, vt mirabiliter genus illud laudaret vitæ Euseb. libr. 2. hist. Eccles. c. 15. & 16. & Hieronymus in vita Marci, Doroth. in Synopsi, & Theophylact. auctores sunt. Octauo Neronis anno Alexandriæ mortuũ scribit Hieronymus. Dorotheus vero sub imperio Traiani Aprili mense rudente collo iniecta à loco, cui Boculus nomen est, vsque ad locum, qui angelorum dicitur, tractum, igne crematũ, & in Boculo sepultum. Quo tota Ecclesiastica refellitur historia, quæ pro comperto tradit, nullum præter Ioannem Apostolum, aut Euangelistam Traiani imperium attigisse.

Marcum Alexandrinum Episcopum.

Fabula de sibi pollicem scindente refellitur.

Quo tempore Marcus mortuus.

1. Initium Euangelii.] Euangelii nomẽ, quot modis dicere tur, in cõmuni ad quatuor Euangelistas præfatione diximus. Hoc loco quidam Euangelicam historiam interpretantur, eiusque exordium *ἀρχὴν initium* à Marco vocari putant, quasi dicat, Exordium Euangelii, id est, historiæ Euangelicæ, quam scribo, à Ioannis Baptistæ prædicatione sumam, sicut de illo in Isaia Propheta capite quadragesimo, tertio, scriptum est, *Vox clamantis in deserto parate viam Domini.* Alij pro lege Euangelica, nouoque Testamento, q Christus sanciebat atque prædicabat, sumi existimãt : quasi indicare Mar. voluerit eundem Ioannem finem veteris, initium vero fuisse noui testamenti, sicut in Malachia Prophæta ca. 3. 1. scriptum est, *ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Sic Chrysostomus hom. 1. in Marcum, & Theoph. & Euthymius in commentariis attingit, non id vt opinor, Marcus agebat, vt doceret vnde lex Euangelica, sed vnde Christi prædicatio initium habuisset. Nam si id egisset, non Isaiæ & Malachiæ sed Ieremiæ potius protulisset testimonium ca. 31. 31. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum : non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra AEgypti.* Recentiores fere omnes interpretes hunc libri titulum esse docent absolute positum, & ex sequentibus minime pendentem ; quasi dicerer Marcus, Sequitur, aut incipit Euangelium filij Dei, sicut ritu dionibus, & minus literatis seculis mos fuit libros inscribere, & quemadmodum Matthæus similitudine Euangelium suum inscripsit, *Liber generationis Iesu Christi.* Illam ego interpretationem magis probo, vt non libri titulus, sed prædicationis Christi principium significetur, quasi dicat Euangelista, Christi prædicatio tale habuit initium, quale prophetæ venturi Messiæ prædictionem habituram esse prædixerant. Primum, quia si hoc cuius esset libri, non bene verba, quæ sequuntur, cohærent. Quis enim sensus, *Initium Euangelii Iesu Christi*, id est, incipit liber Euangelii Iesu Christi, *sicut scriptum est* ? Nec enim prophetæ Marcum scripturum Euangelii, atque huic illi titulum daturum sed Christum venturum, & Euangelium prædicaturum prædixerant. Neque vero dici potest illud verbum *sicut scriptum est*, non ad initii, sed ad Euangelii nomen esse referendum, atque ita verba sententiamque cohærere : quasi sensus sit, *Initium Euangelii*, id est, prædicationis Christi, de qua prædicatione scriptum est, *Ecce ego mitto angelum meum ante te.* Id enim quod sequitur *ante te*, indicat hæc verba non solum ad Euangelii, sed etiam ad initii nomen referri oportere. Id enim est *initium, & ante te.* Præterea, quia, etsi Hebræi ex principio libri titulum toti libro dare solent, vt ex Genesi perspicuum est, tamen ad hunc modum libros ordiri non solent, Initium libri Genesis aut initium exodi. Douise ergo Marcus, liber Euangelii Iesu Christi, si eam conseruidem sequi voluisset, quemadmodũ Matthæus, dixit, *Liber generationis Iesu Christi* : aut simplicius, Euangelium Iesu Christi sicut dixit Isaias, *Visa Isaiæ filij Amos*, & Ieremias, *Verba Ieremiæ prophetæ*, & Ioannes in Apocalypsi, *Apocalypsis Iesu Christi.* Sensus ergo est, Initium Euangelii, id est, prædicationis Euangelicæ *Iesu Christi*, fuit. Hoc enim verbum, aut aliquod simile intelligendum est.

Sicut scriptum est in Isaia Propheta.] Matthæus à Christi generatione, Lu. à generatione Ioannis Baptistæ suum exordium sumunt Euangelium Ioannes maiore altius à diuinitatis æternitate, Marcus breuius sumpsit exordium. Nam omissa æternitate, omissa humanæ naturæ, & Ioannis, & Christi generatione, omissa adoratione Magorum, omissa fuga in AEgyptum, omissa reditu, omissis denique omnibus, quæ Christus vsque ad annum Tiberij 15. ætatis vero ita tricesimum, vt auctor & Lucas capite 2. 1. 23. aut fecit, aut passus est, à sola totius est prædicatione, quasi sibi proposuisset solam Christi doctrinam, & miracula doctrinam confirmantia explicare. Itaque trium tantum annorum Christi, texit historiam. Quæritur à multis eius consilii ratio. Credo ego probabilissimam hanc esse, Matthæum, quia promissiones Abrahamo de semine, in quo essent omnes gentes benedicendæ, & de futuro regno Christi ex Dauidis familia nasciturj in Christo completas fuisse ostendere volebat, vt ita omnes promissum esse Messiam intelligerem, ab Abrahamo, & Dauide exordium petuisse, vt Matt. 1. 1. 17. ex Hieronym. & alijs doctissimis auctoribus. Marcum vero scitantem breuitatem alia idem ratione afficere voluisse, docendo tale fuisse Christi prædicationis initium, quale prophetæ prædixisset futurũ esse Messiæ, vt eum Messiam esse constaret, quam rationem his data in cõmentariis reddit. Cæpit autem à prædicatione, & hirenitatis, vt opinor, causa, & quia non tam historiam de tota vita Christi, quam compendium de eius doctrina, atque miraculis quibus confirmata doctrina esset, scribere volebat. Ab anno autem Christi tricesimo cœpit, quia tunc Christus propris cœpit facere, atque docere. Nam quod annos natus duodecim sedens inter doctores disputauerit Luc. 2. versu 47. singulare & extra ordinarium factum fuit, quasi futuri Euangelii præludium, neque enim id aperte, & palsim faciebat, quasi doctoris professus officium, sed quasi vnus aliquis de plebe puer, vt scitetur sine exhibito documento auditorum in se animos excitaret, & erigeret in expectationem sui : Baptizatus vero non ita, sed publice, in templo, & quasi vnus de magistris in Synagogis doctorem se ferebat. *Ego*, inquit, *palam locutus sum Iesaiæ 18. 20. & Quotidie*, inquit, *apud vos sedebam docens in templo*, Matthæi 26. 55. & *ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conuenient* Ioannis decimo octauo, vigesimo.

Iesu Christi.] De his duobus Christi nominibus diximus apud Matthæum cap. 1. 1. neque his duobus verbis, vt multi exilliunt, materia sed auctor Euangelii notatur, in quo de Christo agitur, sed q Christus attulit, docuit, prædicauit.

Filij Dei. Cur potius filium Dei, quam filij Dauidis, quemadmodum Matthæus, appellauerit, vulgaris est quæstio. Ad quam in commentariis Beda respondet, voluisse Euangelistam, vt à minoribus ad maiora erigeretur, dũ ex Matthæo Christum hominu, ex Marco Dei filium discerem us. Ratio probabilis, sed existimo ego omnibus Euangelijs propositum fuisse, vt Christi docerent diuinitatem sed cum ad eandem intenderent metam, diuersis carceribus egressi sunt. Matthæus & Lucas ab humana exorsi generatione diuinitatem humili sumpto principio paulatim, & accõmodate ad fudxeorum ingenium infirmarum, diuinis natalibus, modoque mirabili nascendi Christum eum esse probauerunt, qui per prophetas promissus à Iudæis expectandus erat populi redemptor. Idem Ioannes facit, dum de æternitate disserit. Marcus, dum offendit esse eum, ante quem Pater angelum se, qui eius pararet viam, missurum promiserat.

Sicut scriptum est.] Sunt qui hæc verba non cum præcedentibus, sed cum sequentibus iungant. Quod fere omnes faciunt, aut facere certe debent, qui prima illa verba, *Initium Euangelii Iesu Christi*, liberi tatulum esse putant, vt sit oratio præposterata hunc habens sensum ; fuit Ioannes in deserto prædicans, sicut scriptũ est in Isaia propheta, *Vox clamantis in deserto.* Sed non dubito cum verbis præcedentibus esse copulanda, quemadmodum paulo ante demonstrauimus, & nunc ex alterius interpretationis abhorritate magis affirmatur. Nam si ad sequentis referatur, oratio præposterata, insolens, & durissima erit, qua nec Euangelista vti solet, neque quisquam homo non omnino barbarus vteretur : præterquam quod non erat Euangelistæ consilium in Ioanne, sed in Christo consistere, eumque, vt dximus, probare diuinitatem. Itaque credendum non est propter Ioannem, sed propter Christum prophetarum testimonium

acusse. vt ostenderet Christum esse eum, ante A eum tacitam Deum se angelum sum missurum dixerit, vt paulo superius ex Hermeo libr. 3. c. 18. & ex Beda in hunc locum commentarius admonuimus. Sensus ergo est, *Initium Euangelii*, id est, Euangelicæ prædicationis *Iesu Christi* fuit aut ita se habuit, *sicut scriptum est in Isaia propheta*. Exstat enim Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ. vt hoc loco Euthymius indicauit. Quare potuit la verba. *Initium Euangelii Iesu Christi filii Dei* punctis iudex finire periodi esse non debet, quem admodum ab ijs ponitur, qui hunc librum ritu sum esse putant: sed regula, quę ostendat ex consequentibus pendere sententiam.

In Isaia prophetæ.] In plerisque nunc Græcis codicibus legitur ἐν τοῖς προφήταις, in prophetis, atque ad hunc modum Irenæus libr. 3. capit. 11. & 18. & B Theophylactus & Euthymius hoc loco legunt. Multo meliorem lectionem esse arbitror, quam in vulgata habemus editione: *Sicut scriptum est in Isaia propheta*. Primum quia omnes Latinos codices ita habent: deinde quia non omnes Græci aliter habent: quin ex Hieronymo constat libro de optimo genere interpretandi ea ætate omnes etiam codices Græcos ita legisse, quem admodum nunc Latinos omnes legunt. Cum enim quæstionem proposuisset, quomodo hoc loco legeretur, *sicut scriptum est in Isaia propheta, Ecce ego mitto angelum meum*, quod non in Isaia, sed in Malachia scribitur nouissimo duodecim prophetarum, non respondit Græce legi, sicut scriptum est in prophetis: sed Solutur, inquit, *hæc quæstiuncula ab imperita præsumptione, & ego errorem veniam depreabor, quasi solus non possit.* C Præterea quia & Syriacus interpres ita legit. Deinde, quod nulli prorsus auctores Latini legant in prophetis. Nam Irenæus Latinus, qui libro 3. capit. 11. semel tantum ita legit, eodem capit. & cap. legit *in Isaia propheta*, vt facile intelligi possit, cum *in prophetis* legit, aut lapsum fuisse memoria, aut sententiam, non verba recitare voluisse. Contra vero auctores antiqui Græci ita etiam legunt, vt Chrysostomus aut quisquis auctor est homilia prima in Marcū. & alii eo vetustiores, vt alicubi testatur Epiphanius. Denique credibilius est aliquem, cum videret duorum prophetarum testimonia citari, vt Porphyrii obiectioni responderet, qui vt Chrysostomus & Hieronymus tradunt, hunc Christianis locum obiectabat, vt Euangelistarum argueret ignorantiam: pro *Isaia* scripsisse *in prophetis*: quam contra pro *prophetis* scripsisse aliquem in *Isaia*. Matthæus quidem, & Lucas de eadem re loquentes non dicunt *in prophetis*, sed *in Isaia*, sed in promptu ratio est, non duorum prophetarum, sed vnius tantum Isaiæ testimonium afferebant: inque nobis mus argumentum ex illis fuisse. Tantum obstat, quod eum duorum hic prophetarum testimonium Marcus induxit, non videatur esse credibile alterum tantum eorum nominasse. Quidam, quibus auctor Erasmus est, sane nō malus, nimis meo iudicio subtiliter, & philosophice respondent, solum nominatum Isaiam, quia eius vltima sunt verba, & solenne res ex fine nomen accipere. Alii Augustini secuti, quis & per Hariam, & per Malachiam idem loquebatur Deus, nihil fuisse discriminis aut veritatis aut alterum tantum nominate, cum idem semper Deus esset auctor. Hanc interpretationem cur sequi non soleamus, in commentariis in Matthæum capite vigesimo septimo versu nono diximus. Mea igitur, siquid valet, hæc est sententia, Marcum solum Isaiam citare voluisse: *Vox clamantis in deserto*, vt probaret, quod paulo ante dixerat, *Initium Euangelii Iesu Christi*. Vox enim illa *in deserto clamantis* initium fuit Euangelii, sed quia intelligi non poterat id à prophetia de Ioanne dictum fuisse, nisi ex Malachia; eidemque quasi explicationem Malachiæ testimonium vnū ex vtroque connexens, & solum Isaiam auctorem faciens: quia pars præcipua, & in qua tota cōfiftebat vis prophetiæ, quamque potissimum Euangelista producere volebat, Isaiæ erat.

Vulgata editio defectuosa.

Editio vulgata defenditur.

2. *Ecce ego mitto.*] Malachiæ testimonium Matthæi vndecimo, vers. decimo, Isaiæ vero Matthæi 3. 3. expositimus.

9. *Venit Iesus à Nazareth Galilææ.*] Oppido vbi Christus post reditum ab Ægypto vsque ad annum ætatis suæ circiter tricesimum nutritus fuerat, vt colligitur ex Matthæo capite 2. 23. & ex Luca cap. 3. 23. & cap. 4. 16. Addit *Galilææ*, non distinctionis, sed descriptionis, & declarationis causa. Nec enim alius Nazareth extra Galilæam erat. Magis Marcus, quam Matthæus locum expressit. Matthæus enim tantum dixit venisse Christū à Galilæa, Marcus ipsum Galilææ oppidum, vnde veneraret, indicauit, Euthymius.

11. *In te complacui.*] ἐν σοὶ εὐδόκησα, in quo mihi complacui, vt Chrysostomus hom. 3. & Euthymius legunt. In textu quoque Græco Romani Theophylacti eodem modo legitur, quamuis in commentariis, quomodo ipse legerit, non appareat. Latini codices fere omnes habent *in te complacui*, atque ita Græce credo nostrum legisse interpretem, multoque in eliorem esse lectionem. Primo, quia non dixerat, *Hic est filius meus dilectus*, vt Matthæus. Quod si dixisset, consequens esse videretur, vt diceret *in quo mihi complacui*, sed dixit, *Tu es filius meus dilectus*. Itaque magis consentaneum ratiōni est, vt eadem secundam personam alloquens dicat *in te complacui*. Denique quia Lucas capit. 3. 22. qui eodem modo, quo Marcus dixerat, *Tu es filius meus dilectus*, eodē modo dicit hic, σὺ εἶ ὁ υἱός μου, *In te complacui*. Demum facilis scriptoris lapsus fuit, vt pro vni scripserit ... Sed duplex hinc oritur quæstio: altera quomodo discrepent Euangelistæ Patris verba recitantes, dum alius scribit dixisse vocem illa de cælo missa, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; alii dixisse, *Tu es filius meus dilectus, in te complacui*, altera eum vtroque modo vox illa cœlestis dicere non potuerit, vtroque modo dixerit. Priori & sæpe iam respondimus, & nunc breuiter respondemus, non semper Euangelistas proposuisse sibi Christi verba, sed sensum recitare: sensus autem idem est, siue dicas, *Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui*, siue eodem demonstratio Christo, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Verobique enim significatur Christum filium esse dilectum Dei, qui maxime docere Euangelistæ volebant. De posteriore vero quæstione Manilij tertio versu vigesimo septimo copiose diximus.

12. *Et statim.*] Quod Marcus dicit *statim*, Matth. capite 4. 1. dicit *Tunc*, inquit, *Iesus ductus est in desertum*, id est, simulatque baptizatus fuit, & Spiritus sanctus descendit super eum. Expressius locutus est Marcus. Videntur Euangelistæ aliquid mysterii indicare voluisse, quod tanto studio declarauerint. *Statim* post baptismum Christum in desertum secessisse. Fortasse Spiritus sanctus, qui super eum descenderat, effecerat eum offendere volentes, qui vbicunque est aliquid boni agit, nec moras patitur sicut Achorum 2. 4. in missione Spiritus sancti manifestius apparuit, *Replevit*, inquit, *omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui*. Aut fortasse Christi diligentiam in exequenda mādata Patris, q simul vt à Patre missa de cælo vocē, & à Ioan. intento digito Euangelii auctor, doctor q; est declaratus, sese ad pugnā accinxerit, sese collegerit, ac receperit in solitudinem, vt eū diabolo principe mūdi huius singulari certamine pugnaret, eoq; victo mundus à se totus facile vinceretur, ponerentur q; inimici eius scabellū pedū eius. Nunc, inquit, *iudicium est mundi*, nunc princeps huius mundi eiicietur foras, Ioan. 12. 31. & A 14. 30. *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam*, & posset securus dicere, *Confidite ego vici mundum*, Ioannis 16. 33. Fortasse etiam diaboli diligentia notatur, qui simul vt in Christo Spiritū sanctum descendentem vidit, qua solet, inuidia in eū impetum facere conatus est, explorareque, num vox illa, quæ cœlo missa erat, vera esset. Cui Christus, ne hostem timere videretur, in solitudinem obuiam processit. Quod autē Ioannes dicit cap. 1. 29. *altera die vidit Iohannes Iesum venientem ad se*, nemo putet huic loco esse contrarium, quasi non statim Christus, vt ait Marcus, in desertum secesserit, eum eum altera die Ioannes venientem ad se viderit. Loquitur enim Ioannes de Christo non iam baptizato, sed ad baptismū veniente. Maiorem repugnātię habet speciem, quod eodem loco ver. 35. & 36. idē B Ioannes dicit, *altera die* τῇ ἐπαύριον, postridie d. iisse pro *altera die*, vt noster vertit interpres intelligens fortasse non esse sensum ad proximę insequentē, sed ad alteram quampiam diem referendum: aut adnerbium, *statim* hoc loco non momentum, sed breue temporis interuallū significat, vt illud, *nunc*, apud Matthæum ca. 4. 1. quod multis iam locis adnotauimus. Hoc enim tantum Euangelistæ docere voluerunt, Christum statim post baptismum id est antequam prædicare, aut miracula facere cœpisset, aliamue actionē publicā aggrederetur, se in C solitudinem recepisse: nō quod è vestigio se receperit. Quin verisimile est, per aliquem saltem diem Christum iam baptizatum apud Ioannem mansisse, vt pluribus de se hominibus diuersis diebus ad baptismum venitantibus testimonium perhiberet.

Spiritus.] Sanctus, qui descenderat super eu, & vt ait Ioan. c. 1. 33. super eum manserat, quem admodum Chrysost. hoc loco Euthym. & Theophylact. in commentariis in cap. 4. Matthæi adnotauerunt. Hoc enim spiritu plenus Christus, vt ait Lucas ca. 4. 1. agebatur, quem admodum de iis, qui nō natura, vt Christus, sed adoptione filii Dei sunt, dicit D. D Paulus, *quicumque spiritu Dei aguntur, ij sunt filii Dei* ad Romanos 8. 14. Indicant ergo Euangelistæ Spiritum Sanctum non ita in Christum descendisse, vt eum tantum ostenderit, statimque discesserit, sed ita in eo mansisse, vt statim cœperit eum agere, & omnibus deinceps rebus gubernare. Si quis longiorem de hoc spiritu disputationem desiderat, legat, quæ scripsimus Matthæi quarto versu primo.

Expulit.] ἐκβάλλει, expellit, aut eiicit Matthæi 4. 1. ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος, *ductus est ab spiritu*: Lucas ca. quarto ver. primo ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι, *& agebatur in spiritu in desertum*. Eodem sensu tres Euangelistæ loquuntur, sed Marcus aliquando affectus, & quia plus est ... quam ..., & quia E præsens tempus maiorē habet vim, remque magis ante oculos ponit.

Et *erat in deserto.*] ἦν ἐν τῇ ἐρήμῳ, & erat ibi in deserto. Quod Marcus imperfecto vtitur tempore continuationem significat, ostendit enim totos dies quadraginta Christum in deserto versatum fuisse, ita vt ab eo non discesserit, quod nullus alius tam aperte expressit Euangelista, nam Matthæus, & Lucas tantum dicunt quadraginta diebus ieiunasse: sic enim apud Lucam dicitur Gaeda sunt verba, *Et agebatur in spiritu in deserto diebus quadraginta*, id est, vt illic esset quadraginta dies, ... *tentatus à diabolo*, id est, vt à diabolo tentaretur, aut, vt dicit, Marcus interpres *tentabatur à diabolo*. Eodē hoc ipsum pertinet quod ait, *quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*. Quanquam hęc vltima verba. *Et quadraginta noctibus*, neque hoc loco Græce leguntur, nec apud Lucam c. 4. 2. & videntur ab aliquo ex Matthæo capite 4. 2. huic fuisse translata. Notant hoc loco diligenter hæreticorum interpretes hanc Christi in desertum secessionem exēpli fuisse singularis: semel enim tantum secessisse, sicut & Eliam 3. Regum 19. 3. 4. verū, ne Christi factum ad probandum monachorum institutum *De Christo in deserto vnius contra hæreticos.* afferamus. Primum quidem errant, quod putent Christum semel tantum solitudinem petiisse. Petiit enim quoties aut ab Euangelii prædicatione vacauerat, aut aliquid magni aggredi volebat, vt Matthæus 5. 1. & 14. 23. & 15. 29. & 17. 1. & Marci 3. 13. & 6. 46. & 9. 2. & Lucæ 6. 12. & 9. 28. perspicuum est. Itaque non singulare factum, sed consuetudo fuit. Erat, inquit Lucas capite 21. 37. *diebus docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti.* Non ergo semel in vita, sed singulis fere noctibus, id est, dimidia temporis parte Christus, vt ita dicam, monachus erat. Rursus idem Lucas capite 22. 39. *& Egressus*, inquit, *ibat secundum consuetudinem in Montem Oliueti.* Et vt hoganmus semel tantum per quadraginta illos dies in solitudinem abusse, cur neminem vnquam istorum Euangelicorum hominum, vel semel tantum, non dico per quadraginta: sed per vnum tantum diem (nisi fortasse voluptatis, non orationis causa) in solitudinem secedere videmus? sed huiusmodi hæreticorum interpretamenta, quæ illi re nobis Christi, & Ioānis solimodo, habitus, ieiuniū, cibiorumque delectus ad virtutis cultum seruire possint, commiscuntur, certo, & quarto capite Matthæi multis argumentis refutauimus.

Et *tentabatur à Satana.*] Quod Hieronymus, aut quisquis auctor est commentariorum in Marcum, & Beda ex hoc verbo colligunt Christum non ter tantum, vt scribit Matthæus c. 4. 2. sed frequenter, aut continenter potius per totos quadraginta dies fuisse tentatum, probabile natura sua est: sed certo, ex hoc loco colligi nō potest. Nec enim necesse est, vt sensus sit, perpetuo per quadraginta illos dies tentatum fuisse, sed in illis aliquoties fuisse tentatum: præsertim si Græca sequamur verba, atque distinctionem ... Et erat ibi in deserto quadraginta diebus, tentatus à Satana.

Erat que cum bestiis.] Inter bestias, & quidem feras, & venenatas, hoc enim Græcus verbum ... significat. Quibus verbis tantum voluit Euangelista summam declarare solitudinem, vbi solæ ferę bestiæ versarentur, quo que nemo moralium penetraret, vt Theophylactus, & Euthymius indicauerunt.

Et *angeli ministrabant illi.*] Beda ita exponit, quasi angeli toto illo tempore, quo Christus in deserto fuit, illi ministrauerint. *Inter bestias*, inquit, *tota abstinentia, vt homo, sed ministerio virtutis angelicus, vt Deus.* Cæterum ex Matthæo c. 4. 11. manifestum est, non nisi peracta tam omni tentatione, partaq; victoria angelos accessisse. Nam prius quidē, vt illo loco disseruimus, paratos ad ministerium angelos Christus prohibuerat; & ne à diabolo ex angelorū famulatu, sicut princeps ex comitatu ministrorum, dux ex militibus sequentibus, atque parēbus cognosceretur: & vt diabolus aggredi solum audiret, quem angelis cinctum, vel spectare timuisset; & vt solus cum solo pugnaret, ne victoria alij, quā sibi, ferri posset accepta, solusque vere diceret: *Ego vici mundum*, Ioannis decimo sexto, versu trigesimo tertio, & *tu conculcabis calcaneo tuo, & de gentibus non est vir mecum* Isai. 63. 3.

14. *Postquam autē traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam.*] Marc. hoc loco, & Matthæus cap. 4. 12. &

Lucæ c. 4. 14. ita de ista Christi fuga loquuntur, vt indicent eam statim post quadraginta illos in solitudine actos dies contigisse. Ioannes vero ca. 4. 43. ita vt longe post factam esse significare videatur; non solum quia prius & vocatos Apostolos, & baptismum per eos administratum, quæ causa Pharisæi fuit inuidiæ, Christo vero ad declinandam eorum inuidiam in Galilæam secedendi, prædicatum in Iudæa à Christo Euangelium, & facta scribit miracula. Hæc enim omnia per anticipationem dicta intelligi possent; sed etiam quia aperte docet Christum tunc in Galilæam cum discipulis suis fuisse comitatum. Hæc quæstio ex altera maximam partem quæstione pendet: num reditus ille in Galilæam Christi, de quo Ioannes loquitur, idem sit, atq; hic, de quo tres alii scribunt Euangelistæ. Nam si idem est, haud dubium, quin non statim Ioannes traditus, nec statim post reditum à solitudine in Galilæam Christus discesserit, quia id ex Ioanne apertissime colligitur. Sin autem non est, dubium adhuc manet, an aliquanto tempore nondum vocatis Apostolis in Iudæa Christus prædicauerit, antequam discesserit in Galilæam, an statim discesserit, sicut truncum Euangelistarum indicat series. D. Augustin. lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 17. & Beda hoc loco, & Matthæi 4. 12. eundem reditum esse putat, sed Beda prius Christum in Galilæam isse dicit, cui ibi Apostolos sibi aggregauit: quem reditum Euangelistæ prætermiserint, quamuis ex eorum etiã historia aliqua ratione colligatur. Vellem paterer ratio, vt eam bonis assentiar auctoribus. Sed animaduerto, & plane perspicio in eo reditu, de quo Ioannes loquitur, iam Apostolos fuisse vocatos; in eo, de quo alii tres agũt Euangelistæ, nondum vocatos fuisse, quia ita reditum eum in Galilæam describunt, vt non obscure significent nõdum Christum Apostolos habuisse, sed eos cum in Galilæam venisset conuocasse. Manet adhuc quæstio, an Ioannes aut interim, dum Christus in deserto erat, aut statim postquam à deserto reuertit, traditus fuerit, ftamque se Christus in Galilæam receperit, antequam inciperet in Iudæa prædicare. Ioan. c. 3. 22. 23. 24. omnem nobis dubitationem tollit, qua clarissimis scribit verbis per aliquantum tempus vtrumque, & Christum, & Ioannem simul prædicasse, baptizasseque. Prius enim prædicare in Iudæa cepit, discipulosque colligit, qui eius nomine baptizarent, quam iter in Galilæam: & adeo quidem collegit multos, vt Ioannis discipuli inuidere viderentur Ioanni 3. 26. *Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes venunt ad eum.* Cur ergo Matthæus, Marcus, & Lucas de illa prima Euangelij prædicatione mentionem non fecerunt? Ratio nobis cum ab illis exposita non fuerit, constare non potest; sed est tamen probabilis, & non difficilis coniectura, ideo eam prætermisisse, quia priuata quodammodo fuit vsque adhuc, & prædicante Ioanne: fuit enim tempus illud, quo Christus simul, ac Ioannes prædicauerunt, quasi legis & Euangelij, id est, noctis, & diei crepusculum quoddam; quo etsi lucebat aliquo modo Euangelium, quasi sol quidam, nondum tamen omnino ortum erat, ortum est Ioanne mortuo, id est lege abeunte, & orientis solis luce disiuncte. Postquam Christus Apostolos sibi aggregauit, id est, familiam efficit, ministrosque creauit Euangelistinunc primum putant Euangelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas proprie cœpisse Euangelium prædicare quia non iam solus & quasi homo priuatus, sed & per se ipse, quasi publicus Apostolorum dux atq; magister; & per Apostolos in diuersa loca missos prædicabat, quasi velis passis Euangel. Hinc intelligitur bis Christum simili de causa ex Iudæa in Galilæam profugisse. Primum ob traditum in vincula Ioannem, vt Matthæus, & Marcus exponunt. Nam Lucas nulla de Ioannis vinculis facta mentione solam Christi in Galilæam secessionem explicauit. Deinde, cum ex Galilæa collectis iam Apostolis in Iudæam reuertisset, tantum ibi discipulorum numerum prædicando baptizandoq; congregasset, vt Pharisæi magis ab eo, quam à Ioanne timere inciperent: tunc enim, vt eorum vitaret inuidiam, rursus se in Galilæam recepit, Ioannis 4. 1. 2. 3. *vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit, quam Ioannes, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.* Atq; hoc fortasse est, quod Ioannes dicit iterum in Galilæam abisse, indicans antea iterum isse. Quamquam non ignoro posse illud *iterum* aduentum ex Galilæa Christi referri, quasi sensus sit non quidem iterum prius in Galilæam isse, sed rediisse in Galilæam, vnde ante venerat. Hunc enim Hebraismum alias exposuimus. Hærere in illis verbis aliquis minus exercitatus lector poterit, *vt ergo cognouit Iesum, quia audierunt Pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit & baptizat, quam Ioannes.* Quo enim modo dicere poterant Iesum plures, quam Ioannem discipulos facere, si de eo loquebantur tempore, quo Ioannes iam erat mortuus? Nam ante primam Christi in Galilæam profectionem Ioannes in vincula coniectus, & securi percussus fuerat. Placet, quod à doctis iam nonnullis interpretibus obseruatum est, sensum esse, Iesum plures tunc fecisse discipulos, non quam eodem tempore, sed quam ante, dum viueret Ioannes, fecerit. Cur autem in Galilæam potius, quam alium in locum accesserit, cum plus in Galilæa periculi esse videretur, vbi, qui Ioannem occiderat, Herodes dominabatur, Matthæi quarto, versu duodecimo, differimus.

Prædicans Euangelium regni Dei.] Hæc, & quæ sequuntur, copiosius à nobis Matt. 4. 17. 23 explicata sunt. Nunc aliqua tantum illic nõ dicta carpemus.

15. *Quoniam impletum est tempus.*] Aduentus Christi, & regni cœlorum à prophetis præscriptum, maximeq; à Patriarcha Iacob Gen. 49. 10. & à Daniele capite nono versu vigesimo quarto. Sic D. Paulus ad Galatas 4. 4. *vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret,* Euthym.

Pœnitemini.] μετανοειτε. pœnitentiam agite, vt solet vertere idem interpres Matthæi 3. 2. & 4. 17. & 11. 20. 21. & 12. 41. Et infra apud eundem hunc Euangelistam ca. 6. 12. & Luc. 11. 32 & 13. 3. 5. & 15. 7. 10. & 16. 30. & 17. 3. Quid autem causæ fuerit, cur hoc loco, ita meq; Actor. 5. 19. idem verbum, reddiderit, *pœnitemini*, malo fateri nescire me, quam ignorantiæ, aut temeritatis antiquum, & prudentem interpretem arguere. Quod autem hoc loco Theophylactus obseruat, alio sensu Ioannem, alio Christum prædicasse: *Pœnitentiam agite*, illum, vt à peccatis, hunc, vt à lege ad Euangelium homines reuocaret, non existimo satis esse firmum. Nam & Ioannis consilium, atque officium erat homines à lege sensim auellere, & ad Christum traducere: & Christus quidem certe, qui peccatorum redemptor venerat, à peccatis magis, quam à legis obseruatione homines reuocare conabatur. Quo vero modo docet alios legem spernere, quam ipse, quamdiu in hoc versatus est mundo, vt ait Chrysost. perfectissime seruauit?

16. *Secus mare Galilææ.*] Stagnum Genesareth Lucæ 5. 1. Quod propter magnitudinem mare vocabatur, vt constat hoc loco, & Matth. 4. 18.

Videt Simonem, & Andream.] Lucas narrat, eum multæ essent naviculæ in eam Christum ascendisse, quæ Simonis erat. Volebat enim piscatorem sua ipsius naui suis quodam modo piscari retibus. Quo hic de Apostolorum vocatione dicuntur, apud Matth. c. 4. 18. exposuimus.

Mittentes retia in mare.] Eodem modo Matth. ca. 4. 17. Lucas vero paulo aliter c. 5. 2. *Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.* Sed eos, qui lauabant, alios fuisse quam hos, qui in mare retia tendebant, credendum est. Erant enim multi, quorum alii piscandi causa retia in mare iaciebant vt Matthæus, & Marcus affirmant; alii lacerata, aut soluta reficiebant, vt ait Marcus infra ver. 19. & Matthæus c. 4. 21. alii, vt dixit Lucas, lauabant.

21. *Et ingrediuntur Capharnaum.*] Matthæ. ca. 4. 13. antequam discipulos Christus delegeret, simulatq; in Galilæam venit, Capharnaum ingressum scribit, ibique commoratum. Illa enim quasi Euangelii sedes fuit, quod ibi Christus frequentissime versaretur, atque prædicaret, vsque eo, vt eius vocaretur ciuitas, Matthæi 9. 1. postea assitis iam Apostolis scribit totam docendo, & miracula faciendo Galilæam obiisse, ita vt in Syriam vsq; eius manaret fama Matthæi 4. 23. 24. Quæ omnia Marcus præterijt, & ad id quod præcipuum erat, sibique propositum properauit. Quod ergo dicit Capharnaũ ingressũ esse, postea factum fuisse intelligendum est, cum ad lustrandam Galilæam rediisset.

Et statim.] Id est primo sabbathi die, simulatque licuit, cum primum congregata Synagoga fuit. Indicat Euangelista in prædicando Euangelio diligentiam, & ardorem Christi, qui nullam loci, nullam temporis occasionem, qua docere posset, præterlabi pateretur.

Sabbathis.] Per singulos dies Sabbathi, quibus ad legendam legem Moysis Iudæi in synagogam conueniebant. Hæc enim de causa plurali numero Euangelistam vsum fuisse arbitror, vt singulos sabbathi dies significarer: quemadmodum aliquando Hebræi faciunt Psal. 62. 7. *In mauruinis meditabor in te*, id est, singulis matutinis singulis diebus mane, aut vt Hebraice שמרות בם in custodiis, aut vigiliis, quasi dicat, per singulas noctis vigilias, quibus milites ad agendas excubias solent surgere, & ego ad meditandũ in te surgo. Voluit igitur Euangelista docere nullam Christum, vt paulo ante diximus, iumandi homines, nec loci, nec temporis occasionem prætermisisse, id eo locum tempusque notauit. Locum Capharnaum, vrbem maritimam, frequentem, publicanorum, aliorumq; negotiatorum plenam, eoque magis corruptam moribus, quales plerumque eiusmodi vrbes ad mare sitę esse solent: tempus diem sabbathi, quo solebant Iudæi in synagogam ad audiendam legem, sicut nũc Christiani in templa festis diebus conuenire, vt ex hoc ipso loco colligitur, vt ex Luca c. 4. 16. 31. & 13. 10. & Actorum 13. 14. 27. 42. 44. & 15. 21. & 17. 2. & 18. 4. & 20. 7. Hinc etiam apparet verum nõ esse quod à recentioribus quibusdã, doctis licet interpretib⁹ notatum est, cum nomen *sabbathi* singulari numero ab Euangelistis ponitur, diem sabbathi, qui hebdomadis vnimus est dies, significare; cum autem plurali sabbatha, omnes hebdomadis dies cõprehendere, quod multis aliis exemplis Matthæ. 12. 1. refutauimus.

Ingressus in synagogam docebat eos.] Licebat omnibus, qui in synagogis erãt, surgere, ac dicere si quid occurrebat, vt intelligitur ex Luca c. 4. 16. 17. & Actorum 13. 15. 16. Ad quam cõsuetudinem videtur D. Paul. 1. ad Corint. 14. 30. alludisse. Matth. ca. 4. 23. magis generaliter narrat historiã, Christum in Galilæorum synagogis docuisse.

22. *Et stupebant super doctrina eius.*] Idẽ Lucas narrat c. 4. 32. Mat. vero c. 7. 28. alias etiam Christo docente populum admiratum scribit, vbi quę ad hũc pertinent locum, exposuimus.

Erat enim docens tanquã potestatem habens.] Si nihil aliud Euangelista dixisset, facile intelligi posset, Christum Scribis, Pharisæis, cæterisq; Iudæorum Doctoribus opponere voluisse: nunc autem Matthæus ca. 4. 24. cum totam Christus Galilæam

septimo, vigesimo nono, & Mar. octuagesimo addiderunt.

Et non sicut scribæ.] Quod Scribæ nõ absolute, sed Scribas eorũ vocat, Mat. 6. 19. emphasim etiam habet, quasi dicat, nõ sicut Scribæ, quos ipsi magnifacere solebãt, ac libenter audire. Multis autẽ in rebus auctoritas illa, & potestas, quæ apparebat in Christo, in Scribis deiderabatur, cõstabat. Primum, quod Christus tanquam legislator: Scribæ tanquã legis interpretes, & non admodũ quidem periti loquerentur. Hoc indicant modi illi dicendi à Christo tã frequẽter vsurpati, *Audistis, quia dictum est antiquis, Ego autem dico vobis* Matt. 5. 21. 22. 27. 28. 33. 34. 39. 44. Ita Chrysost. ho. 5. in Mar. & 26. in Matth. & Auctor imperfecti ho. 21. & Beda hoc loco, Theophyla. & Euthym. in ca. 7. Matthæi. Deinde, quod Christus ita loqueretur, vt ostenderet nihil se, nisi salutem hominum, non gratiam, non bona quærere, vt discipulus eius, & imitator dicebat D. Paulus 2. Cor. 12. 14. *Non quero, quæ vestra sunt, sed vos*, & ad Galatas 1. 10. *modo enim hominibus suadeo an Deum? aut quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Hoc enim, qui faciunt, libere, tenquam auctoritatem habentes loqui solent. Contra Scribæ, & Pharisæi gratiam, opesque aucupabãtur, sicut illis obiicit Christus infra cap. 12. 40. & Matth. 23. 14. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarũ, orationes longas orãtes*, & Luc. 20. 47. *qui deuorant domos viduarum simulantes longam orationem*: Theoph. hoc loco, & Euthymius, Matthæi 7. Postremo, quod faceret ipse, quod docebat, qua re nihil omnino est, quod plus orationi ponderis, & auctoritatis afferat, plus ad cõmouendos animos incitamenti. Longum, inquit Seneca, *ad præcepta, breue, & efficax per exempla.* Sic Gregorius lib. 23. in Iob caput septimũ, & octauũ, & Theophylactus Matthæi septimo, *cum imperio, inquit Gregorius, docetur quod prius agitur, quam dicitur. Nam doctrina subtrahit fiduciam, quando consentit propriæ linguæ, vnde etiam de Domino scriptum est: Erat enim docens sicut potestatem habens, non sicut Scribæ, & Pharisæi. Singulariter namque, & principaliter solus ex potestate bona loquitur est, quia ex infirmitate mala nulla commisit.* Sunt qui putent eam significari potestatem, qua cum doctrina miracula cõiungebat, quod Scribæ, & Pharisæi facere non poterant. Et hoc probabile est, namq; infra ver. 27. hac de causa Christi doctrinam auditores admirati dicuntur: *quænam doctrina hæc nova: quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?* hæc enim potestas faciebat, vt Christus confidenter loqui retur, vt infra c. 2. 8. & Matthæi 9. 4. 5. & Luc. 5. 22. 23. *quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere Paralytico, Dimittuntur tibi peccata tua, aut dicere, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, & surrexit, & abiit in domum suam.*

23. *Erat in synagoga eorum.*] Locum Euangelista designauit, sicut & Lucas capite 4. 33. vt non solum loci notatione, quod ipsum ad faciendam fidem historiæ momenti quam plurimum habere solet, sed multitudine etiam innumerabili restium, & testium quidem inimicorum miraculum comprobarent. Nam & in synagoga actum est, quo Iudæi omnes solebant conuenire Ioan. 18. 20. & præsentibus Scribis, & Pharisæis Christi hostibus, qui quasi synagogæ duces erant, factum est.

Homo in spiritu immundo.] Id est, spiritũ immundum habens. Pharisæi Hebraica, Latinis etiam nonnunquã vsurpata; nam & illi dicunt, esse in armis, id est armatũ. Cur autẽ dẽmon spiritus immundus appellatur, dixi mus Matthæi 10. 1. & 12. 43. Scribit Matthæus ca. 4. 24. cum totam Christus Galilæam

Prædicans obuisset, & miraculorum eius increbuisset fama, obtatos illi fuisse, quascunq; iret, ægrotos omnes, & qui à dæmonibus vexabantur, vt ab eo curarentur. Itaq; fiunt qui dicant hunc, de quo Mar. loquitur, dæmoniacum vnum ex illis fuisse, quos Matthæus dicit ad Christum adductos, qui nō forte in synagogā venerit, sed à parentibus, aut amicis adductus sit. Probabile, non certum.

Et clamauit dicens.] Idem Lucas narrat c. 4. 33. & ideo, vt opinor, prætexere noluerunt, vt indicarent dæmonis de Christo testimonium nō obscurum, sed vsq; adeo clarum fuisse, vt neminem ex omni, qui congregata tunc erat, synagoga latere posset: clara enim voce clamasse. Verum autem clamauerit, antequam à Christo exire iuberetur, vel quia maiorem, quam ante ab eius præsentia dolorem sensit, vt Chrysostomus hom. 5. videtur dicere, vel quia cognito Christo timere cœpit, ne se pelleret, vtut alios dæmones pellere solebat: an potens sui iam, & coactus exire in certum; sed hoc, tamen secundū probabilius, quia credibile valde est eum dolore quodam motum, quod sibi discedendum esse videret, quarentem clamauisse.

24. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene?] Loquitur vnus pro omnibus dæmonibus, quasi indicās Christum omnibus bellum indixisse: aut pro omnibus, quia eo homine erant: plures enim in eo fuisse credibile est dæmones, sicut in illo altero infra c. 5. 9. & Luc. 8. 30. & in Magdalena Lucæ 8. 2. vt videntur Chrysostomus, & Euthymius interpretari. Quod autem dicit, *Quid nobis, & tibi?* non est sensus, quid nobis tecum commune? quod simile est figuræ dixit D. Paulus 2. Corinth. 6. 14. *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras?* Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Hoc enim si dixisset magis culpam aggrauasset, quā cruciatum deprecatus esset, cum nihil boni commune habere cū Christo confiteretur. Neque ille, nisi fallor, quem omnes fere interpretes sequi video, verus sensus est. Quid nobis tecum rei est? aliquid enim illis cum illo erat, cum eius essent creaturæ, id quæ ipsi & certo scirent, & haud obscure confiterentur Sanctum Dei, id est verum Deum appellātes. Et vt non esset, aut id ipsi nō cognoscerent, tamen plus quid dam mihi hoc loco ea videtur phrasi significare. *Quid nobis, & tibi?* id est quid nos tibi mali facimus? quod bellum contra nos geris? quid nos torques? non te qui Sanctus es Dei, sed peccatores vexamus, & quasi nostri sint iuris, ad interitum trahere conamur. Sic vulgo solemus loqui, cum pugnantibus nobis cum aliquo aliquis nobis non inimicus superuenit, vt illum succumbentem defendat. Quid mihi, & tibi est hoc est, quid tibi ego mali facio? facesse hinc, fineque me cum aduersario meo pugnare. Hoc eodem sensu dixit Dauid filius Saruiæ, *Quid mihi, & vobis filii Saruiæ?* id est, Quid vobis mali feci, quod mea semper cōsilia turbatis? 2. Reg. 16. 10. Hanc interpretationem cōfirmat verbum illud, quod sequitur, *scio, quod sis Sanctus Dei*, quasi dicat, nihil contra te molimur, scimus te extra peccatorum hominum aleam positum esse, scimus nos in solos peccatores ius habere. Quod autem proprio nomine, & cognomine Iesū Nazarenum Christū appellat, eo pertinet, vt probet, quod statim dicit, se eum probe cognoscere. obseruauit Ambrosius libro commentariorum in Lucam 5. primum omnium dæmonem Nazarenum cognomentum Christo tribuisse, vt ostenderet se nactus eum cognoscere, quam homines, vt est gloriæ cupidus, & amator, inuentorque nominum. Sed tamitus videtur vero ita fuisse prius vocatum vulgo, dæmonemque vitarum illi nomen tribuisse.

Iesu.] In quibusdam Latinis exēplaribus additur, *ante tempus*, quod vtrū scripserit aliquo ex

A Matthæo capite 8. 29. huc translatum; aut ab interprete potius aliquo expositionis causa ad margine positum, deinde ab alio quopiam existimāte non expositionem, sed correctionem esse, in textum inductum credibile est, si melior consulamus exemplaria.

Perdere nos.] Quidam *perdere* interpretantur auferre nobis, quam habemus in homines potestatem, vt Euthymius, & Theophylactus alii torquere, & in infernum mittere. Hoc magis placet, vt Matth. 8. 29. exposuimus, quia quod hoc loco Mar. & Lucas ca. 4. 34. dicunt, *ἀπολέσαι perdere*, dicit Matthæus *βασανίσαι torquere*, & quia Lucæ 8. 31. rogant dæmones Christum, ne se in abyssum ire iubeat, sed in porcos ingredi permittat.

B *Scio quis sis.*] *Gnosco vt sis*, nouit te, quis sis. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, & libro aduersus Praxeam legit, *scio, qui sis*, nullo discrimine sententiæ, verborum admodū exiguo. Nisi forsitan in illis locis vtrum est: facile enim littera vna. S. sequēti præsertim simili potuit inter transcribendū excidere. Quatenus dæmones Christū cognouerint apud Matthæum c. 4. disputauimus. Itaque eorum non probo sententiam, qui existimant dæmones Christū non cognouisse, sed adulantes, & quantū in se erat, mentientes hoc dixisse Christo ne se torqueret. Nō enim dæmones soli, quos facile possemus credere fuisse mentitos, affirmant te Christū cognoscere, sed ipsi etiā Euāgelistæ, qui nō sine certo Spiritu sancto mouente non potuerunt, docent eos vere cognouisse: Mar. infra ver. 34. *& non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum*, & Luc. c. 4. 41. *Exibant autem à multis dæmonia clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei, & increpans nō sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum*. Habeo etiā huius sententiæ auctores multos, quos apud Matthæum c. 4. nominauimus. De cognitione ergo dæmonis nō dubito, de confessione dubitari potest, nō coacta nouis cruciatibus expressa fuerit, an voluntaria. Beda coactam putat. *Non*, inquit, *voluntatis ista confessio est, quam præmium sequitur confitendi: sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos confiteri.* In re dubia magis in alteram partem animus inclinat, fuisse voluntariam, non tamen ex charitate, sed ex proprio amore, & metu pœnæ profectam: nec enim simile vero est Christū, qui confitentem dæmonem, veraque dicentem tilere iussit: ad confitendum auctis cruciatibus impulisse.

Dæmonum confessio coacta.

C *Sanctus Dei.*] Putat Chrysostomus, aut qui eius nomē præfert, ho. in hunc locum 5. dæmones hoc loco maligne Christum nō sanctū Deum, sed sanctum Dei appellauisse, vt non Deum, sed hominē confiterentur. Melius Euthymius, & Theophylactus adnotauerūt non dixisse ὁ ἅγιος Sanctus, sed ἅγιος addito articulo emphatico, Sanctus ille, vt ostenderēt se nō eo sensu sanctū eum appellare, quo prophetæ sancti vocabantur: sed quo Deus ipse, quasi proprio nomine nominabatur Sanctus. Sic enim solent Hebræi Deum יהוה Sanctum absolute, & sine vlla adiectione vocare, Iesa. 1. 4. & 21. 1. & 37. 23. & 40. 25. & Dan. 4. 10. 20. Quod autem nō dicunt Sanctum Deum, sed Sanctum Dei perinde est, ac si dicant, Sanctum Dei filium, qui vnice sanctus est, ficut apud Lucam capite 1. 35. *Quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei*, & infra c. 3. 22. quod illi dicunt Sanctum Dei, alii dæmones dicunt, Filium Dei.

D *25. Et comminatus est ei.*] *Non increpauit*, additis minis, & increpationibus præcepit, vt Tertullianus lib. 4. contra Marcionē interpretatur, aut os illi obstruxit, vt ait Euthym. quemadmodū infra c. 3. 12. & 4. 39. & 8. 30 33 & 9. 25. Videtur Marcus hoc verbo declarare. Quid proprie significet apud Matthæum cap. 16. 22. & 17. 17. & 18. 19. 23. & 20. 31. ex Euthymio docuimus. Verum quid sit causæ, nescio, quam

quam obrem noster interpres apud Matthæū semper increpare, apud Marcū fere semper comminari) vertere, nisi quia non idem fortasse fuit interpres, vt in idiotismis ex nonnullis coniecturis indicauimus.

Obmutesce.] Cur tacere iubeat, cum loquendo eius magis gloriam illustrare videatur, dubitare aliquis potest. Tertull. propterea id fecisse putat in lib. contra Marcion. 4. vt ostenderet se eius inimicum esse, qui nollet eum eo verba mittere. Alii, quia eius lingua sui fefellerat, lingua potius esse, ne loqueretur, ita Rede. Sunt etiam, qui ad declinandas à se Pharisæorum calumnias id fecisse putant, ne dicerent si libris diabolo testimonium perhiberi pateretur, illum eum dæmonibus conflictum diuinam habere, quemadmodum Matt. 12. 24. illi obiecerunt. Tertull. aliam rationem affert, quam & Chrys. & Euthy. hoc loco probant, noluisse Christum à patre mendacii veritatis accipere testimonium. Videtur mihi voluisse Christus non iure napsalnie, & temere obtrudere diuinitatis suam, sed tanquam ac paulatim eam hominibus insinuare, prout eorum ingenium, fidesq; patiebatur. Ita videmus non solum dæmonibus, sed Apostolis etiam suis, & quidē omnium Apostolorum familiarissimis præcepisse, ne diuinitatem suam, enim speciem perfi exerant, cuiquam declararent Matth. 17. 9. Volebat enim fugere hominum inuidiam. Quod ergo ab Apostolis dici noluit, multo minus conueniebat, vt à dæmonibus dici vellet.

Et exi de homine.] Quasi dicat, non quæro istam gloriam, quam mihi tribuis, sed hoc quæro, vt ab homine exeas. *Non quæro gloriam meam: sed quæro, & iudicet*, Ioan. 8. 50. sed vt hominis ratus tyrannide liberem, captiuam ducam capciuarem Psa. 67. 19. & Ephes. 4. 8.

26. Et discerpam eum.] Quare time potius, quam ante hominem discerperit, quem posse videbat, non immerito quæri potest. Respondet Theoph. vt æstimantes intelligerent, quanto homo ille malo liberatus esset. Sed hæc ratio ad Christum potius, quam ad dæmonem pertinet. Non enim dæmonis, sed Christi id erat consilium, vt collatis eum hominē ab ipso beneficiis magnitudo constaret. Chrysost. 5. verum reddit causam, quia videbat dæmon sibi discedendū esse: volunt dolore quodam, & rabie, quo tēpore licebat, quātū poterat hominis nocere: idem nunc, vt ait Gregor. ho. 12. in Ezechielem, legis facere. Max. inquit, *vt animus, qui prius terrena sapuerat, amare cœlestia cœperit, antiquam aduersarium aspicere ei, quam consueuerat tentationes admouet, ita vt plerumq; sic resistentem animum tentet, sicut ante nunquam tentauerat, quando possidet.* Vnde & dæmoniacus, *quo à dæmonum saeuitia ab exeunte dæmone discriptur.* Quod autem dicit hominem discerpisse, non significat vllum illi abiuisse membrū: sed rectissime, atq; cruciatile vehementius Græco verbum σπαράσσειν proprie significat lacerare, aut laniare, 9. D. Aug. lib. 4. de consens. Euangelistarum c. 7. & Beda hoc loco verum conuexans cum, id est contorquens, & crucians. Itaque non est huic loco contrarium, quod scribit Lucas ca. 4. 35. nihil illi nocuisse, id est nullam corporis eius partem debilitasse, sed in medium proiecisse, vt idem Augustin. & Beda, tum etiā Euthym. monuerunt.

Et clamans voce magna.] Præ dolore, vel coactus à Christo, vt omnes intelligerent eum non casu, aut sponte sua, sed inuitum, & à maiore coactum exire potestate. Quod illa voce dæmon dixerit, & scire non potest, & omnis curiositatis est quærere. Euthymius voces nihil, nisi dolorem significantes, fuisse dicit, quales apud nos sunt interiectiones quædam, ideoque Euangelistam nō expressisse, quid clamans, & exiens dæmon ille dixerit.

27. Et mirati sunt omnes.] *Ita vt mirarentur* præ timore ob-

A stupefacti sunt simili verbo Luc. vbi est c. 4. 36. *& factum*, inquit, *est pauor in omnibus, συνέσχε terror.* Græcum verbum non quamcunq; sed ratione sum metum eum admiratione communem proprie significat. vt ex illa Plinij sententia intelligi potest, *Nec dicendum erat ea mirantes sibi ne accidere terrori.* Tanto igitur ille illi admirati sunt Christum, aliquid in illo diuinitatis cognouerunt.

Quænam doctrina.] Doctrinam vocant, non id solum quod Christus docebat, sed potestatem suscipiendi dæmones cum doctrina coniunctam, quia doctrina ea confirmabatur potestate, vt ipsum declarat. *Quia in potestate etiam spiritalibus imperat, & obtemperant ei.* Lucas capite 4. 36. paruo discrimine rem narrat. *Quod est*, inquit, *hoc verbum, quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt?* Verbum doctrinam vocat, sicut nunc, quid quid Deus docuit. Dei verbum appellamus? Iesus ergo est, quæ est illa doctrina tam efficax, vt ea, qui tradit, solo verbo dæmones eiciat.

Nouæ.] Nouam appellant, quia non erant soliti in suis Scribis, & Pharisæis similem doctrinæ eius, iisdem videre potestatem. Nec interrogant dubitantes, aut improbantes, sicut Areopagita illi Actorum 17. 19. 20. *Quæ est hæc nouæ, quæ à te dicitur doctrina? nouos enim quædam infers auribus nostris: volumus ergo discere, quæ sint hæc.* Solebāt, inquit, Chrysostomus & Iudæorum Exorcistæ dæmones eiicere, sed non illo, quo Christus imperio, Exi *ab homine.* Ideo non suos Exorcismos, sed Christum admirabantur.

28. Et processit.] Lucas, *exiit*, exuit.

Rumor eius.] Lucas *φήμη*, *auditio* ei, id est fama. Hebraismus שמועה fieri apud Lucam c. 4. 37. vertit interpres, quod Euangelista dixerat, τύπος.

29. Et protinus.] Statim, vt supra vers. 10. 12. 18. sed delectauit, vt sæpe diximus, varietate noster interpres: hoc autem loco hanc habet vim, vt indicet miraculis nullo temporis spatio interiecto miracula maiora fuisse facta. Quæ sequuntur vsque ad versum 33. apud Matthæum capite 8. 14. exposuimus.

32. Vesperi autem facto, cum occidisset sol.] Corporis post solis occasum, quam ante ægros ad Christum gestari fuerint, non obscura coniectura est, eamq; Theoph. & Euthym. indicauerunt: nempe sabbathi dies erat, vt cōstat ex superioribus. 21. quo die non licebat ante solis occasum laborare.

33. Et erat omnis ciuitas.] Cuncti omnes Copernaitæ.

Congregata ad ianuā.] Domus Petri, vbi Christus erat. Duabus de causis hoc videtur expressisse Martus, quā alii Euangelistæ præter mittunt. Altera, vt indicaret eius miracula, quæ narraturus erat, & eorum, quæ narraturus erat multos fuisse testes. Altera, vt summi audiendi Christi, eiusque miracula videndi Capernaitarū studii prioribus iam miraculis excitatum declararet. Fortasse etiam significare voluit, quanta esset hominū multitudo suos eiusq; ægrotos offerentiū. Sequunte enim *& curauit multos*, libri optimorum, qui pauci solos ægrotos per se tiecdo sanatos curatosq; appellari, probare nō possūt. Non enim tam paucos fuisse multitudinis ægrotorum credendum est, ex vna eos domus non caperet, & ad ianuam esse cogerētur.

34. Et curauit multos.] Non significat multos ex ægrotis, quos afferebantur, curasse, alios non curasse: omnes enim curauit, vt ait Matth. c. 8. 16. & Lucas capit. 4. 40. Vocē significat illos omnes, qui curati sunt, magno fuisse numero, quo illustrius fuisse miraculum intelligamus, maiorem vim habet, quod multos curatos dicit, quam si certum, quantus magnū numerū designasset. Cū enim incerti ponit numeri, eumq; magnū fuisse dicit, fuisse quod quomodo indicat, unum grabdit. Eodē mo-

do

do intelligendum Lucas est ca. 4. 41. quodque hoc loco continuo subiicitur, *& damonia multa eiciebat.* Omnia enim enumerabat ex iis, qui ad se adducebantur, sed ea omnia erant multa. Sic Euthym. & Theophyl. Aliam Theophyl. interpretationem affert, sed minus, vt mihi videtur, propriam, Non omnes qui adducebantur, sed eorum multos curatos fuisse, quia non omnes credebant, & nolebat Christus non credentes in se curare. Cæterum vt hoc verum esse concedatur, quod in vniuersum tamen verum non est, vt exemplum illud docet Malchi serui Pontificis, cui non credenti Christus ab ipsum restituit auriculam Luc. 22. 51. tamen ad Christi gloriam pertinebat neminem ex iis, qui sibi offerebantur, ægrotis incuratum relinquere, ne quis maligne interpretaretur, quod quosdam non curaret, no ipsorum culpa, sed eius infirmitate fieri. Et non legimus Christum vllum sibi ad curandum oblatum ægrotum non curauisse.

A

B

Et non sinebat ea loqui.] Curtacere dæmonia ipsi fierat Christus, Marcus hoc loco, & Lucas cap. 4. 41. rationem reddunt, quòd sciebant eum esse Christum: sed hæc ipsa ratio difficiliorem, quam si nulla reddita fuisset, quæstionem facit. Propterea enim, vt prima quidem specie videtur, oportebat finere loquires, quia eum cognoscebant, & veritatem, quam sciebant, suo testimonio confirmabant. At propterea eos loqui nolebat, quia suam diuinitatem nolebat tam aperte, & tam cito declarari, vt Pharisæorum fugeret inuidiam. Itaque eorum interpretationem, quæ exilimant propterea Christū ea loqui prohibuisse, quia nollet veritati a mendacio testimonium perhibere, licet Ps. 49. 16. *Deus peccatori dixit, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* bono licet, & gratæ auctores habeat Chrysost. Bedam, Theoph. Euthym. minus tamen probo, vt supra ver. 25. docuimus. Quo enim modo ratio, quæ ab Euangelistis redditur, conuenire? *Quoniam sciebant eum.*

C

31. Et diluculo valde.] *ἐννυχα λίαν πρωΐ*, & mane, cum multa adhuc esset nox. Quibus verbis videntur esse contraria, quæ apud Lucam legimus ca. 4. 42. *Facta autem die egressus ibat in desertum locum.* Quod ita nonnulli interpretantur, vt Christus, quemadmodum Marcus ait, mane discesserit, cum multa adhuc esset nox: orto vero iam die, vt ait Lucas, in desertum peruenerit locum: quemadmodum simulem apud Matthæum capite 25. 1. quæ Thonem a quibusdam illic explicari diximus: non placet interpretatio, non enim dicit Lucas orto iam die in desertum venisse: sed orto iam die egressum domo. Melius, vt mihi videtur, Euthymius Lucam auroram diem appellasse, quia diei initium est: quā eandem Marcus multam vocauit noctem, quia obscura adhuc tenebræ erant. Ratio vero ipsa discessus Christi docet eum ante lucem discessisse. Discessu enim, quantum quidem coniecturis colligi possumus, vt multitudinem fugeret, & in deserto latitaret: oportebat ergo ante lucem, ne videretur, aut cognosceretur, discedere, vt eum adhuc infans fugit in Ægyptum Matth. secundo, decimo quarto, de nocte fugit.

D

Egressus abiit in desertum locum.] Subit statim animum dubitatio, quam ob rem Christus continuo post tot miracula in solitudinem abierit. Et vna quidem huius rei causam ab Euangelista videtur indicari. *Ingemuit*, inquit, qua si infirmans propterea discesserit, vt oraret: sed altera fuisse causa vero similima videtur, quam Euthy. & Theophylactus hoc loco reddunt, vt fugeret humanā laudē, nosq; vt idem faceremus, exemplo doceret. Idem enim ēū fecisse alias post magna miracula legimus Matthæi 14. 23.

Insequebatur eum.] Hæc, vt diximus, altera in solitudinem discedendi causa fuit, vt semotus à turba hominū oraret, vt Mat. 14. 23. & 26. 36. & infra apud hunc Euangelistam c. 6. 46. & Luc. 5. 16. & 6. 12. & 9. 28. Non quod ipse orationi indigeret, sed docere nos posset res prosperè à nobis gestas, post miracula, siid nobis concedatur, facta, non debere asserri animo, sed orare. & Deo, si quid eginus boni, acceptū referre, vt Euthym. in comment. & Ambrosius Luc. 5. docuerit. *Dominus*, inquit Ambrosius, *erubescitur, non vult, propter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim sæculum docuit, non prædicandi ambitum reprehendit.*

E

36. Et persecutus est illum Simō, & qui cum illo erāt.] Petrus, & cæteri Apostoli, ac discipuli, quorum ille princeps, & quasi dux omnibus in rebus erat, ideoque solus nominatur. Lucas ca. 4. 42. non Apostolos, sed turbam hominum fuisse dicit, illam scilicet quæ pridie eius diei concionante Christo ad ripam erat, supra ver. 33. Verum q; vt ait Euthymius factū fuisse credēdum est, & Apostolos venisse, quemadmodum ait Marcus, vt magistrum requirerent; & turbam miraculorum magnitudine commotam, vt eum retinerent, ne alio abiret, vt Lucas declarat, & ver. sequenti indicat Marc. aut audirate plura miracula videndi.

37. *Omnes quærunt te.*] Turbæ illæ Capernaitarū quas scribit Lucas c. 4. 42. ad eum venisse, vt ipsum retinerent.

38. *Eamus in proximos vicos, & ciuitates.*] Respōdit tacite ad id, q Apostoli, non quidem dixerunt sed vt credibile est, optarunt, & insinuarunt, debere eū reuerti Capernaū, quia omnes Capernaitæ quærebant eū, & non esse contemnenda eorū studia, sed morē gerendum eorū pietati: delectari frequētia, & applausu auditorū oportere. Quibus ille non tā frequentiam, & celebritatem, quā necessitatē, spectandā esse. Capernaitas, si velint credere, satis prædicatū, satis miraculorū factū esse: alias etiā ciuitates, quę nondū Euangelium audiuissent, docendas esse. Nempe non debent concionatores plausum, sed animarum salutem quærere: & ibi, nō vbi maiorem frequentiam, sed vbi maiorem vident fructum, concionari malle.

Ad hoc enim veni. Lucas c. 4. 43. exiguo discrimine, quia ideo missus fum, quemadmodum dicit apud Ioā. c. 20. 21. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Significat ergo his verbis, se non ad otium, aut ad quærendam gloriam, captandumque hominum plausum, sed ad prædicandum Euangelium, ad omnes docendos, ac seruandos homines venisse, sicut Luca 2. 49. matri respondit, *Nescebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* & Ioan. quarto, trigesimo secundo, trigesimo quarto. *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, vt faciā voluntatem eius qui misit me.*

Ciuitates finitimas.

Ciuitates finitimæ.

Vicos quærendos.

Hierosm.

Ierusalem.

Iudæa.

Galilæa.

Samaria.

Decapolis.

Idumæa.

Trans Iordanem.

Tyrus.

Sidon.

Phœnice.

Syria.

Damascus.

Arabia.

Ituræa.

Trachonitis.

Abilina.

Cyrenaica.

Ægyptus.

Alexandria.

Libya.

Mauritania.

Numidia.

Africa.

Carthago.

Cyprus.

Creta.

Cilicia.

Tarsus.

Cappadocia.

Pontus.

Asia.

Ephesus.

Bithynia.

Nicæa.

Nicomedia.

Galatia.

Phrygia.

Pamphylia.

Pisidia.

Lycaonia.

Lycia.

Achaia.

Athenæ.

Corinthus.

Macedonia.

Philippi.

Thessalonica.

Epirus.

Dalmatia.

Illyricum.

Italia.

Roma.

Sicilia.

Syracusæ.

Melita.

Gallia.

Hispania.

Britannia.

Germania.

Pannonia.

Dacia.

Mysia.

Troas.

Lesbos.

Chios.

Samos.

Miletus.

Coos.

Rhodus.

Patara.

Cæsarea.

Ptolemais.

Tyrus.

Sidon.

Berytus.

*Tripolis

IN CAPVT II.

1. ET *iterum intrauit Capharnaum.*] De nocte oeculum intrasse, vt vitaret populi cõcursum, ex verbis sequentibus colligi potest. *& auditum est, quod in domo esset*, quasi dicat, quia clam vrbem ingressus fuerat, nemo sciebat ibi esse præter discipulos, qui eum sequuti fuerant, sed manauit in ciuitatem fama. Capite etiam superiore vers. 45. Euangelista dixerat Christum non potuisse manifeste in vrbes ingredi. Credibile autem est ideo rediisse Christum Capharnaum, vt sequentis occasione miraculi Euangelio iam imbutos ciuium illorum animos confirmaret. Quos, quia præcipua erat ciuitas, magni referebat esse constantes.

Vulgata editio defenditur.

Post dies.] Multa vetera Latinorum, nonnulla etiam Græcorum exemplaria legunt *post dies octo*: facilior quidem, vt videtur sensu, & a multis interpretibus comprobato, sed minus, vt opinor, vero. Certum enim est Christũ post dies aliquot rediisse, post dies autem octo redisse certum non est, & nõ debemus infinitam Euangelistæ sententiam fine certis argumentis definire. Addo, & minime dubius affirmo non potuisse Christũ statim post dies octo redire Capharnaum. Nam postquam ex ea vrbe discesserat, in multis Galilææ rum synagogis prædicauerat, vt e. superiori ver. 39. dixit Euangelista: & non poterat in synagogis nisi diebus sabbathi prædicare, quibus solis synagoga congregabatur, vt eodem c. ver. 21. docuimus. Multa ergo sabbatha inter discessum Christi à Capharnaum, & eodem reditum intercesserint necesse est. Itaq; nõ potuit post octo statim dies redire. Græci etiam auctores Theoph. & Euthy. non legunt octo, & suspicio mihi nonnulla est aliquem existimantem alteram lectionem nullum habere sensum (vt etiamnum aliqui putant interpretes) addito numero, vt locum corrigeret, corrupisse. Errandi causa fuit, quod phrasis Hebraica non intelligeretur. Solent autem Hebræi ita loqui אחר ימים, Post dies, id est, multis post diebus, qui sensus hunc in locum mirifice congruit.

Et auditum est, quod esset in domo.] Quomodo auditum fuerit: non est difficilis coniectura, domesti cum aliquem, vel familiarẽ eius domus, vbi Christus diuersabatur foras indicasse. Eam autem domum Petri fuisse dubium non est, quia ibi, cũ Christus in ea erat vrbe, solebat habitare, vt indicauit Euangelista capite præcedenti ver. 29. Quomodo vero Petrus domum habuerit, apud Matth. c. 8. 14. disputauimus. Tantum hic obseruandum est, non posse quocũq; se abdat, latere virtutem. *Non potest*, inquit, *ciuitas abscondi supra montem posita* Matt. 5. 14.

2. *Et conuenerunt.*] καὶ συνήχθησαν πολλοὶ &c. & statim cõgregati sunt, vt etiam Theoph. & Euthym. legunt. Sensus etiam est melior, quia maiorem habet emphasim. Voluit enim Euangelista studium populi ad conueniendum, diligentiamq; significare: quæ particula illa, *statim*, maxime declaratur: diligentiæ enim fuit statim conuenire.

Ita vt non caperent neque ad ianuam.] ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν. vt non caperent (eos loca) quæ ad ianuam (erant) sic Græca phrasi vellibulum Euangelista describit: quod ipsum dicit multitudinem, quæ extra domum erat, capere non potuisse. Sunt qui putent nostrum etiam interpretem ita vertisse, vt non caperent, nec quæ ad ianuam, id est, ea loca, quæ ad ianuam sunt: sed olim, cum diphthongi non scriberentur, aliquem ex *nec quæ ad ianuam*, feciſſe, *neque ad ianuam*, vt nunc in omnibus Latinis codicibus legitur. A Etsi ment alii cõiecturam, ego neque refutare, neque probare audeo. Aliqui Latini codices pro *caperent*, legũt, *caperet*, sed hoc vitium ex Græco articulo, qui pluralis A est numeri, facile corrigitur. Quod tantam hominum multitudinem conuenisse dicit, causa non erat. Voluit hac præfatione insinuare miraculum, quod narraturus statim erat, non in occulto, sed in oculis totius ciuitatis factum fuisse, vt quam plurimos eius rei se testes habere indicaret. Eodem spectat, quod ait Lucas cap. 5. 17. non solum ciues Capharnaitas, sed Scribas etiam, & Pharisæos, *qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem*, fuisse præsentes: qui cum inimici essent Christi, non solum præsentia, sed etiam incredulitate, & reprehensione sua magis illustre miraculum reddiderunt. Cum enim dixissent, *quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?*

B ver. 7. Christus sumpta inde occasione, vt, inquit, ver. 10. & 11. *sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.*

3. *Et veniunt ad eum ferentes paralyticum.*] Quidam, qui paralyticum ferebant, aut vt magis exprimatur phrasis, latores quidam paralytici. Non enim est participium, sed nomẽ participiale, qualia sunt, quæ apud Hebræos participia habitus appellantur נושאים ferentes, id est latores, qui ferre solent: qualem Hebraismum esse diximus, Matthæi 13. 3. *Exiit, qui seminat, seminare semen suum*, ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν seminans, id est seminator. Vocat autem *ferentes paralyticum*, vt ego quidem arbitror, non eos modo, qui gestabant, sed omnes, qui comitabantur, parentes, cognatos, amicos, qui eum ad Christum afferebãt.

Hebraismus.

C Nam gestantes postea distinguit: *Qui à quatuor*, inquit, *portabatur*; & natura sua verisimile est paralyticum si alicuius erat conditionis, non à suis, sed ab inferioribus, aut famulis, aut conductis hominibus fuisse portatum.

Qui à quatuor portabatur.] Non temere Euangelista portantium numerum designauit, quamuis nobis ratio minus cõstet. Beda vel ad quatuor Euangelia, vel ad quatuor virtutes, quas morales vocant, quibus quasi gradibus ad Christum venitur, hunc numerum pertinere putat. Vera, sed allegorica sententia. Voluit, nisi me coniectura fallit, Marcus morbi grauitatem indicare, vt maius miraculum appareret: adeo fuisse paralyticum illum omnibus dissolutum membris, atque totius corporis impotentem, vt non ab vno, aut altero, sed à quatuor hominibus gestari necesse fuerit.

D 4. *Et cum non possent offerre eum illi præ turba.*] καὶ μὴ δυνάμενοι προσενέγκαι αὐτῷ &c. & cum nõ possent appropinquare illi. Noster interpres melius mihi videtur verum reddidisse sensum, quam alii quidam, qui se eius emendatores profitentur. Intellexit enim, quod res erat, Euangelista m verbum προσενέγκαι Hebræorum more posuisse loco coniugationis הִקְרִיב. Eodem enim modo Hebræi à verbo קָרַב, quod idem est, quod προσεγγίζω appropinquare, mutata coniugatione dicunt הִקְרִיב appropinquare facere, id est, offerre.

Hebraismus.

Nudauerunt tectum.] ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, detexerunt tectum, est enim elegans profonomia. Quæ sequuntur vsque ad versum 13. apud Matthæum c. 9. 1. & 2. explicauimus.

E 13. *Et regressus est rursus ad mare.*] Quo egressus fuerit, solus dicit Marcus, cum Matthæus, & Lucas eandem narrauerint historiam. Quod autem dicit *rursus* indicat iam prius ad mare fuisse, vt dixerat capite 1. 16. eo enim respicit hoc verbum. Qua vero de causa egressus eo fuerit, non satis constat; colligitur tamen ex iis, quæ statim addit Euangelista, *Et docebat eos*. Ideo ergo exit ad mare, vt ibi doceret, vt Beda etiã animaduertit. Nam etsi prius dixerat omnem ciuitatem ad ianuam domus fuisse c. 1. 33.

se c. 1. 33. tamen dubium nõ est, quin Synecdoche A dem illi antiquiores, meliores que, sed posteriores vsus fuerit, qua maior pars pro toto sumatur, fuisse multos diuitas, præsertim negotiatores, qui mercaturæ causa iuxta mare habitaret, & suo quisque intenti lucro ad audiendam Christum non venissent. Eos nunc Christus quærit, vt & eos doceat, admirabili plane consilio quærentes se auditores fugit, non quærentes quærit. *Inuenerunt*, inquit, *qui non quæsierunt me.* Isaiæ 65. 1. Idem facere Christi concionatores debent. Altera ex effectu causa colligitur. Volebat Matthæum piscari, ideoque ad mare tendit. Theophyl. & Euthym. plausus, laudesq; factæ miraculi eum fuisse putant, ideoque à frequentia populi secessisse. At vero si fugere frequentiam voluisset, ad solitudinem vtiq; non ad mare, vbi maximam hominum multitudinem B negotiationis causa fuisse credendum est, sese contulisset.

14. *Et cum præteriret.*] Voluit Euangelista hoc verbo, vt videtur, significare Christum non quasi suscepto consilio Matthæum quæsiuisse; sed præteuntem, cum eum forte ad mensam sedentem vidisset, quasi ex itinere vocasse. Nempe vt intelligeremus illum non ex longa consuetudine, sed primo statim intuitu, eoq; per transennam hominem penitus cognouisse, prauidisseq; qualis, quantusq; futurus esset.

Vidit Leui Alphæi.] Græca fere omnia, & Latina etiam multa exemplaria pro *Leui*, legunt *Leuin*, nullo discrimine sententiæ. De his autem nominibus *Leui*, & *Alphæi*, & de cognomento Matthæi; quo post vocationem Apostolus ille, & Euangelista dictus est, videnda sunt, quæ apud eundem Matthæum diximus c. 9. 9.

15. *Et factum est cum accumberet in domo eius.*] Indicant hæc verba Matthæum alibi domum, vbi habitaret, alibi telonium, vbi vectigalia colligeret, habuisse; domum intra vrbem, telonium ad litus maris quo vectigales merces apportabantur. Nam ex telonio, vnde vocatus est, sequutus Christum in domum venit, ibiq; magnum Christo conuiuium exhibuit, vt ait Lucas c. 5. 29.

Erant enim multi, qui & sequebantur eum.] Hoc solus dixit Marcus, vt efficacitatem fructumq; prædicationis Christi declararet, qua moti multi etiam publicani & peccatores eum tanquam magistrum discipuli sectarentur. Hanc vim habet particula illa, *&*, quasi dicat publicanos, & peccatores C multos non solum libenter audiisse Christum, &, quæ ab eo dicerentur, credidisse, sed sequutos etiam fuisse eum, quoquo pergeret. Peccatores autem vocat: non eo sensu quo omnes homines & sunt, & vocari solent; sed eo, quo Iudæi solos Gentiles, aut Gentilium similes publicanos, qui negotia Cæsaris agebant, vt apud Matthæum diximus, appellabant. Hinc colligitur, quamuis solus Matthæus ex publicanis ad Apostolatum vocatus sit, aliquos tamen credibile est fuisse aliorum discipulorum numerum, ac fortasse etiam septuaginta duorum electos fuisse; de quibus mentionem Euangelistæ non fecerint, sicut qui fuerint septuaginta illi duo discipuli, non declararunt. Vide plura apud Matthæum c. 9. 10.

Cur sabbatizans visitauit eum.

Vulgata editio defenditur.

E 17. *Non necesse habent sani medicum.*] Aliqui offensi, vt arbitror solœcismo, credentesq; fieri non posse, vt eo vsus esset interpres, locum corrigere voluerunt, pro medico, medicum reponentes. Sed nescio, an locum corrigentes depranauerint. Malo credere magis fideli eum, quam elegantem interpretem, vt verbum de verbo redderet, & vt Græcam exprimeret phrasim. Latinam etiam Grammatica neglexisse, ὡς οὐκ ἔχουσιν ἰσχὺν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, non necessitatem habent valentes medici, vt conuertamus ad verbum. Sed quia necessitatem habere medici Latini non dicunt, opus autem habere non qui-

sacerdotes in templo sabbathum violent, & sine crimine sunt? Quod dicit *sabbathum violant*, non significat sacerdotes id faciendo reuera violasse sabbatha, sed violasse, si præcepti tantum verba considerentur, quemadmodum Pharisæi, qui busebum disputabat, considerare videbantur. Violabant ergo sabbathum, & non violabant. Violabant, si præcepti verba; non violabant, si sensum considerares; & quia sensus, non verba considerandæ erant, re quidem vera minime violabant. Hoc est, quod dicit, *Et sine crimine sunt?* si enim sabbathum vere violassent, sine crimine non fuissent. Corporis vero seruandi, tuendiq causa lotue virum sanctum legimus die sabbathi armatum Hebræorum exercitum circum muros Ierichuntis circumduxisse, Iosue 6. 15. 16 & Machabæos, ne victoriæ occasio elaberetur, seque hostibus inermes, & minime repugnantes traderent trucidandos, die sabbathi prælium cõmisisse. 1. Machabæorum 2. 41.

28. *Itaq; Dominus est filius hominis etiam sabbathi.*] Hoc apud Matthæum c. 12. 5 explicatum est. Tantum hoc loco exponendum, quomodo Marcus hoc dictum à Christo referat, cum Pharisæi Apostolos ob vulsas spicas reprehendissent: Matthæus vero, cum Christus in synagoga illum, qui manum habebat aridam, curauisset. Bis hoc dixisse Christum credendum est, vt apud Matthæum citatis probauimus auctoribus. Illud difficilius, & magis huius loci proprium est, quomodo hæc sententia ex superiore colligatur. Non enim, si non homo propter sabbathum, sed sabbathum propter hominem factum est, continuo sequitur Dominum esse filium hominis, etiam sabbathi. Et tamen Marcus, aut apud Marcum Christus, cum dicit, *Itaque*, hoc ex illo colligere videtur. Quidam sic respondent Christum eo ipso, quod filius hominis, est, omnium hominum caput erat, habuisse omnium rerum, quæ ad salutem hominum pertinerent, potestatem; quare cum sabbathum propter hominem factum esset, etiam sabbathi iure suo Dominum fuisse. Non displicet, sed simplicius fortasse, & breuius dici potest particulam illam *ἄρα*, *itaq.* non illationem, sed completionem esse: quasi dicat, denique Dominus est filius hominis, etiam sabbathi. Id est, si sacerdotes, & doctores belli in sabbathi obseruatione dispensare pomerunt, multo magis filius hominis poterit, qui auctor sabbathi fuit; potest enim princeps, qui legem tulit non interpretari modo, sed etiam abrogare. Hoc est, quod apud Matthæum capit. 12. 6. Christus dicit, *Quia templo maior est hic*, & versu 42. *Ecce plus quam Salomon hic.* Voluit etiam fortasse obiecure insinuare se, vt postea fecit, Iudæorum sabbathum abrogaturum.

CAPVT III.

1. *Et introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.* 2. *Et obseruabant eum, si sabbathis curaret, vt accusarent illum.* 3. *Et ait homini habenti manum aridam. Surge in medium.* 4. *Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant.* 5. *Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.* 6. *Exeuntes autem Pharisæi statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent.* 7. *Iesus autem cum discipulis suis recessit ad mare: & multa turba à Galilæa, & Iudæa secuta est eum.* 8. *& ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum, & Sidonem multitudo magna, audientes, quæ faciebat, venerunt ad eum.* 9. *Et dixit discipulis suis vt nauicula sibi deseruirent propter turbam, ne comprimerent eum.* 10. *multos enim sanabat ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas.* 11. *Et spiritus immundi, cum illum videbant procidebant ei & clamabant dicentes.* 12. *Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum.* 13. *Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum.* 14. *Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare.* 15. *Et deder illis potestatem curandi infirmitates, & eyciendi dæmonia.* 16. *Et imposuit Simoni nomen Petrus.* 17. *& Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitrui:* 18. *& Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thadæum, & Simonem Cananæum.* 19. *& Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum.* 20. *Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita vt non possent neque panem manducare.* 21. *Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam in furorem versus est.* 22. *Et Scribæ, qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eyicit dæmonia.* 23. *Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eyicere?* 24. *Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare.* 25. *Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare.* 26. *Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non potest stare, sed finem habet.* 27. *Nemo potest vasa fortis ingressus in domum direpere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.* 28. *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerint:* 29. *qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.* 30. *Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.* 31. *Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum,* 32. *& sedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris quærunt te.* 33. *Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei?* 34. *Et circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei.* 35. *Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.*

Matt. 12. d. 9. Luc. 6. b. 16.

Matth. 12. b. 14.

Mat. 10. a. 1. Luc. 6. b. 13.

Matth. 9. d. 34.

Matth. 12. c. 31. Luc. 12. b. 10. Ioan. 5. d. 16.

Mat. 12. d. 46. Luc. 8 a 19.

IN

IN CAPVT III.

1. *Et introiuit iterum in synagogam.*] Dicit iterum introisse, quia prius narrauerat in synagoga Capernaitarum docuisse cap. 1. 21. Postea enim dixit ex solitudine, in quam se receperat c. 1. 35 in Capernaum iterum rediisse c. 2. 1. Nam & hoc miraculum, quod sequitur, in Capernaitarum synagoga factum fuisse, & ex Matthæo c. 12. 9. & ex narratione Marci consequentia colligitur. Ingressus autem est in synagogam, quia sabbathum erat, quo die vt diximus c. 1. 23. synagoga congregabatur. Erat autem sabbathum proximum post illud, quod secundo primum Lucas c. 6. 1. vocauit, vt ex eodem Lucæ ca. versu 6 intelligi potest. Itaq; sabbatho secundo primo accidit, quod de vellentibus spicas Apostolis dictum est superiore capite versu 23. vt constat ex Luca cap. 6. ver. 1. sequenti autem sabbatho, quod nunc de habente manum aridam narrat Marcus, vt eodem Lucæ c. 6. 6. manifestum est. De sabbatho autem illo secundo primo, quod nam id fuerit, apud Matthæum c. 12. 1. disseruimus.

Et erat ibi homo habens manum aridam.] Aut à Pharisæis eo inductus, quasi muscipula ad capiendum Christum (credi enim potest, quidquid alienum non est ab eorum ingenio) aut qui de more, sicut alij Iudæi, in synagogam venisset, quia sabbathi dies erat, nihil de curatione sua cogitans: aut, quod similius veri est, qui eo animo, causaque venerat, vt à Christo, quem pro sua consuetudine in synagogam die sabbathi venturum credebat, sanaretur.

Habens manum aridam.] Lucas c. 6. 6. manum dexteram fuisse dicit: quod & ad fidem historiæ dum vtra fuerit manus exponit, & si non ad miraculi, ad beneficii certe accepti magnitudinem pertinet: quod eo maius fuit, quo magis homini dextera, quam sinistra manus erat necessaria. Quæ sequuntur vsq; ad versum 7. Matthæi 12. 9. 10. 12. 13. 14. exposuimus.

7. *Iesus autem cum discipulis suis recessit.*] Cur recesserit Matthæus exponit c. 12. 15. *Iesu*, inquit, *sciens recessit inde*, id est, cum Pharisæorum, & Herodianorum de se perdendo consilia, de quibus Euangelista paulo ante loquutus fuerat, cognouisset. Vonit dare locũ iræ, vt admonet D. Paulus ad Rom. 12. 19. sicut alias eum fecisse legimus, cum à Iudæis ad perniciem quæreretur Matthæi 2. 14. cum adhuc infant quæreretur ab Herode, fugit in Aegyptum Matthæi 4. 12. cum cognouisset in vincula coniectum Ioannem, fugit in Galilæam, Lucæ 4. 29. 30. cum ciues ipsius Nazareni vellent eum ex monte præcipitem agere, per medium eorum transiens euasit. Ioannis 8. 59. cum Iudæi, vt in eum conniterent, lapides accepissent, abscondit se se, & Ioannis 12. 36 timens iterum Ierosolymitanam turbam iterum sese abscondit. Quæ loca Tertulliano, Athanasio, & Augustino, vt scriberent de fuga in persecutione, copiosam materiam præbuerunt.

Fuga in persecutione.

Et multa turba a Galilæa, & Iudæa.] à Galilæa vbi Christus erat, & à Iudæa, vnde eo venerat, & vbi ante prædicauerat, audita veroloannes compressione fugerat c. 1. 14. Inde ergo aliqui eum discipuli in Galilæam venientem sequuti fuerant, sicut paulo ante mortem ex Galilæa in Iudæam redeuntem religiosæ, & piæ aliquot mulieres sequutæ sunt Matthæi 27. 55. & Lucæ 23. 55.

8. *Et ab Ierosolymis.*] Distinguit Ierosolymam à Iudæa, quamuis ipsa in Iudæa esset, atq; adeo eius caput: quia magis mirum erat inde, quam ex reliquis Iudææ partibus venisse aliquos, cum ciuitas esset Christo omnium inimicissima plenaque Doctorum, vt in ea qui essent, non existimarent se Christi indigere institutione, atque disciplina. Sed animorum miraculorum magnitudo inuitos etiam trahebat inimicos.

Et ab Idumæa.] Hoc etiam eadem causa additum est, quia magis mirum erat Idumæos hominet Gentiles, & perpetuos Iudæorum hostes, quam Iudæos, atq; Galilæos ad audiendum venisse Christum. Nota inimicitia inter Idumæos, & Iudæos causa est. Trahebant Idumæi originem ab Esau, qui, quod rufo colore esset, Edom cognomento dictus est Gen. 25. 25. Et cum fratre Iacob, ex quo Iudæi progneti erãt, ob præreptam sibi ab eo benedictionem gesit inimicitias Genes. 27. 36. 41. Italq; & ob eam causam hæreditarium, & ob negatum Iudæis ex Aegypto reuertentibus transitum Num. 20. 14. & nouis postea auctum iniuriis, & Dei etiam præcepto perpetuum inter illos erat odium, vt propheræ sæpe testantur, Num. 24. 18. Psal. 136. 7. Isaiæ 21. 11. & 34. 5. & Ieremiæ 49. 7. & Thren. 4. 22. & Ezech. 25. 13. 14. & 32. 29. & 36. 5. & Amos 1. 11. & Abdiæ 1. 1. Quibus de causis, si aulque, quod longius Idumæa distaret (erat enim ad Austrum versus Aegyptum) mirum videri poterat inde vsq; Idumæos ad Christum audiendum venisse; sed impleuerat totam Syriam fama miraculorum Christi, & omnes ad se homines allicicbat Matthæi 4. 24. & maior gratiæ, quam naturæ vis erat. Nempe hoc est, quod apud Matthæum c. 8. 11. 12. dicebat Christus, *multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum; filij autem regni eicientur in tenebras exteriores.*

Et trans Iordanem.] *τὰ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.* Intelligitur *ἀπὸ κοινοῦ* propositio *ἀπό*, & à trans Iordanem, id est, ab ea regione, quæ trans Iordanem dicebatur, fere totam omnem regionẽ, quæ vltra Alpes est Transmontanam vocant: non quod vere ea regio trans Iordanem Iudææ, & Galilææ esset, quemadmodũ video Euthy. & multos alios interpretes existimare (citra enim erat) quemadmodum Matthæi 4. 15. demonstrauimus, sed quia, vt illic diximus, veteribus ab Aegypto Iudæis vltra Iordanem erat, datum tunc à venientibus nomen semper retinuit: sicut Itali etiam eum in Gallia, vel Germania sunt, eam ipsam regionem, quemadmodum cum in Italia erant, Transmontanam vocant, cum tunc illic non trans, sed citra montes sit.

Et qui circa Tyrum, & Sidonem.] Duæ nobiles vrbes Tyrus, & Sidon Occidentales fere Iudæis, à Gentilibus habitatæ, vt colligitur ex Matthæo cap. 11. 21. & ex Lucæ c. 10. 13. Non dicit Euangelista Tyrios, & Sidonios venisse, Gentiles enim erant; sed eos, qui iuxta Tyrum, & Sidonem habitabant, id est, Decapolitas, quia & ipsi Galilæi erant, sed propter Gentilium vicinitatem minus religiosi. Erat enim Decapolis in finibus Tyriorum, & Sidoniorum, vt ex c. 7. 31 intelligitur. Sunt tamen qui Græcam phrasim *οἱ περὶ τὴν περὶ τὸν τόπον* ipsos Tyros, atq; Sidonios significare putent, sicut Theophyl. & Euthym. interpretantur, nec admodum ego dissentio, quia etsi verba potius vicinos Tyriorum, atq; Sidoniorum, quam Tyrios ipsos, Sidoniosq; significant, tamen maior, plenioreq; sententia est, si Tyrii ipsi, atq; Sidonii significentur. Magis enim mirum est Tyrio, ac Sidonios homines omnino Gentiles, quam eorum vicinos Galilæos ad audiendum Christum venisse.

Audientes, quæ faciebat.] Causam exponit facti tanti vndique concursus, venitbant, inquit, omnes miraculorum eius commoti fama.

9. *Et dixit discipulis suis.*] Præcepit, Hebraissmus, vt *ipse dixit, & facta sunt* Psal. 148. 5. id est, mandauit, vt sequenti repentinone exponitur. *Ipse mandauit, & creata sunt*, & Matt. 8. 8. *tantum dic verbo, & sanabitur puer*

puer meus, id est, iube. ¶ *Vt manicula sibi deseruiret.*] Sibi nimirum soli eum aliquot discipulis suis, ne ii omnes, qui vellent, vt illum vel tangerent, vel audirent, vel etiam viderent in communem cum illo nauem ascenderent, ipsum opprimerent. Loquitur enim quasi puros homo timide, & caute, cum Deus esset: ἀσυνηρέτους. quo verbo hic Euangelista vtitur Græco, plus esse videtur, quam deseruire, nempe, propriam, & in individuum esse. Itaque videtur significare, vt non tantum nunc, sed quotiescunq; traiicere vellet stagnum propriam haberet nauem. Nauicuiam autem διμινυτικῶ nomine vocauit, quia, cum solus vellet traiicere, parua tantum sat pha opus erat.

10. *Multos enim sanauerat.*] Ne videretur Christus sine causa nimiam hominum multitudinem timuisse, ideoq; propriam voluisse habere nauicu- B lam, rationem reddit Euangelista, cur fierent tanti ad eum concursus, quia *multos*, inquit, *sanabat*, & sanabat quidem, qui vel tantum eius vestimenta retigissent, vt clarius exponit infra cap. 56. Cũ autem dicit sanasse multos, non indicat aliquos ægrotos, qui se illi obtulerunt, aut non potuisse, aut noluisse sanare, sed tantum significat eos, quos sanabat, fuisse multos, vt in simili loco explicuimus supra cap. 1. 34.

Morbi flagella Dei. *Quot quot habebant plagas.*] πάσους flagella, plagas vocat omne genus morbi, quia morbs plerisq; Dei flagella sunt, vt Theophylact. admonuit. Exempla sunt in scriptura huius rei multa Ioannis 5. 14. Exodi 15. 26. Leuit. 26. 16. 21. Deut. 7. 15. & 28. 27. 60. & 2. Reg. 24. 13. & 4. Reg. 5. 27. & 2. Paralip. 21. 18.

11. *Et spiritus immundi, cum illum videbant procidebant ei.*] Beda hæc verba non solum ad eos, qui à dæmonis vexabantur, sed ad eos etiam, qui plagas habebant, vt ver. præcedenti dictum est, referenda esse existimat. Non probo sententiam; nam illi, qui habebant plagas, suum sam verbum habuerunt *ita*, inquit, *vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quotquot habebant plagas.* Itaq; necesse est, vt hoc verbum *procidebant ei* proprium eorum sit, qui immundos spiritus habebant. Adde quod, si hoc verbum ad alios referretur, etiam quod proxime sequitur, ad eosdem referendum esset, *Et clamabant dicentes, tu es filius Dei:* quod nemo, vt opinor, probabile iudicabit. Hunc enim clamorem solorum dæmonum fuisse constat timentium, ne se Christus expelleret, magisq; cruciaret. Qua au- *Quare dæmones ante Christum procidebant.* tem ratione dæmones Christo procidenti, digna scitu est. Nempe non religione vlla, vel charitate, quasi vere Christum adorare vellent: sed timore, quasi supplicium suum & confessione ora, & subiectione corporis deprecaturi, vt recte idem Beda & Theophylact. adnotauerunt.

12. *Ne filium Dei.*] Huius versus explicationem quære supra c. 1. 24. 25. Ex hoc autem loco constat verum esse, quod ille diximus, idem esse sanctum Dei, & filium Dei. Nam quem illic dæmones sanctum Dei, hic filium Dei appellauerunt. Amplificarunt mirifice hunc locum aduersus Arianos auctores veteres, dæmones plus fidei, quam illos habuisse, qui quod illi negarent, conteruntur, Christum verum, ac naturalem filium esse Dei. Nec enim dubium esse, quin alia ratione Christum fi- *De diuinitate Christi contra aduersarios.* E lium Dei, quam prophetas, viros q; sanctos appellauerint. Nam verum vllum sanctum filium Dei dæmonem appellasse non legimus. Python ille Paulum, & Silam, vt sanctissimos esse viros indicaret, seruos Dei altissimi vocauit; filios Dei non vocauit Act 31. 16. 17. contra vero Christum nusquam seruum Dei dæmones vocant; filium Dei, & quod idem est dominum, sanctum Dei vocant. Non ergo filium Dei adoptiuum, quales non modo Paulus, & Silas, verum nos etiam omnes gratia Dei sumus; sed naturalem, ac verum Dei filium es-

se confessi sunt. Sicutam naturalis Dei filius est, verus Deus est. Qua de re plura in Theologicis de Trinitate scholis disserimus: satis nunc est ad Athanasium in lib. de natura humana verbi, & ad Bedam in comment. in hunc locum lectorem mittere.

Et vehementer comminabatur eis.] Adiunctis minis præcipiebat, ne se manifestium facerent, vide c. 1. 25.

13. *Et ascendens in montem.*] Orandi causa in montem ascendisse ex Luca cap. 6. 12. manifestum est, vt sæpe alias facere solebat: Apostolos autem eligendi causa ascendisse manifestum non est, quamquã quia fieri consueuerat, consenit etiam credere factum esse. Matthæus quod de Apostolorum electione sequitur, prius narrat, quam miraculum sanatæ hominis, qui manũ habebat aridam, & quam quod supra scripsit Marcus à versu septimo vsque ad hunc locum & cap. 2. 23. de discipulis spicas die sabbathi vellentibus, quamuis ex Marco hoc loco, & ex Luca c. 6. 13. post illa hoc factum esse constet. Itaque vt Matthæus 10. 1. docuimus, credendum est Matthæum, quod post factum erat, prius per anticipationem narrasse; sine certo aliquo, nobis tamen incognito consilio, siue quia id forte memoria occurrit prius, quod gestum erat posterius.

Venerunt ad eum quos voluit ipse.] Vocasse ad se dicit, quos cum illo prius non fuissent. Caterum credibile est, cum in montem vna cum discipulis ascendisset, seduxisse se se ab illis in aliquem solum locum, vt illic solus oraret, quemadmodum cum aliis fecisse legimus Matthæi 26. 36. & Luce 9. 18.

Quos voluit.] Ex discipulis nimirum suis, qui C eum in montem secedentem sequuti fuerant. Nam turba in montem non ascendebat, sed in eam partem loco eius reditum expectabat, vt colligitur ex Luca cap. 6. 17. Prius igitur ex turba hominum magno numero; deinde ex discipulis ipse parum Apostolos elegit: sicut Ecclesia nunc ex innumera plebe presbyteros multos, ex presbyteris Episcopos paucos assumit. Dedit enim forte eum Christus, eos eligendi, vt Chrysostomus, & Theophylact. indicauerunt. Quod autem dicit, *quos voluit ipse*, & ambitionem, & secretum Apostolorum excludit, & Christi potestatem, atq; auctoritatem affirmat. Cum enim dicit, *quos voluit ipse*, significat, non qui ambierunt, si quis forte ambit, sed tantum quos Christus volut electos esse. *Nec, quamquam summi fiat honoremo*, inquit D. Paulus, *sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.* Heb. 5. 4. Hoc modo idem Paulus se ad Apostolatum vocatum indicat, cum non solum non ambiret, sed odio etiam prosequeretur Romanos, 1. 1. & 1. Corinth. 1. 1. Hoc est, quod Christus postea Apostolis dixit, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* Ioannis 15. 16. Indicat etiam non qui meruerunt, sed quos Christus vocare voluit, eos ad Apostolatus munus vocatos esse; *non quod simus sufficientes* (dicebat de se vltimo loco vocatus Paulus) *cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est* 2. Cotinth. 3. 5. 6. sic Ephes. 1. 1. vocat se Apostolum *per voluntatem* Dei, id est, non suis meritis, sed diuina electum voluntate. Hoc autem cum dicitur, meritum quidem excluditur, natura vero habilitas non excludi- E tur, quemadmodum & Euthymius, & Theophyl. in commentariis adnotarunt. Nec enim dubito fecisse Christum, quod prudentissimus profecto quisq; fecisset, vt, quam quisq; apem ad id esset munera, consideraret. Non nego, quod docti hic quidam interpretes docuerunt, hoc inter nos, & Christum esse discrimnis, quod nos apros eligamus, non faciamus ministros; ille, vt D. Paulus de se testatur, etiam ineptos postquam elegit, aptos facit; tantum dico credere me aliquam eam naturæ cuiusque habere rationem. Nam & nos discipulos ad docendum ineptos eligimus aliquãdo vt eos docendo aptos efficiamus, tamen cum neq; omnes inepti, in docilesq; sint, magis ingeniosos, & hauriendæ, quam tradituri sumus, disciplinæ capaciores eligimus: Christi vero potestas asseritur, quia significatur eum non iussa, aut præcibus alterius multa coactum legere, sed sola sua libera voluntate Apostolos elegisse. Caterum, quemadmodũ paulo ante dicebamus ita Apostoloru meritum his verbis excludi, vt naturæ habilitas non excluderetur; sic credendum est ita asseri Christi his verbis potestatem, vt consilium, ratio, atq; prudentia non negetur. Neq; enim indicatur ita eum illos potuisse, quam alios Apostolos sua voluntate eligisse, vt nihil ad eligendum præter voluntatem, neq; consilii, neq; rationis adhibuerit. Nam quemadmodum hos potius, quam illos; ita hoc potius, quam illo numero sua elegit voluntate; atq; cur duodecim, non plores, neq; pauciores eligerit, omnes veteres auctores, vt apud Matthæum cap. 10. 4. docuimus, non solum aliquam præter voluntatem, sed manifestam etiam fuisse rationes tradiderunt.

Et venerunt ad eum.] Apostolorum indicatur obedientia, qui statim vocati venerint, cum, quam ob causam vocarentur, ignorarent, itaq; cogitare de Apostolatu non poterant. Significatur & liberum veniendum arbitrium, vt multi recentiores interpretes notauerunt: neq; enim dixisset Euangelista vocatos venisse, nisi & non venire potuissent.

14. *Et fecit, vt essent duodecim cum illo.*] Verba vitio, vt opinor, scribentium transposita ad hunc e- C nim modum legendum est, & fecit duodecim, vt essent cum illo, quemadmodum & Græce legitur, & nostrum vertisse interpretem credendum est, *ἐποίησεν δώδεκα ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ.* Sensus autem est multo facilior, ac melior, fecit duodecim (Apostolos) eur autem fecerit, duas Euangelista exponit causas. Vna hæc est, *vt essent*, inquit, *cum illo*, id est, vt ipsi tanquam familiares & domestici semper adessent; altera, *vt essent*, inquit, *mitteret prædicare.* Quapropter & Apostolor, vt ait Lucas, no minarit, id est, missos, non sicut tabellarii, aut nuntii, sed sicut legati mittuntur, propterea non solum nuntiandi, id est, Euangelii prædicandi, sed etiam baptizandi, remittendi peccata, aliaq; multa faciendi potestatem dedit, quod proprium legatorum est. Dicit autem, *vt mitteret eos prædicare*, non statim, sed eam tempus esset; neq; statim misit, vt constat ex Marco D c. 6. & ex Luca c. 9. 1. sed prius eos instruxit longo illo, & diuino sermone, quem Matthæus toto cap. 5. & 6. & 7. & Lucas c. 6. 20. narrant. Quare autem duodecim elegerit Matthæi 10. 5. dictum à nobis est.

Et dedit illis.] Non statim, sed postea, cum eos ad prædicandum emisit c. 6. 7. & Luce 9. 1. & Matthæi 10. 1. sed hoc per anticipationem Marcus dixit, quia de eorum missione mentionem fecerat, in qua ea Apostolis potestas data est. Græca aliquo multo clariorem habent sensum, *καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τοῦ ἔχειν τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα*, & habere potestatem sanandi morbos, & eiiciendi dæmonia, id est, vt mitteret eos prædicare habentes hanc potestatem eurandi morbos, & eiiciendi dæmonia. Itaq; E hæc verba sicut duo proxime præcedentia, *vt essent cum illo, & mitteret eos prædicare*, referenda sunt ad verbum illud primum *fecit duodecim.*

16. *Et imposuit Simoni nomen Petrus.*] An tunc imposuerit, an postea initio, cum ab Andrea fratre suo ad Christum adductus esset Ioannis 1. 41. 42. an postea cum Apostolos ad prædicandum misit infra c. 6. & Matthæi 10. 1. & Luce 9. 1. an cum super illum fundare vellet Ecclesiam Matthæi 16. 18. apud Matthæum c. 10. 2. disputauimus.

17. *Et Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina.*] Videtur & Latine, & Græce

A hic esse solœcismus, nisi in superiori versu *καὶ ποιεῖ* vel aliquid, quod non exprimitur, intelligatur nempe, *fecit* ea est, elegit Apostolum Simonem, & *imposuit Simoni nomen Petrus*, deinde sequatur, *& Iacobum Zebedæi*, supple *fecit*, id est, elegit Apostolum.

Boanerges.] Non dubito verum esse, quod in cõmentariis in cap. 1. Danielis Hieronymus indicat, ignoratione peregrinæ linguæ adeo corruptum à notario defluxumq; hoc nomen esse, vt vix in eo prima originis vestigium vllum appareat. Putat ille pro בְּנֵי רְעֻמִי Bene raam factum esse *Boanerges*. Nõ vt viri quidam docti existimant בְּנֵי רִעְמִי *Bene remis filii tonitrui.* Nam nec id Hieronymus dicit, & haud scio an vere dici possit, cum Hebraice tonitrum non רַעַם *reem*, sed רְעַם *raam appellatur.* Alii B quo propius ad *Boanerges*, id est, ad vitiatum nomen accedere videantur, & probabiliorem scripturam errorem factum nominum similitudine בְּנֵי רִגְשִׁי legendum existimant, id est, filii tumultui. Nam quamuis רִגְשׁ non tonitru, sed tumultum significet; tamen, quia contru tumultus quidam vehemens est, tumultum pro tonitru ponit, ideoque Euangelistam interpretatum esse filios tonitrui. Nam & Homerum Iouem illum sũ *ἀστεροπητὴν* altifrementem, id est, altitonantem appellasse, quia de tonitru fremitus est. Probarem si inuenirem רִגְשׁ apud Hebræos tumultum significare, quod nusquam inuenio. Nam est רָגַשׁ *ragasch* significat congregare, conuenire, tumultuari, tamen רִגְשׁ *regesch* non tumultum, sed congregationem significat, & scimus auctores Græcos Hebraicam literam ר in Græcam ρ & sono, & figura similem solere mutare, cuius rei in Septuaginta interpretum Idiomatis ex Genes. cap. 25. 4. & 36. 25. 10. 14. exempla notata mus; vnde non difficile mutari potuit. Cur Christus Simonem Cepham, id est, Petrum appellauerit, in prompta ratio est, & ab ipso Christo non obscure significatur Matthæi 16. 18. quia super ipsum fundaturus erat Ecclesiam. *Cur Iacobum & Ioannes filios tonitrui appellat.* Cur autem Iacobum, & Ioannem filios tonitrui vocari voluerit, ex eventu coniectura sumpta est. Futuri erant secundum Petrum Christo familiarissimi, & Euangelii eius ardentissimi prædicatores. Itaque videtur solorum eos vna cum Petro ad res secretiores, maioresq; adhibere, ad transfigurationem infra c. 9. 2. & Matthæi 17. 1. & Luce 9. 28. & ad C orationem horti infra cap. 14. 33. & ad suscitationem mortuæ puellæ filiæ Archisynagogi cap. 5. 37. Petro igitur tanquam duci, Iacobo, & Ioanni, tanquam duobus eius significeris, noua dedit nomina, quia insigniores Euangelii prædicatione futuri erant. Reliqua quæ ad hunc, & ad sequentem versum spectant, apud Matthæum c. 10. 4. exposita à nobis sunt.

10. *Et veniunt ad domum.*] Petri, vt opinor, domum intelligit in Capernaum, vbi Christus cum in eam veniebat vrbem, solebat diuertari. c. 1. 29. & c. 2. 1. nam in eadem videtur adhuc versari vrbe, cum ingressum in eam fuisse cap. 2. 1. Marcus dixerit: egressum ex ea nondum dixerit. Etsi Euthymius & aliam vrbem, & aliam fidelis alicuius domum fuisse putat.

Panis apud Hebræos pro omni cibo. *Ita vt non posset, neq; panem manducare.*] Nota Hebraorum phrasis est, qua pana pro omni pomtur cibo, & panem sumere, & cibum sumere. Quidam hæc verba ad solam turbam quæ Christum audiebat, referunt, quasi dicat Euangelista adeo fuisse audiendi Christum auidam, adeo in eius prædicationem intentum, vt sumendi cibi oblitus esset. Beda ad vtrosq; & ad Christum, & eius discipulos, & ad auditores refert, vt in illis docendi, & in his audiendi commendetur studium. Potius credo ad solum Christum & Apostolos referri oportere. Nam relatum illud *αὐτοὺς*, quod Græce est, vix po-

test ad alios quam ad eos respicere, de quibus dixerat versu 20 *venit turba rursum, & versum ad domum.* Illi autem, quum domum venisse dicuntur, non auditores, sed Christus, & Apostoli erant. Nam de auditoribus potest dici, *& conuenit iterum turba.*

21. *Et cum audissent.*] *τοῦ κρατῆσαι αὐτὸν* & cum audissent ii, qui ab ipso erant, id est, quia eũ pertinebant. Græca phrasis. Qui autem ii fuerint, in certum. Auctor commentariorum, qui Hieronymo inscribuntur, Apostolos fuisse arbitratur. Improbabilis opinio. Nam & Apostoli intus cum Christo erant; it autem, qui tenere Christum volebant, aliunde venerant, vt eum quærerent; neque credendum est Apostolos, aut dixisse, aut cogitasse vnquam Christum insanire, quemadmodum isti dixerunt. Alii, qui ab ipso erant, interpretantur, qui erant ex eius patria, ciues, & populares eius, vt Theophylacto placet. Nimis hoc generale est, & nescio, an vero simile sit tantam illis de Christo fuisse curam, vt audito id vellent, cum non multo ante ex monte præcipitare eum voluissent. Luc. 4. 29. Alii Christi domestici fuisse intelligunt, vt Euthymius. Plurimorum opinio est, quam Bedæ, idemq; Euthymius, & Theophylact. sequuntur, intelligendos esse Christi cognatos, quod, vt videtur, & ex verborum proprietate, & ex versu 31. confirmatur. Nam & Græca phrasis cognatos proprie significat, & videtur Euangelista rem ita narrare, vt eos dem fuisse indicet eos, qui ad tenendum venerunt Christum, & eos, qui ad fores domus stabant, volentes eum conuenire: illi autem, qui ad fores stabant, vt Euangelista declarat, Christi cognati erant, ergo & hi, qui ad eũ tenendũ venerunt. Illud tantum huic interpretationi videtur aduersari, quod illi, qui ad tenendum venerunt Christum, dixisse dicuntur eum in furorem conuertisse; illi autem, qui ad fores stabant, eius mater Beata Virgo, & fratres erant, & creditu nefas est Beatam Virginem aut dixisse, aut existimasse Christum fuisse furiosum. Hoc non me mouet, vt ab hac sententia, quæ tam multorum auctorum est, facile discedam. Exiitimandum enim est Euangelistam per syllepsim loquutum fuisse, figuram in sacris literis vsitatam, qua quod vnus fecit, dicuntur fecisse multi. Matthæus cap. 26. 8. scribit discipulos ob effusum in Christi caput vnguentum indignatos murmurauisse, cum constet ex Ioanne 12. 4. 5. solum indignatum fuisse, & murmurasse Iudam. Idem Matth. cap. 27. 44. scribit latrones, qui vna cum Christo crucifixi erant, blasphemasse, cum ex Luca c. 23. 39. manifestum sit non blasphemasse, nisi vnum. Itaq; non solum necesse non est, vt quia dixit Euangelista Christi cognatos dixisse eum in furorem versum esse, intelligamus id etiam eos dixisse matrem, sed ne plures quidem vno dixisse. Satis enim est, vt vnus cognatus diceret, vt vere Euangelista dicere potuerit id cognatos dixisse.

Syllepsis in re sæpenumero frequens.

Insolentem. lib. 2. Instit. de Curatore Furio de verisim. l. 1. c. 2. Cic. 2. de Inuent.

Exierunt tenere eum.] Vt vincirent, & domi in custodia tenerent. Erat apud Romanos lex, vt si quis in insaniã incideret, vinctus cognatis fuis traderetur, neq; alia afficeretur pœna. Similem si non legem, consuetudinem tamen apud Iudæos fuisse putandum est, qua vsi eo rogati voluerint Christum, vt eius vitæ consulerent, præripere Pharisæorum inuidiæ.

Dicebant enim.] Aut apud se animo, & cogitatione, aut etiam verbis. Vtrumq; enim Hebræorum phrasis quam Marcus imitari solet, significare potest. אָמַר dicere apud Hebræos non solum dicere verbum sed etiam animo cogitare est, vt Psal. 118. 57. *dixi custodire legem tuam*, id est, cogitaui, decreui, statui apud me. Sed probabilius est verbis etiam hoc illos dixisse, cum rationem ita, qui audierant, & audiebant, reddere voluerint, quare Christum tenere vellent, quia *in furorem, in quietbant*, versus est.

Hebraismus

Quoniam in furorem versus est.] Hunc locum diffidiorem pietas facit; quia enim animus horret non solum credere, sed cogitare etiam Christi cognatos, aut dixisse, aut existimasse eum esse furiosum, pio quodam studio nonnulli relicta verborũ proprietate aliam, quæ minus a pietate abhorrere videretur interpretationem quæsiuerunt. Nescio an, dum pias quærerent, falsas inuenerint. Quidam igitur eorum illud Græcum verbum ἐξέστη, quod noster interpres reddidit, *in furorem versus est*, vertunt, excessit, abiit, euasit; id nam ip aliquãdo significat, quasi dicant, quod concionetur Christus, q dæmones eiciat, quod tantam hominum turbam commoueat, se insania facere: insulit enim se domo exisse. Cuius interpretationis & Euthymius videtur fecisse mentionem. Mihi nescio quid habere videtur insulsi. Minime enim speciosus hic erat prætextus, vt probarent velle se tenere eum, quod ipsis inuitis domo exessisset; neq; enim ante eum domi inuitum coercebant. Alii fabulius, nescio an melius, hæc verba non ad Christi cognatos, sed ad turbam referunt. de qua versu præcedenti dictum erat, & verbum ἔρχονται eodem modo, quo superiores auctores exponunt; id est, abiit, excessit, quasi eum Christi cognati audirent turbam rogarent, vt sibi liceret eum conuenire, aut vt eum ad se vocarent, turba respondente, abiit, non est hic. Quod autem Euangelista pluralis vsitur verbo, non difficile respondent nomen *turba* collectiuum esse, posseq; plurale verbum admittere. Id ego non moror, illud moror, quomodo potuerit respondere turba, non est hic, abiit, cum cognati Christum & turbam audientem viderent, quippe quam ille quærerunt, & plum prædicantem Christum. Sicut alii, qui ad ostium erant, audirent. Deinde cuius rei causam reddet particula illa, *enim*, cum Euangelista dicit, *Dicebant enim, quoniam in furorem versus est?* Haud dubium, quin illius præcedentis verbi reddatur causa, *Exierunt tenere eum*; propterea enim volebant eum tenere, quia, vt dicebant, in furorem versus erat; non ergo turba, quæ Christum audiebat, sed Christi cognati, qui, vt eum tenerent venerant, hoc dixerunt. Omnes deniq; interpretationes istas, quæ non tam rationem veram sequũtur, quam apparentem absurditatem fugiunt, hoc vno perstare fallentur, si illam, quæ his auctorib. esse videtur absurditas, non esse demonstretur. Id autem iam demonstrauimus, cum docuimus esse syllepsim, neq; esse necessarium, vt aut Christi mater, aut omnes eius fratres, hue cognati; sed vt vnus tantum id eorum dixerit. Itaq; recte noster vertit interpres, *in furorem versus est*, quemadmodũ omnes boni auctores Hieron. Beda, Euthym. Theophylact. interpretantur. Nec quorũdam moderationem probo, qui vt sententia mitior esse videatur, pro *in furorem versus est*, verunt, mente alienatus est, aut in mentis excessum incidit. Nam præter quam quod alienatum esse mẽte haud multo magis est mitius, quã furorem versum esse, verbum illud præcedens, *Exierunt tenere eum*, indicat cognatos noluisse dicere Christum in excessum mentis incidisse, sed vere esse furiosum. Non enim, qui in mentis excessum incidebant, vt prophetæ, & viri alii sancti diuina passi, sed insani, & furiosi tenebantur, vincibantur q. Pertinet ad hunc locum, vt lector intelligat, verene putauerint Christi cognati eum furere, an id dixerint contra sententiam, vt eum ex periculo, quod illi imminere putabant, hoc furoris simulatione subducerent. Hieronym. Beda, Theophylactus, Euthym. & omnes, quos me legisse memini, vetustiores auctores, non simulationem, sed sensum fuisse existimant. Quibus libenter equidem eorum duorum auctoritate subscribo; quanquam nihil absurdi esse video, si fuisse dicamus simulationem

Christi dicta & facta aliter atq; aliter interpretati.

nem. Nam nec Euangelista dicit, putabant, sed *dicebant, quoniam in furorem versus est*; & si eorum voluntate existimationi consilere res est eiusmodi, vt tutioris fuisse culpæ videatur id fingere, quam credere. Alia ad explanationem huius loci perfectam reliqui est quæstio, quem ob rem cognosci tenere Christum voluerint præsertim, si non credebant eum insanire, sed se credere simulabant. In proximo est ratio, si credebant, vt illi simulabant, vt ipsa rirer, atque illi consulerent. Nã si vere furiosus fuisset, aut lege, vt diximus, aut consuetudine à cognatis vinciendus, alendusq; erat, si furiosus vere non erat, sed esse fingebatur, timebant cognati, ne quid sibi, aut illi aut ab odio incensis Pharisæis, aut à conciitata tumultuosa multitudine periculi erearetur, vt multi recentiores interpretes admonuerunt. Quæ sequuntur vsq; ad finem capitis apud Mat. qui ea dẽ c. 9 & 12 capitibus narrat, exposuimus.

CAPVT IIII.

1 ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat. 2. & docebat eos parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua. 3. Audite: ecce exiit seminans ad seminandum. 4. Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud. 5. Aliud vero cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ. 6. & quando exortus est sol, exaruit: & eo quod non habebat radicem, exaruit. 7. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. 8. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem & crescentem, & afferebat vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. 9. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. 10. Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi, qui cum eo erant duodecim, parabolam. 11. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: 12. vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata. 13. & ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? 14. Qui seminat, verbum seminat. 15. Hi autem sunt, qui circa viam, vbi seminatur verbum, & cum audierit, continuo venit satanas, & tollit verbum quod seminatum est in cordibus eorum. 16. Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur: qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud. 17. & non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur. 18. Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt, 19. & ærumnæ sæculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur. 20. Et hi sunt, qui super terram bonam semen acceperunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centũ. 21. Et dicebat illis: Numquid venit lucerna vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne vt super candelabrum ponatur? 22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed in palam veniat. 23. Si quis habet aures audiendi, audiat. 24. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis. 25. Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet etiam quod habet auferetur ab eo. 26. Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat semen in terram. 27. & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. 28. Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. 29. Et cum produxerit fructus: statim mittit falcem, quoniam adest messis. 30. Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei: aut cui parabolæ comparabimus illud? 31. Sicut granum sinapis, quod cũ seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra. 32. & cum seminatum fuerit, ascendit, & fit maius omnibus holeribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub umbra eius aues cæli habitare. 33. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire. 34. sine parabola autem non loquebatur eis. seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. 35. Et ait illis in illa die, cum sero esset factum: Transeamus contra. 36. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui: & alia naues erant cum illo. 37. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. 38. Et erat ipse in puppi super cernical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magister non ad te pertinet, quia perimus? 39. & exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna. 40. Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas est ipse, quia & uentus, & mare obediunt ei.

Matt. 13. a. 3. Luc. 8. a. 4.

Vide. 6. 2. 9. Matt. 13. b. 14. Deut. 11. f. 20. Act. 28. f. 26. Rom. 11. b. 3. 1. Tim. 6. c. 17.

Matt. 5. d. 15. Luc. 8. c. 16. & 11. c. 33. Matt. 10. c. 26. Luc. 8. c. 17

Matt. 7. d. 2. Luc. 6. f. 38. Mat. 13. b. 12. & 25. c. 29. Luc. 8. c. 18. & 19. d. 26. Mat. 13. d. 34. Mat. Ex. 23. Luc. 8. c. 22.

IN CAPVT IIII.

1. ET iterum cœpit docere ad mare.] Dicit, iterum, quia iam ante bis cum ad mare ipse dixerat haud dubium, quin vt ibi prædicaret, quod magna in eum locum propter mercaturam hominum multitudo conflueret. c. 1. 16. & c. 2. 13. Videmq; Christum terra, mari q; Euangelium propagare, & sicut necessores lucrum, ita animas quærere, & postquã primum domi prædicauit, prodire in publicũ, vt omnes doctrinæ suæ participes faciat. Idem fecerat supra cap. 2. Idem se D. Paulus eius imitator fecisse

Christi dicta & facta omnium lectatio.

A dicit Actor. 20. 20. Quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publice & per domos. Factum enim hoc est eodem prorsus die, quo domi tanta audiente multitudine concionatus fuerat, quemadmodum admonuit Beda, & ex Matthæo c. 13. 1. potest facile probari, quæ res magis etiam Christi in quærenda salute hominum diligentiam commendat.

Et *congregata est ad eum turba multa.*] Vt supra c. 3. & c. 3. 7. 20. Quocumq; enim ibat, magna eum ut-

ba sequebatur, ita vt ne sumere quidem cibum possent ca. 3. 20. & navigandi de a turba comprimeretur, separatam necesse fuerit naviculam habere ibidem. ver. 9.

Ita vt nanim ascendent.] Sicut cap. 5. 9. ne à turba comprimeretur, necessarium illi fuit propriam habere naviculam, ita nunc propter multitudinem hominum consistentium aliorum super alios, & aliorum alios proculeuntium necesse fuit, vt relictis ad littus illis in nauim ascenderet, vt inde liberiore loco non oppressus, non obiculatus doceret. Hoc enim significat, quod ait Euangelista, *vt nauim ascendens sederet in mari.* Itaque ratio, quam Theophylactus, & Euthymius adferunt, quamobrem in nauim ascenderit, nempe inquiunt, vt omnes auditores ante conspectum haberet, neminem pone, mihi non placet, quia nec ita Euangelista significat, neque, vt opinor, Christus curabat.

Sederet in mari.] In naui erat, quali pro rostris docturus esset. Quæ sequuntur vsque ad versum vigesimum primum apud Matthæum capite decimotertio explicata sunt. Si quid lector discriminis, aut in verbis, aut in ordine narrationis deprehenderit, recordetur, quod sæpe diximus Euangelistas non verba, sed sententias diuersis sæpe ordine recitare.

§. *Ascendentem, & recrescentem.*] ἀναβαίνοντα, καὶ αὐξανόμενον. Ascendentem vocat ætatem, & luxuriantem segetem.

Et debat.] ἔδιδεν, & δίδαξε, pro ἔδωκε dedit, imperfectum pro perfecto Græca phtasi.

Vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum.] Eodem modo Græce οἱ τριακοντα, καὶ οἱ ἑξηκοντα, καὶ οἱ ἑκατὸν, pro, Alia singula trigena, alia singula sexagena, alia singula centena, Hebraismus. Nam Græce dicendum fuit, τὰ μὲν τριακοντα πλάσια, τὰ δὲ ἑξηκοντα πλάσια, καὶ τὰ ἑκατὸν πλάσια ἔδοσαν. Matth. contrario hæc narrat ordine, sed vt paulo ante diximus, Euangelistæ sententiæ veritatem, non ordinis seriem seruare studuerunt. Si quis rogetur modo putandum sit dixisse Christum *vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum*, vt ait Marcus, an *aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum*, vt ait Matthæus nunc eundi ordine commutato: respondebo nihil esse certi, sed si quis coniecturæ locus est, existimare me hoc potius modo, quo Marcus narrat, eum dixisse, quia est omnibus hominibus naturale, vt rē de qua loquuntur, exaggerantes, crescente vtantur oratione, exaggarabat autem rem Christus, & crescit apud Marcum oratio, decrescit apud Matthæum.

21. Numquid venit lucerna.] Aliqui Græci codices legunt, καιεται accenditur, plures tamen ἔρχεται vt Theophylactus, & Euthymius legunt, & Latini, quos legi, omnes. Suspicor aliquem Græcum explicationis causa ad marginem posuisse καιεται accenditur, quasi venire, lucernam esse accendi: alium vero quempiam non explicationem, sed correctionem esse existimantem, quod erat in textu deleuisse, quod erat in margine, in textum intrusisse, aut quod est probabilius, aliquem ex Matthæo cap. 5. 15. vbi hæc ipsa similitudo proponitur, & legitur καιουσιν hinc transtulisse. Sunt errorem, quod lucernæ magis accendi quam venire proprium esse videretur. Sed venire, vt Euthymius interpretatur, positum est pro inferri, sicut solent ingruente nocte in cubiculum inferri lucernæ. Et ha bet etiam maiorem vim venire, aut inferri, quam accendi: nā accendi quidem alia etiam de causa lucernā pōt, inferri aut ē in cubiculum, aut in aulam non solet, nisi vt ijs, qui ibi sunt, lumen præbeat. non autem, vt sub lectō, aut sub modio ponatur. Putat quidam nostrum interpretem pro καιεται legisse φερεται venit. Probabilis coniectura, si in quibus Græcis codicibus non est καιεται, esset, καιεται: nunc autem in quibus non est καιεται, in ijs omnibus est φερεται. Maior est quæstio, quomodo Marcus, & Lucas capite octauo, decimosexto hoc loco Christum hac similitudine vsum fuisse narrent, cum Matthæus capite quinto, decimoquinto, alio loco eum hæc dixisse scribat, in illo nimirum tam celebri sermone, *Beati pauperes spiritu.* Facilis solutio. Credibile est, vt illic diximus, Christum hac similitudine, quali prouerbio vulgo trito non semel, & vno loco, sed sæpe ac pluribus vsum fuisse. Illud magis ad rem pertinet, vt exponamus, quorsum Christus hoc loco eam posuerit, cum de semine ageretur, cum quo non videtur lucerna quicquam habere commune. Hieronymos, aut quisquis eorum commentariorum auctor est quibus Hieronymi nomen inscribitur, & Beda in huius loci commentariis in eandem sententiam hic, atque apud Mat hæum proponi existimant, vt moneat Apostolos Christus, ne verbum Dei occultent, sed palam prædicent. Quia enim dixerat versu vndecimo. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt*, docet nunc debere eos parabolam, cuius à se explicationem audiuissent, exteris etiam explicare, nec enim sibi tantum, sed aliis etiam doctos à se fuisse, *numquid enim venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto?* Probabilis opinio, sed non videtur Christus id agere, vt Apostolos ad prædicandum exhorteur, sed vt omnes, qui audiunt verbum Dei, ad illud fide excipiendum, condendum animo, meditandum, vt fructum ferat, aliud tricenum, aliud sexagenum, aliud centenum. Alij, quia de semine, & eius fructu, de bona, & mala terra Christus sequutus fuerat, exhortari nūc auditores putant, vt bona terra sint, quæ acceptum verbi Dei semen, non mortuum, atque fructuosum apud se retineat, sed læte germinet fructumque reddat, aliud tricesimū, aliud sexagesimū, aliud centesimū. *Nā quid* enim *venit lucerna, vt sub modio ponatur*, id est, non seminatur per prædicationē Euangelij verbum Dei, vt mortuum, & inutile maneat in auditorum animis, sed vt germinet & bonorum operum fructus ferat. Quæ interpretatio eo videtur probabilior, quod eum præcedenti parabola magis conuenit, eamque vitat Diuus Thomas, Chrysostomo tribuere. Quamquam idem Chrysostomus apud eundem Diuum Thomam & Theophylact. & vt videtur, Euth. in commentariis putant Christum ad verbum illud respicere versu decimo. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei*, sed alio sensu, quam Hieronymus, & Beda, existimant enim reddere rationem Christum quamobrem illis velit parabolam exponere, quia *non venit lucerna, vt ponatur sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt*, quasi dicat se non ideo parabolam proposuisse, vt non intelligeretur, sed vt intelligeretur potius ab omnibus: quod autem ab aliis non sit intellecta, neque eam ipsis explicare velit eorum esse culpam, qui nolint credere, & non vult eam explicare nisi crediturīs, quales erant Apostoli. Hanc ego existimo veram esse interpretationem, vt versu 25. clarius apparebit. Cur autem dicat, *vt sub modio ponatur, aut sub lecto* potius, quam sub alia aliquare apud Matthæum c. 5. 15. 16. declarauimus, cætera vero quæ hic desiderari possunt, apud eundem Matthæum cap. 13. 15. disseruimus.

22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur, nec factum est occultum, quod non veniat in palam.] Eandem sententiam scribit Lucas capite octauo, decimoseptimo, Christum post illam superiorem de lucerna pronuntiasse. Matthæus vero c. 10. 26. alio etiam loco eum dixisse narrat, cū discipulos ad patientiam cohortaretur, vt æquo ferrent animo, si male in hoc mundo audirent, veturam

turam fidem, quæ qualis quisque fuerit, appareat; nihil enim occultum quod non reueletur. Prouerbium inter Iudæos vsitatum fuisse, vt apud Matthæum diximus, ex repetitione frequenti manifestum est; fuperenim id Christum vsurpasse constat. Et quidem quorsum apud Matthæum vsurpauerit, satis ex his, quæ modo diximus intelligitur; quorsum hoc loco apud Marcum, & illo apud Lucam vsurpet, non satis apparet. Qui superiorem sententiā de lucerna, quę sub modio nō ponitur, de verbi Dei prædicatione intelligunt, hoc modo hanc cum illa connectunt, vt iubeat Christus Apostolos parabolæ, quam à se audiuerant, explicationem apud se non premere, atque occultare, sed edere in vulgus, & communicare cum aliis; nihil enim esse occultum, quod reuelandum non sit. Ita Hieronymus & Beda. Iuuant hanc expositionem Græca verba, quæ non videntur generaliter, sed specialem de sola parabola seminantis continere sententiam, οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν, ἐὰν μὴ ἵνα φανερωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα ἔλθῃ εἰς φανερόν, non enim est (parabola, quam proposui) occultum aliquid, quod manifestum fieri non possit, nec factum est (quasi de industria) abconditum, adeo vt in apertum venire non debeat. Quasi dicat hoc, quod vobis exposui, non ideo exposui, vt occultum teneretis, sed vt prædicaretis palam. Qui vero superiorem sententiam ad parabolam seminis referunt, Chrysostom. Theophylact. & Euthym. ita vt in illa ratione nō reddiderit, cur Apostolis parabolam explicare velint, eiusdem rei causam his verbis reddi putant, quasi dicat, quod vobis dixi, nihil est occultum, quod reuelari non debeat. Placet hæc interpretatio. Quæ si vera est, oportet, vt dictio illa ἀλλ' ἵνα sed accipiatur pro nisi, sicut aliis in locis accipi docuimus. Qui superiorem sententiam ad mores referunt, eodem etiam hanc existimant esse referendam, vt dicat Christus, date operam, vt eamquam lucernā supra candelabrum posita bonorum operum exemplo omnibus hominibus præluceatis; nihil enim occultum, quod non manifestetur, id est, quantumcunque vitia vestra celauerītis, cognoscentur; sicut alio loco dixit ex fructibus Euangelij prædicatores esse cognoscendos; neque enim colligi de spinis vuas, aut de tribulis ficus Matth. 7. 16. itaque perinde est, quod hoc loco Christus dicit, ac si diceret, si vultis sancti haberi, operibus sanctitatem ostendite; neque enim potestis, nisi opera vestra bona fuerint, diu sanctitatem simulare: nihil enim occultum, quod non manifestetur, quemadmodum de fide Iacobus dixit cap. 2. 18. *Tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Speciosa interpretatio, & non prorsus probabilitate carens; sed superiorem magis probo. Illud certum, eodem quidem sensu, vsi tamen aut contrario, aut diuerso hoc prouerbium à Christo hic, & apud Matthæum vsurpari; illic, vt Apostolos animaret ad perpetiendas iniurias, hic, vt causam illis redderet, cur parabolam illis exponere vellet, vel vt omnē illis, si vellimam sequamur interpretationem, spem adimeret simulationis.

24. Videte, quid audiatis.] Id est, attendite, considerate etiam, atque etiam, quod à me auditis, audituri estis. Euthymius. Idem hoc est, atque quod superiore versu dixit, *Si quis habet aures audiendi, audiat*, quod Matthæi vndecimo declarauimus.

In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.] Et hæc sententia apud Matthæum cap. 7. 2. explicata est. Duo tantum hoc loco exponenda sunt, alterum, quo modo Marcus hoc loco hanc à Christo sententiam post parabolam illam seminis pronuntiatam fuisse dicat, cum Matthæus parabolam illā ponatze. 13. hanc autem sententiam c. 7. in sermone illo celeberrimo à Christo habito, cum ex monte descendisset. Alterum quomodo hanc sententiam ad rem propositam Christus hoc loco accommodarit; neque enim cum præcedenti parabola seminis in diuersam terram incidentis cohærescere videtur. Prior quæstio minus difficilis est; nam neque illa fortasse, quæ à Matthæo cap. 5. & 6. & 7. describitur, vna fuit concio: & si vna fuit, potuit Christus eandem sæpe repetere sententiam. Quod si fuisset tantum dixit (quod cum singuli Euangelistæ semel tantum referant, videtur esse probabile) nō fuit necessarium, vt omnes Euangelistæ eo loco referrent, quo à Christo dicta fuit, neque enim suo quæque referunt loco, vt non hoc aliqua fortasse lectoris satietate sæpe monemus. Mihi tamen multo videtur esse probabilius bis saltem hoc prouerbium (nam, vt apud Matthæum diximus, vulgare inter Iudæos prouerbium erat) à Christo, neque in eādem semper sententiam vsurpatum fuisse. Quorsum apud Matthæum eo Christus vsus fuerit, illic exposuimus, & ex præcedentibus non est difficile coniicere. Dixerat, *nolite iudicare, vt non iudicemini, in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*, quam dubium non est præcedentis sententiæ esse repetitionē. Itaque idem est *in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Quorsum vero hoc loco idem prouerbium vsurpauerit, facile non est dictu. Fortasse requirendum non est, vt hæc sententia cum superiore parabola cohæreat, quis, vt diximus, fieri potest, vt Marcus alio loco, quam quo est à Christo dicta, retulerit, neque enim illi cura fuit, vt Christi factæ dictæque eodem ordine, quo ab illo facta dictaque fuerunt, recenseret, vt summam quandam factorum, dictorumque Christi commemoraret: aut si eodem loco posuit, quo à Christo pronunciata fuerat, fortasse non semper Christus ipse certum in concionando, nec tendisque sententijs seruauit ordinem, sed multas sæpe parabolas res diuersas significantes nullo fere ordine alias super alias accumulabat, vt ex Matth. c. 13. manifestum est. Non ergo debet prudens lector anxio laborare studio, vt hæc cum præcedentibus apte coniungat, ne dū vt accommodet, nimis fingat, fortasse frangat. Potest tamen eum præcedentibus hærere, quamuis non eodem modo omnes interpretes accommodauerint. Omnis in eo versatur quæstio, quid hoc loco Christus vocauerit mensuram eam, qua nos metimur, quid eam, qua remetiatur nobis. Multi generaliter hoc intelligunt pro mensura meritorū huius vitæ præmiorum vel suppliciorum in altera vita reddendam esse mensuram, vt Origenes tractatu in Matth. 25. Nec dubito veram esse sententiam, neque omnino male videtur eum superioribus conuenire. Agebatur enim de semine, & de terra fructum proferente, qui fructus haud dubie bona sunt opera, & sequitur, *qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* tanquam dicat, quantum attuleritis fructus bonorum operum, tantum vobis mercedis dabitur, eodem prorsus modo, eodemque sensu, quo ad Galat. 6. 7. dixit D. Paulus, *quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Alij hoc non de Deo, sed de alijs hominibus interpretantur, vt nihil aliud sit, *qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*, quam si diceret. *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*, vt dixit Christus Matthæi 7. 12. ita Cyprianus libr. de oratione Dominica, & lib. 3. ad Quirin. Beda, sicut superiora, ita etiam hanc sententiam ad Euangelij prædicationem pertinere putat, quasi dicat Christus, si diligenter hæc, quæ à me auditis aliis prædicaueritis, dabit vobis Deus eandem mensuram mercedem vitæ æternæ, & præterea adijciet aliorum in hac

Hebraismus

Hebraismus prouerbium

hac vita mysteriorum intelligentiam: sicut dixit D. Paulus 1. Corinth. 3. 8. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*, & Chrystus infra cap. 10. 29. 30. *Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangel. qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.* Alij, vt Chrysostomus apud D. Thomam, Theophylactus, & Euthymius mensuram, quam nos dimus, attentionem, quam in audiendo verbo Dei adhibemus, esse dicunt: mensura vero quæ nobis remetitur, vtilitatem, quam ex verbo Dei percipimus attentioni nostræ respondentem, qualis dicat Christus, quantum ad hoc vtilitas ad audiendum Dei verbum attentionis tantum in ea vtilitate refertur. Si de audienda Philosophiæ, aliarumve naturali ageretur disciplina, vera mihi hæc interpretatio videretur. In illis enim doctrinis attentioni, atque diligentiæ vtilitas respondet. At in diuinis audiendis mysterijs, ijs quibus gratia plus quam natura valet, sæpe fit, vt qui plus attentionis adhibuerunt, minus referant fructus, quis attentio non ex fide, credendique desiderio, sed ex intelligendi curiositate nascebatur. Hieronymi mihi sententia magis placet, mensuram, qua nos metimur, fidem esse nostram, mensuram, qua remetitur nobis, esse mysteriorum intelligentiam, quæ nobis præter fidem adijcitur, tanquam corollarium, & mensura bona congiata, & superefluens, sicut de eadem re loquens Lucas dixit c. 6. 38. *Nisi enim credideritis, non intelligetis*, quemadmodum ex hijs citare solebant Auctores veteres. Atque hoc modo hæc cum superioribus sententia nectenda est. Hortatus fuerat Apostolos suos Christus, vt audiendi aures haberent, ver. 23. id est, vt ita verbum Dei audirent, vt crederent, & vt viderent, quid audirent versu 24. id est, ne finerent effluere verbum Dei, sed auditum fide conciperent, conceptum fouerent. Addit fore, vt in qua mensura quisque mensus fuerit, remetiatur ei, hoc est, vt quantum habuerit fidei, tantum illi supperaddatur intelligentiæ. *Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiã quod habet, auferetur ab eo*, i. habenti fidē dabitur intelligentia mysteriorū supernaturalis; nō habenti autem fidem, naturalis etiam auferetur intelligentia, quam habebat, quia aut exercebatur, ita vt videna non videat, & audiens non intelligat, aut tam obscure mysteria illi diuina proponentur; vt etiam si maxime velit, intelligere non possit. Hunc verum esse huius loci sensum ex Matthæo cap. 13. 13. perspicuum est, vbi hæc ipsa de re Matthæus scribens ait dixisse Apostolis Christum, versu 11. 12. 13. *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo: ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.* Quid habebant Apostoli, nisi fidem? quid non habebant alij auditores, nisi fidem? Fides ergo est ea mensura qua Apostoli mensi sunt, intelligentia parabolarum, atque mysteriorum est ea mensura qua Christus illis remensus est. Id etiam ex hoc ipso loco Marci confirmari potest. Sic enim hæc duæ sententiæ inter se copulat, vt obscurum non sit sequentem præcedentis esse repetitionem. Idem ergo est, *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & qui habet, dabitur illi, qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Quare cum id, quod quisque habet, vt probabimus, fides sit, quod illi datur, intelligentia sequatur mensuram, qua metimur, fidem esse nostram mensuram, qua remetitur nobis, mysteriorum esse, quæ nobis propter fidem datur, intelligentiam.

25. *Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Et hoc prouerbium apud Iudæos vsitatum fuisse nam sæpe etiam a Christo est vsurpatum non solum hoc loco, sed etiam Matthæi 13. 12. & 25. 29. & Lucæ 8. 18. & 19. 26. Qui sit eius sensus, duobus illis apud Matthæum locis explicauimus. Hic illud tantum desideratur, vt intelligamus, quomodo sit ad huius loci sententiam applicandum. Id ex versu præcedenti intelligendum est. Cum enim hæc sententia illius sit, vt diximus, repetitio, quemadmodum illa, ita etiam hoc cum parabola superiore hæret. Quo autem modo illa hæreat, docuimus versu præcedenti. Hebraismus

26. *Et dicebat sic est regnum Dei.*] Aliam proponit parabolam, quæ à Matthæo prætermissa est. An eodem loco, eodemque tempore proposita fuerit, non satis constat; quod enim Euangelista eodem loco recenseat, non satis, vt sæpe diximus, argumenti est, quia potuit, vt facit aliquando, quæ diuersis locis, atque temporibus à Christo dicta fuerant, eodem loco, & quasi eodem dicta tempore recitare. Sed tamen probabilius est hoc eodem loco, ac tempore, quo præcedens iacti in terram seminis, proponsam fuisse; præsertim cum vtraque ad finis sit, vtraque de semente agat, & sciamus Christū eandē re diuersis sæpe parabolis eodē tempore inuoluere solere, vt ex Matthæo cap. 13. perspicuum est. Quod ad sensum parabolæ attinet, ex singulis partibus colligendus est. Itaque quid singula significent, explicandum. Regnum Dei Ecclesiam vocari manifestum est, vt apud Matthæum cap. 13. 47. 52. & Chrysostom. Hieronym. & Beda tradiderunt. Sementem prædicationem esse verbi Dei, obscurum non est, & idem docent Auctores. Agrum quis dubitet auditores esse, qui in superiore parabola terra bona, aut mala vocati sunt? etsi Euthym. agrum Christum interpretatur. Homo qui sementem fecit, Christus est, aut quisquis eius nomine prædicat Euangelium. Messis est mors, aut generalis omnium, quæ appropinquante fine mundi futura est, aut priuata cuiusque. Messor est Deus falx verbum Dei, quo Deus iubet hunc, vel illū hominem demeti, hoc est mori, vt Theophylactus interpretatur. Totius parabolæ finis est, vt doceat Christus tantam esse vim, & efficacitatem verbi Dei, vt si in bonam incidat terram, quemadmodum superiore parabola docuerat, etiamsi is, qui iecit, nihil aliud agat, per se ipsum germinet, crescat, & fructum ferat.

27. *Et dormiat, & exurgat nocte, & die.*] Id est quiescat, postquam sementem fecit, functis iam officio; non iam dies ac noctes vigilans, vt solebat, tempore sementis, sed die resurgens, & nocte dormiens, tamquam homo iam solutus curis, & otiosus. Sic ego quidem interpretor referens verbum illud *Exurgat* ad seminantem, & ad diem; sicut verbum *Dormiat* ad eundem seminantem, & ad noctem, quemadmodum Chrysostomus apud D. Thom. Euthym. & Theophylact. in commentarijs referunt; nisi quod eorum, vt postea dicam, parabolæ ad rem significatam applicationem non probo. Itaque Hieronymi, Bedæ, & Strabi sententia minime mihi placet, qui hoc verbum ad semen referunt, quasi semen dicatur nocte, ac die surgere, id est crescere. Si enim id dicere voluisset, non dixisset *ij nam*, sed *dormiatur*, vt supra versu octauo. Deinde statim sequitur, *& semen germinet & crescat*, quasi semen germinare, & crescere aliud sit, quam quod dictum erat, *nocte & die exurgat*. Denique exurgere die ac nocte semen minus proprie dicitur, quam hominem nocte dormire, die surgere. Itaque non debet post verbum illud *dormiat*, punctum esse, finisque sententiæ, quemadmodum ab his pontur auctoribus; sed post hæc verba

verba, *nocte & die* punctum ponendum est, deinde versus 27. inchoandus. Sed cum per seminantem, vt diximus, Christus intelligatur, quærunt rursum interpretes, quomodo Christus dormire dicatur, quomodo surgere. Quidam per mortem dormitio, per resurrectionem exsurrexisse dicunt. Alij, in quibus Theophylactus, & Euthymius dormire Christum, cum nos tentari finit, exurgere cum tentatione liberat, sicut in naui eo dormiente orta tempestas est, eo vigilante sedata, infra versu 38. & Matthæi 8. 25. & Lucæ 8. 24. Et quidem frequens in scriptura metaphora est, vt cum Deus opem fert, exurgere dicatur Psal. 3. 8. *Exurge Domine, saluum me fac*, & Psalm. 43. 24. 27. *Exurge, quare obdormis Domine? exurge. & ne repellas in finem. Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos, propter nomen tuum.* Innumera sunt huiusmodi. Non placet tamen interpretatio, quia non dubium, quin sensus generalis parabolæ sit, nihil iam agente eo, qui semen fecerit, mandatum terræ semen (postea sua germinare, & fructum ferre. Quod si exurgere interpretemur opem ferre, sensus vnius partis sensibus totius parabolæ contrarius erit. Non enim nihil ergo nos, id est, ergo seminatum agrum Christus agit, cum nobis opitulatur, ne nobis conceptum Dei semen diabolus eripiat. Quapropter, quod apud Matthæum cap. 13. & 25. ex Chrysost. & Damasceno docuimus, obseruandum hoc loco est, non semper esse singulas parabolarum partes ad rem, de qua agitur quasi per parabolam significatur, accommodandas. Nam alias in parabolis ponuntur tamquam necessariæ earum partes, in quibus parabolæ sententia consistit: alia tamquam accessiones, tanquam accidentia, tamquam ornamenta, & quasi emblemata parabolæ, quæ partim ad explendam, partim ad ornandam narrationem adhibentur. Quæ vt discernantur, parabolæ semper finis spectari debet, & ad eum singulæ parabolæ partes examinandæ, quæ ad eum finem aliquid habent significationis, necessariæ parabolæ partes sunt, quæ non habent non necessariæ. Hæc igitur pars, qua dicitur ille qui sementem fecerat, nocte dormire, die vigilare, non est necessaria parabolæ, si singula spectemus verba, necessaria autem est, si generalem sententiam consideremus. Neque enim voluit Christus dicere, neque ita semper res euenit, esse necessarium, vt qui semen in terram iecit, postea dormiat, & exurgat, vt semen germinet. Quare non est solicite quærendum, quando Christus dormierit, quando vigilarit. Sed voluit hac periphrasi otium à labore, & animi securitatem declarare. & ex hypothesi loqui, quasi dicat, etiam si qui semen iecit, dormiat, & exurgat, id est, nihil agat, semen tamen germinabit. Itaque non dicitur dormire, & exurgere, qui vero dormit, & surgit, sed qui nihil agere circa semen iam in terram iactum. Quare si qui sementem fecit, statim moriatur, etiam sine dormiat proprie, neque exurgat die, ac nocte, tamen dormire dicitur, & exurgere, quia nihil iam semen agit. Atque hoc sensu hæc necessaria parabolæ pars est. Voluit enim docere Christus verbum Dei semel prædicatum etiam nihil eo, qui prædicauit, agente præterea, per se crescere, fructusque proferre. Quid ergo? dicet aliquis, voluisne docere Christus Euangelii prædicatores, vt iacto verbi Dei semine nihil agerent? minime vero, nam exhortandi etiam, atque etiam, animandi, confirmandi, qui verbum Dei audierunt, sunt, vt teneant, quod habent, ne alius eorum coronam accipiat, neue diabolus semen eripiat, quemadmodum recte legimus Diuum Paulum Actor. 15. 41. & 18. 23. Sed vt diximus, loquitur ex hypothesi, quasi dicat, etiam si, qui semen iecit, nihil agat, semen tamen crescet. Nec ita intelligenda generalis sententia est, quasi nunquam aliter fiat: nam & frumenti semen, vnde parabola sumpta est, in sterilem, & aridam terram iactum, sæpe non nascitur, nisi agricolæ rigetur diligentia. Idem omnino in spirituali verbi Dei accidit semine, vt à concionatore in aridos, aut infirmos auditorum animos infusum, nisi assidua eiusdem concionatoris opera rigetur, atque excolatur, minime crescat. Sed nihilrum parabola sumitur ex eo, quod non semper fit, sed plerumque fieri solet. De Christo dubitare fector potest, quomodo in eum parabola conueniat, cum ille præcipuus verbi Dei seminator sit, qui si postquam seminauit, nihil agat, si gratia sua auditoris animum, quasi agrum non irriget, non dico aliquando, sed dico numquam verbum Dei germinabit, numquam fructum ferat. Accidit quodammodo, vt idem Christus, & homo seminans, & Deus incrementum dans vnus simul esset. Qua homo est, seminat, sicut & Apostoli seminauerunt, qua Deus est, dat incrementum gratia sua, quasi pei petua pluuia animum irrigans. Fingamus (sit tamen vel fingere fas est) Christum non esse Deum, etiamsi postquam Dei verbum seminasset, nihil citra illud ageret, ipsum per se crescere. Cū enim dicitur verbum Dei vi sua, atque natura per se crescere, non excluditur diuina gratia, sine qua non dico fructum ferre, non crescere, non nasci, sed ne seminari quidem potest. sed excluditur sequens eius, qui seminauit, labor atque diligentia. Nam & triticum, quod parabolæ materiam suppeditauit, nasci aut fructum ferre non potest, nisi cœlesti rigetur pluuia, pluuia, qua verbum Dei rigare oportet, Dei gratis est. Eadem ratione existimandum est verbum Dei fide conceptum, eius, qui audiuit, conatum, & operam non excludere. Nam nisi ille conceptum verbum retinere, & quātum in ipso est, excolere conetur, nullum in eo proferet, quasi ne terra, quæ semen accepit, nihil agat, non semen accepit, nihil agat, non semen contegat, non foueat, non calefaciat. Videtur Christus in proponenda hac parabola non eo spectasse tantū, vt doceret tātam vim esse verbi Dei, vt per se nascereturque, verum etiam, vt Apostolis omnem gloriandi occasionem tolleret, dum aliis verbis dicit, quod clarius dixit postea D. Paulus, *Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* 1. Cor. 3. 7.

28. *Vltro enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.*] Per catachrasim dixit fructificare herbam, & spicam; nam nec herba, neque spica proprie sunt fructus, sed fructus appellantur, quia ex iacto in terram semine generantur, sicut ex arboribus veri solent fructus generari. Solum plenum, vt vocat frumentum vere est fructus, quod propterea plenum frumentum appellat, quasi perfectum, atque formatum, similemque illi, quod seminatum fuerat. Hanc enim exiliimo parabolæ secessionem esse, neque esse necessario ad verbi Dei prædicationem, & incrementum accommodandam, quasi verbum Dei prius herbam, deinde spicam, ad extremum fructum in nobis perfectum ferat, quamquam si quis accommodare volet, non reprehendam, quin auctores, quos sequi possit, indicabo. Bedam in huius loci commentarijs, & Gregorium magnum lib. 22. moralium cap. 14. & homilia in Ezechiel. 15. *Semen germinat*, inquit Gregorius, *& crescit, dum nescit ille, quia dum adhuc meritis incrementa sua non valet, semel concepta virtus ad profectum ducitur.* Et vltra terra fructificat, *quia prouenientē se gratia menti hominis spontanee ad profectum boni operis assurgit. Sed hos eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum*

tum producit in spica. Verbum quippe producere est incohationis bonæ adiumenta ministrando præbere. At spicam vero herba perficit, cum se virtus animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam in tantum virtus profecit, vt esse robusta, & perfecti operis possit.

29. *Et cum produxerit fructus.*] Quidam Latini codices legunt, *cum se produxerit fructus*. Plures vero *cum ex se produxerit fructus*, quemadmodum Hieronymus, Gregorius, & Beda legunt. Græce legitur ὅταν παραδῷ ὁ καρπός, cum produxerit, aut reddiderit fructus. Est autem fructus nominativus singularis, quæres & Græce & Latine sensum obseruiorem facit, & non satis, vt videtur, congruentem, nisi verbum παραδῷ præter Grammaticæ leges, Græcę linguæ consuetudinę passiue interpretemur, cum productus fuerit fructus, quamuis actiuum verbum sit, quemadmodum & Euthymius exponere videtur. Theophylactus vero ita interpretatur, quasi verbum παραδῷ significet, cum redierit, & *tradiderit fructum* pro messe sumatur, sensusque sit, cum tempus messis redierit. Sic enim Græce expotuit ἐπειδὰν παραδῷ ὁ καιρὸς. Quæ interpretatio magis etiam mihi, quam altera illa Euthymii probatur. Nam aliud est fructum produ&ctum esse, aliud esse ad messem maturum: productum esse etiam paulo ante dixerat. Itaque credendum est nunc aliquid aliud maius dicere voluisse, quod quæ messi propinquius essent, quod est frumentum esse maturum. Quare idem Euthymius non contentus expositione illa superiore aliam adhibet, meo quidem iudicio meliorem, cum fructus naturuerit. Ego ad hunc etiam modum exponi posse arbitror, cum fructus reddiderit (sub. fructum) vt fructus accipiatur non pro eo, qui natus est, sed pro eo, qui seminatus fuerat, qui & fructus appellatur, quia alterius seminis fructus fuerat, & reddere alium dicitur fructum, quia ex se alium produ-
Hebraïs. mus. cit.

Statim mittit falcem.] Verbum sine suppositio, more Hebræorum, qui solent nomina verbalia in ipsis verbis virtute contenta sæpe non exprimere, sed intelligenda relinquere. Quamquam hoc loco, qui seminauit, ex superioribus repeti potest, vt ille, qui seminauit, deinde dormiat, & exurrexit, matura iam segete falcem immittat, quemadmodum Gregorius libro vigesimosecundo in Iob capite decimoquarto, & homilia in Ezechielem decimoquinto interpretatur. Messoris hoc loco nomine Deum intelligi, falcis eius verbum significari supra ex Theophylacto diximus.

30. *Et dicebat cui assimilabimus.*] Hæc parabola vsque ad versum trigesimumtertium, apud Matthæum capite decimoterrio, trigesimoprimo exposita est. Idem autem ea Christus, quod præcedenti, docere voluit ineredibilem vim esse verbi Dei, quæ sicut granum sinapis paruo initio ad magnum peruenias inerementum.

33. *Et talibus multis parabolis loquebatur eis.*] Profitetur Marcus se non omnes parabolas, quas Christus tunc, aliasque proposuit, recitare. Et vero Matthæus plures hoc ipso loco recitat, vt illam 13. capitis 24. & illam fermenti, quæ idem, atque hæ duæ, quas hic Marcus recenset, illa similitudine significat Matth. 13. 31. 33. illam abscondi-
B tis in agro thesauri ibidem vers. 44. illam hominis negotiatoris quærentis bonas margaritas vers. 45. illam sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregantis vers. 47. An ne illud quidem scimus, an Matth. qui plures, quam cæteri Euangelistæ parabolas recitauit, omnes recitarit. Nam, quemadmodum Marcum & Lucam multas prætermisisse manifestum est, ita illum prætermisisse aliquas est verisimile. Hoc est, quod Marcus dicit, *& talibus multis parabolis loquebatur eis*, indicans a-
A lias multas, quæ ipse non commemorauit Christum proposuisse.

Prout poterant audire.] Plerique hunc putant esse sensum, vt dicat Euangelista Christum se ad auditorũ imbecillitatem accommodasse, ideoq; parabolis, & similitudinibus vsum fuisse, vt homines ingenio tardi, & non satis diuinis rebus comprehendendis idonei facilius, quæ dicebantur, intelligerent. Ita non solum maior pars recentiorum interpretum, sed ex illis magnis atq; antiquis Chrysost. hom. in Matth. 45. & Theoph. in huius loci commentariis. Sed non dubito graues præsertim sequutus auctores Clementem Alexandrinum 1. Strom. Ambros. in Psl. 42. Hieronymus aut quisquis est, & Bedam scribentem in hunc locum, quibus, & Euthymius accedere videtur, sensum esse omnino contrarium, ideo Christum hoc quidem loco parabolis vsum fuisse, non vt auditores melius intelligerent, sed vt, qui credere nolebant differre, aperteque loquenti, loquentem per parabolas, & obscure, etiam si maxime vellent, intelligere non possent. Nam & Christus ipse supra v. 12. & Matthæi 13. 11. 13. hanc B eur parabolis veteretur, rationem reddidit, vt videntes non viderent, & audientes non audirent, neque intelligerent. In hanc sententiam testimonium profert Isaiæ c. 6. 9. *auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis.* In hanc sententiam supra versu 25. vt Matthæi 13. 12. proverbium illud induxit, *Qui habet dabitur ei, & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo*, id est, volenti intelligere, & credere sine parabolis perspicue loquor, vt magis ac magis intelligat: nolentibus autem credere, & intelligere adeo obscure, & C parabolice loquar, vt etiam si velint, non intelligant, & hoc idem comeu ipsum parabolæ confirmat, quod in sacris quidem literis idem est, quod Hebraice חִידָה Græce αἴνιγμα, id est obscura, & inuoluta propositio, qualis illa fuit, quam Samson Philistæis proposuit iudicum decimoquarto duodecimo. Idem ergo est *Prout poterant audire*, ac si diceret, pro vt digni erant.

Christus nõ semper per parabolas loquutus.

34. *Sine parabolis autem non loquebatur eis.*] Nihil vnquam Christum Iudæis sine parabolis loquutum esse, vt scio quos olim hæreticos Tertullianus libro de resurrectione dixisse indicat, nec verisimile est, & multis exemplis refutatur. Multa enim Euangelistæ, vbi nulla parabola est, ab eo dicta commemorant; multa lector apud Matthæum c. 5. c. & 7. exempla reperiet. Probat etiam ex Luca cap. 18. 1. subtili sane coniectura Tertullianus, quia non notaretur, cum parabolam loquebatur, si ita semper loquebatur. Existimat hanc esse vim in illa coniunctione, &, vt significet Christum, cum multa prius sine parabolis loquutus fuisset, & in parabolis copisse loqui. Itaq; manifestum est hanc generalem per sententiã aliqua esse restringendam interpretationem. Tertullian, in illo loco quem ante designauimus, ita restringit, vt de Iudæis tantum intelligatur, quasi Iudæis semper per parabolas, aliis vero aliquando sine parabolis loquutus fuerit. Beda & Bedam sequutus Strabus adhuc modum scribunt non hoc ita dictum esse, inquiunt, quasi nullum apertum ad turbas sermonem fecerit, sed E per solas parabolas loquutus eis fuerit, verum ita potius, quia nullus facile sermo eius inuenitur, in quo non aliquid parabolarum sit intermixtum. Alij, vt mihi videtur, melius alias quidem multa, tunc autem nihil sine parabolis loquutum fuisse.

Seorsum autem.] Seorsum, ne alij qui digni non erant, intelligerent, & non habentibus, etiam quod habebant, tolleretur, supra versu vigesimoquinto.

Discipulis suis omnia.] Etiam hæc generalis sententia restringenda est; non enim omnia omnino differebat, sed quæ non intelligebant, aut quæ interrogabant,

bant, vt Theophylactus annotauit, & ex Matthæo A dam hæreticorum interpres exponit, ita inquit, vt iacebat, capite in cervical inclinato, vt dicitur versu 38. At tunc cum è portu sol ait, non iacebat, sed sedebat, quemadmodum concionatus fuerat, vt dixit Euangelista versu 1. Itaque melius Euthymius *ita vt erat in naui* interpretatur, ita vt sedebat. Veruntamen ne hoc quidem ipsum mihi probatur. Neque enim voluit Euangelista habitum corporis quo Christus in naui erat, significare, quis nihil ad rem prorsus pertinebat; sed illud significare voluit, non fuisse necessarium, vt illum nauta, aut discipuli in nauim inducerent ad trajiciendum, quia iam in naui erat, vt versu 1. dictum fuerat.

Et alia nauigia erant cum illo.] Sequebantur illum nauiculæ aliæ, quæ eũ ea, in qua ipse sedebat, ad litus erant, sine piscatoriæ, sine aliæ. Quod ideo videtur Euangelista dixisse, vt indicaret non solos discipulos, sed alios etiam multos eius miraculi, quod in mari fecit, fuisse testes, quo plus fidei adhiberetur historiæ, contra quam Theophylactum existimare diximus. Neque enim illi, qui versu 40. & apud Matthæum cap. 8. 27. dixerunt, *quis putat est iste, quia ventus & mare obediunt ei?* discipuli esse potuerunt. Non enim discipuli, aut, quis Christus esset, aut quanta in faciendis miraculis potestate polleret, dubitassent. Aliam Euthymius rationem affert, vt appareret non casu naturalibus causis, sed Christi prouidentia tempestatem illam fuisse ortam, vt Christus edendi miraculi materiam haberet, cum omnes viderent non alias naues, in quibus alii nauigabant, sed eam solam, in qua Christus erat, tempestate iactari, quemadmodum Beda. & Strabus factum fuisse putant. Sed hanc opinionem apud Matthæum cap. 8. 27. refutauimus, vbi & cætera, quæ vsque ad finem huius capitis sequuntur, explanauimus.

CAPVT V.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. 2. Et exeunti ei de naui statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo. 3. qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare. 4. quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare. 5. & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus. 6. Videns autem Iesum à longe cucurrit, & adorauit eum. 7. & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi, Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas. 8. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. 9. Et interrogabat eum: Quid tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. 10. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. 11. Erat autem ibi circa mõtem grex porcorum magnus pascens. 12. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mittenos in porcos vt in eos introeamus. 13. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: et magno impetu grex præcipitatus est in mare: ad duo millia, & suffocati sunt in mari. 14. Qui autem pascebant eos fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum. 15. & veniunt ad Iesum: & vident illum, qui à dæmonio vexabatur sedentem, vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. 16. Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis. 17. Et rogare cœperunt eum, vt discederet de finibus eorum. 18. Cum ascenderet nauim, capit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo. 19. Et non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. 20. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. 21. Et cum transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. 22. Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius. 23. & deprecabatur eum multũ dicens: Quoniã filia mea in extremis est. Veni, impone manũ super eã, vt salua sit, & viuat. 24. Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. 25. Et mulier, quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, 26. & fuerat multa perpessa à complurimis medicis: & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis detrimentum habebat. 27. cum audisset de Iesu venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius. 28. Dicebat enim: Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. 29. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga. 30. Et statim Iesus in semet ipso cognoscens virtutem, quæ exierat de illo, conuersus ad turbam dixit: Quis tetigit vestimenta

Mat 8. d. 28. Luc 8. d. 26.

Mat 9. c. 18. Luc 8. f. 42.

mecz? 31 Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis quis me tetigit? 32. Et circumspiciebat videre eam, qua hoc fecerat. 33. Mulier vero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. 34. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. 35. Adhuc eo loquente, veniunt ab archisynagogo dicentes: Quia filia tua mortua est, quid vltra vexas Magistrum? 36. Iesus autem audito verbo, quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede. 37. Et non admisit quemquam se sequi nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. 38. Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & ululantes multa. 39. Et ingressus ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. 40. Et irridebant eum. Ipse vero ejectis omnibus assumit patrem, & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur vbi puella erat iacens. 41. Et tenens manū puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella (dico tibi) surge. 42. & confestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum 12. & obstupuerunt stupore magno. 43. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret: & dixit dari illi manducare.

Luc. 7. g. 50.

CAPVT V.

1. ET *venerunt trans fretum maris.*] Ge. *vide annotata vers. sequentem*, in vlteriorem (ripam) maris.

In regionem Gerasenorum.] Ἐις τὴν χώραν τῶν Γερασηνῶν in regionem Gadarenorum. Mat. c. 8. 28. *vide ibi annotata*: Ἐις τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, in regionem Gergesenorum. Quamquam ratione inter se non differrent, apud Matthæum diximus, apud quem c. 8. ac 9 totum hoc caput explicatum est: verba tamen quædam, quæ propria sunt Marci, obiter adnotamus.

18. *Cum ascenderet in naum.*] Cum vellet ascendere antequam ascendisset, vt in Galilæam remearet. Timebat enim, ne beneficij, quod acceperat, auctore priuaretur. Faciebat id grato animo, vt Euthym. existimat, quasi Christum, velut obsequiosus minister sequi vellet: aut, vt idem Euthym. & Theophyl. etiam docent, timebat homo iniquitatis dæmonum expertus, ne, qui præsente Christo ex se exierant dæmones, absente reuerterentur. Vtrumque probabile. Simul etiam quod Gregor. li. 6. moral. c. 17. & li. 16. c. 12. & Beda hoc loco indicat, quam quam morale potius, quam literale est, quia gustauerat, quam suauis Dominus esset, videbatur-que apud se dicere, *mihi autem adhærere Deo bonum est.* Psal. 72. 28. Illud quod sciam, nemo notauit, vo luisse hominem illum non quoquo modo, sed tanquam ex numero discipulorum vnum sequi Christum. Si enim non tanquam discipulus, sed quemadmodum turba Christum sequebatur, cum sequi voluisset, eius iniussu facere potuisset, sicut multa alij faciebant, discipulus autem illius esse, nisi eo approbante, admittente que non poterat.

Et non admisit eum.] Magis mirum, cur Christus sequi se voletem non admiserit, quam cur ille sequi Christum voluerit. Huius rei vnam hoc loco Christus ipse rationem indicat, quod magis conuenire ad Dei gloriam videretur, vt homo ille, qui tãtum acceperat beneficium, in patriam suam reuerteretur, suisq; eius bus tanquam oculatus testis virtutum Christi eius Euangelium prædicaret, factoque in se confirmaret miraculo. Aliam reddit Ambrosius in Lucam 8. vt iactantiam Christus effugeret, cui tribui ab aliquo maligne potuisset, si hominem à se curatum, quasi testem facti à se miraculi circumtulisset. Gregor. etiam aliam li. 6 moral. ca. 17. & li. 16. c. 12. vt magis ea ratione eius augeretur meritum. *Amanti, inquit, adhuc dilatio imponitur, vt ex dilati amoris desiderio meritum retributionis augeatur.* Theoph. & Euthym. vt ostenderet Christus se, quem præsens à dæmonibus liberauerat, etiam absentem tutari posse.

Et annuntia illi quãta tibi Dominus fecerit.] Alijs solet Christus præcipere, ne miracula, quæ in se fecisset, euulgarent. Matt. 8. 4. & 9. 30. & in hoc ipso c. v. 43. Scimus & illis locis, quas ob causas notauimus, copiose docuimus causam, cur Christus alias prohibuerit, ne quid dicerent, fuisse, quia nolebat inuidiam A sibi Pharisæorum concitari: ex contrario ergo affectu contraria causa colligenda est, non fuisse in Decapoli, vbi ille, qui à dæmonibus liberatus erat, beneficium prædicare inhibebatur, eiusmodi periculum, ideoq; non prohiberi, sed incitari, vt publice diceret, quæ sibi fecisset Christus. Alia vero ex parte cum Decapolitæ Tyrij, Sidoniiq; vicini semigentiles essent, præparandi, alliciendi, ad fidem erant prædicatione miraculi.

Quanta tibi Dominus fecerit.] Quasi dicat, ne is ingratus, sed prædica acceptum à Deo beneficium. Animaduertunt Theophylact. & Euthym. non dixisse Christum, quanta tibi ego fecerim, sed *quanta tibi Dominus fecerit*, quæ ipse feciſſet, singulare exemplo modestiæ in patrem referentem. Etsi fortasse de se ipso per tertiam, vt sæpe solet, personam loquutus est, seque Dominum appellarit, vt infra c. 11. 3 & Matthæi 21. 3. & Lucæ 19. 31. *Dicite, quia Dominus, id est ego, his opus habet.* Et vero si loquendi consuetudinem consideremus, Christi, Patrem potius Deum, quam Dominum, se potius Dominum, quam Deum vocare solet.

B

20. Et *abiit & cœpit prædicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus & omnes mirabantur.*] Multa pauca verbis indicat Marcus. Primum eius qui curatus fuerat, obedientiam cum dicit. *Abiit, & cœpit prædicare*, quasi dicat fecisse, quod Christus illi mandauerat. Deinde Decapolitam fuisse illum, de qua regione diximus apud Matthæum cap. 4. 25. Tertio loco gratum ei ego ergo Christum animum meritam illi laudem tribuentia. Cum enim Christus illi dixisset, *Annuntia quanta tibi Dominus fecerit*, ille non dicit, quanta sibi Dominus, sed quanta sibi fecisset Iesus, acceptiã se beneficij non solum agnoscens, sed etiam nominans, atq; laudans auctorem, vt Theoph. & Euthym. obseruauerunt. Quanquam hæc verba fortasse non illius, qui curatus fuerat, sed Euangelistæ sunt, quid aliter dixisset, quidq; fecisset, non eisdem verbis commemorantis Fructũ etiam Euangelista prædicationis eius hominis ostẽdit, cum concludit, *Et omnes mirabantur*, illa enim admiratio fidei fructus, aut initium erat: & videtur non admiratio sola, qualis nos rerum etiam, quas non probamus, tenere solet, sed admiratio coniuncta laudatio significari, quemadmodum quos immodicis efferimus laudibus, admirari dicimur.

C

21. *Et cum transiuisset Iesus in naui rursum.*] Rursum dicit, non quod ante iterum trãsiendisset, sed quinde venisset, quasi dicat, cũ rediisset vnde venerat, i. in Galilæam, & in vrbem Capernaum. Hoc est quod dicit trãs fretum. Tam enim sæpe diximus inter Galilæam & Gadarenorũ aut Gerasenorum regionẽ stagnũ illud, quod Genezareth vocabatur interiectum fuisse. Cætera quæ vsq; ad finem capitis scribit Marcus, Matth. c. 9. exposuimus.

D

CAP. VI.

CAPVT VI.

1 ET *egressus est inde, abiit in patriam suam: & sequuntur eum discipuli sui.* 2. *& facto sabbato cœpit in synagoga docere. & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia: & quæ est sapientia, quæ data est illi: & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? 3. Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis?*

Mat. 13. g. 54. Luc. 4. d. 16. Ioan. 4. f. 44.

nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. 5. *Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: 6. & mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu docens. 7. Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituũ immundorũ. 8. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, non panem, neq; in zona æs: 9. sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. 10. Et dicebat eis: Quicunq; introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. 11. quicunq; non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. 12. Et exeuntes prædicabãt vt pœnitentiam agerent: 13. & dæmonia multa ejiciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant. 14. Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. 15. Alij autem dicebant: Quia Elias est. Alij vero dicebant: Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. 16. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. 17. Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. 18. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. 19. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. 20. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. 21. Et cum dies opportunus accidisset: Herodes natalis fuit cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. 22. cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi. 23. & iurauit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. 24. Quæ cum exisset dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. 25. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. 26. Et contristatus est rex: propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare. 27. sed misso speculatore præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere. 28. & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. 29. Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt in monumento. 30. & conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant. 31. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant. 32. Et ascendentes in naui, abierunt in desertum locum seorsum. 33. Et viderunt eos abeuntes: & cognouerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos. 34. Et exiens vidit turbam multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. 35. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes: Desertus est locus hic, & iam hora præterijt: 36. ait illis: Dimitte illos vt euntes in proximas villas & castella quæ circa sunt, emant sibi quid manducent. 37. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus denarijs ducentis panes, & dabimus illis manducare? 38. Et dixit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cum cognouissent, dicunt: Quinque, & duos pisces. 39. Et præcepit illis vt accumberent facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum. 40. Et discubuerunt in partes per centenos, & quinquagenos. 41. Et acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, intuens in cælum benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus. 42. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. 43. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. 44. Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum. 45. Et statim coegit discipulos suos ascendere naui, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. 46. Et cum dimisisset eos, abiit in montem orare. 47. Et cum sero esset, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra. 48. Et videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis: & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare: & volebat præterire eos. 49. At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. 50. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. 51. Et ascendit ad illos in naum, & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. 52. non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. 53. Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. 54. Cum q; egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum: 55. & percurrentes vniuersam regionem illam cœperunt tu grabatis eos, qui se male habebant, circumferre, vbi audiebant eum esse. 56. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quot quot tangebant eum, salui fiebant.*

Mat. 13. g. 57. Luc. 4. d. 24. Ioan. 4. f. 44.

Ioa. 6. f. 42. Mat. 13. g. 57. Luc. 4. d. 24. Ioa. 4. f. 44. Mat. 10. d. 1. Luc. 9. d. 1. Mat. 3. b. 14. Luc. 9. d. 2. Act. 12. b. 8. Mat. 10. b. 14. Luc. 9. d. 5. Act. 13. f. 51. & 18. d. 6. Luc. 1. d. 14.

Matt. 14. d. 2.

Luc. 9. d. 7

Mat. 14. d. 3. Luc. 3. d. 19. Luc. 18. f. 19

Mat. 14. d. 11 Luc. 9. f. 10.

Mat. 9. d. 36. Luc. 9. f. 14.

Luc. 9. f. 12. Ioan. 6. d. 5.

Mat. 14. f. 33

Matth. 14. d. 34.

IN CAPVT VI.

ET *egressus inde.*] Ex domo Archisynagogi, vbi eius filiam suscitauerat cap. 5. 41. aut ex Capernaum, vbi Archisynagogi domum fuisse credibile est, & ex Matthæo cap. 9. 23. colligitur.

Triplex Christo patria.

Abiit in patriam suam.] In Nazareth; vbi educatus fuerat. Diximus Matthæi 9. ex scripturæ, & bonorum Auctorum obseruatione triplicem Christo fuisse patriam, Bethlehem natiuitatis, Nazareth educationis, Capernaum commorationis, & prædicationis. Hoc loco neq; Bethlehem, quæ nusquam, vt opinor, in scriptura eius vocatur patria, neq; Capernaum, quia ibi erat, cum dicitur in patriam abisse, sed solam Nazareth intelligere debemus, vbi eius fratres, & sorores erant, vt dicitur infra vers. 3. & Matthæi cap. 13. 55. Iraluenerus, & Beda intelligunt melius, vt mihi videtur, quam Origenes in cap. 13. Matthæi, & Hilarius canon. in Matth. 14. qui totam Iudæam Christi patriam hoc loco vocari putant.

Et sequebantur eum discipuli sui.] Hoc propterea videtur Euangelista dicere, vt rationem reddat, quomodo potuerit Christus Apostolos inde ad prædicandum Euangelium in Iudæam mittere, quia nimirum sequuti eum fuerant in patriam eum tem.

2. *Et facto sabbato.*] Cum dies sabbati venisset, quo solebant Iudæi in synagogam congregari, vide supra cap. 1. 21. Quærunt à quibusdam, quamobrem voluerit Christus in patriam suam ire, & in synagogis ibi docere, cum sciret, neque doctrinã suam, neque miracula ibi recipienda, vt infra dicit Euangelista ver. 3. 4. 5. Respondent Theophyl. & Euthym. ne vllam gentibus, ac popularibus suis excusationis relinqueret occasionem, dictorus fortasse, si ad eos Christus non venisset, futurum fuisse, vt si venisset, crederent.

Admirabantur in doctrina eius.] Id est, admirabantur eius doctrinam; Hebræorum phrasis, qui pro accusatiuo ablatiuo cum præpositione ב in, vti solent, vt Psal. 36. 1. *Noli æmulari in malignantibus*, id est, malignantes. Quæ sequuntur vsque ad vers. 5. apud Matthæum cap. 13. 54. 55. 56. exposita sunt.

Hebraismus

5. *Et non poterat ibi virtutem vllam facere.*] Miracula virtutes appellari, quod iis faciendis maxime Dei virtus, & potestas ostendatur nemo nescit, & Matthæi 7. 22. docuimus. Quod autem dicit Euangelista non potuisse Christum in patria sua miraculum vllum facere, id videntur horrere aures, quasi non potuerit Christus omnia, quæ vellet, & vbi vellet, facere. Hic locus ex Gregorio Nazianzeno oratione 4. de Theologia optime intelligitur. Inter alios modos, quibus docet non posse, aut ita possibile esse in sacris literis dici solere, vnus est, cum id facere non posse dicimur, quod facere nolumus, quemadmodum Genes. 37. 4. fratres Ioseph dicuntur non potuisse fratri suo vllum verbum pacifice loqui, quia oderant illum, id est noluisse, & vt Christus ait Ioannis 7. 7. *non potest mundus odisse vos*, id est non vult, cum vos mundam sitis. Hoc modo Christus dicitur non potuisse in patria sua miracula facere, id est, noluisse propter eorum hominum incredulitatem, quam vt exaggeraret Euangelista, maluit dicere non potuisse, quã noluisse, vt indicaret Christum impeditum quodammodo fuisse incredulitate hominum, quo minus posset facere miracula, nec per illum, sed per auditores stetisse, quo minus ea faceret. Nam cum duo ad miracula facienda, nau quidé necessario, sed tamen conuenienter requirantur, potentia in faciente, fides in patiente, cum alterutrum eorum deest, dicuntur miracula fieri non posse, vt ex eodem Gregorio Theophylactus, & Euthymius adnotauerunt. Dicitur etiam, vt idem Gregorius docet, fieri non posse, quod fieri non expedit, vt Matthæi 9. 15. *Numquid possunt filii sponsi lugere, quãdiu cum illis est sponsus?* id est non conuenit, non decet, vt lugeant, vt ieiunent. Hoc etiam modo hic locus potest intelligi, vt dicatur Christum non posse facere miracula, quia non expediebat, non erat iustum, vt faceret, quemadmodum si æquus iudex homini aliquid à se iniustum postulanti respondeat, non possum tibi concedere. Hoc enim modo ipse Christus alio loco significat non posse se filijs Zebedæi concedere, vt alter ad dexteram, alter ad sinistram suam sederet, quia iustum non erat, quo tempore id postulabant, *sedere, inquit, ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis* infra cap. 10. 40. & Matthæi 20. 23. Sic hoc loco dicitur miracula facere non potuisse, quia æquum non erat, vt ingratis, & indignis hominibus ea faceret. vt Theophylactus interpretatur. Vobis enim Christus eam tenere regulam, quam discipulis suis Matthæi septimo, sexto, ipse tradiderat, *Nolite, inquit, sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dissipent vos.* Notauit Origenes in caput Matthæi decimũ tertiũ, Matthæum, & Marcum ita dixisse, non posse Christum in patria sua facere miracula, vt simul tamen docuerint fecisse aliqua, dum ille ait, *Et non fecit ibi virtutes multas*, indicans paucas quidem fecisse, sed tamen aliquas; hic autem, *nisi paucos infirmos impositis manibus curauit*, nimirum, vt intelligeremus, quia aliquas ibi fecit miracula, plura facere potuisse, si eius regionis homines meruissent. Existimant Beda & Theophylactus ideo Christum apud incredulos plura miracula facere noluisse, vt illis parceret, ne si plura fecisset, non credentes inexcusabiles omnino essent, quod tam multis, tamque magnis viris miraculis credere noluissent. Multo mihi videtur probabilius, iniuriã id potius, quam misericordiã fecisse Christum, vt miraculis indignos miraculorum puniret ingratitudine: sicut non credentibus aperte, & sine vlla parabola loquens loco parabolæ in parabolis loquebatur, vt videntes non viderent, & audientes non audirent, neque intelligerent Matthæi decimæ octauo, decimo tertio. Hanc rationem reddit Iuuenus.

Talibus indignans perdere sua munera Christus. *Lib. 3. hist. Euang.*

Nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.] Nisi potius noster interpres, pro tantum, fuit etiam Græce est εἰ μὴ pro εἰμὴ. Correctio hæc est superioris sententiæ, ne quis existimaret impotentem fuisse Christum, ac ne volentem quidem miracula facere potuisse, vt paulo ante ex Origene monuimus. Videtur Euangelista singulis verbis miracula ibi facta extenuare voluisse, & cum ægrotos qui curati sunt, paucos; & cum non solo verbo, sed impositis manibus, quasi vi curatos fuisse dicit. Neque enim dubium est, quin magis virtutem suam Christus ostenderet, eam solo verbo; quam, cum manuum impositione sanabat, vt ex illo vno Centurionis exemplo perspicitur Matthæi octauo, octauo.

Et mirabatur propter incredulitatem eorum.] Suspicor hæc verba, *Propter incredulitatem eorum*, non esse coniungenda cum proximo verbo, *mirabatur*, sed cum præcedentibus, *& non poterat ibi virtutem vllam facere*, vt verbum *mirabatur*, parentheſi legatur, sensusque sit, & non poterat ibi virtutem vllam facere propter incredulitatem eorum, id ergo mirabatur. Sic enim apud Matthæum cap. 13. 58. verba iunguntur, *& non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.* Et si Euangelista dicere voluisset, Christum eorum incredulitatem miratum fuisse, non dixisset *ἐθαύμασε διὰ τὴν ἀπιστίαν*

αὐτῶν, sed, *ἐθαύμασε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν*. Qui autem fieri, exponit enim hæc vbique sine Ioannes primum, sine Christus post. sine postremo Apostoli prædicant. Prima vox est Euangelii, vt homines pœnitentiam agant regnum enim cœlorum appropinquare Matthæi 3. 2. & 4. 17. & supra cap. 1. 4. Neque materiam formamque prædicandi à Christo præscripsam Apostoli mutauerunt, quod Christus apud Matthæum cap. 10. 7. eos mittens dicat, *Euntes prædicate dicentes, quia appropinquauit regnum cœlorum*, & Lucæ 9. 2. *Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.* Vtrumque enim prædicantes dicebant, *& pœnitentiam agite, & appropinquauit regnum Dei*, sicut dicebat Ioannes Matthæi 3. 2. Sed vnus Euangelista partem vnam, alij aliam retenuerunt. Volunt Christus & ipse vti, & vt Apostoli ac discipuli sui eodem exordio formaque eadem Euangelij prædicandi, quã Ioannes vsus fuerat, vterentur, vt confirmaret is esse eum, cuius præcursor ille fuisset. Nam & apud Lucam capite decimo, nono, cum septuaginta duos ad prædicandum discipulos mittit, eandem illis prædicationis præscribit formam, *dicite*, inquit, *appropinquauit in vos regnum Dei.*

Materia prædicationis.

13. *Et vngebant oleo multos ægros & sanabant.*] Multi Iatini codices corrupte legunt, *sanabantur*, nonnulli corruptius, *sanabat*, vt oleum sanasse ægrotos intelligatur, quod est verum est, hoc tamen loco non dicitur. Græce est *ἤλειφον ἐλαίῳ ἀρρώστους καὶ ἐθεράπευον*, *vngebant infirmos & curabant.* Quod Apostoli dicuntur vnxisse, & sanasse multos, non sic intelligendum est, quasi aliquos vnxerint, & sanare tentauerint, quos non sanauerint, sed tantum significatur eos, quos vnxerunt, atque sanarunt, fuisse multos, vt supra cap. 1. 34. & cap 3. *Prolixa dis. putatio de* 10. similem loquendi modum exposuimus. Hoc *Extrema* loco agendum non solum contra hæreticos, qui *Vnctione* perunctionem contendunt hic non esse sermonem de sacramento extremæ vnctionis; sed etiam contra quosdam Catholicos, qui pene idem videntur docere, quos tamen magna ex parte antea nondum nouis experta hæresis excusat. Quid enim aliud est sacramentum concedentibus etiam hæreticis, nisi externa cæremonia à Christo instituta, tanquã ordinarium remedium salutis animæ? Hæc nimirum externa erat cæremonia, quæ extrinsecus adhibebatur. Nam sicut vtribus aqua ita vt baptizantur; sic visibile oleum ægrotis infundebatur. Negant aliqui fuisse cæremoniam, quamuis res fuerit visibilis, & externa, quod solum medicamentum esse potent, medicamentum autem, quamuis visibile sit, cæremonia non sit. Hoc primo loco tractandum. Quæro igitur, si medicamentum tam erat, curari omne morborum genus adhibebantne enim eadem omnibus curandis morbis medicina opportuna est, sed plerumque, quæ vni prodest, alteri nocet, & vtrique inter se morbi contrarij sunt, ita oportet remedia morborum esse contraria. Deinde quor sum Apostoli medicamen tis vti fuisse dicuntur? nec enim medicinam, sed Euangelium profitebantur; missique à Christo erant potestate donata miracula faciendi, quibus, quam prædicabant, doctrinam confirmarent. An miracula ita facere conueniebat, vt quam maxima, & quam illustrissima, an ita, vt ne miracula quidem esse viderentur? Si oleo ad curandos ægrotos vtebantur, videri profecto poterant, aut nullo miraculo, sed medicinæ arte, aut multo certe minore miraculo curare. Non ergo ad sananda solum corpora, sed ad curandos Sacramento potissimum animos ægrotos vngebant. Aiunt fuisse quidem medicamentum, non naturale tamen, sed diuinum, quod impressa quadam à Christo virtute morbos curaret, ideoque miraculi speci-

em non minuisse ; adhibitum enim fuisse, tanquam signum sanitatis corporis, vt significarent, quemadmodum solent à medicis corpora oleo recreari, ita ab Apostolis à morbis curata fuisse virtute, gratiaque diuina, quæ solet in sacris sæpe literis olei nomine declarari. Quid enim odi opus erat signo, cum sequuta statim sanitas fidem faceret? quam poterat quidem oleum non augere, sed abrogare existimantibus hominibus, qui oleo adhibito ægrotos sanari viderent, non virtute vlla diuina, sed naturali olei proprietate curari? Non solemus ad signa ficanda, quæ oculis cernimus, vti signis. Non vtebantur oleo, inquiunt Apostoli, vt sanitatem miraculo confirri significarent, sed vt declararent non sua, sed Christi virtute sanare morbos. Iubid enim dicitur absurde, non neque olemo id potest significare, aliena virtute curationem fieri, & potest significare contrarium, neque propria neque aliena, sed naturali ipsius olei virtute fieri. Deinde si ea de causa oleo Apostoli vsi fuissent, non solum in curandis morbis, sed in omnibus prorsus perficiendis miraculis vsi fuissent. Nec enim minus conueniebat, vt alia miracula, quam morborum curationes ostenderent se non sua, sed Christi virtute facere. Etsi vtrumque ostendere conueniebat, melius id poterant verbis ostendere, declarareque, quam oleo, quemadmodum fecisse legimus Petrum. Actor. 3. 6. *Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula*, & Paulum Actor. 16. 18. *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.* Præterea si hanc ob causam Apostoli oleum adhibebant, cur alij Christiani, atq; discipuli, qui Christi etiam virtute morbos curabant, non adhibebant? Neque enim soli Apostoli, vt & scriptura 1. ad Cor. 12. 9. & experientia docet, curationis donum habuerunt; atqui solos Apostolos oleo vsos fuisse legimus. Cur ergo, rogabit aliquis, nullam Christum ægrotum adhibito oleo curasse legimus, Apostolos legimus, nisi quia ideo Apostoli oleo vtebantur, vt significarent se non sua, sed Christi potestate curare morbos? Ista quidem ratione, ne hæc sinus quidem sacramentum erit, sed alienæ symbolum potestati: Nam neque Christum quemquam aqua legimus baptizasse; quin legimus non eum, sed Apostolos baptizasse Ioannis 4. 2. Non ergo medicamentum, sed ceremonia. Videamus nunc an à Christo instituta fuerit. Primum quis credat Apostolos non iussos à Christo ceremoniam vllam in faciendis præsertim miraculis vsurpasse; vbi poterat eorum temeritatem non sequutus effectus arguere? Deinde quis non videt voluisse hoc loco docere Marcum fecisse Apostolos in illa sua legatione quod à Christo iussi fuerant? Inter alia autem quæ eos fecisse scribit, ait ægrotos vnxisse oleo, id ergo vt facerent à Christo illis præscriptum fuerat. Denique si Christi institutio non fuisset, numquam Iacob. ca. 5. tam asseueranter præcepisset, vt id à presbyteris Apostolorum in hoc officium succedentibus obseruaretur, *infirmatur* (inquit vers. 14.) *quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum vngentes eum oleo in nomine Domini.* Non negant hoc hæretici, neque Catholicorum, quod sciam, quisquam, sed negant ideo hanc vnctionem institutam fuisse, vt esset sacramentum, nam & manus ægrotis iussit imponi Marci 17. 18. & ipse imponere solebat, vt supra vers 5. & cap. 5. 23. 41. & infra cap. 8. 23. 25. & Matthæi 9. 18. 25. Hoc ad tertiam partem definitionis pertinet, an ita instituta fuerit à Christo vt esset ordinaria animæ medicina. Minime, inquit Caluinus, sed vt quandiu in Ecclesia durare curationis donum, eius symbolum & comes esset. Cur ergo, vt ante diximus, non omnes qui donum habebant curationis, ea vtebantur ceremonia? Cur Apostoli ipsi non in omnibus curandis ægrotis vsi sunt? Nam claudum quidem illum quem Petrus ad portam templi sanauit, oleo non vnxit Actorum 3. 6. Cur mortuos quos suscitabant, non vngebant? Nam nec Petrus puellam illam, quam Actorum 9. 40. nec Paulus illum adolescentem qui exanimatum susceperat Actorum 20. 10. vnxisse dicitur. Cur denique Iacobus ea ceremonia non omnes, sed Ecclesiæ presbyteros vti iubet, si à Christo non ideo instituta erat, vt verum sacramentum & ordinarium animæ remedium esset? Imposuerat Christus ægrotis manus, oleo eos non vnxerat, iubet Iacob. presbyteros ægrotos vngere, manu imponere non iubet. Cur quæso, nisi quia manuū impositio sacramentum non erat, sed externa quædam ceremonia ad tempus vsurpata; vnctio vero sacramentum erat, quod à solis oportebat presbyteris administrari? Nam quod hæretici solam dicere presbyteros apud Iacobum non sacerdotes, sed seniores populi vocari, & futile per se est, & multis à nobis locis refutatum, & ex illo ipso Iacobi loco, vt longius non abeamus, refelli potest. Cur enim cum de vnctione loquitur à solis presbyteris fieri iubet; cum vero de oratione, omnes omnino alios pro aliis orare præcipit, versu 16. nisi quia presbyteros sacerdotes intelligebat, à quibus solis poterat vnctionis sacramentum administrari? Habet & spiritualem promissionem, id est, animæ curationem annexam, quod maxime solent in sacramentis hæretici requirere. *Et si in peccatis fuerit* (inquit Iacobus versu 15.) *remittentur ei.* Itaque recte Chrysostomus libro 3. de sacerdotio ex eo loco probat habere sacerdotes potestatem per sacramenta peccata remittendi. Nec vero vllum fuit vnquam ab Apostolis seculum, quo non pro vero sacramento habitum fuerit, vt ex eodem Chrysostomi loco, & ex Innocentio prima epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum cap. 8. & ex Beda hoc loco, & in commentariis, c. 5. Iacobi, tum etiam ex multis veterum Conciliorum decretis perspicuum est. Attunc inquiunt nonnulli, nondum Apostoli sacerdotes erant, & non poterat sacramentum ab aliis dari, quam sacerdotibus: & illi ipsi non baptizatos tantum, nec solum moribundos ægrotos, sed omne ægrotorum genus cæcos, mutos, debiles, & claudos vngebant; sacramentum autem vnctionis nec nondum baptizatis, nec aliis, quam moribundis dari poterat. Miror quosdam Auctores tam leui ratione iura tanti momenti à vera communique sententia diuidere, & Christo legis auctori legem imponere. Potuit enim, qui legem tulit, pro suo arbitrio lege vti. Nam & vt soli sacerdotes baptizent, nisi aliud necessitas postulet, præceptum est Christi, qui solos iussit Apostolos baptizare, & ex illo ipso vtuus Dinus Paulus affirmat se non ad baptizandum, sed ad euangelizandum missum esse. 1. Cor. 1. 17. & legimus tamen Apostolos, antequam sacerdotes facti essent, baptizasse Ioannis 4. 2. Qua enim ratione docent Apostolos, aut nondum baptizatos, aut omnis generis ægrotos vnxisse sine vllo discrimine, cum nullo id scripturæ exemplo probare possint, & nos exemplis possimus probare contrarium? Nam certe Petrus claudum illum non vnxit quem ad portam templi sedentem curauit Act. 3. 6.

14. Et *audiuit rex Herodes.*] Nomen, & famam Iesu, vt latius explicat Euangelista, *manifestum enim factum est nomen eius*, & Matthæus cap. 14. 1. & Lucas cap. 9. 7. Tota hæc historia, quæ vsque aduersum trigesimum narratur, apud Matthæum expositæ est.

30. Et *conuertentes.*] *ego conuertens* & congregantur iterum

tur iterum ad Christum, sicut erant, antequam ad prædicandum mitterentur. Propterea enim dicit congregatos fuisse, quia prius versu 7. dixerat binos fuisse, hinc illuc in varias ludæ partes ad prædicandum dispatos.

Renuntiauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.] Narrauerunt ei, & quæ docuissent, & quæ miracula fecissent. Verum enim *nunc* facere absolute posuit, pro facere miracula, vt Lucæ 9. 7. & Act. 1. 1. Præceperat illis Christus, vt docerent & doctrinam miraculis confirmarent supra vers. 7. & Matthæi 10. 7. 8. & Lucæ 9. 2. vtriusq; rei reuertentes rationem illi reddunt. Quam ob causam incertum. Plerique tamen ideo factum putant, quod æquum fuerit, vt illi, à quo missi fuerant, rationem sui redderent negotiorum. Datum etiam consentaneum exemplum, vt si quid concionando boni egerint, id acceptum referant Christo. Hieronym. Strabus, Theophylact. Id quidem certe, & vt illi facerent, æquum fuit; & vtnos eos fecisse credamus, quia facere debuerunt, magis æquum est. Sed ab eam etiam suspicor fuisse causam, si licet ex eiusmodi coniecturam facere. Redibant à legatione sua gaudii, animiq; pleni, quod res ex voto successisset: itaq; in Domino quidem gloriantes, sed gloriantes tamen videntur quæ à quibus docti essent, quæq; fecissent miracula Christo renuntiare, quemadmodū & septuaginta illi duo apud Lucam cap. 10. 17. Existimat Beda Apostolos non solum, quæ ipsi fecissent, docuissentiq; verum etiam, quæ Ioannes passus fuisset, quasi ignoranti Christo renuntiasse, deceptus, vt opinor, verbis Matthæi capit. 14. 12. *Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & venientes nunciauerunt Iesu.* Non enim dicit Matthæus Christi discipulos, sed Ioannis de eius illi morte renuntiasse, quod idem ex Luca manifestum est: præterquam quod Ioannes multo ante fuerat occisus, quam ad prædicandum Apostoli mitterentur, vt apud Matthæum capit. 14. 12. disputauimus. Itaq; non poterant à prædicatione reuertentes, quasi rem nouam mortem Ioannis Christo renuntiare. Quæ reliqua sunt vsq; ad finem huius capitis, apud Matthæum declarauimus.

CAPVT VII.

1. *Et conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Hierosolymis.* 2. *Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperauerunt.* 3. *Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum:* 4. *& à foro nisi baptizentur, non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum:* 5. *& interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?* 6. *At ille respondens, dixit eis: Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.* 7. *in vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.* 8. *Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata vrceorum, & calicum: & alia similia his facitis multa.* 9. *Et dicebat illis: Bene vritum facitis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis.* 10. *Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.* 11. *Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, (quod est donum) quodcunq; ex me tibi profuerit:* 12. *& vltra non dimittitis eum quidquam facere patri suo aut matri,* 13. *rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis: & similia huiusmodi multa facitis.* 14. *Et ad eos conuocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite.* 15. *Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt illa sunt, quæ communicant hominem.* 16. *Si quis habet aures audiendi, audiat.* 17. *Et cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam.* 18. *Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare:* 19. *quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas?* 20. *Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.* 21. *Ab intus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,* 22. *furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.* 23. *Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem.* 24. *Et inde surgens abijt in fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.* 25. *Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, introuit, & procidit ad pedes eius.* 26. *Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium ejiceret de filia eius.* 27. *Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* 28. *At illa respondit, & dixit illi: Vtiq; Domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.* 29. *Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exijt dæmonium a filia tua.* 30. *Et cum abijsset domum suam, & inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exisse.* 31. *Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapolos.* 32. *Et adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.* 33. *Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius:* 34. *& suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephpheta, id est adaperare.* 35. *Et statim aperta sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.* 36. *Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant:* 37. *& eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.*

Matth. 15. 1. 2.

Deut. 6. 13. Ioan. 5. 44. Isa. 29. d. 13.

Exo. 20. 12. Deut. 5. 16. Eph. 6. 2.

Exo. 21. 17. Leuit. 20. 9. Prou. 20. 20.

Matth. 15. 6. 20.

Gen. 6. 5.

Matth. 15. 24.

1. *Et conueniunt ad eum.*] συναγονται προς αυτον, & congregantur ad eum. Non eo modo, quo Apostolos congregatos fuisse dixerat cap. 6.30. Nam illi gratificandi ei ad Christum conuenerant, isti calumniandi, quali manu facta conspirantes illum circumdant.

Venientes ab Hierosolymis.] Hoc aut alterutra, aut vtraq; fortasse de causa videtur Euangelista notasse, aut vt Pharisæorum, & Scribarum in calumniandi doctrina, vtraq; Christi studium, diligentiamq; declararet, qui vt eum caperet aliunde occasione accusare possent, à Hierosolymis vsq; in Galilæam venerant, [fræ tamen de causa venerunt; neq; enim possumus de eorum animis iudicare] aut vt rationem tacite redderet, cur illi potius Pharisæi, & Scribæ, quam qui in Galilæa erant, quos fuerim Christum reprehendere: quia cum Hierosolymitani essent, vnde omnis legis, & traditionum scientia petebatur, plus sibi auctoritatis, libertatisq; præsumebant. Hæc historia copiosius à Marco, quam à Matthæo narratur, à Luca vero prorsus prætermittitur.

Cap. 15. Matth.

2. *Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius.*] Quid si omnes id facientes vidissent? Non debuerunt, quod omnes discipuli faciebant, vitio vertere magistro, quanto minus, quod non omnes, sed aliqui faciebant? esti non arbitror ideo Euangelistam dixisse *quosdam*, vt indicaret non omnes, sed aliquos tantum Christi discipulos solitos fuisse illotis vesci manibus, sed potius vt innuaret non omnes, sed aliquos tantum à Pharisæis vitos fuisse ita vescentes, idq; satis fuisse hominibus ad calumniandum paratis, vt inde occasionem arriperent non solum discipulos omnes, sed ipsum etiam Christum accusandi. Nec enim credendum est alios Christi discipulos illam Pharisæorum de lauandis manibus traditionem consuetudinem seruare, cum diu iam versati cum Christo ignorare non possent, quam inanis esset.

Communibus manibus, id est, non lotis.] Quia phrasis erat Hebraica, & Græcis auribus peregrina, timens Græce scribens Euangelista, ne non satis intelligeretur, exposuit. Communia vocant Hebræi, quæ sancta & munda non sunt, quod liceat ea ab omnibus communiter & Iudæis, & Gentibus, & mundis & immundis contrectari. Etsi mirum videri potest magis in nouo, quam in veteri Testamento, & magis Græce, quam Hebraice, aut Syriace loquentes auctores sacros ea vti phrasi. Quia ergo Pharisæi in lotione manuum non solum corporis munditiem, verum animi etiam sanctitatem confidere putabant, illotas manus communes, id est, pollutas, prophanas, immundasq; sanctas appellabant. Illotas autem non quocunq; modo manus reprehendunt; negi enim vero inuisa est Apostolos tam rusticis fuisse moribus, vt sordidis omnino manibus cibum sumerent, sed eas tantum, quæ non ex maiorum ritu, religioneq; lotæ essent, non solum à sordibus, sed ab omni etiam contactu prophanarum rerum, quales erant multæ ex lege Moysi, & Pharisæorum traditionibus innumerabiles. Ritus autem erat, vt Theophylact. adnotauit, vt ad cubitum vsq; lauarentur.

Communia in scriptura.

Manducare panes.] Notum omnem apud Hebræos cibum לחם panem appellari. Plorali autem, mihi videtur, vsi sunt numero, vt non certum vnum, sed quotidianam consuetudinem significarent, quasi dicerent, non semel tantum necessitate aliqua compulsos, sed semper eos illotis manibus vesci solere.

Vituperauerunt.] ἐμεμψαντο, incusauerunt. Potest hoc vsi ad discipulos referri, vt Theophylact. refert, quasi non Christum Pharisæi, sed eius discipulos accusauerint vt ad Christum. Mihi & Christum, & discipulos videntur accusasse; nam etsi non dicunt, quare tu communibus manibus panem manducas? sed *quare discipuli tui?* tamen Christum in discipulis potius, quam discipulos ipsos accusare voluerunt, quasi ab eo docti essent maiorum suorum contemnere traditiones. Neque enim aduersus discipulos, sed aduersus Christum odium ipsor, & inuidia simulabat.

3. *Pharisæi enim, & omnes Iudæi.*] Reddit causam reprehensionis; & Pharisæi Iudæi erant; itaq; satis esse potuit Iudæos dicere, vt etiam Pharisæi intelligerentur; sed ideo, vt opinor, distinxit, vt Pharisæos, quibus primum locum dedit, primos eius traditionis auctores, aut eius præcipuos obseruatores fuisse significaret.

Nisi crebro lauerint manus, non manducant.] Quid? nonne satis erat semel initio prandii lauare? erat ea superstitione Pharisæorum inducta, sæpe etiam inter prandendum lauare manus, ne quem forte cibum, remixtum aliam præscripto legis immundam tetigissent, vt nonnulli tradunt auctores, & ex hydriis in nuptiali illo conuiuio ad eum paratis vsum colligi potest Ioannis 2.6.

Iudæorum traditiones.

Tenentes traditiones seniorum.] Quas Hebræi משניות Græci δευτερωσεις vocant; quinq; Scribæ, & Pharisæi composuerant, quarum exat inter Iudæos liber, præceptumq; vt immota seruentur diligentia.

4. *Et à foro nisi baptizentur, non comedunt.*] απ' ἀγορας, & à foro, intelligitur participium βαπτισθεντες venientes. Ideo autem ex foro potius, quam aliunde redeuntes lauabant, quia in foro omnis generis homines versabantur, Iudæi, Gentiles; mundi immundiq;. Quidam adnotauerunt ideo Euangelistam vsum fuisse Græce verbo βαπτισωνται non νιπτωνται, vt significaret totos se contineuisse, cum ex foro redibant, in aquam immergere, ne quid in corpore immunditiæ remaneret, id enim Græco baptizandi verbo declarari. Magis non improbo, quam probo.

Baptismata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.] Omnia nimirum, quæ contrectaturi prandentes erant, ne eorum attrectatione, si forte immunda essent, contaminarentur, prius eluebant. Itaq; lectos στιβαδας hoc loco non eos in quibus dormiebant sed eos, in quibus ad mensam accumbebant, intelligo, quos Latini thoros appellabant. Reliqua, quæ ad versum 3. scribit Marcus, apud Matthæum explicata sunt.

Citatur c. 15. Matth.

31. *Et iterum exiens de finibus Tyri.*] Dixerat supra versu 24. Christum se in fines Tyri, & Sidonis cõtulisse, ideo dicit *iterum*, non quod iterum eo fuisset, iterum redisset, sed quod *iterum*, vt sæpe diximus, pro rursus accipiatur, neque referatur ad verbum *exiens*, sed ad nomen *Tyri*, tanquam si Latine dicas, & exiens abinsidem finibus Tyri.

Venit per Sidonem.] Sic omnes fere Latini codices, & interpretes legũt, vt Hieronymus: Græci fere omnes, & Syriacus ad hunc modum, *Et iterum exiens à finibus Tyri, & Sidonis venit ad mare Galilææ.* Quam electionem ideirco magis probo, quia sensum meliorem habet. Primum quidem credendum non est Christum in vrbes Gentilium ingressum fuisse, qui non nisi ad oues, quæ perierant domus Israel, se missum dixerat Matth. 15. 24. quinque Apostolis præceperat, *in viam gentium ne abieritis*, Matthæi 10. 5. & supra versu 24. non dixit Marcus in Tyrum & Sidonem, sed in fines Tyri, & Sidonis abisse. Nec nunc dicit eum à Tyro, & Sidone

In descript. locorum terra sancta.

A done. Sed de finibus Tyri, & Sidonis rediisse. Et si non ignoro Theophyl. Euthym. & nonnullos auctores alios contra sentire, & Brocardum scripterem non indigentem ita loca nunciare ad Tyri, & Sidonis portas, vbi Christus miracula fecerit, designare, vt non obscure significet eum in vrbes ipsas Tyri, atque Sidonis ingressum fuisse. Habeo sententiæ meæ auctores plures, atq; grauiores, quos apud Matthæum c. 15. annominauimus.

Ad mare Galilææ.] Ad stagnum Genesareth, de quo supra c. 1. 16. & c. 2. 13. & c. 3. 7. & c. 4. 1. 35. 41. & c. 5. 1. 21.

Inter medios fines Decapoleos.] Iter habens.

32. *Et adducunt ei surdum, & mutum.*] Non est hæc eadem historia, atq; illa, quæ à Matthæo c. 9. 32. & à Luca 11. 14. narratur, vt apud Matthæum disputauimus. Ille enim mutus dæmonium habebat; hic non habebat; & si Theophylact. & Euthym. hunc etiam dæmonium habuisse putant; sed id scilicet Euangelista non tacuisset, quod ad commendationem miraculi maxime pertinebat. Nec eo sensu hæc ceremonia, dum baptizat, vitur Ecclesia, quasi existimet ea Christum ceremonia dæmonem eiecisse, aut ipsa ea ratione velit eiicere; sed vt doceat nondum baptizatum hominem ad verbum Dei surdum, ac mutum esse, debereq; & eius ad audiendam aures aperiri, & ad profitendam idem linguam eius solui; atq; ita eos, qui baptizantur, Ecclesia è fastis apostolus offerri, sicut hic matus, ac surdus Christo à cognatis, aut amicis obfatus est, præsertim infantes, qui neq; per se loqui, neque ad Christum, nisi ab aliis afferantur, venire possunt. Nam & hic ideo ab aliis ad Christum adductus dicitur, quia ipse venire per se ad eum, quem ignorabat, atq; loqui pro se poterat, & quo maxime indigebat, Gentium beneficium postulare. Videtur non omnino fuisse mutus, sed impeditæ ad loquendum linguæ. quia Græce μογιλαλος, id est, ægre, ac difficile loquens appellatur. Et aliquando & audiuerat melius, & liberius loquutus fuerat; siquidem linguam se didicerat, qua sinul vt sanatus est, loqui cœpit: nisi credere velimus, & eam partem vnam fuisse miraculi, vt non modo impedita solueretur lingua, sed sermonis etiam cognitio conferretur. Id etiam videtur Marcus versu 35. subindicare, cum dicit loquutum fuisse recte: veluti insinuans loqui quidem ante, sed non recte loqui potuisse.

Curatio à gentilibus per impositionem manuum.

B

Et deprecabantur eum.] Sic etiam Gregor. legit homilia 10. Græce tamen est παρεκαλουν αυτον deprecantur eum; atq; ita etiam legendum esse Latine docet ea, quam temporum consequentiam Grammatici vocant. Alioqui dicendum fuit, *& deprecabantur eum, vt imponeret illi manum.*

C

Vt imponat illi manum.] Manus illi à Christo imponi postulabant, aut quod scirent eum manuum impositione alios multos ægrotos curauisse, supra c. 1. 31. & c. 5. 41. & c. 6. 5. & infra c. 8. 23. 25. & Matthæi 8. 3. 15. & 9. 25. & 19. 15. & Lucæ 13. 13. aut quia venerat prophetarum, & sanctorum virorum consuetudo, vt impositis sanarent manibus, quod ne Gentiles quidem ignorabant, vt Naaman ille Syrus indicio est 4. Reg. 5. 11. *Ira tus Naaman recedebat dicens, Putabam, quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me.* Hæc ducti consuetudine alii etiam idem, vt faceret, Christum regauerunt supra capit. 5. 23. & Matthæi 9. 18. & 19. 13. & infra capit. 8. 22.

D

33. *Et apprehendens eum de turba seorsum.*] Nemini, vt arbitror, hunc locum legenti non statim occurrit dubitatio, quam ob rem mutum illum Christus curandi causa à turba seiunxerit, cum eius potius gloria postulare videretur, vt coram quam pluribus testibus Tyri, & Sidonis miraculum faceret. Huius rei Hieronym. & Beda causam hanc afferunt, quod qui à Christo curari volunt, recedere à tumultu hominum debeant. Recte sed allegorice. Chrysostomus apud D. Thomam, Theophylactus, & Euthym. vt fugeret ipse, & nobis fugiendi iactantiam daret exemplum. Nunquam enim coram aliis, nisi propter ipsorum vtilitatem, miracula facere solebat. Alii, quod eos, qui tunc aderant, indignos, qui miraculum viderent, iudicauerit. At viderant factum esse factum. Alii, vt surdum, tantumq; curaturus remotus ab hominum cœtu melius oraret; oratio enim ex versu 34. manifestum est. Credo ego eodem consilio Christum eum à turba hominum semouisse, quo paulo post versu 36. præcepit illi, cui terisq; quibus illum adduxerant, *ne cui dicerent.* Quod ipsum, qua ratione fecerit, illis exponemus.

E

Et misit digitos suos in auriculas eius.] Duabus Christus in hoc miraculo faciendo cæremonia non quidem necessario, sed certe tamen consilio vsus est. Neq; enim dubium est, vt Chrysostomus, ait, quin potuerit & sine digiti contactu, & sine saliua curare. Quo autem consilio vtrumq; facere voluerit, non curiose quæri solet. Recepta apud bonos auctores sententia est, digito Christi Spiritum sanctum, saliua diuinam sapientiam significari. Nam cum Lucæ c. 11. 20. dicat Christum dixisse, *si in digito Dei eiicio dæmonia*, Matthæus c. 12. 28. dicit, eum dixisse, *si in spiritu Dei eiicio dæmones.* Itaque digitus Dei & spiritus Dei vna res sunt: & diuinam sapientiam à Christo in nos, sicut ex capite sequenti derinari. Ita Gregorius homilia in Ezechielem 10. Hieronym. Beda, & Strabus in commentariis. Alii, vt qui hominem totum initio manu sua formauerat, totum per peccatum deformatum eadem, qua formauerat, manu reformare. Chrysostomo apud D. Thom. Quarsum ergo saliua? Meliua Euthym. & Theophyl. vt offenderet omnia corporis sui partes propter coniunctam diuinitatem saliua salutifera. Hanc ego rationem probo; nec enim alio consilio videtur Christus digitos hoc loco in aures surdi, salinam in os muti immisisse, quam quo solebat toto ægrotantibus corpora manus imponere, vt corporis sui efficaciam declararet, cuius contractu omnes curaret morbos; vt ex Cyrillo Alexandrino apud Matthæum annotauimus. Videtur etiam voluisse Christus non semper aqualiter suam diuinitatem, potentiamq; declarare, quod non semper, etiamsi nos causa latet, conuenire iudicaret. Aliquando solo verbo dæmones eiicit, mortuos exsuscitat, ostendens se omnino esse Deum: aliquando tactu salutis, luto sunt ægrotos, accommodatis quodammodo potentiam suam ad modũ agendi earum naturalium, & ad sensum, & consuetudinẽ hominum. Quia ergo, qui surdi sunt, videntur re aliqua obturatas habere aures, mittit digitum in aures surdi, quasi clausas, & obturatas terebraturus, aut impedimentũ, quod in illis erat, ablaturus digito. Et quia, qui muti sunt, videntur ligatæ nimia siccitate habere linguam, palatoque adhærentem, ideoque loqui non posse, sicut Prophæta ille dixit, *linguam meam adhæsit faucibus meis* Psalm. 21. 16. & alio loco, *adhæret lingua mea faucibus meis*, id est, mutus fiam *si non meminero tui*, id est, nisi laudes tuas prædicauero Psalm. 136. mittit salinam in os muti, quasi eius linguam humectaturus, salinam autem potius, quam humorem aliũm, quod humana salinia multos ad morbos medicamentum esse, & quod salina humectari lingua, & mobilis, volubilisq; fieri soleat, nam & qui humidiore sunt cerebro, quia plus salinæ habent, soluiorem videmus habere linguam. Itaque quemadmodum per metaphoram surdæ aures elausæ, & muta lingua gratia dicitur, ita & per metaphoram Christus digitum

digitum in aures surdi, salivam in os muti immisit. A Hoc tantum interest, quod illa metaphora in verbis, hac in factis consistit. Putat Euthym. Christum duos digitos in duas surdi aures mittisse, vnum dexteræ manus in aurem dextram, alium sinistræ in sinistram, propterea, vt opinor, quod Euangelista plurali vsus sit numero. Duos quidem in duas aures digitos immittisse probabile est, quia vtrisq; auri audiendi restituit facultatem; dexteræ vero manus digitum in dexteram, sinistræ in sinistram missse nulla ratio est, & est ratio aliqua contraria, quia cum Christus aduersus staret surdo, necesse erat, vt dextrum eius latus surdi sinistro, sinistrum dextro lateri responderet. Nisi dicamus, quod nulla potest coniectura probari, transuersa in figuram crucis posuisse brachia, quod Patriarcham Iacobum filiis Ioseph benedicentem fecisse legimus, Genes. 48.14.

Et expuens tetigit linguam eius.] πτύσας, & cum expuisset, tetigit (sub. saliua) linguam eius. Non est credibile in os muti insputsse, sed cum prius expuisset, sumptam de inde saliuam digito super muti linguam imposuisse, id quæ ex Græcorum verborum proprietate colligitur. Alias etiam legimus Christum salliua curasse eos, vt infra c. 8. 23. & Ioannis 9. 6. quibus in locis ea de re diximus.

34. *Et suspiciens cœlum ingemuit.*] Vtrumq; & quod in cœlum suspexerit, & quod ingemuerit orantis fuit, vt Gregor. homilia in Ezechielem 10. Beda, & Theophylact. existimant. Quanquam Chrysostom apud D. Thom. & Euthym. in commentariis gemitum illum dolentis fuisse putant humanam conditionem, atq; miseriam, quod ita hominibus dæmon illuderet. Vtrumq; probabile est, vt & Theophylacto videtur. Minime opus erat Christo, vt oraret, & ægrotis à patre gemitu etiam edito sanitatem peteret, quam poterat per se ipse dare: sed tamen videmus eum, cum miracula quædam faceret, orare solitum, vt Ioannis 11. 41. 42. 43. eius rei causa quædam apud Ioannem à Christo ipso reddatur, *Pater*, inquit, *gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat dixi vt credant, quia tu me misisti.* Ergo propterea nunc Christus, si ex vno exemplo facere coniecturam licet, facturus miraculum Patrem orat, vt qui aderant, intelligerent se ab eo missum esse. Aliam rationem Gregorius homilia 10. in Ezechielem, Beda, Strabus, Theophylactus & Euthym. in commentariis affarunt, vt nobis, vt idem faceremus, exemplum præberet. *Qui suspiciens*, inquit, Greg. *in cœlum ingemuit, non quod ipse necessarium gemitum haberet, qui habet, quod postulabat, sed nos ad eum genere. qui cuncta præsidet, docuit, vt aures nostræ per donum sancti Spiritus aperiri, & lingua per saliuam oris, id est, per sanctum diuinæ locutionis solui debeat ad verba prædicationis.* Allegorice.

Ephpheta.] תִּפָּתַח Ethpethach Chaldaicus est imperatiuus passiuus significationis, Latine *aperire*, aut *apertus esto*, sicut dixit leproso, Mundare, id est, mundus esto, supra c. 1. 41. & Matth. 8. 3. & Lucæ 5. 13. Eodem loco virumq; Christus offendit, vt obseruauit Beda, & se verum esse Deum, qui imperando curaret morbos, & à patre tamen omnem accepisse potestatem, qui curaturus præsentem illum. Quærunt quidam, quam ob causam Euangelista Chaldaicum verbum, quo Christus vsus est, retinuerit. Mirum, quam hoc loco ineptus sit quidam hæreticorum interpres, qui minime apud eos ineptus iudicatur, *Ideo*, inquit, *fecit, vt indicaret nullam in verbo curandi vim fuisse, nosque superstitiosis accusat, quod incertis quibusdam verbis vim esse aliquam existimemus.* Fallor, nisi insanit. Si enim sanus fuisset, intellexisset profecto se contrarium sua illa ratione concludere debuisse. Si enim nulla in verbo vis erat, quid opus erat, vt Euangelista illud ipsum, quod Christus pronunciauerat verbum & eadem, qua ille pronunciauerat, lingua reciperet, nisi vt doceret quo veluti instrumento tam insigne Christus miraculum fecisset, quoque, qui eius personam gerant, similibus in rebus vti debeant? Nam & gladium, quo rex aliquis hostem deuicerit, diligenter eius posteri conseruant, eoq; quoties possunt, libenter vti solent. Sed hæc non ideo disputamus, quod vera esse existimemus, sed vt istos rideamus irrisores. Non ita vim esse putamus implicatam verbis, vt si alterius linguæ verbo idem significante sententia eadem proferatur, non sit vim eandem habiturum. Quin & baptismum & alia omnia sacramenta qua cunq; tandem lingua eodem modo sensu conferantur, idem effecere docemus, negamus tamen, quod illi magnam Christo facientes iniuriam irrisores dicunt, nullam eius verba vim habere, nec solum aliquam, sed etiam infinitam habere credimus; *verbo enim eius cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et si eius saliua vim aliquam habuit, vt impeditam hominis muti solueret linguam, cum, vt Theophylact. ait, tantum sit corporis excrementum, multo profecto maiorem eius verbum habuisse credendum est, quod voluntatis eius, qua omnia perficit, instrumentum erat. *Domine*, dicebat ille, *non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus* Matth. 8. 8. Verum enim vero plus fidei Gentilis ille Centurio, quam illi, qui solam fidem prædicant habebat. Sed eam vim nos non in sono, non in Græcis aut Chaldaicis literis, sed in significatione, qua Christi voluntas declaratur, collocamus. Scimus quid Augustinus dixerit, *Non quia dicitur, sed quia creditur, non sonus transiens, sed virtus manens.* Cur ergo Euangelista Chaldaicum verbum retinere voluit? vt maiorem, quemadmodum ego quidem arbitror, historiæ fidem conciliaret, & quod plus auctoritatis, plus maiestatis, plus venerationis ipsum à Christo Chaldaice pronunciatum verbum habere videretur. Tanquam si nos Platonis aliquam sententiam proferentes non Latinis eam, sed Græcis iisdem omnino, quibus ille vsus fit, verbis recitemus, haud dubium, quin & augeamus fidem, & orationi plus auctoritatis gratiaq; adhibeamus.

35. *Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius & loquebatur recte.*] Exponit his verbis & celeritatem, & perfectionem eius miraculi. Celeritatem quidem, quod ad vnum Christi verbum non vlla interposita mora, sed statim consequutus effectus sit. Numirum illa ipse dixerat Ephpheta, qui olim dixerat, & facta sunt; mandauerat, & creata sunt Psalm. 32. 9. Perfectionem vero, cum dicit *loquebatur recte*, id est, perfecte curatus est, non sicuti, qui medicinæ arte curantur, in quibus solent plerumq; aliquæ præteriti morbi reliquiæ remanere. Quod dicit de loquendi, id etiam de audiendi facultate intelligendum est, sed loquutum potius fuisse, quam audisse recte illum dixit, vt alluderet ad id, quod dixerat ver. 32. vbi eum μογιλάλον agre, ac difficile loquentem appellauerat, quasi dicat non iam difficile, imperfecte, vt ante loquebatur, sed recte, atq; expedite loquutum fuisse. Dicit autem apertas fuisse aures, & linguæ solutum vinculum metaphorice loquens qua si clausæ aures, ligata lingua eius fuerit, quod surdi aures clausas, muti ligatam linguam habere videantur.

36. *Et præcepit illis, ne cui dicerent.*] Non solum ei, qui curatus fuerat, sed his etiam, qui eum ad Christum adduxerant, qua miraculo interfuerant, præcepit, ne quid dicerent. Quod, quo constantius fecerit, multiariam locis differimus supra c. 1. 44. & 5. 43. & Matth. 8. 4. & 9. 30.

Verba Christi, quibus sanabat vim sanandi habebat, vt saluus.

Quanto

Quanto autem eis prætipiebat, tanto magis plus prædicabant.] Græcismus est, quem multi nostri interpres ad verbum exprimere quam Latine loqui, quo magis illis ipsis præcipiebat, tanto illi magis prædicabant. Idem alias ab eo curatis accidit Matthæi 9. 30. 31. & supra c. 1. 44. 45. Vbi cum aliquam in illis, qui prohibente Christo eius miracula prædicabant, culpa fuerit, disputauimus. Hoc loco recte quidem Theophylact. excusat. D. Augustinus libro 4. de consensu Euangelistarum c. 4. & Beda in huius loci cõmentariis videntur existimare non serio Christum prohibuisse, ne quid dicerent, sed potius, vt magis ad dicendum incitaret; nitimur eorum in vetitum. Et vr aliis exemplum in ipsis præberet, debere eos à se non prohibitos ipsius miracula omnibus enarrare, cum illi, qui prohibiti erant, tam diligenter narrauissent. Difficile credimu est. Cur ergo prohibebat, si sciebat id non esse fa- A turos? Cur nobis præcepta tradit, quæ nos non observaturos nouit? Facit ille, quod debet, quod ipse in se est, quamuis non ignoret nos, quod debemus, quodq; in nobis est, minime facturos.

Cur Deus præcepta det, quæ minime dat, quæ fore non obseruaturi.

37. *Et exemplo admirabantur.*] Hoc non solum ad eos, qui ad Christum furdum, & mutum adduxerant, sed etiam ad eos, qui aderant, quid factum fuisset audiebamus, referri potest. Est enim quasi applausus & acclamatio ea, quæ audiebant approbãtium. Id etiam ex Matthæo c. 9. 33. simili apparet exemplo, *Ejecto*, inquit, *dæmonio loquutus est mutus, & mirata sunt turbæ dicentes, Nusquã apparuit sic in Israel.*

38. *Bene omnia fecit.*] Quasi dicant, nihil in eo reprehendi posse, quemadmodum Pharisæi reprehendere conantur; nihil enim facit, quod bonum non sit, quodq; non in maximum hominum redondet beneficium: quod distribuere exponunt, *Et surdos fecit audire, & mutos loqui*, G. ποιεῖ facit, id est, facere solet.

CAPVT VIII.

1. *IN diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent conuocatis discipulis, ait illis. 2. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habẽt quod manducent. 3. & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. 4. Et responderunt ei discipuli sui: vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? 5. Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. 6. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. 7. Et habebant pisciculos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. 8. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. 9. Erant autem qui manducauerant quasi quatuor millia: & dimisit eos. 10. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. 11. Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes abillo signum de cœlo, tentantes eum. 12. Et ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis si dabitur generationi isti signum. 13. Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abiit trans fretum. 14. Et obliti sunt panes sumere: & nisi vnum panem non habebant secum in naui. 15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis. 16. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus. 17. Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? 18. oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? Nec recordamini, 19. quã do quinq; panes fregi in quinq; millia: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. 20. Quando & septem panes in quatuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. 21. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis? 22. Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. 23. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & exputens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum si quid videret. 24. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. 25. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre, & restitutus est ita vt clare videret omnia. 26. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris. 27. Et egressus est Iesus, & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? 28. Qui respondentes illi dicentes: Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij vero quasi vnum de prophetis. 29. Tunc dicit illis: Vos vero quem esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus. 30. Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo. 31. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari a senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere. 32. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. 33. Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me Satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. 34. Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me. 35. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, & Euangelium, saluam faciet eam. 36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat? 37. Aut quid dabit homo commutationem pro anima sua? 38. Qui enim me erubuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis erubescet eum, cũ venerit in gloria patris sui cũ angelis sanctis. 39. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidã de hic stantib. qui non gustabũt mortẽ donec videãt regnũ Dei venies in virtute.*

Matth. 15. d 32.

Matth. 16. d 1.

Luc. 11. f. 54. 2

Sup. 6. f. 47. Ioan. 6. b. 12.

Matth. 16. b 13.

Luc. 9. c. 22.

Matth. 10. d 38. & 16. d 24.

Luc. 9. c. 23. & 14. f. 27.

& 17. f. 33. Ioan. 12. d

Matt. 10. d 33.

Luc. 9. c. 26. & 12. b. 9.

Matth. 10. d 32.

Luc. 9. c. 27.

IN CAPVT VIII.

1. IN diebus illis.] Sub idem tempus, q de industria A dicere videtur Euangelista, ac quia existimet certum diem notare voluisse, aut significare ea, quæ quitur eodem omnino die, quo ea, quæ superiore capite dicta sunt, accidisse. Non enim eodem die, sed trium dierum spatio hæc illaq; facta sunt, vt eo- ta ci-

te cibi, oblita potus, totum illud triduum cum Christo transegerat. Quæ autem sequuntur vsq; ad versum 22. vide apud Matthæu c. 15. 32. & c. 16. 5.

22. Et veniunt Bethsaidam.] Bethsaida ciuitas erat Petri, Andreæ, & Philippi, & (vt Chrysostomus homil. 9. in hunc locum existimat, etiam Iacobi, & Ioannis. Eam Brocardus diligens terræ sanctæ obseruator 1. p. c. 5. 6. ita describit. *A Nephthalim tribus leucis in angulo maris Galilæa, vbi idem cernari incipit, ab Aquilone contra Austrum sita est Bethsaida ciuitas Petri, Andreæ, & Philippi.*

Et adducunt ei cæcum.] Verbum sine supposito ex Hebraismo, quem tam multis iam locis indicauimus. Intelligitur autem participium, quod natura sua latet in verbo, *adducunt ei*, sub. adducentes. Chrysostomus homil. 9. existimat Apostolos intelligendos, qui mutum illum, & surdum ad Christum adduxerint. Minus probabiliter.

Et rogabant eum, vt illum tangeret.] Aut non satis habebant fidei, qui existimabant Christum, nisi tangendo, curare non posse, vt Theophylact. interpretatur: aut consuetudine ducebantur, quod scirent consuetisse Christum iis, quos curabat, manus imponere, de qua consuetudine diximus superiore capite ver. 32.

23. Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum.] propter eiusmodi Bethsaidinarum incredulitatem, vt Theophyl. & Euthym. arbitrantur, qui cum multa alia Christi miracula vidissent, credere noluerant, quemadmodum illis Matthæi 11. 21. exprobrat Christus. *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent.* Potius credo ea ratione eum extra vicum eduxisse, qua supra cap. 7. 33. mutum illum, & surdum, vt curaret a turba semouit: inde igitur causa petenda est.

Et expuens in oculos eius.] Huius etiam rei causam capite præcedente versu 33. exposuimus. Hoc tantum addendum, quod sicut illic saliuam suam Christus immisit in eos muti, quia saliua humectatur, mouetur lingua; ita solemnis lippientes, & caligantes oculos saliua mundare; ideo ergo saliua cæcum curauit, quæ non quia humana, sed quia Christi, id est, Dei saliua erat, eum sanauit.

Impositis manibus.] Putat Chrysostom. homilia in Marcum 9. manus super cæci oculos Christum posuisse, & antequam amoueret, interrogasse, nunquid videret; in eoque miraculum fuisse, quod cum Christus manus super eius oculos positas haberet, quibus vel perspicacissimus hominis visus impediri poterat, videret tamen. Quod non magis mihi probabile videtur, quam opus illud esse Chrysostomi, quod etsi ingenio, eruditione, ac pietate non caret, genio tamen, stylo, sublimitate, & iudicio Chrysostomi caret, & quidem D. Thom. eum Chrysostomum citat in Marcum, nunquam hoc, sed aliud, quod nos non habere dolendum est, citare solet. Aut ergo manus non super oculos exci posuit, aut quod similius vero est, cum eas super oculos posuisset, indeque remouisset, interrogauit, eequid videret. Ita illud participium ἐπιθεὶς positum est pro *imposuerat* cum posuit.

Homilia in Marcum falso Chrysostomo ad scripta.

24. Video homines velut arbores ambulantes.] Ambulantes ad homines referendum, vt ex verborum Græcorum constructione perspicitur, quasi dicat homines, quos ambulantes video, non homines, sed arbores mihi videntur. Quare declarauit se videre quidem aliquid, cum ante nihil videret, imperfecte tamen videre, cum inter homines, & arbores distinguere non posset, quemadmodum qui procul hominem vident, quia molem corporis vident, lineamenta autem non discernunt, nesciunt vtrum arbor, vel homo sit. Ita Beda. Mirum, cur non statim ex eius ille perfecte curatus fuerit, sicut solebant ægroti alii à Christo curari. Chrysostom. apud D. Thom. Theophylactus & Euthym. totam in cæco eius rei causam esse putant, quod nondum perfecte crederet. Auguſt. vero apud Strabum (nam alibi, quod sciam, non habemus) & Chrysostom. ille quisquis fuit, cuius extant in hunc locum homiliæ, mysterium esse dicunt, quod ille cæcus primum imperfectam, cum solam legem; deinde perfectam, cum Euangelium cognouit, scientiam habuerit. Hæc allegorica sunt, sicut illa, quæ à Hieronym. & Beda afferuntur, quæ nos quidem probamus, sed aliud quærentes non amplectimur. Verisimile mihi videtur in vtroq; fuisse causam, & in Christo, & in cæco. Nam perfecte credentem, perfecte curare noluisse, quia Christi benignitate indignum, & ab eius consuetudine alienum est, credi non debet: & cum posset imperfecte credentem, si voluisset, perfecte curare; voluit tamen suam potentiam ad illius fidem moderari, quod & in Petro super mare ambulante fecisse legimus, qui cum perfecte crederet, firmis super mare vestigiis incedebat, cum dubitabat, mergebatur Matthæi 14. 30. fortasse etiam voluit, & cæcus beneficium, quod accipiebat, sanitatia, dum paulatim sibi conferebatur, pluris faceret.

26. Et misit illum in domum suam.] Quare miserit, ex verbis sequentibus intelligitur, ne si in proximam iret vrbem, quæ in Bethsaida diceb antur, aut huc illuc vagaretur, miraculum euulgaret. Cur autem nemini dicere miraculum voluerit, non fuit notum, atq; priuata, sed communis cum multis aliis miracula causa supra capite 5. 43. & Matthæi 9. 4. & 9. 30. Inde peti debet.

Et si in vicum introieris.] Vicum vocat Bethsaidam, quam (vt Ioannes cap. 1. 44. ciuitatem appellet, quia exigua initar vici erat. Quasi dicat, ti necesse fuerit te, vt domum tuam redeas, per Bethsaidam transire, nemini ibi dixeris. Hinc apparet non fuisse cæcum illum Bethsaiditam. Colligitur etiam minus voluisse Christum, vt Bethsaiditæ miraculum illud scirent, quam alii. Non enim prohibet ea cum domi suæ, & apud suos eiues, sed Bethsaidæ narrare miraculum, quod Bethsaiditas indignos iudicauerit, qui vllum miraculum viderent, qui tot conspecta miracula contempsissent, vt paulo ante ex Euthym. & Theophylacto dicebamus. Illud in Theophylacti commentario non probo, quod existimet misericordia quadam erga Bethsaiditas id fecisse Christum, ne si miraculum vidissent, nec credidissent, grauiores pœnas luerent. Quam opinionem cap. 6. 5. loco simili refutauimus. Omnia, quæ reliqua sunt in hoc capite, exposuimus in Matthæi commentariis. *Matth. 18. 15.*

38. Qui enim me confusus fuerit.] Codices nonnulli Latini pro *confusus* confessus legunt, errore ex Græcis verbis manifesto, & inde, vt opinor, nato, quod *confusus* non satis congruentem, & perspicuum sensum habere videretur. G. ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με *confusus fuerit me*, pro *eo quis*, in me. Sensus est, quē pudebit me coram hominibus, eius me etiam pudebit coram Deo, qui erubuerit me confiteri coram hominibus, & ego eum confiteri erubescam. Noster interpres, dum Græca verba imitando conatur exprimere, minus Latine loquitur, sicut & Marc. magis Hebraice quā Græce loquutus fuerat. Hebræi dicunt בּוֹשׁ confundere aliquem, id est, negare illi, quod vult, quodq; petit. Confundi Christum est erubescere confiteri illum, fugere eius crucem, & ignominiam, deserere, eius doctrinam propter persecutionem, aut pudorem, quod D. Paulus vno verbo dixit, erubescere Euangelium Roman. 1. 16. Quod autem dixit Paulus Euangelium, dicit Christus *verba mea*, id est, doctrinam meam.

In generatione hac adultera, & peccatrice.] Coram hominibus istis spuriis, & peccatoribus. Opponit hominibus erubescentibus se filiū hominis, id est Deū: rursus opponit hominibus, coram quibus erubescit, angelos coram quibus Christus eos erubescet: opponit peccatoribus sanctos. Adulteram autem generationem vocat Hebraica phrasi filios Dei degeneres, qui eum Deo patri suo similes esse deberēt, dissimillimi sunt, quales spurii & adulterini filii esse solent. Hebræi vocant בְּנֵי נֵכָר filios alienos, id est, dissimiles, ac degeneres, vt Psalmo 17. 46. *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis*, & Psalmo 143. 7. *Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.* Eadem phrasi Diuus Paulus vius est Hebr. 12. 8. *quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filii estis.* Hæc etiam sententia apud Matthæum capite 10. 13. declarata est, nisi quod aliis à Matthæo verbis, & vt alio dicta loco recitatur. Sed est vero simile nō semel eam dixisse Christum.

CAPVT IX.

ET post dies sex assumit Iesus Petrū, & Iacobum, & Ioannem: & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Mat. 17. a. 1. Luc. 9. d. 28. *2. Et vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere.* 3. *Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erant loquentes cum Iesu.* 4. *Et respondens Petrus, ait Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum.* 5. *Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti.* 6. *& facta est nubes obumbrās eos: & venit vox de nube, dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illum.* 7. *Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum secum.* 8. *Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrarent: nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit.* 9. *Et verbū continuerunt apud se: conquirentes quid esset: Cum à mortuis resurrexerit.* 10. *Et interrogabant eum dicentes: Quid ergo dicunt Pharisæi, & Scribæ, quia Eliam oportet venire primū?* 11. *Qui respondens, ait illis: Elias cum venerit primo, restituet omnia: & quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur.* 12. *Sed dico vobis, quia & Elias venit, & fecerunt illi quæcunque voluerunt sicut scriptum est de eo.* 13. *Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis.* 14. *Et confestim omnis populus videns Iesum stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eum.* 15. *Et interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis?* 16. *Et respondens vnus de turba dixit: Magister, attuli filium meū ad te habentē spiritum mutum:* 17. *qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt ejicerent illum, & non potuerunt.* 18. *Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me.* 19. *Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terrā, volutabatur spumans.* 20. *Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia.* 21. *& frequenter eum in ignem, & in aquas misit vt eum perderet, sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri.* 22. *Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* 23. *Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.* 24. *Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum.* 25. *Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: Quia mortuus est.* 26. *Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit.* 27. *Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus ejicere eum?* 28. *Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione, & ieiunio.* 29. *Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam scire.* 30. *Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget.* 31. *At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.* 32. *Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi esset, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?* 33. *At illi tacebant, siquidem in via inter se disputauerant, quis eorum maior esset.* 34. *Et residens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister.* 35. *Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cum complexus esset, ait illis:* 36. *Quisquis vnū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunque me susceperit, nō me suscipit, sed eum qui misit me.* 37. *Respondit illi Ioannes, dicens: Magister, vidimus quendam in nomine tuo ejicere? dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.* 38. *Iesus autem ait: Nolite prohibere eum, nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me.* 39. *qui enim non est aduersus vos, pro vobis est.* 40. *Quisquis enim potū dederit vobis calicē aquæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* 41. *Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.* 42. *Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentē ire in gehennam, in ignem inextinguibilem:* 43. *vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* 44. *Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis:* 45. *vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* 46. *Quod si oculus tuus scandalizat te, ejice eum: bonum est tibi luscū introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* 47. *vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* 48. *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.* 49. *Bonum est sal: quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.*

Mat. 17. a. 1. Luc. 9. d. 28. Mat. 17. b. 9. Mat. 4. b. 5. Isa. 53. a. 4. Mat. 17. b. 12. Luc. 9. e. 38. Mat. 17. d. 2. Luc. 8. f. 22. Mat. 18. a. 1. Luc. 9. f. 46. Luc. 9. f. 49. 1 Cor. 12. a. 3. Matt. 10. d. 42. Mat. 18. a. 6. Luc. 17. a. 2. Mat. 5. d. 30. & 18. a. 8. Luc. 17. a. 2. Isa. 66. g. 24. Mar. 1. b. 13. Luc. 14. g. 34.

IN CAPVT IX.

1. ET dicebat illis.] Turbę vna cum discipulis suis, A quibuscum loquebatur, vt dixerat Euangelista ea, præcedenti vers. 34. aut solis discipulis suis, vt ex Matthæo cap. 16. 24. 28. colligi videtur; & quidem magis idonei auditores discipuli erant, vt illis Christus ista committeret, quæ ne omnibus quidem discipulis declarare voluit. Agebat enim de gloria, & maiestate sua, quam tres ex illis paulo post in transfiguratione visuri erant. Reliqua omnia, quæ scribit Marcus vsque ad versum 30. apud Matthæum cap. 17. 14. copiosè à nobis tractata, & explicata sunt.

30. *Et inde profecti.*] Quidam ex Castellis Cæsareæ Philippi profectos interpretantur; eo enim Euangelista ingressos fuisse dixerat cap. præcedenti vers. 27. Propius est, vt eum intelligamus locum, vt paulo ante dixerimus citeriorem, quem ad radicem eius montis fuisse, in quo se coram tribus discipulis Petro, Iacobo, & Ioanne transfigurauerat ex versione, & doctissimorum, & ex Matthæo ca. 17. 14. intelligitur. Quanquam verum mons ille intra Cæsaream Philippi fuerit, nō satis compertum est, quia, vt apud Matthæum diximus, ne illud quidem constat, quinam mons ille fuerit, etsi vulgaris quædam obtinuit opinio fuisse Thabor em.

Præterpropterabant Galilæam.] παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας, transibant per Galilæam. Sunt, qui adnotent Græcum verbum proprie significare clam iter facere. Sensus quidem hoc loco is est, vt ex sequentibus continuo verbis colligitur, & *noluit quemquam scire*; sed tamen si proprietatem spectemus verbi proprie est ad latus tranire: etsi quia qui ad latus tranit, videtur clam velle tranire, recte Græcum verbum id potest hoc loco significare. Non est contrarium, quod cap. 17. 22. 23. Matthæus scribit, *Conuer, autem autem vos in Galilæa dixit illo Iesus, filius hominis tradendus est in manus hominum*; nihil enim aliud voluit Matthæus dicere, quam id Christum Apostolis significasse, antequam ad patiendum Ierosolymam iret, cum adhuc esset in Galilæa, cum nondum ex ea discessisset, quamuis iter iam per eam Ierosolymam versus ingressus esset, vt ostenderet euentus rem; quemadmodum ante euentum Christus Apostolis prædixisset.

Nec volebat quemquam scire. Si in eo loco esse, in quem singulis diebus perueniebat, aut vbi ex itinere diuerstabatur. Explicat enim vim verbi παρεπορεύοντο omnes vtique sciebant eum in Galilæa esse, sed non omnes sciebant, quo in loco esset Galilææ, cum occulte iter faciens quotidie locum mutaret. Cur autem noluerit, vt quisquam sciret quo in loco esset, variæ coniecturæ. Euthymius existimat propterea noluisse, ne quis ea, de quibus loquebatur, propius subauscultans intelligeret. Loquebatur enim de passione, ac resurrectione sua, vt ex versu sequenti manifestum est, quam solus volebat Apostolis cognitam esse, antequam accideret. Placuit hæc sententia nonnullis recentioribus quidem, sed doctis auctoribus, eamque ex Græco verbo confirmant, non enim lege Græce ἐδίδασκε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς, sed ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς. B docebat enim discipulos suos. Quali reddatur causa, cur neminem scire voluerit, ne id, de quo loquebatur, intelligeret. Mihi id ita non placet, quod si id Marcus dicere voluisset, non satis idoneam rationem reddidisset. Nam quod discipulis tunc Christus dicebat, vno dixit verbo, aut plurimum tribus, fore, vt nitus hominis in manus peccatorum traderetur, vt occideretur, vt tertia die resurgeret; idque, cum in via soli essent, dixit, vbi nemo præter Apostolos audire poterat; & si domi dixit, poterat Apostolos ad se vocare, vt illis solis secretum committeret, quemadmodum paulo post vers. 35. in causa simili fecisse dicitur. Quid ergo opus erat ea de causa suum per Galilæam celare transitum? Propterea igitur, vt ego quidem arbitror, noluit transitum suum per Galilæam sciri, quia passionis tempus appropinquabat, volebatque patiendi causa contendere Ierosolymam, verebaturque, ne, si cognitus in Galilæa fuisset omnes ad eum vndique, vt solebant, ineolæ concurrerent, & aut habendis concionibus, aut dæmonibus eiciendis, aut curandis ægrotis sese detinerent. Illud solum videtur huic obstare sententiæ, quod Euangelista non dicat, Ibat enim Ierosolymam, vt paceretur, sed *docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget.* Potest non difficile responderi, quod attinet ad id, quod confirmare volebat Euangelista, idem esse *docebat enim discipulos suos, & dicebat illis, quoniam filius hominis tradetur in manus hominum.* atque si diceret, Ibat enim Ierosolymam ad mortem; sed quia simul ad moriendum ibat, simul id Apostolis declarabat, voluit compendiosa vsus breuitate, vnum dicendo vtrumque significare. Itaque etsi iam bis idipsum Apostolis indicauerat supra vers. 10. & Matth. 17. 9. & Luc. 9. 22. tamen alio modo, & alia de causa nunc dicit: tunc, vt ad futuræ passionis patientiam Apostolos præpararet; nunc, vt significaret iam tempus ad esse, se ad mortem Ierosolymam ire.

31. *Docebat autem discipulos suos.*] διδάσκων γάρ, docebat enim, etsi fortasse noster interpres non legit γάρ, sed δέ, quod nihilo prius continet: aut γάρ pro δέ positum est, quod ipse fieri solere multis apud Matthæum, ex emplis docuimus. Videtur indicare Marcus Christum non solum simpliciter, quod sibi futurum erat, prædixisse, sed docuisse etiam Apostolos, & instruxisse, aut quid in morte sua mysterii esset, aut quo animo deberent ferre; distinguit enim vnum ab altero. *Docebat discipulos suos, & dicebat illis.* Quam autem ob rem id illis dixerit, varia multi coniciunt. Beda, & Theophylactus, vt lætis tristia misceret, erant Apostoli gestientes miraculis factis infert illis Christus mentionem mortis. Euthymius in commentariis in capit. 17. Matthæi, quia paulo ante discipuli alii in transfiguratione, alii in faciendis miraculis Christi perspexerant gloriam, atque maiestatem, nec vllo tempore magis idonei esse poterant, vt mortem Christi, sine offensione, aut dubitatione in fide audirent, confirmati iam cognita, & per transfigurationem, & per miracula eius diuinitate. Aliam rationem Ambrosius libro septimo commentariorum in Lucam affert, *fortasse*, inquit, *ideo hoc addidit, quia sciebat Dominum difficile passioni, & resurrectioni etiam discipulos credituros. Et ideo passionis, & resurrectionis suæ asseruatorem se esse maluit, vt ex facto fides, non ex auditu discordia nasceretur.* Mihi Theophylacti ratio probatur, ideo hoc Apostolis dixisse Christum, vt ostenderet se non coactum, sed volentem moriturum, qui morti obuiam procederet. Aliam præterea causam fuisse suspicor, vt Apostolos in fide, patientiaque confirmaret, ne si improuisi & non ante omnia morientem vidissent Christum, aut minus patienter mortem eius ferrent, aut de eius dubitarent diuinitate. Eadem opinor causa fuit, quam post mortem resurrectionem adiecit, vt quem resurrecturum sciebant, eum moriturum esse non mirarentur. Idem supra fecit versu 10. & apud Matthæum cap. 17. 23.

Quoniam filius hominis.] Loquitur de se per tertiā perso-

nam, vt sæpe solet. Sententia autem hęc apud A Matthæum explicata est.

32. *At illi ignorabant verbum.*] Non intelligebant, quod ipsis dicebat Christus. Quo ergo modo constitit sunt, vt ait Matthæus cap. 17. 23. Respondet eo loco Euthymius intellexisse quidem, quod de morte dixerat, discipulos; sed non intellexisse Lucæ 9. 44. 45. *filium hominis futurum est, vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud.* Beda existimat non credidisse eos eum esse moriturum, quod minime mori vellent, & quæ non optamus, non facile credimus. Hęc, inquit, *ignorantia discipulorum non tam de tarditate intellectus eorum, quam de amore nascitur Saluatoris, qui carnales adhuc, & mysteria crucis ignari, quem Deum verum cognouerant, moriturum credere nequibant.* At non poterant contristari ob futuram mortem, si non credebant. Melius alii, intellexisse quidem verba, non intellexisse mysteria, quomodo per mortem suam Christus homines esset à peccatis suis liberaturus. Mihi tamen non solum mysterium mortis videntur ignorasse, sed illud etiam, quomodo moriturus esset, cum tam sæpe, maximeque paulo ante tam prope regnum suum esse dixisset, vt essent nonnulli ex iis, qui aderant, qui morituri non essent, nisi illud prius viderent, nondum intelligentes regnum illius non eo vinente, sed moriente, resurgente eo venturum esse. Intellexerunt ergo, quid à morsendi, & resurgendi verbum significaret, eumq; & moriturum, & resurrecturum credebant, ideoque, vt ait Matthæus, contristari sunt. Nam etsi futuræ resurrectionis fides mortis dolorem alleuabat, tamen ma luissent non mori eum, quam mortuum per resurrectionem recuperare. Hoc ergo erat, quod non intelligebant, quomodo hæc verba quibus se Christus ad moriendum diceret ire, cum illis conuenirent, quibus tam sæpe dixerat regnum suum appropinquare, atq; ideo dicuntur ignorasse verbū.

33. *Et venerunt Capharnaum.*] Paulo aliter Matthæus cap. 17. 24. & cap. 18. 1. & Lucas cap. 9. 46. hæc narrant, si quid inter eos discrepantia videtur esse, apud Matthæum explanauimus. Ex tribus Euangelistis colligi potest hoc modo, atque ordine rem accidisse. Cum adhuc essent in via, vt hic, & sequenti versu scribit Marcus intrauerat in eos cogitatio, quis eorum esset maior, vt Lucas ait cap. 9. D 46. Cum autem venissent Capernaum, & in domum introissent, vt opinor, Petri, vbi cum in ea erat vrbe, contigerat discessi supra cap. primo 29 & cap. 2. 1. & cap. 3. 20. cum in domum, inquam, introissent, accesserunt, qui didrachma petebant Matthæi 17. 24. Postea vocatos ad se discipulos interrogauit Christus, quid in via inter se tractassent, vt hoc loco Marcus scribit; nam quod dicit versu trigesimo tertio, *& residens vocauit duodecim, & ait illis si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus*, per recapitulationem dictum intelligo; prius enim, quam hoc illis diceret, ad se eos vocasse credendum est, vt quid in via tractassent, interrogaret, non enim minus erat necessarium, vt priuatim de ea re interrogarentur, quam vt priuatim docerentur. Illi autem respondere cunctabantur scientes E ambitiosum fuisse quæstionem, vt versu sequenti indicat Marcus; ob eam enim causam, cum id maxime scire cuperent, non audebant Christum interrogare, vt Lucas inquit. Itaque Christus eos interrogando præuenit. Interrogati igitur à Christo, quid in via disputassent, quamuis inuito verecundia respondere recusarent, inuitati à Christo responderunt inter ipsos quæstionem fuisse, quisnam eorum maior in regno cœlorum futurus esset; simulque, vt quæstionem sibi solueret, Christum rogauerunt, atque hoc est, quod capite 18. 1. scribit Matthæus, discipulos ad Christum accessisse, interrogasseque, *Quis putas, maior est in regno cœlorum?* Tunc Christus, vt non verbis solum, sed rebus etiam repræsentandis efficacius Apostolos edoceret, puerum aduocauit, eumque in medio statuit Apostolorum, vt Matthæus, & Marcus tradunt, vt æque scilicet ab omnibus conspiceretur, &, vt ait Lucas, eum iuxta se posuit, quos & ipsum Christum in medio fuisse discipulorum credendum est, quod quidam existimant non in medio, sed inter Apostolos constituisse puerum, esseque phrasim Hebraicam, qua *in medio* idem sit, quod *inter*; minus ad sensum huius loci accommodatum est, vbi videtur Christus de industria spectaculum, & exemplum humilitatis omnibus Apostolis in medio conspiciendum proponere voluisse. Tunc Christus puerum amplexatus vt Lucas & Marcus scribunt, aut vt Græce legitur ἐναγκαλισάμενος, sumens in vlnas. Sunt qui putent Christum non tunc, cum voluit puerum ostendere, sed ante, cum vellet eum in medium adducere, in vlnas accepisse, quod propterea accepisse credendum sit, vt eum constituerit in medio; sed si mihi sententiam huius loci videntur eneruare, cuius vis, vt paulo post exponemus, in eo magna ex parte consistit, quod constituerit iam in medio puerum, & circumspectum ab omnibus ad amplexum assumpserit, vt re ipsa declaret, quanto amore mores illos puerorum humilitatis, & simplicitatis plenos prosequeretur. Nam quod dicunt adeo paruum fuisse puerum, vt nisi in vlnas sublatus esset, venire ad Christum non potuisset, minime probabilia coniectura est, cum Matthæus dicat Christum puerum ad se vocasse, quod vtique non fecisset, si venire non posset. Cum ergo puerum Christus in amplexum teneret, discipulis dixit, quod scribit Matthæus cap. 18. 3. *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum*, eiusque rei causam reddidit, quam Marcus vers. 37. & Lucas vers. 48. exposuerunt, quia *quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit, & quicunque me susceperit, non me suscipit sed eum qui misit me.*

34. *At illi tacebant.*] Non audebant respondere præ pudore, vt Euthym. ait, quia ambitiosa videbatur esse quæstio, si quidem in via disputauerant, quis eorum maior esset, id est, futurus esset in regno cœlorum. Non enim de præsenti agebant statu, sed de futuro, cum regnum venisset Christi, in eo enim cupere videbantur quam proximum Christo tenere locum, vt filii Zebedæi postulauerant infra cap. 10. 37. & Matth. 20. 21. Sed in eo errare videbantur, quod de regno illud Christi in hac vita sperarent fore, dimerisque in eo, sicut in aliis humanis regnis, dignitatis gradus animo præciperent. Quid autem quæstionis illa sibi velit quis eorum in regno cœlorum maior futurus esset, & vnde originem habuisset apud Matthæum cap. 18. 1. 2. docuimus.

35. *Et residens.*] καὶ καθίσας. & sedens nimirum qua si de tribunali iudicaturus, quasi ductura Apostoloe rem seriam, maximeque necessariam, quæ non obiter, non stando, vt ille dicit, *pede in vno*, sed se- *Horatius lib. 1 sat. sat. 10 4.* dendo otiose accurate, & suscepto consilio explicando erat; solebat Christus ad docendum sedere, vt supra c. 4. 1. & Matth. 5. 1. & 13. 2.

Vocauit duodecim.] Ne alii audirent: volebat enim eorum ambitionem reprehendere. Itaque non est existimandum ex illis, qui de principatu disputauerant, non omnes, sed solos Apostolos ad se vocasse, vt prima verborum species videtur ostendere: sed eum soli duodecim Apostoli ea de re egis-

sent, eos solos esse vocalle. Verum quia dixerat in domum venisse, vbi plures fuisse alios præter Apostolos credendum est, dixit Marcus vocasse duodecim, id est, ab aliis, qui in domo erant, ad se segregasse, vt occultam ipsorum culpam occulte quoq; coargueret.

Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus.] Erit pro fit, aut fiat, politum est Hebræorum idiomate. Docet, qua ratione consequi possint, quod quisq; eorum tantopere optare videbatur, vt primus in regno cœlorum esset, contraria scilicet omnino ei, quam sequebantur, si non de primo, sed de vltimo potius loco contenderent: certissimam, rectissimamque viam esse ad altissimum gradum humilitatem, & vt Cyprianus scribit in libro de zelo, & liuore, *amputauit animem emulationem persone primo: omnem cam, & materiam mendacis inuidie remit, & abscidit. Discipulo Christi celare non licet, non licet inuidere: exaltationis apud nos non potest esse contentio, de humilitate ad formam crucifixum didicimus vnde placeamus.* Et Beda Caret, inquit, *desiderium gloriæ humilitatis contentione fugere.* In eandem sententiam scribit Theophylactus. Hæreticorum interpretationem, qui colligere ex hoc loco solent nullum fuisse Petro inter Apostolos principatum, apud Matthæum refutauimus. Nec enim agi hic de prima in gubernanda Ecclesia dignitate, cui eo etiam sensu hunc locum alicubi apud Leonem Magnum legimini: sed de primo loco in regno Dei, quê non qui primus in potestate, sed qui primus meritis præsertim humilitatis esset, consequuturus dicitur. Quanquam ratio etiam Euangelii postulat, vt qui primus in Ecclesia dignitate est, idem & humilitate sit maximus, cui primum in regno cœlorum locum obtineat. Quo sensu idem apud Matthæum Christus cap. 20. 25. 26. Apostolos docet, vt quo quisque maior esse velit minor fiat. Nam quo quisque humilitate magis excellit, eo magis est dignus, vt ad maiorem in Ecclesia auctoritatem eueharur: & quo in maiore quisq; auctoritate est, eo se deuitare ad humilitatem magis debet, vt quo quisq; in Ecclesia, eo etiam in regno cœlorum maior sit, & terrenis cœlestia respondeant.

Vt motum Deest dissentitur contra hæreticos. Epist. 51. ad Vulteium aurifluum de ambitu mundi.

36. *Assumpsit puerum.*] Exemplum humilitatis, atque simplicitatis repræsentato puero ante oculos ponit. Nihil enim humilius, nihil simplicius puero, nihil dum de honore, nihil dum de fraude cogitãte. Et hæc apud Matthæũ copiosius explicauimus.

Quem cum complexus esset.] ἐναγκαλισάμενος, cum in vlnas eum accepisset. Ideo complexus puerum est, vt re ipsa demonstraret, quantopere sibi humilitas, simplicitasq; placeret. Nam dum puerum complectitur, humilitatem ipsam, simplicitatemq; complectitur, & solemus archetypis compleeti, quæ maxime probamus. *Quod autem complectitur puerum, significat* (inquit Beda) *humiles suo dignos esse coelestia, & dilectione.* Idem Christum capite sequenti, ver. 16. eodemq; consilio fecisse legimus. Nam cum pueri illi offerrentur, eosq; quasi Christi indignos aspectu discipuli prohiberent, non contentus dicere vers. 14. *finite paruulos venire ad me, talium enim est regnum Dei*, eos etiam amplexatus est, vt ostenderet singulari se eos amore prosequi.

37. *Quisquis vnum ex huiusmodi pueris susceperit in nomine meo.*] Ponit rationem loco conclusionis, quæ apud Matthæum hæc est, *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Quam conclusionem hac apud Marcum quamuis minime explicata ratione probat, nemo in regnum Dei, nisi Deo similis factus introire potest, *non enim intrabit in eam ciuitatem*, vt ait Ioannes, *aliquid coinquinatum.* Non potestis Deo similes esse, nisi illum susciptatis, id est, seruiatis ei, non potestis illum suscipere, nisi susciptatis me, quia ab illo missus sum: non potestis me susciperе, nisi huiusmodi pueros in nomine meo susciptatis, eorumque similes efficiamini, ergo *nisi conuersi fueritis, & efficiamini, sicut paruuli isti, non intrabitis in regnum cœlorum.* Hæc etiam ideo leuiter tantum attigimus, quia apud Matthæum explicauimus.

38. *Respondit illi Ioannes.*] Quomodo ista cum superioribus hæreant, non apparet. Sunt qui putent ideo Ioannem hoc subiecisse, quod eum tantopere audiuisset puerorum exemplo humilitatem à Christo commendari, veritus fuerit, ne superbe ipsi fecissent, quod illum, qui eius nomine dæmones eiiciebat, prohibuissent. Huius quidam sententiæ Theophylactum Auctorem faciunt, etsi nihil apud eum simile reperio. Alii, quia Christus dixerat, *In nomine meo*, occasionem Ioannem arripuisse, vt non quasi culpam deprecans, sed quasi dubitãs, num bene fecissent, aut num idem in posterum facere deberent, Christo, quod factum erat, exponeret. Alij quasi Ioannes ex contrario collegerit non fuisse illum in nomine Christi recipiendum, quia etsi nomine Christi dæmones eiiciebat, illum tamen in Apostolorum consortio non sequebatur. Non videtur mihi intelligi posse, quomodo eum præcedentibus ista conueniant, nisi prius, quo animo à Ioanne dicta fuerint, intelligatur: de eius autem animo difficile est, & fortasse periculosum iudicare, sed si rationem, qua duci videtur, sequi licet, gloriam potius, quam aut dubitans, aut culpam deprecans hoc videtur mihi dixisse, glorians inquam, non in se, sed in Domino, quali Apostoli, quorum nomine ipse quebatur, bene functi fuissent officio, quod illum prohibuissent, non tam sua, quam Christi consulentes auctoritati, ne quis, cui eam Christus non fecisset potestatem, in eius nomine, quasi auctoritatem furatus, dæmones pelleret, sicut septuaginta duo illi discipuli gloriabantur Luc. 10. 17. Itaq; non arbitror esse quærendum, quorsum id Ioannes dixerit; neq enim post superiorem, vt ego opinor, dixit historiam, sed alioquo loco, nec alia fortasse occasione, quam quod recens id factum esset; qua eadem ratione septuaginta illi discipuli apud Christum gloriati sunt, quod sibi in eius nomine etiam dæmonia subiecta fuissent, quia recens id erat; redibant enim à legatione sua, in qua dæmones sibi subiecerant. Cæterum Marcus, & Lucas, quia de Christi nomine mẽtionem fecerant, & hanc Ioannis orationem, vbi de Christi nomine similiter agebatur, interseruerunt, idemq; de vers. 41. & 42. iudicandum. Quod ergo Marcus, & Lucas dicunt respondisse Ioannem, non sic accipiendum est quasi ad ea, quæ fuerant à Christo dicta, responderit, sed, vt sæpe docuimus, Hebræorũ phrasis est, qua לענות respondere significat etiã aggredi ad loquẽdum, vt Matt. 11. 25. & 22. 1.

Vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos.] Quæri hoc loco conuenit, quo modo dæmones, qui Christum non sequebatur, in Christi nomine posset eiicere. Possumus intelligere non eiecisse dæmones vere, sed eiicere professum, atque conatum fuisse, atque ita illud significare, *Eiicientem dæmonia.* Alias enim locis docuimus, exemplisq; demonstrauimus verba nonnunquam non effectum, sed affectum, conatumq; significare; nolo tamen omnibus dissentientibus Auctoribus id primus dicere. Potuit neque corpore, neque animo, id est fide, doctrinaque sequutus Christum dæmones pellere, vt Christi etiam testimonio docemur Matthæi 7. 22. & Augustinus libro quarto de consens. Euangel. capit. 5. Beda; & Theophylactus hoc loco sentiunt. Potuit multo facilius fide, non corpore Christum sequutus, vt Ambr. libr. commentariorum in Lucam 7. & Euthym. existimant illum fecisse. Sed oritur ex huius explicatione quæstionis altera quæstio, quomodo ille,

ille, siue ex discipulis fuerit Christi, siue non, potuerit dæmones pellere, cum solis Apostolis eam Christus potestatem tradidisset, supra ca. 3. 15. Dederat quidem hanc potestatem solis Apostolis publice, & quasi solemni quodam ritu, sed nullam sibi ipse legem indixerat, quominus aliis quibuscũque veller, dare posset, permitteretque, vt quisquis eius nomine certa fide aut nulla etiam aliquando fide dæmones eiicere conaretur, vere etiam eiiceret, quo magis nominis sui vis, & auctoritas cognosceretur, vt Theophylactus admonuit: quemadmodum & sacramentis gratiam nobis promisit, sed, vt Theologi docent, non alligauit. Quin & illis septuaginta duobus discipulis non conflat, cum ad prædicandum mitteret, eiiciendorum dæmonum dedisse potestatem; eiecerunt tamen, atque eo fortasse magis, quod dæmones eiecissent, potius, quam quod alia miracula fecissent, gloriati sunt, quo minus eam à Christo expressam verbis potestatem acceperant. Denique etsi promulgatum nondum erat, omnium tamen credentium erat priuilegium, vt possent dæmones expellere infra cap. 16. 17. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequuntur, In nomine meo dæmonia eiicient.* Sed quia id & ardore fiebat fidei, & congregandæ, firmandæque Ecclesiæ causa concessum fuerat; quamdiu & ardor viguit fidei, & Ecclesia vt confirmaretur, miracula eguit, omnes, qui veram habebant fidem, dæmones conati eiicere solebant, vt ex Iustino, Tertulliano, & Lactantio cognoscimus.

Qui non sequitur nos.] Dubium, quo sensu hoc dicat Ioannes, vt superius attigimus, vtrum intelligat illum neque corpore, neque fide, quemadmodum Augustinum, fiedam, atque Theophylact. sentire diximus; an fide quidem, sed non corpore, vt Ambros. & Euthym. existimant, Christum sequutum fuisse. Probabilior mihi Ambrosij, & Euthymij sententia videtur. Quæ inde etiam confirmatur, quod non dicat Ioannes Christo, qui non sequitur, sed *Qui non sequitur nos*, quasi non voluerit dicere Christi quidem doctrinam, fidemq; sequutum, sed tamen ipsorum non fuisse Collegio, quibus solis eam Christus dedisset auctoritatem. Eodem pertinet, quod Christus non responderat ver. 40. Qui non est contra nos, pro me est, sed, *Qui non est aduersum vos, pro vobis est*, quasi significet satis esse, quod ille doctrinam sequatur Euangelicam, quamuis ex ipsorum consortio non sit, neq; enim propterea pro aduersario habendum esse. Quæri potest, ac etiam à nonnullis solet, num ille peccauerit, quod iniussus à Christo tentauerit eius nomine dæmones eiicere. Caluinus hæreticorum interpres non dubitat, quem Christus absoluisse videtur, condemnare; nimiam enim audaciam fuisse existimat, quod id facere conatus fuerit, quod proprium Apostolorum erat. Quemadmodum Actorum 5. 18. Simon ille magus videns per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum sanctum, voluit eam ab Apostolis emere potestatem, & c. 19. 13. 14. septẽ illi filii, Sceuæ Iudæi in nomine Christi tentarunt Apostolorum imitatione dæmones pellere. Melior Euthy. & aliorum sententia est; bono illum animo fecisse cum videret Apostolos, quorum fidem, doctrinamque sequebatur, idem efficere: magnumque huius sententiæ argumentum est, quod Christus eum veluti prohiberi, quod non fecisset, si culpa aliqua sua illud vsurpasset munus. Successus etiam ipse eius animum probat: nam etsi dubium non est, quin possint etiam homines iniqui, & nefarij dæmones exigere, haud scio, an credendum sit in illis initiis, id fuisse Christum permissurum, ne quis interpretari posset magnum non esse, si Christus id faceret, quod alii etiam homines ab eius doctrina & moribus alieni facerent.

Caluinus reprehenditur.

Et prohibuimus eum.] Quo animo Apostoli illum prohibuerint, nihil possumus, nisi obscuris suspicari magis, quam scire coniecturis. Hæreticorum interpretes duce, vt solent, Caluino haud paulo melius de se, quam de Apostolis sentientes, inconsiderate eos temere, superbe, inuide fecisse docent. Inconsiderate quidem, ac temere: quia inconsulto fecerunt Christo; superbe, & inuide; quia eiiciendorum dæmonum potestatem parem habere noluerunt: sicut Ioannis discipulos quantumuis sanctos, æmulatione tamen quadam ítimulatos fuisse legimus, quod viderent Christum plures discipulos facere, baptizareq;, quam Ioannem Ioannis 3. 26. meliore omnino spiritu Theophylact. & Beda. Apostolorum animum interpretantur, non inuidia, sed potius charitate prohibuisse. At reprehenduntur à Christo. Reprehenditur quidem factum, animus non reprehenditur. Credamus sane, vt æquum est, bono fecisse animo; tamen qua ratione prohibuit? cum enim recte, vt diximus, se facere putauerint, necesse est iusta aliqua ducti ratione fecerint: ea quæ fuerit, quæritur: quia eos non sequebatur, hanc enim ipsi rationem reddunt. Sed de hoc ipso dubitatur, quare hac ratione, quod ipsos non sequeretur prohibuerint. Non inuidebant, opinor, illi eiiciendi dæmones potestatem, sed cum scirent solis sibi eam Christum auctoritatem tradidisse, volebant eius conseruare disciplinam, neque pati, vt quisquam præter illam etiam, quod bonum per se esset, faceret. Ideo gloriantes, vt diximus, factum Christo narrant. Prohibuimus eum, quod minime profecto fecissent, si sua, non Christi causa prohibuissent.

Apostoli citra hæresim eos disseuadunt.

39. *Iesus autem ait.*] *Autem* aduersatiua particula indicat Christum aliter, quam sperabant Apostoli, respondisse. Sperabant illi fore, vt quod narrabãt, tanquam egregie factum, laudaretur à Christo, quod tamen reprehensum est.

Nolite prohibere.] In posterum: tunc enim id prohibuerant, sed tamen iubet deinceps, si ea vti velit potestate, non prohiberi. Vult Christus non solum per Apostolos, sed per quoscunque etiam alios discipulos doctrinam suam corroborari miraculis. Quo prorsus spiritu D. Paulus ad Philip. 1. 18. dicebat, *Quid enim? dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annunciatur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* Et Moyses Num. 11. 29. cum nuntiatum illi esset, nescio quos alios in exercitu prophetare, *Quis*, inquit, *tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* Idem nos facere Salomon præcipit, Prouerbiorum 3. 27. *Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si valet, & ipse benefac.*

Nemo est enim, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me.] Virtutem pro miraculo poni nemo nescit. Male de Christo loqui, vt opinor, est in illum blasphemare, quemadmodum qui in illum non credebant, solebant facere. Plus insinuare Christus voluit, quam verbis expressit. Nemo potest in nomine meo miracula facere, qui non meam agnoscat potestatem, neque Christum esse confiteatur, sed pro, Qui non confiteatur me, per tapinosin dixit, *qui possit cito male loqui de me.* In promptu ratio est, quisquis in nomine Christi miracula facit, ipsa experitur re, quanta sit Christi potestas, cuius solo nomine à seipso etiam fortasse non credente miracula fiant. Itaque non potest non cito credere. Sic ego interpretor: etsi paulo aliter Theophylactus & Euthymius quos, cum possum, libenter Auctores sequor, interpretari scio; non posse eum, qui nomine Christi miracula facit, tanto ab eo obligatum beneficio male de ipso loqui. Citò ταχὺ positum est pro *facile*, quasi dicat difficile est, aut vix fieri potest, vt quisquam in nomine meo dæmones eiiciat, & me blasphemet. Reddit ergo causam Christus, cur illum

prohibere Apostolinon debeant, quia eum in suo nomine dæmones eiiceret, verisimile esse eum in se credere: hoc enim est non posse male de ipso loqui. Euthym. aliquanto aliter, quia fi fortasse nunc non credit spes est fore, vt eito credat.

40. *Qui enim nō est aduersum vos, pro vobis est.*] Quidam Latini codices legunt, *Qui nō est aduersum vos, pro vobis est*: vitiose, vt ego quidem arbitror. Apparet enim Christū apostolis ipsorummet verbis respondere voluisse: Dixerant Apostoli, *Vidimus quēdam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos*, respondet Christus, *nolite prohibere: qui non est aduersum vos, pro vobis est.* Duas Christus causas, cur ille prohiberi non deberet: reddere videtur, alteram ex gloria sua, cui magis consentaneum erat, vt quamplurimi ipsius nomine miracula facerent, *Nemo*, inquit, *est qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me*: alteram ex Apostolorum vtilitate, *qui non est aduersum vos, pro vobis est.* Quomodo autem hæc sit intelligenda sententia, & quo modo illi non repugnet, quę contraria apud Matthæum verbis est. 12. 30. *Qui non est mecū, contra me est, & qui nō colligit mecum, spargit*, illic declaratim⁹.

41. *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suam.*] In hac etiam sententia cum præcedentibus apte copulanda magno interpretes studio laborant. Nonnulli sic existimant coniungendam, vt tertia fit ratio, qua probet Christus eum, qui suo nomine dæmones eiiciebat, prohibendum non esse. Quia enim dixerat, *nemo est qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me*, addere nunc, quod amplius est, non solum illum recte facere, qui suo nomine tantum præstet hominibus beneficium, sed etiam si quis potum vobis porrigat in nomine meo calicem aquæ frigidæ, adeo bene facere, vt pro re etiam minima non sit meredem suam amissurus. Alii horiari Christum Apostolos, vt gloriam sibi non quærerent: nec enim opus esse, cum tanti apud Deum sint, vt quisquis illis vel calicem aquæ frigidæ dederit, mercedem sit suam habiturus. Beda, & Strabus sic, quia vers. 37. dixerat, *Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit*, ne quis paupertatem suam excusare posset, quo minus Apostolos reciperet, addidisse, *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.* Theophylactus vero, Non solum gratum mihi est, quod ille in nomine meo dæmones eiiciat, sed siquis etiam, quod minus est, faciat, vt potum vobis in nomine meo porrigat, calicem aquæ frigidæ, adeo gratū est, vt mercede quantumuis exiguum opus non sit carituram. Probabiliter isthæc omnia dicta sunt: sed tamen suspicor frustra quæri in dissoluto corpore iuncturam. Neq; enim hoc loco Christum id dixisse arbitror. Primum, quia vt ex ipsa opinionum varietate manifestum est, nō bene cum superioribus sententiis cohærebat, & nō est credendum Christum parum congruenter, & apte locutum fuisse. Deinde quod Matth. 10. 42. alio loco hoc à Christo dictum referat, cum ad prædicandum Apostolos mitteret, doceretque, qualia sibi hospitia eligere deberent, *Qui*, inquit, 40. 41. 42. *recipit vos, me recipit, & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Cum hoc loco hæc sententia non hæreat, apud Matthæum vero hæreat, quis dubitet non hic, sed illic fuisse à Christo pronunciatam? Aliquod etiam argumentum est, quod Marcus sententiam illam, quę ista m apud Matthæum antecedit, alibi non referat: nam si retulisset, hanc proculdubio cum illa, vt Matthæus fecit, copulasset. Cur ergo, dicet aliquis, alieno loco Marcus recensuit? Respondeo, quia vers. 37. similę quiddam commemorauerat, *Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit.* Quæ autem sit horum verborum vis, atque sententia, apud Matthæum dictum est.

42. *Et quisquis scandalizauerit vnum.*] Hæc etiam coniungi debent cum iis, quæ vers. 37. dicta sunt. Sunt enim illis antitheta, vt apud Matthæum manifestum est. Marcus vero non seruato ordine narrationis inter hæc duo, quæ coniuncta esse debuerunt, longo hyperbato, hilatuiq; sententiæ multa interseruit, quæ quia loco posita non sunt, minus facile intelliguntur, & hominum, vbi non est, cohærentiam quærentium exercent ingenia. Cætera vsque ad vers. 44. ex Matthæi commentariis intelligi possunt. *Matth. 18. 6. 8.*

44. *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.*] Verba sunt Isaiæ c. 66. 24. quæ Christus eodem sensu, quo à Propheta dicta fuerant, apte ad id, de quo agebat, accommodauit. Nam vt demus Isaiam de strage, quā Deus in hostibus Iudæorum facturus erat, agere, quia dixerat Deus paulo ante, *Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui prævaricati sunt in me*: tamē negare non possumus longius ad infernas, perpetuasq; damnatorum pœnas prospexisse, cum dicat vermem eorum non mori: & ignem non extingui: quæ in belli occidionem competere non possunt: vbi non solum ille, qui nō extinguitur: sed ne vllus quidem alius est ignis: & vermis, qui in cadaueribus gignitur, breuis admodum est vitæ. Agit ergo de sempiternis damnatorum pœnis, sed agit ex eladibus, quæ in bello fieri solent, assumpta metaphora: quia cum hominibus loquebatur, qui bellum viderant, infernum non viderant. Ita vero rem auget, vt ex illis pœnis, quas viderant, maximis alias etiam maximis illis maiores animo concipiant. Hoc est, *Vermis eorum non moritur*, cum ille, qui occisorum in bello corpora depaſcit, breui tempore moriatur. Hoc, est, *ignis eorum non extinguitur*, cum illi, qui ferro in bello interimuntur, aut nullo crementur igne, aut eo certe crementur, qui eorum corporibus facile consumptis statim extingui soleat. Hanc vim in vtroque membro pronomen Illud habet, *vermis eorum & ignis eorum*, quasi dicat Deus, vermis non istorum, qui in bello cadunt, sed eorum, qui in inferno torquebuntur, non moritur: & ignis, non istorum, quorum cadauera honoris causa crematur, sed eorum, qui in inferno flammis cruciabuntur, non extinguitur. Solent Prophetæ ex pœnis hominibus magis notis maiores illas, & minus notas inferni pœnas adumbrare, vt idem Isaias facit c. 30. 33. *Præparata est enim ab heri Tophet a rege præparata profundā, & dilatata, nutrimenta eius ignis & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam*: & c. 34. 9. 10. *conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picē ardentem. Nocte, & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius*, & Malach. cap. 4. 1. *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum.* Dicit autem, *Egredientur (iusti) & videbunt*, alludens ad bellicam cladem, vnde sumpta metaphora fuerat: solent. n. ciues, cum prope vrbem suam commisso prælio deleti sunt hostes, exire vrbe, vt occisorum videant stragem. Simul etiam significauit beatos damnatorum supplicia visuros esse, & quod Dei iustitia in illis exerceatur, gauisuros. *Lætabitur*, inquit, *iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris*, Psalm. 57. Vermem hoc loco metaphoricè intelligendum esse pro damnatorum cruciatu, nemini dubium est: etsi mentini Chrysost. & Theophylact. verum esse in damnatis vermem, qui eorum arrodat corpora, alicubi sentire: *Vermis inferni metaphoricus.*

Ignis inferni verus, non metaphoricus.

sentire: quo magis miror Theophylact. hoc loco A vtrumque, & vermem, & ignem metaphoricè accipiendum putare, quemadmodū, & alios auctores existimasse scribit Euthym. Errare tamen mihi videntur qui ex metaphorico vermē metaphoricum etiam ignem colligunt. Quin ex hoc ipso loco contrarium colligere debuerunt. Cum enim Deus ex bello metaphoram sumeret, quorsum addidit. *Et ignis eorum non extinguetur*, q bello sumptū non est, nisi quia metaphoricum vermem, ignem verum, non metaphoricum vermem significare voluit? Nec iis assentior, Catholicis licet interpretibus, & doctis, qui vermem ad animam, ignem ad corpus pertinere putant, quasi vermis conscientiam significet, damnatorum animos remordentem; ignis verum illum ignem corpora excruciātem. Nā & igne non solum corpora, sed etiam animas torqueri credimus, & vermis non solum animarum, sed multo etiam magis corporum est, ex quibus gignitur, atque nutritur. Et indicat hęc sententia damnatorum animas nullam aliam præter conscientiæ dolorem sentire pœnam, quod præter hæreticos, nescio quos, olim nemo dixit, Verme igitur & igne, neque pœnas diuersas, neque diuersarum hominis partium, sed totius hominis pœnā vnam eādem, totamque significauit. Vnum enim, & idem supplicium ignis vere, vermis metaphorice dictum est. Itaque particulam illam, Et non tā copulatiuam, quam exegeticam esse arbitror. Solus Marcus hanc Isaiæ sententiā possuit ab aliis prætermissam Euangelistis: & quidē rer possuit quoties scilicet de igne Gehennæ mentionem fecit, vt hic, & ver. 46. & 48. toties enim eam Christum ingeminasse credendum est, vt celebri Prophetæ testimonio rem, sidemip exageraret. Similis sententiæ Eccles. 7. 19. *Vindicta carnis impii ignis, & vermis.*

49. *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.*] Huius obscuritas loci magnam interpretationum peperit varietatem. Per dam operæ pretium, si omnes voluero recensere; meliores referam, quæque magis idoneos auctores habēt. Duabus in rebus obscuritas cernitur, & qua occasione, & quo sensu hæc à Christo sint dicta; sed adeo inter se coniuncta sunt, vt diuelli non possint. Receptissima sententia est, quoniam de cruendo oculo, de abscindendis pedibus ac manibus, si nos offenderent, locutus fuerat, docere nunc id, si Deo placere velimus, esse necessarium: oportere enim D ranquam victimam igne, & sale saliri, id est huiusmodi purgari pœnis, vt maiores demittemus, quæ quia ficut ignis aurum & argentum, ita illæ homines probāt, ignis appellentur. Ita Beda, & Theoph. & Strabus, & nemo non recentiorum interpretū. Quam interpretationem, quia tor, tamque bonos auctores habet, reprehendere non audeo; tantum dico meo quidem iudicio, quod admodum est exiguum, quadrare non posse. Quāto enim, quamque difficili circumvsus esset Christus, si, vt id significaret, ita locutus fuisset? Alii quia de igne inferni mentionē fecerat, subiecisse omnes homines igne saliēdos ad est aut probādos esse aut torquendos vt ait D. Paul. 1. Cor. 3. 13. *vnusquisq; opus quale sit ignis probabit.* Alii eaulam reddi, quare ignis ille non moriatur, quia scilicet qui eo torquentur eodem quasi saliuntur, ideoque in corruptio in perpetuis cruciatibus cōseruātur. Nolo hęc multis refutare verbis persuasus fore, vt cum veram horum verborum sententiam indicauerimus, omnes aliæ per se refellantur explicationes. Diceremq; conſidentius sententiam meam, si aliam eius aliquem præter me auctorem reperissem: nunc autem ea dicam lege, vt nolim lectori præiudicatam tradere, sed indicandā. Ego quidem mihi ita persuadeo Christum de illis tantum loqui, de quibus dixerat, *vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Nam eum id dixisset, generalem aut de omnibus hominibus thesim ponere, qua doceret omnes esse igne, aut cruciandos, aut purgandos; aut minus generalem de solis bonis, qua significaret eos rebus aduersis, quasi igne probari oportere, equidem non video, qua orationis, sententiæue consequentia potuerit. Sententiæ vero ipsi, verbaque postulabant, vt cum de damnatorum egisset pœnis, de eisdem consequētibus etiam verbis loqueretur. Loquitur autem dicens *Omnis enim igne salietur*, id est vnusquisque eorum, quorum *vermis non moritur, & ignis non extinguitur.* Reddit quippe causam, quare ignem eorum dixerit, quasi in igne futuri sint, quia, inquit, omnes illi igne salientur, id est condientur, torrebunturque veluti carnes, quæ ad esum igne assantur. Non ergo per particu- B lam illam, *enim*, causa redditur, cur ignis extinguendus non sit, sed cur illorum ignis fuerit appellatus. Nam qui priori etiam loco victimam intelligendam esse putant, quasi dicat, *omnis victima igne salietur.* Græca non legerunt, quæ cum diuersi sint generis, illam non paſsuntur ambiguitatē, *πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται.* Recte quidem, dicit aliquis, si dixisset, omnis enim igne cremabitur, aut torrebitur, aut cruciabitur, aut simile quidpiā. *Salietur* enim quorsū? quid enim saliri cū igne cōmune habet. Respōdeo quidā hoc habere, q̄ vtriq; & ignis, & sal humores exsiccet. At quid hoc ad rē? neq; enim de siccādis humoribus, q̄ medicamētū potius, quā supplicium esset, sed de cruciādis hominibus agebatur. Respōdeo aliā siccatis humoribus res cōseruari, & diuturniores fieri C voluisse quæ his Christū verbis ratione re eddere quare dixisset nō esse extinguendum igne eorū. Qualis vera fuisset ratio? Neque enim propterea ignis non extinguitur, quia humeros siccat: sed ideo potius extinguitur, quia subiectæ materiæ humore consumpto alimento carens nutriri non potest. Voluit inquunt alii, rationem afferre; quamobrem, cum igne damnati cruciantur, non consumantur, quia nimirum saliti sunt, & quæ salita sunt, facile conseruantur, saliti autem sunt igne. Quod quamuis verum sit, tamen non dixerat igne damnatos non consumi; & sijd dixisset, eius rei causam aliam magis, vt opinor, propriam attulisset. Sunt qui philosophentur eorum, quæ saliuntur alia solo sale, & alia sale simul & igne saliri, vt carnes quæ aspersō sale suppositō igne torrentur. His similes esse damnatos. Vbi ergo sal eorum est, quo dicantur aspersi? Qui autem de omnibus hominibus, aut de bonis saltem omnibus egi putant, respondent propterea dixisse igne saliri, quod igne pro afflictione posſuerit, quę homines quasi mordaci sale ad redundātes humores exsiccandos purgantur. Sed eam opinionem supra refutauimus, docuimusque de iis qui damnatis. Quid ergo? Voluit nisi fallor, Christus de damnatis tanquam de occisis victimis metaphoricè loqui. Solent enim, qui à Deo aut in hac, aut in altera vita temporali, aut sempiterna morte puniuntur, victimę vocari, quod tanquam legatæ victimę quæ sacrificanti reſtere non possunt, à Deo ad declarandam ipsius gloriam, atque iustitiam, quodā modo trucidentur. Isaiæ trigesimo quarto, sexto. *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum. victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom*, & Ieremiæ duodecimo, tertio. *Et tu Domine noſti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum: congrega eos, quasi gregem ad victimā, & sanctifica eos in die occisionis*, & ca. 46. 10. *Dies autē ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis, deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum. Victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta fluuiū Euphra-*

tem, & c.51.40. Deducam eos, sicut agnos ad victimam, quasi arietes cum hædis. & Exechielis 21.9 10. Loquere gladius, exacutus est, & limatus, vt cædat victimas, exacutus est: vt splendeat limatus est, & cap.39.17. Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri, Conuenite properate, concurrite, vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem, super montes Israel, vt comedatis carnem, & bibatis sanguinē. Quia ergo Christus Isaiæ testimonium adduxerat, in quo, aut de occidione bellica, aut de damnatis, vt diximus, sumpta ex occidione bellica metaphora agebatur, & qui in bello à Deo occiduntur, eius victimæ vocantur, perstitit in metaphora Prophetis admodum vsitata, & damnatis, tanquam de victimis loquutus est & quia, vt lex præcipiebat, Leuit. 2.13. omnis victima salienda erat, dixit etiam damnatos esse saliendos: veruntamen eorum salem B nō esse futurū istū, quo alias victimas saliri lex præcipiebat, sed pro sale futurum illis ignē, cuius perpetuis cruciatibus torquerentur. Quod autem addit, Et omnis victima salietur, dubium non est ad Leuitici legem alludere. Illud tamen non negligenter obseruandum, coniunctione illam & ex Hebræorum idiomate non tam copulatiuam hoc loco, quam comparatiuam esse, quasi dicat, Sicut omnis victima, quemadmodū lege præscribitur, sale salietur, ita omnis damnatus salietur igne. Cuius locutionis exempla multa lectori in literis sacris, maxime in prouerbiis Salomonis occurrente. 25. C 3. Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. id est sicut cœlum sursum, terra deorsum inscrutabilis est, ita etiam cor regis. & vers. 23. ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. id est sicut ventus Aquilo dissipat plutiam, ita facies tristis dissipat linguam detrahentem, & ver. 25. Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de A terra longinqua, id est sicut aqua frigida homini sitienti, ita bonus nūcius, qui de terra longinqua venturus expectatur, iucundus est. Nam quod in his exemplis non prius eum posteriori, sed cum priori posterius cōparari videatur, nihil refert, cum reciproca vbique similitudo sit.

50. Bonum est sal.] Abhorrere hæc sententia à superiore videtur D. Augustinus libro 4. de consensu Euangelistarum ca. 6. cum ver. 39. coniunxit quasi Christus docere velit Apostolos debere illū, qui suo nomine dæmones eiiciebat, tolerare prudenter, atque patienter. Vtrumque enim, & prudentiam, & pacem sale significari. Theophylactus vero quia de sale Christus loquutus fuerat docere nunc Apostolos, vt salem haberent, id est doctrinam, & Spiritus gratiam, quæ vim habeat restringendi quemadmodum sal, id est homines à vitiis cohibendi. Euthymius quia inter se Apostoli contenderant, monere Christū eos, vt salem, id est charitatem, & pacem inter se habeāt. Mihi suspicio est Christum non hoc, sed alio loco hanc dixisse sententiam, cum multo ante Apostolos exhortaretur, vt bono omnibus essent exemplo, quo etiam loco eam Math. recitauit, c. 5.13. Vos, inquit, estis sal terræ: quod si sal euanuerit, in quo salietur? Sed nimirum Marcus, vt multa alia, alieno loco posuit, non alia occasione, quam quod salis mentionem inmisisset, quemadmodum solemus in subitis colloquiis vnus occasione verbi in alios labi sermones. Idē Lucas fecit c. 14. 34. Nisi Gregorii sententia placet, qui sensum hunc esse putat, ne habeatis illū damnatorū, id est ignem, sed illum, quo victimæ eōdiuntur; id est prudentiam, charitatem, & pacem, quæ per illum significantur.

CAPVT X.

Mat. 19. d. 1. ET inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum docebat illos. 2. Et accedentes Pharisæi interrogabant eum: Si licet viro vxorem dimittere: tentantes eum. 3. At ille respondens dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses? 4. Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudii scribere, & dimittere. Deut. 24. d 1. 5. Quibus respondens Iesus, ait: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. 6. Ab initio autem creatura masculum, & fœminam fecit eos Deus. 7. Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrē, & adhærebit ad vxorē suam: 8. & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. 9. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. 10. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. 11. Et ait illis: Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. 12. Et si vxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur. 13. Et offerebant illi parvulos, vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. 14. Quos cum vidisset Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei. 15. Amē dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. 16. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. 17. Et cum egressus esset in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum: Magister bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam? 18. Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. 19. Præcepta nosti: Ne adulteres, Ne occidas, Ne furtum facias, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. 20. At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. 21. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni sequere me. 22. Qui contristatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones. 23. Et circumspiciens Iesus, ait discipulis suis: Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt! 24. Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens ait illis: Filioli, quam difficile est, confidentes in pecuniis in regnum Dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. 26. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et qui potest saluus fieri? 27. Et intuens illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed non apud Deū: omnia enim possibilia sunt apud Deum. 28. Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. 29. Respondens Iesus, ait: Amen dico vobis: Nemo est, qui reliquerit domū, aut fratres,

Mat. 19. d. 9. Luc. 18. d. 15. Exo. 20. a. 1.

Mat. 19. d. 27. Luc. 18. a. 28.

aut fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium. 30. qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam. 31. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. 32. Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei euentura: 33. Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & Scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus: 34. & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die resurget. 35. Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus vt quodcunq; petierimus, facias nobis. 36. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? 37. Et dixerunt: Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. 38. Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem, quem ego bibo aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? 39. At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis, & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. 40. Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. 41. Et audientes decem cœperunt indignari de Iacobo, & Ioanne. 42. Iesus autem vocans eos, ait illis: Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum. 43. Non ita est autem in vobis, sed quicunque voluerit fieri maior, erit vester minister: 44. & quicunq; voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. 45. Nam & filius hominis nō venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. 46. Et veniunt Iericho: & proficiente de eo Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat secus viam mendicans. 47. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei. 48. Et comminabantur ei multi vt taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. 49. Et stans Iesus præcepit illam vocari. Et vocant cæcum dicentes ei: Animæquior esto: surge, vocat te. 50. Qui proiecta vestimento suo exiliens, venit ad eum. 51. Et respondens Iesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam. 52. Iesus autem ait illi: Vade: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

Mat. 20. d. 29. Luc. 18. f. 35.

Mat. 19. d. 30. Luc. 18. f. 31.

Mat. 20. a. 20.

Luc. 22. d. 25.

IN CAP. X.

1. ET inde exurgens.] Ex domo Petri, quæ erat in Capernaum. In eam enim ingressus ca. 9. 33. sermones illos habuit, qui ab eo loco vsque ad finem superioris capitis narrati sunt. Porro totum hoc caput apud Matthæum ca. 19. & 20. expositum est. Quæ eadem tantum, quæ propria sunt Marci, carptim explicabimus.

Et venit in fines Iudææ vltra Iordanem.] Non erant vltra fines Iudææ, nisi vltra Iordanem: sed fines vltra Iordanem vocat eos, quibus Iudæa Iordanem versus terminabatur. Quo autē sensu regio vltra, aut crans Iordanem vocaretur, Matth. 4. 15. 25. & supra ca. 3. 8. docuimus. Cur non statim recta se via contulerit Ierosolymam, hanc Theophyl. causam fuisse arbitratur, quod voluerit prius populum illum docere, qui prope Iordanem habitabat.

Et conueniunt iterum turbæ ad eum.] Videtur loqui de iis bis, quæ ad famam aduentus eius confluxerint ex Iudæa. Matthæus tamen indicet secutas eum fuisse à Galilæa cap. 19. 2. Vtrinque concurrisse credendum est. Vide reliqua apud Matthæum vsque ver. 32.

32. Erant autem in via ascendentes Ierosolymam.] Ierosolymam versus: nondum enim prope Ierosolymam erat, & die sabbati ante sex dies Paschæ Bethaniæ requieuerat Ioan. 12. 1. Ascendere autem dicitur non simpliciter, ire, vel quia Ierosolyma sita pra Sion montem sita erat, vt Hebræorum interpretes volunt: vel quia, vt ego arbitror, Hebræis עלה ascendere sæpe est simpliciter, ire.

Et præcedebat illos Iesus.] Vt offenderet, opinor, voluntem ad mortem progredi, non inuitum trahi, vt etiam Theophylact. adnotauit, & ex sequenti iubeo colligitur. Et sequentes, inquit, timebant, propterea ergo ille præcedebat, quia non timebat, sed quærebat mortem.

Et stupebant.] θαμβεῖσθαι quo verbo non quilibet stupor, sed ille, qui ex ingenti metu profiscitur, proprie significatur, vt statim explicatur. Et sequentes, inquit, timebant, id est timide sequebantur. Cur autē timuerint, facilis suspicio est, & Beda his verbis exponit, Idea Ierosolymam tendentes discipuli cum Domino stupebant, & timebant, quia meminerant sermonis eius, quo se passurum multa à summis sacerdotibus & Scribis, & occidendum prædixerat esse, metuentes ne vel ipsi cum eo occiderentur, vel saltem ille, cuius vita, & magisterio gaudebant, inimicorum manibus occumberet.

42. Scitis, quia hi, qui videntur principari gentibus.] οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, qui videntur gentibus imperare, id est qui dominatione in gentes clari sunt hominum opinione: verbum enim δοκοῦντος, qui videntur non arbitror hoc loco significare eos non dominari, sed videri dominari. Illi quippe maxime omnium dominantur, qui tyrannidem exercent, idq; voluit etiam Christus indicare. Sed significat famam, & opinionem, quasi dicat, qui imperandi opinione maxime excellunt, aut qui optime videntur gubernare, vt 1. Cor. 3. 18. εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, si quis videtur inter vos sapiens esse, id est, si quis sapiens habetur, & ca. 14. 37. εἴ τις δοκεῖ προφήτης εἶναι ἢ πνευματικός, si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, & ad Galat. 2. 2. 6. 9.

Dominantur eorum.] κατακυριεύουσιν αὐτῶν, dominationem, & tyrannidem in eos exercent, quasi imperium tyrannide metientes, existimātes ea re melius imperare quemque, quo seuerius in suos subditos, quasi in capea ballo mancipia dominatur. Vana sunt, quæ hoc loco hæretici disputāt, Episcopos Ecclesiæ Catholicæ Apostolorum successores esse non posse, eū dominentur, & Apostolos Christus dominari prohiberit. Nec enim negat Christus aut Apostolum vnum in alios, aut eōs in alios, qui Apostoli non essent, habere potestatem. Oliendit se eam habere Diuus Paulus, & quidem posse durius in subditos agere, si velit 2. Cor. 13. 10. Indicat se virga etiam, id est magna seueritate vti posse 1. Cor. 4. 21. Quam ex hoc loco recte colligitur Apostolos aut habuisse tunc, aut habituros fuisse postea eam potestatem. Si enim neque habebant, nec erant postea habituri, quorsum illis hoc

Reffellitur Caluini cælestis sententia de Episcoporum auctoritate.

hoc exemplum, quod ad ipsos minime pertinebat proposuisset? Quorsum illis modum ea vtendi potestate, quam nunquam habituri erant, tradidisset? Nō ergo potestatē negat, sed inter vsum secularis, & Ecclesiasticæ potestatis discrimen ponit, q̄ seculares magistratus plerumq; ambitione, & dominādi cupiditate pōtestatē exerceant: Ecclesiastici humiliter, modeste, &, vt ait Petrus, nō dominantes in cleris sed forma facti gregi 1. epistol. ca. 5. 3. Recte Leo epist. 55. *Et ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicēte Domino, Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & quicunq; voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrare sed ministrari. Et tamē hac illis tunc infirmis abutūtur, qui de pusillo volebāt crescere, & de infimis ad suma transire.* Vide quæ de hac re, deque toto reliquo capite apud Matthæum diximus. A Mat. 20. 28. 27. 28. Marci 10. 43. 44. 45. Mat. 20. 25. 19.

CAPVT XI.

Mat. 21. a. 1. Luc. 19. a. 29.

ET cum appropinquarent Ierosolymæ, & Bethaniæ ad Montem oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, 2. ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. 3. Et si quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite, quia Domino necessarius est: & continuo illum dimittet huc. 4. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in bivio: & solvunt eum. 5. Et quidam de illic stantibus dicebant illis: Quid facitis soluentes pullum? 6. Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eis. 7. Et duxerunt pullum ad Iesum: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. 8. Multi autem vestimenta sua straverunt in via: alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via. 9. Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes Hosanna. Ie. 62. b. 11. Mat. 21. b. 9. Luc. 19. g. 38. Psal. 117. d. 25. Mat. 21. b. 10. Mat. 21. b. 19. Ioa. 12. e. 13. Ioa. 7. b. 12.

10. Benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid: Hosanna in excelsis. 11. Et introiit Ierosolymam in templum: & circumspectis omnibus, cum iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. 12. Et alia die cum exirent a Bethania, esurit. 13. Cumque vidisset a longe ficum habentem folia, venit si quid forte inuenerit in ea, & cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum. 14. Et respondens dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructū quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius. 15. Et veniunt Ierosolymā. Et introiens in templum, cæpit eiicere vendentes, & ementes in templo: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. 16. & non sinebat vt quisquam transferret vas per templum. 17. & docebat, dicens eis: Nonne scriptum est: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. 18. Quo audito principes sacerdotum, & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. 19. Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. 20. Et cum mane transirent, viderunt ficum aridam factam a radicibus. 21. Et recordatus Petrus, dixit: Rabbi, ecce ficus, cui male dixisti, aruit. 22. Et respondēs Iesus ait illis: Habete fidem Dei. 23. Amen dico vobis, quia, quicunque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quæcunque dixerit, fiat, fiet ei. 24. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. 25. Et cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. 26. Quod si vos non dimiseritis: nec Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. 27. Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cum ambularent in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & Scribæ, & seniores: 28. & dicunt ei: In qua potestate hæc facis: & quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias? 29. Iesus autem respondens, ait illis: Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate, hæc faciam. 30. Baptismatis Ioannis, de cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. 31. At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus, De cælo, dicet, Quare ergo non credidistis ei? 32. Si dixerimus, Ex hominibus, timemus populum, omnes enim habebant Ioannē quia vere propheta esset. 33. Et respondentes dicunt Iesu: Nescimus. Et respondens Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

Mat. 7. a. 7. & 21. c. 22. Luc. 11. b. 9. Mat. 6. b. 14. & 18. d. 35. Luc. 20. a. 1.

IN CAP. XI.

1. *ET cum appropinquarent Ierosolymæ.*] Ad duo miliaria passuum, vt constat Ioannis 11. 18. & Actorum 1. 12. Accidit autem hoc sex diebus ante vltimum illud Pascha, quod Christus celebrauit: aut quinto potius die, vt colligitur ex Ioanne cap. 12. 1. Nam die sexto ante Pascha, qui sabbatum erat, Bethaniæ requieuit Christus, vbi cœna illa exhibita illi est accumbente Lazaro, eiusque sorore Martha ministrāte. Sequēti vero die, qui Dominico nostro respondebat, inde profectus, asinoq; insidens Hierosolymam ingressus est.

Et Bethaniæ.] ἀπὸ βηθφαγὴ καὶ βηθανίαν, in Bethphage, & Bethaniam, vt apud Matthæum capite 21. 1. & apud Lucam c. 19. 29. etsi Beda, & Strabus non legūt Bethphage. Quæ sequuntur vsque ad vers. 13. ex commentariis in Matthæum capite 21. 1. 2. 19. intelligētur. B

18. *Quo audito.*] Quasi & facto, & oratione Christi exstimulati essent, vt consilia de eius more agitarent, Euthy. ὡς ἐκκαυθέντες ἐπὶ τῷ ἀκροάματι, & cū audissent Scribæ, & principes sacerdotum.

Timebant enim eum, quoniā vniuersa turba admirabatur super doctrina eius.] Timebāt, vnde lętari eos oportebat, q̄ vniuersus populus admirās eum sequeretur. Timebāt, ne ipsi deferrētur, tantæq; auctoritatē, quæ vt ait Iosephus, maxima apud omnes erat, amitterent. Qua etiam ratione apud Ioan. c. 11. 47. 48. eumdem miraculorū quę faciebat, multitudinē, dicuntur timuisse, Collegerunt, inquit, Ioan. Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebāt, Quid faciemus, Luc. 18. Iudæi. quia c. 2.

facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum, sic omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Aut timebant eum, id est non audiebant manus in eū iniicere metu plebis, quæ eum vniuersa sequebatur, vt apud Lucam c. 19. 47. 48. *Principes aūt sacerdotū, & Scribæ, & Principes plebis quærebant eum perdere, & nō inueniebāt, quid facerēt illi, omnis enim populus suspensus erat, audiēs eum.*

19. *Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate.*] Verbum *egrediebatur* non solum actum, sed cōsuetudinem etiam significat. Solebat enim singulis diebus vesperi Bethaniam secedere, vbi hospitium habebat, mane vero redire Ierosolymā, vt in templo doceret, vt colligitur ex Luca c. 21. 37. & 22. 39. quod fecit tribus continenter diebus, Dominico, Lunæ, Martis; die vero Mercurii, & Iouis Bethaniæ sese continuit vsque ad vesperū, quo, vt Pascha celebraret, ac pateretur, Ierosolymā rediit. B

25. *Et cum stabitis ad orandum.*] ἐφ' ὃ ἂν ἔχητε στῆναι προσευχόμενοι, cū steteritis orantes, id est ad orandū. Opinionem eorum, qui existimant cōsuetudinem Iudæis fuisse, vt stantes orarent, apud Matth. ca. 6. 5. refutauimus. Hoc loco proprie significat stare coram Deo, vt cōstat ex Matthæo c. 5. 23. 24. Vbi aliis verbis idem dicitur, *si offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Hoc ergo est stare ad orādum, aut ad offerendum esse ante altare, esse ante Deum. Pronuntiata etiam à Christo fuit hæc sententia Matthæi c. 14. Hanc fortasse Marcus suo hic loco non posuit, sed cum de oratione mentionem fecisset, adiunxit etiam hoc, quod ad orationē maxime pertinebat, vt videtur Hieronymus, aut quisquis Auctor ille est, existimare. Etsi est valde credibile hanc Christum sententiam nō semel, nec vno tantum loco, sed sæpius, ac pluribus repetiisse *de eodē ferme argumento*, inquit ille apud Platonem. Itaque non contentus Christus id iam bis apud Matthæum c. 5. 24. cap. 6. 14. verbis docuisse, proposita etiam ea de re parabola in animis fixit Matth. 18. 21. Quibus locis, quid hæc tibi velleret, sententia declarauimus. Diuers. de lege.

Si quid habueris aduersus aliquem.] Animaduertat lector alio sensu dici hic, habere aliquid aduersus aliquem, & apud Matthæum ca. 5. 24. Nam illic est iniuriam fecisse, hic accepisse. Vterque enim, & qui fecit, & accepit iniuriam, dicitur aliquid aduersus alterum habere, quia vicissim vterque alterum odit. Sed qui fecit, timet: quia accepit iniuria, cupit, quæritque vindictam. Reliqua vsq; ad finem capitis ex Matthæi commentariis intelligentur. Mat. 21. 23.

CAPVT XII.

Mat. 21. d. 33.

ET cæpit illis in parabolis loqui: Vineam plantauit homo, & circumdedit septem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. 2. Et misit ad agricolas in tempore seruum: vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. 3. Qui apprehensum eum cecidērunt, & dimiserunt vacuum. 4. Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. 5. Et rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios: quosdam cædentes, alios vero occidentes. 6. Adhuc ergo vnum habens filium charissimum: & illum misit ad eos nouissimum, dicens: Quia reuerebuntur filium meum. 7. Coloni autem dixerunt adinuicem: Hic est hæres: venite, occidamus eum: & nostra erit hæreditas. 8. Et apprehendentes eum, occiderunt, & eiecerunt extra vineam. 9. Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam aliis. 10. Nec scripturam hanc legistis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: 11. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? 12. Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam, cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. 13. Et mittunt ad eos quosdam ex Pharisæis, & Herodianis, vt eum caperent in verbo. 14. Qui venientes dicunt ei: Magister, scimus quia verax es, & non curas quemquam: nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam Dei doces. Licet dari tributum Cæsari, an non dabimus? 15. Qui sciens versutiam illorum, ait illis: Quid me tentatis? affer te mihi denarium vt videam. 16. At illi attulerunt ei. Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. 17. Respondens autem Iesus dixit illis: Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo. 18. Et veniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabāt eum dicentes 19. Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. 20. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. 21. Et secundus accepit eam, & mortuus est, & nec ipse reliquit semen. Et tertius similiter. 22. Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier. 23. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem. 24. Et respondens Iesus, ait illis. Nonne ideo erratis, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei? 25. Cum enim a mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli in cælis. 26. De mortuis autem quod resurgant, non legistis in libro Moysi super rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. 27. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis. 28. Et accessit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis respondisset, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. 29. Iesus autem respondit ei: Quia primum omnium mandatum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. 30. & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. 31. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. 32. Et ait illi Scriba: Bene Magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum. 33. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & dilig- Mat. 22. d. 15. Luc. 20. b. 9. Ioa. 8. a. 1. Luc. 2. d. 21. Psal. 117. d. 22. Ioa. 28. d. 18. Act. 4. b. 10. Ro. 9. f. 32. 1. Pet. 2. a. 8. Mat. 22. d. 22. Mat. 22. b. 15. Luc. 20. d. 20. Ro. 13. c. 7. Mat. 22. c. 23. Luc. 20. d. 27. Deut. 25. b. 5. Ruth. 3. b. 6. Luc. 19. d. 38. Mat. 22. d. 31. Mat. 22. d. 34. Deut. 6. a. 7. Luc. 19. d. 38. Mat. 22. d. 39. Ro. 13. c. 9. Gala. 5. f. 14. Iac. 2. b. 8.

& diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis. 34. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es it longe à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. 35. Et respondens Iesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid? 36. Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. 37. Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum, & unde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. 38. Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, 39. & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis: 40. qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium. 41. Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. 42. Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. 43. & conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. 44. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suum.

Matt. 22. d 44 Luc 20 g. 42 Psa 109 a 1. Mat. 23. 4 b Luc. 11 f 43. & 20. g 46 Luc. 21. a 2.

IN CAPVT XII.

1. ET cœpit illis in parabolis loqui.] In parabolis A Christum locutum fuisse dicit, cum vnam tantum illius parabolam recitet, indicans se alias prætermittere. Et vero ita est: nam Matthæus ca. 21. 28. & 22. 1. duas præter hanc parabolas ponit à Christo tunc dictas: alteram illam hominis duos habentis filios, quorum alter iussus à patre in vineã laboratum ire respondit se iturum, nec iit; alter cũ se iturum negauisset, iit. cap. 21. 28. 29. alteram illam regis, qui cum fecerat nuptias filio suo, misit seruum, qui inuitatos vocaret; qui alio alii prætextu venire noluerunt. Totum verò hoc caput vsque ad ver. 41. in Matt. c. 21. & 22. & 23. tractatum est.

Gazophylacium.

41. Et sedens Iesus contra gazophylacium.] Quid gazophylacij nomẽ significet, quidq; in templo esset, vix ia quem quam arbitror ignorare; dicendũ tamen, vt lectoris minus etiam docti rationem aliquam B habeamus. Gaza vocabulũ è regione Persarum, à Latinis tamen auctoribus vsurpatum regiã pecuniam siue thesaurum, vt Curtius, & Mela scribunt propriè declarat: inde factum, vt omne diuitiarũ genus, gaza dicatur. *Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima,* inquit ille, *potitus est Paulus.* Græcè verò Græcis sic vsurpatur. Hinc γαζοφυλάκιον gazophylacium dictum est, quasi locus vbi templi thesaurus condebatur, qui quia ex oblationibus potissimum constabat, ab Hebræis קרבן קרבן offerendo dictus est. Erat autem in templo eiusmodi locus duplex, vt hoc etiam loco Beda obseruauit, & in sacris literis facile colligitur; alter in quem pecunia, alter in quem res aliæ maioris molis à populo conijciebantur. Ille arca erat, quales nunc in templis videmus 4. Reg. 12. 9. 10. hic aula, aut locus aliquis eiusmodi amplus, & multarum rerum capax 2. Esdræ 10. 37. 38. & Ioan. 8. 20. Christus hic è regione gazophylacij prioris, id est, arcæ sedisse dicitur. Quod vtrum forte lassitudine, an certo potius consilio fecerit, incertum. Sed fieri ex euentu coniectura potest, nihil nisi de industria fecisse, ideq; verbum, quo statim vtitur, Græcum indicat θεωρῶν aspiciebat, confiderabat, quasi in hoc sedisset, vt eos, qui dona in gazophylacium conijciebant, contemplaretur, & aliquid inde doctrinæ ad discipulos derivaret.

Ly th 3 n n longe à fint. li 12. 11.

Cic lib 2. de Offi Lucull. 3. de bello Pun.

C

Quomodo turba iactaret æs in gazophylacium.] Videtur cõsulto vetus interpres idem verbum βάλλω variare vertisse, vt indicaret diuersio sensu à Christo dictum fuisse. Nam hic bis vertit iactare, cum de turba loquitur, quę ostentationis causa ita in gazophylacium mittebat æs, vt iactaret, maiore sonitu doni magnitudinem declarans. Versu autem sequenti, cum de vidua loquitur, quæ duo iecit minuta, non dixit iactasse sed misisse, siue vt pecuniæ ex guitarem, siue vt modum cauendi modestum, & ab omni ad enum ostentatione significaret.

Et multi iactabant multa.] Non est sensus varios varia, alios alia, atque ita multos multa iactasse; sed multos venisse, quorum singuli iactauerint multam, magnamque pecuniam.

42. Cum venisset autem vidua vna pauper.] Singula verba emphatica sunt, & quod viduam, & quod vnam, & quod pauperem vocat. Nam & quæ pauper, magna, quam ingazophylacium mittebat, pecunia indigebat. Vnam igitur multis; viduam, pauperemq; diuitibus opponit: duo vero minuta multæ, magnæque pecuniæ, quæ à diuitibus iactabatur.

Misit duo minuta, quod est quadrans.] Quid fuerit quadrans Matth. 5. 26. docuimus. Dubium autem videtur esse, vtrum horum verborum sensus sit, vnumquodque minutum, an simul vtrumque esse quadrantem. Euth. singula minuta singulos quadrantes fuisse putat, quæ opinio validissima videtur posse ratione confirmari: nam quod Matthæus 5. 26. dicit. *Non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem*, Luc. c. 12. 59. dicit, *donec reddas nouissimum minutum*, quasi quadrans, & minutum idem sint. Sed Euthymij opinionem apud Matthæum copiosè refutauimus & rationem istam dissoluimus. Itaque multo est probabilius, quod Hieronym. sentit Matth. 5. duo simul minuta vnum fuisse quadrantem. Voluit enim Christus minimam monetam, minuti nomine significare. Quantum autem vidua ista in gazophylacium miserit, misso quadrante, ex Matthæi intelliges commentario.

Quid quadrans.

D

43. Et conuocans discipulos suos.] Lucas ca. 21. 3. non declarauit discipulos à Christo vocatos fuisse. Marcus id expressit indicans, vt opinor, aliquid in eo fuisse mysterii, certe consilii. Noluit, fortasse viduam, vt inuidiam vitaret, laudare publicè, omnique populo præferre; aut non existimauit alios quam discipulos suos idoneos, quibus id exponeretur, auditores esse.

Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium.] Plus missa dicitur vidua, non si muneris per se magnitudinem, sed si viduæ, si pauperis inopiam, charitatemq; consideres; quia vidua, & pauperi plus duo minuta erant, quam diuiti permulta; & maioris erat charitatis viduam duo illa, quibus vitam suam sustentatura erat, dare minuta, quam diuitem grãdem pecuniam in Dei thesaurum inferre. Hoc est, quod versu sequenti dicitur.

44. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserũt.] ex rebus, quæ ipsis non erant necessariæ, & eas quidem non omnes, sed ex illis aliquid.

Hæc vero de penuria sua.] Per uriam opponit abũdantię. Vocat autem penuriam, non id quod non habebat, vt nomen proprie significat, verum id, quod habebat quidem, sed ita habebat, vt ne ad sustentãdam quidem vitam suam satis esset, vt statim explicat, cum dicit *totum victum suum.* Obseruet diligens

Defenditur contra hæreticos oblationes templo factæ

ligens lector non vituperari eos, qui magnã templi pecuniam offerebant, sed viduam illis minorem offerentem pecuniam propter maiorem charitatem anteferri: neq; improbari, sed laudari à Christo oblationes eas, quæ in ministerium, ornatumq; templi offerũtur, &, vt ait Luc. c. 21. 4. *in munera Dei:* A noni quidã hæretici in sacrificia, & ornamenta templi fieri nolunt: ad gerenda vero cõtra Catholicos principes bella, eaq; de regnorum fuorũ possessione deturbandos ipsi in suis templis, in suis conciouibus ita factitant, vt ea pierumq; illis habeantur rerum concionum causa sit.

CAPVT III.

ET cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides & quales structuræ! 2. Et respondens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidẽ, qui non destruatur. 3. Et cum sederet in monte oliuarũ contra templum, interrogabant eum seperatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas: 4. Dic nobis, quando ista fient? & quod signũ erit, quando hæc omnia incipient consummari? 5. Et respondens Iesus cœpit dicere illis: Videte ne quis vos seducat: 6. multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum? & multos seducent. 7. Cũ audieritis autem bella: & opiniones bellorũ, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: sed nondũ finis. 8. Exurget enim gens contra gentẽ, & regnum super regnum, & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc. 9. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides, & reges stabitis propter me, in testimonium illis. 10. Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium. 11. Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datũ vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus. 12. Tradet autem frater fratrem in mortẽ, & pater filium: & consurgent filii in parentes, & morte afficient eos. 14. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finẽ, hic saluus erit. 14. Cum autem videritis abominationem desolationis stantem, vbi non debet, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes: 15. & qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua: 16. & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum. 17. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyems non fiant: 19. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales nũ fuerũt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, vsq; nunc, neq; fient. 20. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breuiauit dies. 21. Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, nec credideritis. 22. Exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa, & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. 23. Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia. 24. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum: 25. & stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cœlis sunt, mouebuntur. 26. Et tunc videbunt filiũ hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. 27. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsque ad summum cœli. 28. A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas: 29. sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in ostijs. 30. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. 31. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. 32. De die autem illa, vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi Pater. 33. Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. 34. Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. 35. Vigilate ergo, (nescitis enim quando dominus domus veniat, sero an vesperi, an galli cantu, an mane) 36. ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. 37. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

Matt. 24 a 1. Luc 19 g 44. & 21 a 5.

Eph 2 g 20. 1 Ioan 2. a 18.

Matt. 10 b 19. Luc. 12. b 11. & 21. d 14.

Dan 9 c 27. Matth. 24 b 10.

Luc. 21. b 23.

Matt. 24 b 21.

Luc. 21 b 23.

Ezech 32. b 7. Isa. 13. b 10. Ioel. 2. b 10. Matth. 24. c 29.

Matth. 24 b 30.

Matth. 24 c 34.

IN CAPVT XIII.

1. ET cum egrederetur de templo.] Videtur discipulus ille, quisquis fuit, qui templi Christo structurã ostẽdit, tẽpus, loc ũque, vt illi templi pulchritudinem demonstraret, idonetũ quæ simile, si forte eõmouere eũ ad cõmiserationem posset, totiq; vrbis eo rosolymitanæ, falsè propter templi amplitudinẽ, & religionem parceret: q res prorsus indigna, atq; inhumana videretur, vt tantũ, tamq; elegans templum euerteretur. Nam, vt apud Matthæum c. 24. 1. diximus occasio huius historiæ videtur fuisse, 9 Christus paulo ante vrbis euersionẽ, excidiumque minatus fuisset, vt constat ex Luc. capite 19. 43. 44. obseruarunt ergo discipuli tempus, & locum, cum egrederetur è templo, vt templi illi magnitudinem, elegantiamque prope conspiciendam proponerent. Sed quem hominum peccata ad iram, vindictamque prouocabant, placare saxa non poterant. Simile quiddã Iudæis vetustioribus acciderat, vt sperarẽt se templi respectu seruatũ iri: quibus Deus apud Hieremiam capite septimo, quarto, respondet. *Nolite confidere in verbis mendacii dicentes. Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.*

Ait illi vnus ex discipulis suis.] Matth. c. 24. 1. Accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi, Luc. vero c. 21. 5. Et quibusdam dicentibus, quod bonis *Lapidibus, & donis ornatum esset.* Verisimile ipsos perlus inter se discipulos, vt Luc. indicat, colloquutos; deinde vnum aliquem eorum nomine omnium rogasse Christum, vt lapides templi, structuram ipsã cõsideraret; ideo Marcum dixisse vnum, Matthæum vero significasse plures fuisse, quid interrogauerint, nisi malimus syllepsin esse dicere, de qua figura sæpe diximus, & caput totum epistolæ ad Hebræos 11. exemplis plenum est.

Magister aspice, quales lapides, & quales structuræ.] Est dicit. Ah vide, non tam aspicere aut videre, quã cõsiderare rogat templi magnificentiã, quam in Mat-

thæo c.24.1.ex Iosepho descripsimus, vbi exposui-
mus, quæ vsque ad ver.11.reliqua sunt.

11. Et cum audissent vos.] Hæc Mat. c. 10. 19. & Luc. c.12. 11. alia occasione, alioque tempore, ac loco à Christo dicta referunt, cum Apostolos ad prædicandum inter Iudæos mitteret Euangelium. Itaque suspicor Marcū non sin posuisse loco, nec alia de causa hoc dixisse, quam q ver. 9. paulo ante de re simili sermo fuerat, *Videte vosmetipsos, tradit enim vos in concilijs & in synagogis vapulabitis, & ante præsides, & reges stabitis propter me in testimonium illis:* & voluit similia, aut quia simul alterum ex altero in mētē venerunt, aut quia sententiā vnam conflare videbātur, copulare. Nisi bis fortasse Christus hāc sententiā, vt alias multas, repetiuit. Totū reliquum caput Matth.24 10.19.& 24.

15. satis expositum est.

CAPVT XIV.

Mat 26 a 2. Luc. 22 a 1. Mat. 26. a 2. Ioan. 12. a 1.

ERAT autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebant summi sacerdotes, & Scribæ quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. 2. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. 3. Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati, pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius. 4. Erant autem quidam indigne ferētes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? 5. Poterat enim unguentum istud venundari plus quam trecentis denariis, & dari paupertibus. Et fremebant in eā. 6. Iesus autem dixit: Sinite eā, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. 7. Semper enim pauperes habetis vobiscum: & cū volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. 8. Quod habuit, hæc fecit: præuenit ungere corpus meum in sepulturam. 9. Amē dico vobis: Vbicunque prædicatū fuerit Euangelium istud in vniverso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. 10. Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. 11. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet. 12. Die primo die Azymorū quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi vt mādUces Pascha? 13. Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, sequimini eum: 14. & quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? 15. Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande, stratum: & illic parate nobis. 16. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha. 17. Vespere autem facto, venit cum duodecim. 18. Et discumbentibus eis, & manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. 19. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Numquid ego? 20. Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecū manum in catino. 21. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur, bonum erat ei, si non esset natus homo ille. 22. Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite hoc est corpus meum. 23. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. 24. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur. 25. Amen dico vobis, quia iā non bibā de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibā nouū in regno Dei. 26. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. 27. Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues. 28. Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. 29. Petrus autem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te: sed non ego. 30. Et ait illi Iesus: Amē dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquā gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. 31. At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo: Similiter autē & omnes dicebant. 32. Et veniunt in prædium cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hic donec orē. 33. Et assumit Petrū, & Iacobum, & Ioannē secum: & cœpit pauere, & tedere. 34. Et ait illis: Tristis est anima mea vsq; ad mortē: sustinete hic, & vigilate. 35. Et cū processisset paululū, procidit super terrā, & orabat, vt si fieri posset, trāsiret ab eo hora. 36. & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sūt, trāsfer calicē hūc a me, sed nō quod ego v̄lo, sed quod tu. 37. Et venit, & invenit eos dormientes. Et ait Petro: Simō dormis? nō potuisti vna hora vigilare? 38. Vigilate, & orate vt non intretis in tentationē. Spiritus quidē prōptus est, caro vero infirma. 39. Et iterū abiēs oravit eundē sermonē dicēs. 40. Et reuersus, denuo invenit eos dormientes, (erāt n. oculi eorū gravati) & ignorabāt quid responderent ei. 41. Et venit tertio, & ait illis: Dormite iā, & requiescite. Sufficit, venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorū. 42. Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope est. 43. Et adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & cū eo turba multa cū gladiis, & lignis, à summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus. 44. Dederat aūt traditor eius signū eis, dicēs: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū, & ducite caute. 45. Et cū venisset, statim accedēs ad eū, ait: Ave Rabbi: & osculatus est eū. 46. At illi manus iniecerūt in eū, & tenuerunt eū. 47. Vnus autē quidā de circūstantibus educē gladiū percussit seruū summi sacerdotis: & amputauit illi auriculā. 48. & respondens Iesus, ait illis: Tāquā ad latronē existis cum gladiis, & lignis cōprehendere me? 49. quotidie erā apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleātur Scripturæ. 50. Tunc discipuli eius relinquētes eum, omnes fugerūt. Adolescens autē quidā sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. 52. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. 53. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem & conuenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores. 54. Petrus autem

autem à longe secutus est eum vsque intro in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignē, & calefaciebat se. 55. Summi vero sacerdotes, & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inuenebant. 56. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant. 57. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebāt aduersus eum, dicentes: 58. Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo. 59. Et nec sic erat conueniens testimonium illorum. 60. Et exurgens summus sacerdos in medium interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi obiciuntur ab hac? 61. Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti? 62. Iesus autē dixit illi: Ego sum. & videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. 63. Summus autem sacerdos scindēs vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? 64. Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. 65. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eū cædere, & dicere ei: Prophetiza: & ministri alapis eū cædebant. 66. Et cū esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: 67. Et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. 68. At ille negauit, dicens: Neq; scio, neque noui quid dicis. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. 69. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circūstantibus: Quia hic ex illis est. 70. At ille iterum negauit. Et post pusillū rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es. 71. Ille autem cœpit anathematizare, & iurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis. 72. Et statim gallus iterū cantauit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

Mat. 26 f. 3. Mat. 26 f. 14. Luc. 22. a 6. Mat 26 b. 20. Luc 22 b. 14. Ioan 13. a 21. Ps 40. a 10. Act 1. a 16. Mat 26 b. 24. 1 Cor. 11. a 24 Ioan 36 5 a Zach 13 a 7. Mat. 26 d. 36. Luc 22 d 40. Mat. 26 a. 47. Luc 22 e. 47. Ioan 18 a 3. Mat 26 f. 50. Mat. 26 f. 51. Luc 22 f. 54 Ioan 18 a 13.

CAPVT XIV.

1. ERAT autē Pascha, & azyma post biduum.] Cōiunctæ hæc legi debent: nec enim sensus est fuisse tunc Pascha, cum ea, quæ superiore ca. dicta sunt acciderunt: azymum vero post biduū fuerūt fuisse: sed vtrumque & Pascha, & azyma fuisse futura post biduum. Eodē enim non solū die, sed etiam momento vtrūq; inchoabatur, vt apud Matt. c. 26. 2. disputauimus. Acciderunt, quæ superiore c. dicta sunt, die hebdomadis tertio, qui Martis appellatur: die vero Iouis post solis occasū Pascha, & azymum fuit. vt multis verbis probauimus in Matthæo: eo enim die sub vesperum egressus Christus è templo, & vrbe Hierosolymitana Bethaniam rediit, vt singulis noctibus facere solebat. Vide, quæ supra diximus c. 11. 19. Quæ omnia apud Matthæū c. 26. copiosè à nobis disputata, & explicata sunt. Prætermisit Marc. multa ad doctrinam, mores, & pertinentia, quæ die illo hebdomadis tertio, quasi appropinquante morte cyenæum quidam canens Christus disseruit, quæ à Matth. eo toto 25. capite narrantur. Omnia, quę sequuntur vsq; ad ver. 11. apud Matt. c. 26. exposita sunt.

C

D

11. *Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo.*] Quis ille fuerit adolescens, non solum definire temerarium, sed etiam quærere minimum curiosum dicerem, nisi bonos viderem Auctores vtrumq; fecisse. Epiphan. hær. 78. & Hiero. aut quicunque alius est Auctor in comment. in Ps. 37. Iacobum fuisse fratrem Domini cognomento iustum existimant, eamque sententiam Theophylactus hoc loco, & aliorum fuisse dicit, & ipse probabilem iudicat. Tenuissima, vt mihi videtur, coniectura Epiphanius, & Theophylactus adducti sunt, quod Iacobus ille sacerdotali prognatus genere lineis vteretur. Nam vt omittam sacerdotale genus, quod nescio, quam cæteris argumentis probari possit, non fuisse vtique sacerdos sola indutus sindone, quod & contra consuetudinem, & contra honestatem fuisset. Neque video quomodo hæc opinio cum altera eiusdem Epiphanii opinione cohæreat. Docet enim eodem loco Iacobū illum Domini fratrem omnium, qui fratres Domini vocati sunt, maximum fuisse natu: qua igitur ratione à Marco adolescens vocari potuit? Abi Ioannem fuisse Euangelistam: quia adolescens tunc fuisse creditur, & ex longo, quo postea vixit tempore, non difficile probatur. In hac sententia Chrysostomus est in comment. in Psal. 15. & Ambros. in Psal. 36. & Gregor. lib. 14. Mor. ca. 24. & Beda hunc locum edisserens, vt Scholasticæ auctor historiæ, solo, vt opinor ætatis argumento: quo quemlibet eorum, qui id tempus eisdem erant ætatis credere possumus fuisse. At ex eōdē profectō nō est Ioannem sola tectum fuisse sindone: minus etiā credendum relicta sindone fugisse eum, qui tā libere Christum secutus, & in domum summi Sacerdotis ingressus admum. etiam Petro dicitur præbuisse Ioannis 18. 15. 16. Elias Cretensis in comment. in orationem Greg. N. 2. 11. contra Arianos, vtramque sententiam pariter refert, pariter probat. Theoph. in comment. huius loci aliquem ex ea domo, vbi Christus ea nocte cœnauerat, fuisse credit. Quod etsi satis probari non potest, tamen eo ipso probabilius est, quod non potest vllis argumentis refutari. Quisquis fuerit adolescentem aliquem Christi studiosum fuisse ea sendum est, qui audito tumulti, & Christum esse suspicans, qui vinctus duceretur, cuius rei aliquem forte rumorem insudiuerat cum iam in lecto esset, exiluerit, & arrepta sindone, qua se regeret, procurrerit in publicū, ne vestiendo se morā faceret. Quod Christi studiosus fuerit, duo sunt argumenta, alterū, quod Marcus signate dixisse videatur illum non turbam militum, sed Christum secutum fuisse; alterum, quod milites eum quasi Christi sectatorem, deinde eumque prehendere voluerint. Quo autem animo Christum secutus fuerit, compertum esse non potest: sed tamen cum eum Christi studiosum fuisse constat, est vero simile aut illum defendere, si posset, aut exitum saltem rei, si non posset, videre voluisse.

Amictus sindone super nudo.] Sola vestitus sindone super nudum corpus coniecta. Sindon autem non erat, vt opinor, linteum, quemadmodum vulgus existimat, nullam vestis habens formam, quod Italice, & Gallice *sin Zelam*, quasi linteolum, Hispanice *sauana*, Punico, vt arbitror nomine vocatur, sed erat genus vestis, quamus lineæ tamen calidæ, & id vel ex hoc loco intelligitur, vbi iuuenis ille dicitur fuisse *vestitus sindone amictus*, & ex Pollute qui *vestimentis sindonicis* vocat, & ex poeta illo, qui dixit.

Quid sindi.

Mantile lib. 4. Epigr. 19.

Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres,
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

taque apparet indumentum fuisse aliquod simile pellicee vesti, quo hominer aduersus vim frigoris vterentur, quales sunt, quas Hispani *chamarras* appellent, aut *lernios*, id est Hibernicas vestes, quibus in Hispania solæ mulieres, in multis Galliæ partibus, & in Hibernia toto viri inferioris conditionis inmagnis frigoribus vtuntur, habent autem magis pallii, aut tegetis, quam vestis speciem. Ea igitur arrepta in subito casu, perrom, vt totum tegeret corpus, partim pellendi frigoris causa: quia, vt ait Ioannes c.18. *frigus erat*, iuuenis ille ad tumultū accurrit.

Et *tenuerunt eum.*] Apprehenderunt vestē, vt simul eum Christo tanquam eius sectatorem ducerent: aut tenere conati sunt: neque enim tenuerūt, cum aufugerit, vt verbum non efficitum, sed affectum, conatumque declaret, vt multis alijs in locis adnotauimus.

52. *At ille relicta sindone nudus profugit ab eis.*] Ita Hieron. etiam & ferè legunt, & sic Græce *καταλιπὼν τὴν σινδόνα* legitur, id est, *relicta sindone*. Sindonem reliquit, aut quia sindone à nimbus tenebatur, & fugere, nisi ea in ipsorum manibus relicta, non potuerat, quem admodum fecit Ioseph pallio à lasciua illa muliere prehensus Genes. 39. 12. aut quia cū conarentur eū apprehendere sindonem, quo expedimor fugeret, abiecerit. Charitatis erat, quod Christum sequebatur, infirmitatis vero fuit, quod eo deserto profugerit, vt ait Beda. *Quisquis vero fuit, maiorē in se quā in cæteris amorem Domini permansisse comprobat, qui illuiā fugientibus: ipse donec ab hostibus capitibi cæderetur, vincula charitatis affectūs cum proſequi non omisit. Quamuis nō dum perfectā habuerit charitatē, qui de inimicis Saluatoris vel tantū fugere potuerit.* Cætera placent; illud tantum dicere non ausim adolescētem illum maiorem, quam Apostolos charitatem habuisse. Videtur hanc historiā ideo narrasse Marc. vt quanta militum licentia, & sæuitia fuisset, declararet, qui non solum in Christum, sed in eos etiam, qui ipsum sequerētur, voluerint suā exercere crudelitatem.

61. *Rursum summus sacerdos interrogabat eum.*] Adiuratis eū *per Deum viuum*, vt ait Mat. c. 26. 63. Cum enim humana inter se testimonia non cōueniunt, nec ad condemnandum Christum etiam iniquo iudici satis idonea esse videretur, ad diuinum cōfugit & iureiuran-o compellere conatur Christū aliquid, quod morte dignum videatur, confiteri, nec interregar, an populum turbaret, an falsa docuerit, ac re ipsa fuerit mutatus exeo dum, sed an esset filius Dei, quod se iebat ipsum non negaturū. Cumq; se esse responder, nō quærit, an ita ſit, sed auncipata sententia condemnat quasi blasphemum tanquam nō de iure, sed de facto solo dubitaretur.

CAPVT XV.

Mat. 27. a. 1. Luc. 22. 5. 66. Io. 18. a. 28. Mat. 17. b. 21. Luc. 22. d. 6 Ioan. 18. f. 33

ET *confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cū senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vinientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato* 2. *Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis* 3 *Et accusabant eū summi sacerdotes in multis* 4. *Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant.* 5. *Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus.* 6 *Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis, quemcunq; petissent.* 7. *Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cū seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.* 8. *Et cum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis* 9. *Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittā vobis regem Iudæorum?* 10. *Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.* 11. *Pontifices autem concitauerunt turbas, vt magis Barabbam dimitteret eis.* 12. *Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?* 13. *At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum.* 14. *Pilatus verò dicebat illis: Quid enim malefecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.* 15. *Pilatus autē volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum: vt crucifigeretur.* 16. *Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totā cohortē* 17. *& induunt eū purpura, & imponunt ei plectentes spineā coronā.* 18. *Et cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum.* 19. *Et percutiebant caput eius arundine, & conſuebant eū, & ponentes genua, adorabant eum* 20. *Et postquā illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eū vestimentis suis: & eduxerunt illū vt crucifigerent eū.* 21. *Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius* 22. *Et perduxerunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatū Caluariæ locus:* 23 *Et dabant ei bibere myrratum vinum: & non accepit.* 24. *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret* 25. *Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum.* 26 *Et erat titulus causæ eius inscriptus: REX IVDAEORVM. Et cum eo crucifixerunt duos latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris eius.* 28. *Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cū iniquis reputatus est.* 29. *Et prætereuntes blasphemabant eū, mouentes capita sua, & dicentes: Vah quī destruis templū Dei, & in tribus diebus reædificas.* 30. *Saluū fac temetipsum descendens de cruce.* 31. *Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cū Scribis dicebāt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū facere.*

Isa. 53. d. 12. Ioan. 2. d. 19

Psal. 21. a. 1. Mat. 27. a. 46.

32. *Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus. Et qui cū eo crucifixi erāt, ò-nutiabātur ei.* 33. *Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt per totā terrā vsq; in horam nonam* 34. *Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eloi, Eloi lamma sabachthani: quod est interpretatū: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* 35. *Et quidā de circūstantibus audientes dicebant: Ecce Eliam vocat* 36 *Currens autē vnus, & implens spongiā aceto circumponensq; calamo, potabat eum, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendū eū.* 37. *Iesus autē emissa voce magna expirauit* 38 *Et velū templi scissum est in duo, a summo vsq; deorsum.* 39 *Videns autē Centurio, quia ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius Dei erat.* 40 *Erāt autē & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome.* 41. *Quæ cum esset in Galilæa, sequebātur eū, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymā.* 42. *Et cum iā sero esset factū* Mat. 27. 57. Luc. 23. 50. Ioan. 19. 38.

(quia erat parasceue, quod est ante sabbatum) 43. *Venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.* 44. *Pilatus autē mirabatur si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset.* 45. *Et cum cognouisset a centurione, donauit corpus Ioseph.* 46 *Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum involuit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum, de petra, & aduoluit lapidem ad ostiū monumenti.* 47. *Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.*

IN CAPVT XV.

1. ET *confestim mane.*] Vtrumiq; hoc verbum eo pertinet, vt indicet Euāgelista, quāta vti fuerint Principes sacerdotum, Scribæ, & Pharisæi diligentia, vt Christum condemnarent. Porronihil, in toto hoc c. est, quod non sit in capit. Matthæi 27. copiosè, distincteq; explicatum.

CAPVT XVI.

ET cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. 2. *Et valde mane vna sabbatorū, veniunt ad monumentum, orto iam sole.* 3. *Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* 4 *Et respicientes viderunt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus valde.* 5. *Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.* 6. *Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, nō est hic, ecce locus vbi posuerunt eum.* 7. *Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* 8. *At illa exeuntes, fugerunt de monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor, & nemini quidquam dixerunt: timebāt enim* 9. *Surgens autem mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene, de qua ejecerat septem dæmonia* 10. *Illa vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant, lugentibus, & flentibus.* 11. *Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt.* 12. *Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam.* 13. *& illi euntes, nunciauerunt cæteris: nec illis crediderunt.* 14. *Nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum & durritiam cordis: quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.* 15. *Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euāgelium omni creaturæ.* 16 *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* 17. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis.* 18. *Serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.* 19. *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei* 20. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.*

Mat. 28. a. 1. Luc. 23. b. 24. in 16. f. 19. & 19. a. 1 Mat. 27. d. 28. Ioan. 20. a. 2

Mat. 17. d. 23. Luc. 23. d. 26 Mat. 27. d. 31. Luc. 23. f. 33 Ioan. 19. d. 17

Mat. 28. f. 2. Luc. 24. a. 2. Ioan. 20. a. 1. Mat. 28. a. 2. Luc. 24. a. 4. Ioan. 20. c. 12.

Sup. 14. c. 28. Ioa. 20. d. 16.

Luc. 24. b. 13.

Act. 16. d. 18. 20. a. 9. & 10. 5. 46.

Act. 22. a. 1.

Luc. 24. f. 51.

IN CAP. XVI.

1. ET *cum transisset sabbatum.*] Vehementer miror vnum ex omni antiquitate Hier. quæst. 3. ad Hedibiam meminisse totum hoc caput Marci in multis codicibus nō reperiri, & à nōnullis de eo auctorib. dubitari. Magis etiam miror non maiore Hieronymū studio eius auctoritatem asseruisse, cū nulla prorsus coniectura sit vlla ex parte probabilis, fuisse ad Marci Euangelium adiectum. Nam q; nōnulli repugnantiam quæ inter Marcum hoc loco, & Matthæū cap. 28. videntur esse, causam putant eiusmodi suspicioni præbuisse, absurda prorsus est ratio. Isto enim modo & vltimum caput Lucæ, & penultimum Ioannis inducere debebremus, maior enim inter illos, & Matthæum, quam inter Matthæum & Marcum apparet repugnantia; dubitare igitur de huius capitis auctoritate non licet, præsertim Concilio Tridentino non solum libros omnes, quos nunc habemus in canone, sed singulorum etiam librorum singulas partes approbante. Neque quisquam antiquus, & Catholicus scriptor est, qui huius capitis, tanquam veræ, legitimæque scripturæ testimonijs vti recusauerit. Visus est Iren. li. 3. aduersus hæreses c. 11. & quidem ita visus, vt aperte dixerit hunc Euangelij finem, qui est ver. 19. Et *Dominus quidē Iesus postquā locutus est eis, assumptus est in cælum*, & principiū illud capitis. 1. versu 1. *Initium Euangelii Iesu Christi*, ab eodem Marco fuisse conscriptum.

Et cum transisset sabbatum.] Id est, simul atq; sabbatū transiit, statim post solis occasum, quo sabbathi festum terminabatur. Nā cū summo statim mane diei sequentis ad sepulchrum eum aromatibus venerint, vt dicitur versu 2. & Lucæ 24. 1. & Ioannis 20. 1. Et non potuerint multa nocte aut tanto mane aromata emere, necesse est, vt emerint die sabbati post solis occasum transacto iam festo, cum emere aut vendere licebat. Id etiam non obscure colligitur ex Luc. c. 23. 56 *Et venientes parauerunt aromata & vnguenta sabbato quidē siluerunt secundum mandatum.* Q; in etiam ex hoc ipso loco colligitur, nō enim quasi de eodem, sed quasi de diuerso Marcus tempore loquitur, cum prius dicit mulieres, cum transiisset sabbatum, aromata emisse, vt venientes vngerent Iesum: & cum ver. 3. nouā inchoans sententiam dicit, *Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum*, quasi vesperi aromata emerint, mane ad monumētum venerint. Quæ scribit Marcus vsque ad ver. 12. apud Matth. capi. 28. explicata sunt.

12. *Post hæc autem duobus ex his ambulantibus.*] Hoc à Matthæo scriptum non est, à Luca vero c. 23 13. copiosius scribitur, quam à Marco: quare apud Lucam potius, quam hoc loco explicandum est, vbi & Euthymii refellemus opinionem, qui alios hos fuisse discipulos, quam duos illos, de quibus Lucas scribit, existimat.

14. *Nouissime.*] Sunt qui existimāt Mar. hoc loco agere de die, quo Christus videntibus Apostolis in cœlum ascendit, in quibus Augustē. est lib. 3. de consensu Euangelistarum c. 25. & Gregor. hom. in Eu-

angelis 29. & Beda hunc locum exponens, ideoq; Marcum dicere nouissime. Hanc opinionem apud Matthæum capite 28. refutauimus, & Augustinus ipse non satis firmus in ea fuit, neque Græce est ἔσχατον postremo, sed ὕστερον, posteà, vt Hieron. vertit libro 2. contra Pelagian. Alii, vt Euthym. hoc loco, existimant hoc eodem die, quo Christus resurrexerat, contigisse. Hæc enim esse apparitionē illam, de qua Ioannes scribit capit. 20. vers. 19. Duos enim discipulos, de quibus versu 12. 13. dictum est, ad Apostolos venisse, illisque nuntiasse se Christum vidisse, eos vero non credidisse, tunc venisse Christū & incredulitatē illis exprobrasse. Hęc opinio ideo vera esse nō potest, qa falsa nititur basi, hos duos discipulos alios fuisse, quam, de quibus c. 24. 13. Luc. agit. Posset quidem discipuli etiamsi iidem hi, atque illi fuerint, vtrum illi prius, an Christus ad discipulos veterint. Nam Lucas c. 24. 33. 34. ita videtur loqui, vt indicet prius duos illos discipulos venisse, quam Christum. Sed de ea quæstione eo à prop. Lucam loco disputabimus.

Recumbentibus illo vndecim apparuit.] Hieronymus libro 2. contra Pelagianos scribit totam hanc periodum, & aliam quandam, quam nunc in nostris libris non habemus, in quibusdam exemplaribus maxime Græcis reperiri, quasi non in omnibus, sed in paucis quibusdam reperiretur. *In quibusdam*, inquit *exemplaribus, & maxime in Græcis codicibus tanta Marcum in fine libri Euangelii scribitur, Postea cum accubuisset vndecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem, & duritiam cordis eorum, quia his qui viderant eum resurgentem non crediderunt. Cyrilli satisfaciēdū fuerit, quæ non sunt per inmundos spiritus veram Dei apprehendi virtutē, vtcirco iam nunc tenela iustitiam tuam.* Admirabile plane est, atque diuinum Ecclesiæ iudicium, quæ priorem huius periodi partem retinuit, posteriorem reiecit; nemo enim est in literis sacris exercitatus, qui non facile odoretur priorem esse legitimam, posteriorem notam atque adiectitiam, quæque veterem Manichęorum, aut Montanistaru errorem oleat. Neque Lucas nec Ioannes narrant recubuisse discipulos, cum illis Christus apparuit, & sunt, qui existiment non fuisse ad mensam, cum multa iam esset nox, & Græcum verbum ἀνακειμένοις interpretentur cōsidentibus, quibus quis hęreticī fūr, etiāsi multo probabiliora dicerent, minime crederem. Recumbebant igitur ad mensam, neque enim alio sensu id in scriptura verbum legi memini, nec videtur sine ratione Marcus id exprimere voluisse, quod lente aliquot, & parum ad rem pertinens videripoterat; fortasse, vt indicaret eo Christum venisse tempore, quo tempore, quia cœnabant, omnes simul erant: aut, vt cum peratum inuenisset cibum, coram discipulis sumeret, & suam illis resurrectionem edendo, bibendoque probaret, vt Petrus argumentatur Actorum 10. 41. Nam quod hæreticorum adducit interpres dixisse Christum, cum adhuc discipuli hæsitarent, *habetis hic aliquid, quod manducetur* Luc. c. 24. 41. & Ioannis 21. 5. 12. nō animaduertit aliam illam fuisse apparitionem, quā illic Lucas narrat, nempe illam, qua Christus eodem quo resurrexit die, postquam duobus illis discipulis euntibus in Emaus visus fuerat, rediens Ierosolymam apparuit, cum Thomas non adesset Ioannis 20. 19. 24. certum huius sententiæ argumentum est, quod in secunda apparitione, quæ octauo post die contigit, discipuli non dubitarunt assueti iam Christum videre, in illa autem apparitione, quam scribit Lucas, non solum viso, sed ostendente etiam manus suas Christo, vt idem Lucas testatur, dubitauerunt. Itaque non potest hæc, & alia, quæ apud Lucā est, eadē esse apparitio. Vndecim discipulos fuisse dicit, quia Iudas deerat, qui se iam laqueo suspenderat, aut certe cum Apostolis post traditum Christum non versabatur. De qua re Matthæi 27. 5. & 28. 16. disputauimus. Thomas vero, qui ante dies octo cum discipulis non erat, cum se illis Christus ostenderat, nunc erat; ideoque erant vndecim Ioannis vigesimo, vigesimo sexto. Scio Diuum Augustinum libro tertio de consensu Euangelistarum cap. 25. & in Commentariis Bedam existimare decem tantum fuisse discipulos qui propterea vndecim appellentur, quia totus tunc Apostolorum numerus mortuo iam Iuda vndecim erat, & quamuis vnus abesset Thomas, maiorem tamen numeri eius partem totius nomen numeri retinuisse. Non inficior potuisse maiorem partem numeri totius numeri nomen vindicare, tamen non arbitror esse necessarium ad eas angustias rem adducere, quia cum Euthymio, & aliis nonnullis interpretibus probabilius esse credo vere vndecim tunc congregatos fuisse discipulos, cum hæc apparitio illa fuerit, quæ octauo post resurrectionem die facta fuit præsente iam Thoma, Ioannis 20. 26. 27. vt paulo ante demonstrauimus.

Et exprobrauit incredulitatem eorum.] Quo modo tunc exprobrauit, cum iam ante credidissent? Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum ca. 25. & Gregorius homil. 29. in Euangelia, & Beda hūc locum explicant, quia existimant hoc accidisse, quo die Christus in cœlum assumptus est, respondent non propterea tunc incredulitatem illis exprobrauisse, quod tunc nō crederent, sed *quoniam* vt verbis vtar Augustini, *Iam erat ab eis ascensurus in cœlum, hos ei illo die maxime exprobrare voluisse, quia his qui viderant eum surrexisse, non crediderāt, antequā ipse eum viderent; cum vtiq; post ascensionem suam prædicantibus illa Euangelium etiam gentes, quod non viderant, fuerant credituræ. Post illam quippe exprobrationem secutus ait idem Marcus* ver. 5. *& dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ; qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Hoc ergo prædicaturi, quoniam qui non crediderit, condemnabitur, cum id vtique non crederent, quod non viderat nouneipsi primitus fuerāt obiurgandi, quod antequam Dominum vidissent non crediderunt eis, quibus prius apparuisset?* Euthy. vero, qui duos illos discipulos, quibus Mar. ver. 12. Christum apparuisse dicit, alios, quam duos illos, de quibus scribit Lu. c. 24. 13. fuisse dicit, putat propterea exprobrasse discipulorum incredulitatem Christum, quod his duobus discipulis se eum vidisse affirmantibus, nō crediderint: ideoque solū Marcum exprobratam narrasse incredulitatem, q̄ eorum duorum discipulorum solus meminisset. Hanc opinionem supra ver. 12. refellimus, & apud Luc. pluribus sumus verbis refutaturi. Quod igitur ad huius loci quæstionem attinet, syllepsim esse credo, qua discipulorum incredulitas reprehēsa fuisse dicitur, quia vnius discipuli Thomæ incredulitas reprehensa est, vt apparet ex Ioan. c. 20. 27. 29. de qua figura videre lector poterit, quæ in Matthæum, scripsimus c. 26 8.

Quia his, qui viderant.] Id est Mariæ Magdalenę, & cæteris mulieribus, quæ Christum primæ viderant, discipulisque nunciauerant Matthæi 28. 8. 9. & supra vers. 9. 10. 11. & Lucæ 24. 9. 10. & Ioannis vigesimo, secundo, & Petro, & Ioanni, qui idem viderāt, atque nunciauerant Ioannis 20. 4. & duob⁹ illis discipulis, quib⁹ in Emaus cūtibus apparuit Luc. 24. 35. vt August. libr. 3. de consensu Euangelistarum ca. 25. & Euthymius exponunt. Si ea, quæ ante de reprehensa discipulorum incredulitate diximus, vera sunt: hæc etiam mihi videntur per syllepsim intelligenda esse, & solius Thomæ hoc loco incredulitatem reprehendi, quod reliquis decem Apostolis se Christum vidisse cōfirmantibus, postquam

postquam ad eos decem congregatos venerat, Ioannis 20. 19. credere noluerat.

Et dixit eis.] Non tunc cum illis recumbentibus apparuit, & eorum exprobrauit incredulitatem; sed postea, cum in monte Galilææ esset, Matthæi 28. 16. 17. 18.

Euntes in mundum vniuersum.] Sunt qui existiment iussos esse Apostolos à Christo vniuersum terrarum orbem peragrare, quod minime mihi videtur esse probabile. Sciebat enim Christus id eos facere non posse, & non est credendum, quod facere non poterant, illis præcepisse. Deinde quod hic præcipitur, non solum cunctis, sed singulis etiam Apostolis præceptum est, singulos autem totum terrarum orbem peragrare non potuisse, opinor, nemo dubitabit. Docuit etiam eventus non ita fuisse hoc præceptum intelligendum, vt aut singuli, aut simul cuncti vniuersum terrarum orbem obirent, neque enim id reipsa præstiterunt, cum non solum Origenes tractatu in Matthæum 28. sed D. etiam Augustinus epistola 80. ne ætate quidem sua, id est, quadringentis post Christum annis, non dico ab Apostolis, sed ne ab vllo quidem Christiano doctore ex tam multis Apostolorum successoribus multis in locis Euangelium prædicatum fuisse docuerant. Quod nostra memoria experientia compertum est, multis longa & inutilata nauigatione patefactus terris, in quibus nulla notitia, nulla memoria erat Euangelij: itaque quod ad Romanos 10. 18. scribit D. Paulus, *sed dico numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, per hyperbolen de his tantum gentibus, de quibus Apostolus loquebatur, id est, de Asianis, & Europæis intelligendum est. Quod cum ita sit, dicendum non est id Christum Apostolis præcepisse, quod eos non fecisse constat. Tantum ergo voluit Christus terminos ad illud vsque tempus legi, Euangelioq; præfixos reuellere, & non alios Euangelii, quam orbis terrarum fines ponere. Nam & lex intra Iudæam terminabatur, *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*, Psalm. 75. 2. & ante cum ad prædicandum Euangelium Christus misisset Apostolos, extra Iudæam excedere vetuerat Matthæi 10. 5. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis.* Hos nunc remouet terminos, & exiguis regni Iudæorum angustiis totius orbis amplitudinem opponit, quasi dicat; *euntes* non iam in Iudæam solum, vt prius, sed *in mundum vniuersum prædicate.* Rupta enim est iam per mortem, & resurrectionem meam legis macerię, quæ intra Iudææ fines continebatur Ephes. 2. 14. experti iam sumus, quantum apud Iudæos profecerimus; auferatur igitur ab illis regnum Dei, & detur gentibus facientibus fructum eius, Matthæi 21. 43. Ergo hæc verba etsi affirmatione constent, non tam per affirmationem, quam per negationem intelligenda sunt, quasi dicat Christus. Ite quocunque volueritis, quocunque potueritis, vt Euangelium longe lateque diffundatis, nullos iam vobis locorum fines præscribo.

Prædicate Euangelium omni creaturæ.] Hæc Apostolicæ legationis materia est, vt prædicent Euangelium. Omnem creaturam hominem intelligi, dubitari non potest, neque enim, vt ait Gregorius homilia in Euangelista: 26. & libro 7. in Iob cap. 8. & Beda in huius loci commentariis, *Euangelium, vel insensatis rebus, vel brutis animalibus fuerat prædicandum.* Quanquam ratio, quam hi duo afferunt Auctores, nescio an satis sit congrua, quod homo omnem in se quodammodo creaturam contineat. Malim dicere attributionem esse, qua nomen generis vni tantum speciei accommodatur, sicut Hispani solos infantes creaturas vocant. Melius idem Gregorius libro quinto in librum 1. Regum capite 14. & Beda notauerunt propterea homines hoc loco creaturas vocatos esse, vt nemo excipi à tam generali vocabulo posset intelligi. Itaque *omne* creatura pro generatione, aut gente posita videtur. Nam quod Marcus dicit, *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, Matthæus capite vigesimo octauo, decimonono, dicit, *Docete omnes gentes.* Opponit ergo omnem creaturam, id est, omnes gentes vni Iudæorum genti, alludens ad id quod dixerat Matthæi 10. 5. *In viam gentium ne abieritis*, quasi edictum illud rescindat.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.] Prætermittit Marcus, quod Matthæus dicit, *Baptizātes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Cur baptismum cum doctrina fidei coniungat, illo apud Matthæum loco differemus. Est baptismus quasi publica fidei professio, *& ore fit confessio ad salutem*, Rom. 10. 10. Proponit credentibus, & baptizatis præmium, non credēribus supplicium, vt eos magis alliget: id autem Apostolis dicit, vt aliis prædicent, quo eos facilius ad Euangelium trahant. Mirum, quam multæ hæreses ex his paucis verbis natæ sint. Primum solam fidem ad salutem satis esse, quando sola hic à Christo exigi videatur. Nouorum quidem hæreticorū, sed non nouus error. Nam & Irenæus Marcionitas in eo fuisse indicat, & Tertullianus, aut eosdē, aut alios quos hæreticos, qui idem dixerint, notat: & Augustinus ad eam hæresin opprimendam totū de side, & operibus librum scripsit. Qui error, præterquam quod est tam absurdus, vt refelli disputādo non debeat: tota scriptura sacra, quāta est, proprie vero 1. & epist. Iacobi penitus refutatur, vbi & nos sumus, si vtiam Dominus, otiumq; concesserit, refutaturi. Secundo non posse quemquam, nisi ætate iam adulta, & disciplinæ capace baptizari, cum baptizati tantum, qui crediderint, iubeantur, & infantes, qui doceri non possunt, nec credere possint; *fides enim ex auditu, auditus autem per verbum CHRISTI*, Roman. 10. 17. In qua hæresi non solum nunc Anabaptistæ omnes sunt, sed & nonnulli olim Catholici, Tertullianus in libro de baptismo, & Nicetas in commentariis in orationem Gregorij Nazianzeni in sanctum baptisma non long ab ea abfuerunt, vt in Matthæo cap. 28. 19. diximus, vbi & hunc errorem satis refutauimus. Tertio baptismum non esse ad salutem necessarium, quod Caluiniani ex sequentibus verbis colligunt, ita cum dicat Christus, *qui vero non crediderit, condemnabitur*, nō addit alterum membrum, & qui baptizatus non fuerit quod vt adderetur, & orationis consequentia postulare, & auditoris aures expectare videbantur. Et hic antiquus est error; nequenim eam ingeniosi isti sunt, quam videri volunt. Non inuenerunt ipsi hæreses suas, sed ab aliis olim hæreticis inuentas, & ab Ecclesia damnatas renouarunt. Hic *ergo* (inquit Tertullianus in libro de baptismo hunc locum tractans) *sceleratissimi illi prouerbii quæstionis. Adeo dicunt, baptismus non est necessarius, cui non fides satis est.* Non ergo propterea Christus eundem membrum non repetiit, quod baptismus ad salutem necessarius non esset. Quibus enim verbis eius necessitas clarius doceri potuit, quā quibus Ioannis 3. 5. Christus dixit, *nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire regnum Dei?* Non agitur, inquam illi, de baptismo. Vbi igitur agitur? aut vnde illi contra alios hæreticos Anabaptistas probare possunt debere infantes baptizari? sed hunc secundum errorem illide baptismo non agi, quia in illo hæret loco, ill refellemus. Fingamus tantum dixisse Christum, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, eque secundam sententiæ partem addidisse, quis pn videret non solum fidei, sed etiam baptismi salutem tribui cum pariter

A
Vtrum Euangelium per totum terrarum orbem ab Apostolis prædicatum sit.
B
C
Loco citato.
D
E
Caluinus in hunc locum.
Syllepsis notanda.
Sola fides ad salutem non sufficit.
Baptismus necessarius contra Caluinistas.

riter idem, & eodem modo de vtroque dicatur, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit?* Adde quod non dixit, Qui crediderit, & qui baptizatus fuerit, saluus erit, quod si dixisset; videri poterat significasse alterutrum, aut fidem solam, aut baptismum solum ad salutem satis esse, quia per disiunctionem dictum intelligi poterat. sed dixit, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit*: quod cum per disiunctionem intelligi non possit, vtrumq; adeo ad salutem necessarium esse significatur, vt si alterum, siue fides, siue baptismus desit, nemo saluus esse possit. Cum ergo verba sequentia nihil prioribus detrahant, non potest ea esse ratio, cur Christus secundum membrum non repetiuerit, quod baptismus non esset necessarius. Nam si in priore sententiæ parte baptismus salutis causa esse dicitur, & in posteriori defectus baptismi condemnationis causa esse significabitur. Cum idem Christus dicit Matthæi 19. 17. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, recte colligitur eum, qui mandata non seruauerit, ad vitam ingredi non posse, ergo & cum dicit, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, recte colligetur, ergo qui non crediderit, vel baptizatus non fuerit, condemnabitur. Certe D. Petrus prima epistola capite 3. 21. non magis nos nunc sine baptismate indicat saluos esse posse, quam olim tempore diluuij extra arcam. Noe quisquam potuit esse superstes. Et vero quid attinebat Eunuchum illum Regiæ Candacis tam propere vix leuiter in curru institutum baptizari, simul atque aqua inuenta est, si baptismus ad salutem necessarius non erat, Actor. 8. 36? nonne poterat expectare tantisper, vt honestiore loco, commodiore tempore baptismum acciperet? Quid custos ille carceris vna nocte a Paulo, & Barnaba cum tota familia institutus continuo baptizatus est, quasi de ipsius vita, saluteque ageretur, si in tempus aliud baptismum differret? Actor. 16. 33. Quæ ergo fuit causa, si ea non fuit, quare Christus secundum membrum non repetiuit? Aliquam certe fuisse credendum est, sed cum ea, vt probauimus, causa non fuerit alia quæ reddi. Quidam hanc reddunt, quod etsi vtrumque & fides, & baptismus necessarium est, magis tamen necessaria fides, quam baptismus, quia nunquam omnino sine fide quisquam saluus esse potest; quia, vt ait D. Paulus Hebræorum 11. 6. *sine fide impossibile est placere Deo*: sine baptismo autem aliquando potest: pura si credens, & baptizari cupiens, baptizari non potuit, si antequam baptizetur. pro Christo vitam effundat. *Maiorem enim dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Ita Algerus respondet lib. 3. de sacramento capit. 3. & D. Bernardus epistola 77. vera quidem sunt ista, sed non facile mihi persuadere possum eo spectasse Christum. Id si talia dixisset, efficacitate, si de martyrio, aut de Spiritus sancti efficacitate, id est, si de baptismo, vt vocant Pœnitentiæ, aut flaminis, non de baptismi aquæ necessitate loqueretur, vt ea ratione ostenderet tantum martyrij, tantam Spiritus sancti esse virtutem, vt is etiam, qui baptizari non posset aqua, sola martyrio, & sola Spiritus sancti caritate in cordibus nostris effusa salutem consequeretur. Nus autem cum de necessitate baptismi agat, exaggerare eam debuit, non eliminuere. Alii, quia fides latè genus, baptismus, quasi species est, & sub eo genere speciem tolli necesse est, satis fuisse dicunt, *qui non crediderit*, quia qui non credit, non baptizatur, cum fides præcedat, baptismus sequatur. Verum id quidem, sed tamen quid si quis credat, & non baptizetur, quid illi futurum est? id enim dictu necessarium erat, & tamen dictum non est. Credo igitur ego, idque magis asseuerarem, meliorem, quam me Auctorem haberem, ne fuisse præter missum, vt putatur, secundum illi membrum. Et qui baptizatus non fuerit. Nam licet verbis expressum non sit, sensu tamen est, quia cum paulo ante baptismus vna cum fide coniunctus fuerit; & cum negatione fidei negatio baptismi *simul* est intelligenda. Qui non crediderit, & baptizatus non fuerit, condemnabitur. Solet quæri, quomodo ista tam generalis sententia vera sit, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit*. cum multi, quos crediderint, & baptizati fuerint, condemnentur. Negant id quidem hæretici Calministæ, qui putant neminem, qui veram fidem habeat, damnari posse, sed hæc hæresis partim est iam paulo ante à nobis refutata, cum docuimus non solam fidem, sed etiam baptismum ad salutem esse necessarium, & ad Roman. 4. magis refutauimus. Nunc ponamus quod verum est, multos & vere credentes, & rite baptizatos sæpe damnari. Legat de hac re caute Gregorium homilia in Euangelia vigesimanona, & Bedam in commentariis ad hunc locum, quisquis errare non volet. *Fortasse*, inquit Gregorius, *vnusquisque apud semetipsum dicat, Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera enim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, quod de quibusdam falsis fidebus Paulus dicit, Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Hinc Ioannes ait, *qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Quod cum ita sit, fidei nostræ veritatem in vita nostra conuersatione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus.* Quibus verbis non significant, veram fidem non habere, qui opera non habet; sed mortuam habere, vt Iacobus ait, inutilem, ad salutem haud multo magis conducentem, quam fidem dæmonum, qui *credunt, & contremiscunt*. Itaque veram fidem hi auctores vocant non eam, quæ, si naturam spectes, fides vera est: sed eam, quę non solum vera, sed fructuosa etiam est, tunc enim efficaciter credimus, cum fides in nobis per caritatem operatur. Tenenda igitur hoc loco illa, quam multis locis tradidimus, regula est. Generales sententias plerunque esse subintellectis, si non exprimantur, certis quibusdam conditionibus intelligendas. *Omnis*, inquit Ioel capite secundo, trigesimo secundo, *qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit*, cum dicat Christus Matthæi 7. 21. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum.* Dicit rursus Christus eodem capite vers. 8. *Omnis qui petit, accipiet*, dicit Iacobus c. 4. 3. *Petitis, & non accipitis.* Reddit causam, *Eo*, inquit, *quod male petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis.* Vnde colligimus generales illas promissiones ita intelligendas, *Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit*, si reliqua, quæ debet, faciat, id est, non stabit per Dominum, aut per eius nomen, quod ad saluandum satis est per se potens, quo minus saluus sit. Et *omnis, qui petit, accipit*, intelligendum esse, si bene petat, vt Iacobus Apostolus interpretatur, id est, nunquam per Deum, sed per ipsum stat, quo minus accipiat, quia aut iniusta, aut iusta iniuste petit. Ad eundem modum, quod hoc loco Christus dicit, intelligendum, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*; non solum si vere, sed etiam si bene crediderit, ac baptizatus fuerit. Bene autem credit, & baptizatus est, qui opera, quæ fides ab eo, & baptismus exigit, facit; atque hoc est, quod paulo ante citatus D. Gregorius dicere voluit. *Tunc*, inquit, *veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus complemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus, atque omnibus pompis abrenuntiare promisimus.* Eodem modo interpretatur Diuus Augustinus sermone 11. de verbis Domini secundum Matthæum, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, non vtique intelligimus eo modo credentem, quo & dæmones credunt, & contremiscunt, nec in eo numero baptizatos*

Ioan. 15. 13.

Locus Gregorii & Bedæ explicatus.

Psal. 140. 4.

ad Tit. 1. 16. 1. Epist. 2. 2.

Quomodo Christianis potestas data miracula.

Cap. 2. 17. 18.

ad Gal. 5. 6. Regula scripturæ animaduertenda.

baptizatos in qua Simon Magus baptizari potuit, sed A *saluus esse non potuit; sed quosdam intuebatur in ea similes fide constitutos, qua Apostolo discrepante per dilectionem operatur.* Similiter exponit Euthym.

17. *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur.*] Non possum melius huius loci difficultatem indicare, quam positis verbis D. Bernardi sermone primo de Ascensione, *Nec minor*, inquit, *fortasse videbitur ipsis quoque infidelibus ex hoc verbo prouenire desperatio, quam ex verbo priore vana spes data fidelibus ostensa videretur. Quis enim ex ea, quæ in præsenti loco scripta sunt, signa videtur habere credulitatem sine qua nemo potest saluari, quoniam qui non crediderit, condemnabitur? Et sine fide impossibile est placere Deo:* Respondet B eodem loco Bernardus, *Nec difficile arbitror nosse, quem ad modum intelligi signa possint præsentia, vt sint indubitata signa credulitatis, ac per hoc & salutis. Primum enim opus fidei per dilectionem operantis cor ab cupiditate est, in qua sine dubio eiiciuntur dæmonia, cum eradicantur e corde peccata. Exinde qui in Christum credunt linguis loquuntur nouis, cum tam recedunt vetera de ore eorum, vel de sæculo vetusta prolapsorum lingua loquuntur declinantium in verba multiloqua ad excusandas excusationes in peccatis.* Vere ista dicta sunt, sed dubium non est Christum non de istis loqui linguis. Ergo quemadmodum superiorem illam generalem eq; sententiam, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, adhibitis certis conditionibus intelligendam esse dicebamus: sic etiam hæc non absolute, & vniuerse, sed cum nonnullis interpretationibus intelligenda est. Exaurem sunt quinq; Prima C est hic non de actu faciendi miracula, sed de potestate agi. Certum enim est non omnes qui crediderunt, & baptizati sunt, re ipsa miracula fecisse, omnes tamen illis fidem initio facere potuisse vero simile est. Credidit certe Ioannes Baptista, & quamuis scriptura non dicat, tamen baptizatus, sicut & Apostoli fuisse creditur, *signum tamen fecit nullum.* Ioan. 10. 41 Secunda est non esse hoc necessario de singulis hominibus intelligendum. Cum enim hoc donum faciendi miracula non propter priuatam cuiusq; sed propter communem Ecclesiæ vtilitatem concessum fuerit, valde vero simile est non singulis Christianis fuisse datum, sed his tantum, à quibus conueniebat ad propagandam, & stabiliendam fidem hæc fieri miracula. Quid enim necesse erat, vt singulæ etiam mulierculæ miracula facerent, cum id aliis vtile non esset, ipsis vero perniciosum esse posset. Tertia est non de omni D tempore, sed de eo tantum hoc est intelligendum, quo ad eum finem propter quem ea potestas concedebatur, id est, ad fidei propagationem, confirmationemque erant miracula necessaria, fuerunt autem necessaria, antequam fides propagata fatis, & roborata esset, vt recte Gregorius homilia 29. & Beda respondent. *Nunquid nam fratres mei, quæ ista signa non facitis, maxime credituri sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Vt enim ad fidem credentes multitudo crederetur, miraculis fuerat nutrienda, quia & nos, cum arbusta plantaremus, tamdiu eis aquam infundimus, donec ea in terra tam radicibus viderimus, quam semel radicem fecerint, irrigatio cessabit.* Simile quoddam in libro de vera religione cap. 25. scribit Au- E gustinus. *Cum enim Ecclesia Catholica per totum orbem diffusa, atque fundata sit, nec miracula illa in nostra tempora dari se permissa sunt, ne animus semper visibilia quæreret, & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit.* & libro de vtilitate credendi contra Manich. capit. 16. *Facta igitur sunt illa miracula opportuni temporis, vt res multitudine credentium congregata, atque propagata, in ipsos mores vitæ conuertendos audiretur.* Neque vero existimandum est tam in credentibus omnino facientibus miraculorum extinctam esse potestatem, vt nullus verbis de hac quæstione differens libro

22. de ciuitate Dei cap. 8. multis D. Augustin. probat exemplis. Quot ibi, quot sermone 7. de sanctis in Episcopatu suo, quot se etiam spectante, atque inspectante ad sancti Stephani Protomartyris reliquias duorum annorum spatio narrat facta esse miracula? Quartæ est, non esse hoc ita intelligendū, quasi quicunque dono isto faciendi miracula à Deo ornatus est, ista omnia, aut faciat, aut facere possit, quæ hic à Christo credentes consequutura commemorantur, sed ita vt alia alij facere possint, ita Apostolo Paulo interpretante 1. Corinth. 12. 4. *Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus & diuisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus & diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem, alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alii vero scientiæ secundum eundem spiritum; alteri fides in eodem spiritu; alii gratia sanitatum in vno spiritu; alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii generа linguarum, alii interpretatio sermonum.* Viguit quidem initio tantopere miraculorum vsus, vt rari admodum Christiani essent, qui omnia non facerent. Duo maxime fere omnibus communia erant, alterum loqui linguis, vt apparet Actorum 2. 4. & 10. 46. & 19. 6. Quamquam etiam tunc linguarum donum proprium fuisse quorundam docet Diuus Paulus 1. ad Corinth. 12. 10. & 14. 2. 4. 5. alterum dæmones eiicere, vt ex Iustin. Tertulliano, & Lactantio alibi docuimus. Quinta est hoc ipsum, quod exposuimus miraculorum donum non itidem, vt quisque credebat, atque baptizabatur, fuisse consecutum; per impositionem enim manuum, id est, per Confirmationem, qua Spiritus sanctus essum debatur potius, quam per baptismum id recipiebat. Exemplum est Actorum 19. 6. Quæ ex aperte significabant baptismum per Confirmationem quodammodo perfici, quod à Pontifice quodam Romano dictum non imputanter solum, sed etiam indocte * hæretici rident.

19. Et *Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis.*] Hæc non itidem acciderunt post superiorem Christi apparitionem vers. 14. vt D. Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum cap. 25. & Gregor. homil. 29. in Euangelia, & Beda videntur existimare, de quorum opinione supra ver. 14. disseruimus; sed acciderunt triginta duobus diebus post. Nam apparitio illa, vt diximus, facta fuerat octauo post resurrectionem die Ioan. 20. 26. versatus autem est cum Apostolis Christus post resurrectionem dies quadraginta Act. 1. 3. Deinde apparitio illa facta est Ierosolym. vt scribit Ioan. 21. 20. 26 postea discipuli ierunt in Galilæam in montem, in quem præmiserat eos Christus, Matt. 28. 16 Iterum vero redit eum discipulis in Iudæam, quia voluerat eos Ierosolymæ Spiritus sancti aduentum expectare, indeque ordiri Euangelij prædicationem Lucæ 24. 49. & Actor. 1. 4. Quadragesimo autem post resurrectionem die *eduxit eos foras in Bethaniā in montem elineti, atq; in cœlum cernentibus illis euectus est*, Lucæ 24. 50. & Actor. 1. 11. Quæ omnia, quia ex interis sacris colliguntur Auctore alio non est opus; monuit tamen hoc ipsum Euthym. *Postquam locutus est*, inquit, *non hæc solum, sed & omnia verba, quæ quæ ea locutus est, a die resurrectionis sua donec completi sunt quæ dragesima die, in qui ei apparebat discipulis, & eorum conuersabatur cum eis.*

Assumptus est in cœlum.] Assumptus dicitur, non quasi non sua ipse virtute in cœlum ascenderit; sed sicut dicitur ex mortuis à Patre suscitatus, Actor. 2. 24. & 3. 15 & 4. 10. & 5. 30. & 10. 40. & 13. 30. 34. 37. & 17. 31. & Roman. 4. 24. & 8. 11. & 10. 9. & 1. Corinth. 15. 15. & 2. Corinth. 4. 14. & ad Galat. 1. 1. & ad Colossens. 2. 12. quamuis ipse se cum suscitauerit, *etsi crucifixus est ex infirmitate,*

Confirmationis sacramentum. S. Vrbanus 1. epist. 2. ad omnes fideles. Melchiades epist. ad Episc. Hispaniæ decretal. 1. dist. 5. Calixtus 1. epist. 2. 9.

rate, sed viuis ex virtute Dei, 2. Cor. 13. 4. & mortificatum quidem carne, viuificatus autem spiritu, 1. Petri 3. 18. Quemadmodum ergo suscitatus à Patre per attributionem dicitur, quia suscitare mortuos magnæ potentiæ est, & potentia Patri tribuitur; ita & assumptus scilicet à Patre per eadem attributionem dicitur. Quo autem modo assumptus in cœlū fuerit, fusius explicat Luc. Actor. 1. 4. 9. vbi & nos copiosius simus, si Deus voluerit, explicaturi. Hic de sola ad dexteram Patris sessione de qua solus scribit Marcus, dicendum est.

Et sedet à dextris Dei.] Quomodo Christus ad dexteram Dei sedeat, Cyrillus Catechel. 14. inexplicabilem putat esse quæstionem. Tria sunt, in quibus difficultas tota consistit, quid si sedere, quia ad dexteram Dei; qua ratione, tanquam Deus, an tanquam homo ad dexteram Patris sedere dicatur Christus. Ridiculi nonnulli ex nouis hæreticis sunt, qui sedere hoc loco certum quēdam humani corporis positum significare putant. Non enim sedere in cœlo dicitur Christus propter habitum corporis, quem si spectemus stare magis credi derim, quā sedere: non solum quia stantem Stephanus se vidisse dicit tum, cum indicare vellet se eum eodem prorsus, quo erat habitu, conspexisse, Act. 7. 55. 56. sed etiam quia stare perfecti, atq; valentis: sedere, aut iacere infirmi, languidi, aut falsi est; neq; enim nisi aut quiescendi, aut cibi, somniue capiendi, aut alius necessitatis causa sedemus, iacemusue. Stare naturalis homini habitus est, qualem & in Christo, & in sanctis omnibus esse probabile videtur. Quid ergo is: Christo in cœlo sedere, aptissime explicat D. Paulus 1. Cor. 15. 25. Nam quod Dauid Psal. 109. 1. dixerat, *sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; ipse dixit, *Oportet eū regnare, donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius.* Sedere igitur regnare est, Ecclesiamq; gubernare eadem phrasi, qua dicere solemus Gregorium XIII. nunc Romæ sedere. Sic Sedulius Poeta interpretatus est.

Aetherea cuncta obit sublimis in aula,
Et dextram sibi ipse Patris, mundumq; gubernat.

Credo tamen nō solum Christi regnum, sed quietem etiam significari, quali post longum huius vitæ laborem post passionem, post pugnam sedere, ac quiescere, quali rex in suo throno dicatur alta frui pace. Id multis scriptura locis indicat, in quibus Christi passioni, atq; laboribus sessionem opponit Matth. 26. 64. Marc. 14. 62. Luc. 22. 69. Actor. 2. 34. 36. & 5. 30. 31. Rom. 8. 34. Ephes. 1. 20. Hebr. 1. 13. & 12. 2. *Respicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atq; in dextera sedet Dei sedet.* Habeo huius interpretationis Auctorem Ambr. serm. 60. *Secundum*, inquit, *consuetudinem nostram illi confessim offertur, qui aliquo opere profecit victor aduenienti honoris gratia præmeretur vt sederet. Ita ergo & homo Iesus Christus passione sua diabolum superans, resurrectione sua inferna referans, tanquam perfecto opere ad cœlos victor adueniens, audit a Patre, sede ad dexteram meam.*

Dextera autem Dei, quid significet, maior est quæstio. Quidam in cœlo locum dextræ nomine designari putant, quod nonnulli ex huius temporis hæreticis faciunt, audiendi non sunt quia adeo sunt absurdi, vt ab aliis eiusdem sectæ paulo doctioribus hæreticis irrideantur. Neque enim Pater dexteram, sinistramue manum habet, sed totus vbique est. Itaque & cum Christus in terris esset, vt certe est in Eucharistia, & vt fuit cum à Paulo visus est Actor. 9. 4. 5. ad dexteram etiam sedet Patris; nam & ad iudicium ad dexteram Dei sedens venturus dicitur supra cap. 14. 62. & Matth. 26. 64. quod fieri non posset, si certus, taxusque dexteræ nomine locus intelligeretur, & cum errorem D. Augustinus in libro de fide & symbolo capit. 7. & libro de agone Christiano c. 26. refutauit. Metaphoricè igitur dexteram sumi necesse est: sed de ea ipsa metaphora disputatur. Ariani, vt Auctor est Basilius li. de Spiritu sancto cap. 6. dexteram Patris interpretabantur supremum inter creaturas locum, quod ex Paulo ad Ephes. 1. 20. 21. probabant, *suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro*, & quod nos etiam confessuri eum illo dicamur ad Ephes. 2. 6. Cæterum perspicuum est D. Pauli testimonium ad Hebr. 1. 13. vbi Christum angelis tanquam creatorem creaturis opponens, *Ad quem*, inquit, *angelorum dixit aliquando, sede à dextris meis?* Omnium fere veterum Auctorum opinio est per dexteram Patris gloriæ, honoris, maiestatis, potentiæ, rerumque omnium æqualitatem designari. Athanas. orat. 2. contra Arian. Basilii libro de Spiritu sancto cap. 6. Augustin. libr. de agone Christi ca. 26. & lib. de fide & symbolo c. 7. à qua sententia nolim temere discedere. Cæterum valde meus in eam opinionem animus inclinat, vt existimem, per dexteram non solum æqualitatem, sed quandam etiam æqualitate maius significari, non quod filius quidquam maius, quam Pater habeat; scio enim omnibus rebus æquales esse; sed quod maiorem præse, si officij functionem consideremus, dignitatem ferat, cum ad dexteram, id est regali in sede sit Ecclesiam inde gubernans, donec Pater ponat inimicos eius scabellum pedum eius: sicut in iudicio non habebit quidem re ipsa maiorem, quam Pater honorem, non maiorem potestatem, sed maiorem tamen ostendet, ac præse feret; quia ipse nō Pater iudicis officium visibiliter exercebit: *Omne enim iudicium Pater dedit filio*, Ioann. 5. 22. Mouetor consuetudine loquendi, vnde sine dubio metaphora illa ad dexteram Patris sedendi traducta est. Cum tres simul sedent omnium more gentium, qui honoratissimus est, sedet in medio. Cum autem sedent duo, qui honoratior est, sedet ad dexteram. Exemplum est lib. 3. Regum c. 2. 19. vbi cum Bethsabee mater Salomonis Regis eum inuiseret, iussit Salomon ad dexteram suam alterum poni thronum, in eoq; sedere matrem, vt eam superiorem agnosceret. Animaduerto autem in literis sacris nusquam Spiritum sanctum, sed solum Patrē, & Filium dici sedere, quod sedere, vt dixi, gubernare sit, & non Spiritus sanctus, sed Pater, & Filius dicuntur gubernare: gubernare, inquam, extrinsecus; nam intrinsecus quidem animos hominum regere Spiritus sancti propium est. Cum ergo solus Pater, & Filius sedeant, & Filius ad dexteram Patris sedere dicatur, significatur honoratiore quodam modo esse loco, non quod re ipsa maior sit, sed quod cum Regis officium exerceat, maiorem præse ferat dignitatem. Cæterum neque ipse hanc sententiam viris præsertim doctis repugnantibus tueri velim; neq; lectorem mea ductum auctoritate sequi, cum neminem, qui id docuit, Auctorem inueniam, & qui neget inueniam Ambros. ser. 6. sciam. & D. Athan. etiam Spiritum sanctum ad dexteram Patris se collocare: proponere tantum volui, & in medio relinquere ab aliis me doctioribus mulcandam. Tertia quæstionis pars nihilo magis est facilis. Nam si Christus qui Deus est, ad Patris dexteram, id est æqualitatem sedere dicitur, antequam in cœlum ascenderet, sedebat, quia æqualis erat: si qua homini ne posit ascensionem qui dem sedet, quia æqualis Patri esse nō potest. Quod si propter vnionem cum diuinitate, quam vocant hypostaticam, ad Dei æqualitatem homo ille cuius esse dicitur, ante ascensionem cuius erat, quia ante erat vnitus. Hanc ob causam Cyrill. Catechesi

Christus & beati in isto sunt potestate, quam sedent.

Quid sit Christū ad dextrā Patris sedere.

Lib. 1. Carmin.

Quid intelligendum per Dei dextrā, ad quam Christus sedet.

Christus ad dexterā Patris, vt homo, sedet.

chesi 14. hanc quæstionem incomprehensibilem esse dixit. Ac ille quid tandem non vt hominem, sed vt Deum ad Patris dexteram sedere putat, semperq; sedisse, nec, cur prius nunquam ante sedere dicatur, rationem vllam reddit. Sic etiam Athan. orat. 2. contra Arian. Basil. lib. de Spiritu sancto c. 6. Damasc. lib. 4. cap. 2. Cyrl. Alexand. Alius hominem sedere dicunt. Epiphan. in Ancor. & Ambros. lib. 2. de fide ca. 4. Verumque mihi videtur verum esse; nam cum sedere proprium corporis sit, non dubium, quin Christus ratione corporis, humanæq; naturæ sedere ad dexteram dicatur Patris; non quod vere sedeat, vt paulo supra docuimus, sed quod ea metaphora, qua sedere dicitur, à corpore sit sumpta. Rursus cum sedere ad dexteram Patris sit æqualem cum illo gloriam, æqualem habere maiestatem, & eam gloriæ, maiestatisq; æqualitatē, nisi propter hypostaticam cum diuinitate coniunctionem corpus nō habeat, sit vt propter diuinam naturam, qua patri æqualis est, sedere ad eius dexteram dicatur Christus. Humana natura dat Christo, vt sedeat: diuina, vt ad dexteram sedeat. Cur ergo antequam ad cœlum ascenderet, sedere ad dexteram Patris non dicebatur; cum iam esset humana diuinæ coniuncta naturæ; & diuina æqualem cum Patre gloriam haberet? Primum quia ita Christo volente nōdum eius humana natura glorificata erat. Deinde quia Christus ipse, vt Deus, etsi æqualem cum Patre habebat maiestatem, extrinsecus tamen non ostendebat, adhuc vermis, & non homo, adhuc formam gerens serui, adhuc laborum, adhuc patiens, adhuc pugnans; & non sedebat, dum pugnatur. Stantem enim, vt ille dixit, mori oportet imperatorem. Sedetur post pugnam; sedetur post victoriam: sedet, qui triumphat; sedet, qui regnat. Non prætermittendum, quod Irenæus lib. 3. c. 11. obseruauit, propterea Mercum de sessione Christi ad dexteram Patris egisse ab aliis Euangelistis prætermissa, vt ostenderet impletam in eo fuisse Dauidis prophetiam Psal. 109. 1. Dixit *Dominus Domino meo, sede à dextris meis.*

Psal. 109. 1.

Phædr. 2. 7.

Vestigia rum ex 109. Psal. in hac re facta.

20. *Illi autem profecti prædicauerunt.*] Non statim, sed decem post diebus, cum Spiritus sanctus in eos effusus est. Sic enim illis Christus præceperat Luc. 24. 49. & Actor. 1. 4. sed quia Marcus narrauerat, quomodo Christus iussisset e. 16. in mundum vniuersum vers. 15. Voluit docere ita Apostolos fecisse, quemadmodum à Christo iussi fuerant, vt Gregor. hom. in Euangel 29. & Beda in commentariis adnotarunt.

Prædicauerunt vbique.] Id est non solum inter Iudæos sed etiam inter Gentiles, vbicunq; potuerūt, nulla iam vllius loci, vllius nationis habita ratione; vide supra versu 15.

Libros deNegant Caluinistæ, & Lutherani nos cum Deo vtrumq; cooperari, atqui scriptura non solum nos Dei 1. Cor. 3. 9. sed quod multo maius est Deum nostri eo adiutorem, & cooperatorem esse docet. Nos cū scriptura loquimur, cum scriptura sentimus: hæretici, qui nouo sensu noua vtuntur lingua, barbari nobis sunt.

Domino cooperante.] Conatus eorum adiuuante.

Et sermones confirmante sequentibus signis.] Efficiēdo, vt miracula per eos fierent, quibus Euangelicū verbum, quod prædicauerant, confirmaretur. Facit Marcus Deum miraculorum Auctorem, quia etsi Apostoli ea vere faciebant, tamen ea potestas non illis à natura, sed singulari à Deo dono cōcessa erat: ideo autem hoc videtur Euangelista dixisse, vt ostenderet vera fuisse, quæ Christus promiserat, ver. 17. cap. 6. 7. vt Gregorius homil. 29. in Euangelia, & Beda obseruarunt. *Quid in hac*, inquit Gregorius, *considerandum est, quid memoriæ commendandum nisi quod præceptum ob audientia, obedientiam vera signa sequuta sunt.*

FINIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX.

LOCORVM SCRIPTVRAE

QVÆ IN COMMENTARIIS IN MATthæum & Marcum exponuntur.

GENESIS.

cap.1. vers.28. Crescite, & multiplicamini. 503.d
2.24. Relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori. 385.c
Et erunt duo in carne vna. ibid.c
2.22. Ædificauit Dominus costam, quam tulerat. ibid.c
4.24. Septuplum vltio dabitur de Cain. 379.c
21.12. In Isaac vocabitur tibi semen. 105.c
22.17. & 24.60. Possidebit semen tuum portas. 336.c
32.10. In baculo meo transiui Iordanem. 223.d
48.16. Angelus qui eruit me de cunctis malis. 576.c
49.10. Non auferetur sceptrum de Iuda. 421.c

EXODI.

23.4. Si occurreris boui inimici tui. 115.b
30.13. Dabit omnis, qui transit ad nomen. dimidium sicli. 361.c

NVMEROR.

11.29. Quis tribuat, vt omnis populus prophetet. 778.d
14.22. Tentauerunt me iam per decem vices. 502.c
24.17. Orietur stella ex Iacob. 48.c

DEVTERONOM.

5.11. Non assumes nomen Dei tui. 125.c
24.1. Si acceperit homo vxorem. 387.b
32.8. Constituit terminos populorũ. 370.d

IVDIC.

6.23. Pax tecum, ne timeas. 224.a
13.7. Erit enim puer Nazareus Dei. 604.c

I. REGVM.

21.2. Pueris meis condixi in illum locum. 254.c
25.32. Benedictus dominus Deus Israel. 298.b

II. REGVM.

7.14. Ego ero illi in patrem. 55.c
16.10. Quid mihi, & vobis filij Saruiæ. 711.d.

III. REGVM.

11.10. Non est gens, aut regnum, quo non miserit. 615.b

IV. REGVM.

5.11. Putabam, quod egrederetur ad me. 761.c

IOB.

15.6. Condemnabit te os tuum, & non ego. 266.c
39.33. Vbicunque cadauer fuerit, statim adest. 491.c

PSALMOR.

2.6 Ego autem constitutus sum Rex ab eo. 611.c
8.3. Perfecisti laudem propter inimicos. 443.c
14.3. Qui non egit dolum in lingua sua. 263.c
16.15. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. 455.b
17.46. Filij alieni mentiti sunt mihi. 266.c. 769.a
21.1. Longe à salute mea verba delictorum. 646.b
21.8. Et mouerunt caput. 633.b
22.5. Parasti in cõspectu meo mensã. 339.d
23.4. Qui nõ accepit in vano animã. 124.d.
26.4. Vnam petij à Domino, hanc requiram. 431.b
33.11. Inquirentes Dominum non minuẽtur. 136.a
34.13. Et oratio mea in sinu meo conuertetur. 224.c
40.1. Beatus qui intelligit super egenum. 280.b
50.6. Tibi soli peccaui. 373.d
62.7. In matutinis meditabor in te. 709.c
68.22. Dederunt in escam meam fel. 631.d
70.20. Et conuersus viuificasti me. 345.d
76.8. Non apponet, vt cõplacitor sit. 82.a
77.57. Conuersi sunt in arcũ prauũ. 270.d
79.9. Vineã de Ægypto transtulisti. 447.c.
84.7. Deus tu conuersus vinificabis nos. 345.c
88.49. Et non videbit mortem. 348.a
102.18. Misericordia Domini ab æterno. 135.c
103.30. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. 87.c
103.3. Qui ponis nubẽ ascensum tuũ. 335.c
109.1. Dixit Dominus domino meo. 466.c
109.1. Donec ponam inimicos tuos scabellum. 690.c. & 696.d
111.9. Iustitia eius manet in æculum. 133.c
117.22. Lapidem, quẽ reprobauerunt. 450.a
122.1. Qui habitas in cœlis. 141.b
125.1. In conuertendo Dominus captiuitatem. 350.c
143.7. Et de manu filiorũ alienorum. 769.a
148.14. Populo appropinquanti tibi. 316.b

PROVERB.

11.22. Circulus aureus in naribus suis. 163.d
24.16. Septies in die cadet iustus. 379.c
30.19. Tria sunt difficilia mihi. 58.a

ECCLESIASTÆ.

10.2 Cor sapientis in dextera eius. 515.b

CANT. CANTICORVM.

2.10. Columba mea, formosa mea. 80.d

SAPIENTIÆ.

4.13. Consummatus in breui impleuit tẽpora. 418.b
10.13. Venditum iustum non dereliquit. 695.c

ECCLESIASTICI.

48.10. Qui inscriptus est in iudicijs. 356.d

ISAIÆ.

1.26. Vocabitis ciuitas iusti. 37.b
6.9. Audite audientes, & nolite intelligere. 278.b
6.10. Excæca cor populi huius, & aures aggraua. 278.d
7.9. Nisi credideritis, non intelligetis *secundum* LXX. 739.c
7.10. Pete tibi signum à Domino. 58.c
7.14. Vocabitur nomen eius Emmanuel. 57.c
9.6. Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis. ibid.
11.1 Egredietur virga de radice Iesse. 60.d
13.9. Ecce dies Domini veniet crudelis. 491.a
22.22. Et dabo clauem domus Dauid super humerum. 339.d
24.23. Erubescet luna, & confundetur sol. 491.c
29.13. Populus hic labijs me honorat. 55.c. 316.b

33 3. Præparata est ab heri Tophet. 119 d
40 3. Vox clamantis in deserto. 63.c
40. 9. Super montem excelsum ascende. 98.c
41 3. Arundinem quassatam non confringet. 258 b
53.4 Ipse infirmitates nostras accepit. 187 b
55. 11. Verbum meum non reuertetur ad me. 224 d
61 1. Ad annuntiandum pauperibus misit me. 236.c
61 11 Dicite filiæ Sion, ecce saluator. 436.c
66.12. Vermis eorum non morietur. 780.c

HIEREMIÆ.

2.18. Quid tibi vis in vijs Ægypti. 210.b
7.4 Templum Domini est. 794.c
7.13 Locutus sum advos mane consurgens. 411.c
12.7 Reliqui domum meam. 497.c
21 30 Scribe virum istum sterilem. 22.c
25.6. Vocabunt eum, Dominus iustus noster. 37.c

EZECHIELIS.

15. 2. Quid fiet de ligno vitis ex omnibus. 106.a
29.21. Tibi dabo apertũ os in medio. 99.b

DANIELIS.

7.14. Dedit ei potestatẽ & honorem. 791.a
9.27 Et erit in templo abominatio desolationis, 488.a
10. 8. Et nõ remãsit in me fortitudo. 676.c

OSEE.

6 6. Misericordium volui, & non sacrificium. 474.c
11.1. Ex Ægypto vocaui filium meum. 51.d

IOELIS.

2.10. A facie eius contremuit terra. 492.a

MICHÆÆ.

5 2. Et tu Bethlehem terra Iuda, 50.b
6 8. Facere iudicium, & diligere misericordiam. 474.d

ZACHARIÆ.

9.9. Exulta latis filia Sion. 436.d
11. 12. Et appenderunt mercedem meam 30. argenteos. 619.d
11.10. Aspicient ad me, quem confixerunt. 617.c
13.7. Percute pastorem, & dispergentur oues. 586.c

MALACHIÆ.

1. Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit. 701.a
4 1. Ecce dies veniet succensa quasi caminus. 780.d
4 5. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam. 543.b.556.c

MATTHÆI.

10.20. Non istis vos qui loquimini. 101.e
10 27. Quod dico in tenebris, dicite in lumine. 161.c
11.12. Qui enim habet, dabitur ei. 739.d
21.25. Baptismus Ioannis ex cœlo erat. 74 c
26 41. Orate ne intretis in tẽtationẽ. 147.c

MARCI.

9 28. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur. 214.b
16.16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. 146.c

LVCÆ.

1 6 Erant iusti ambo ante Deum. 203.b
11.28 Quinimo beati qui audiunt verbum Dei. 272.d
12. 59 Donec reddas nouissimum minutum. 154 b
13.6. Arborem ficũ habebat quidam. 444.d
13.24. Oportet semper orare. 138.a
18.34. Et ipsi nihil horum intellexerunt. 424.d
23. 42. Memento mei, cum veneris in regnum. 65.c

IOANNIS.

3.18. Qui non credit, iã iudicatus est. 514.b
4. 13. Omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet 563.c
4.44. Est qui accusat vos Moyses. 412.a
6. 51. Panis, quem ego dabo, caro mea est. 563.b
7.16. Doctrina mea non est mea. 201.c
9. 4. Venit nox, quando nemo potest operari. 420.a
9. 41. Si cœci essetis non haberetis peccatum. 203.c
10. 34. Ego dixi, dij estis vos; si illos dixit Deos. 344.d
11.9 Nonne 12 sunt horæ diei. 420.c

ACT. APOSTOLORVM.

4.11. Hic est lapis, qui reprobatus est. 450.d
7.9. Et erat Deus cum eo. 695.c
13.46. Ecce conuertimur ad gentes. 163.b
15. 10. Quid tentatis Deum imponere iugum. 250.d
19. 3. In quo ergo baptizati estis? in Ioannis bap. 47.b

AD ROMANOS.

5.19 Sicut per inobedientiam vnius hominis. 423.c
7.3. Vocabitur adultera, si fuerit cum alio. 392.a
9 16. Non volentis neq; currentis. 203.c
14 8. Qui diligit proximum, legem implevit. 166.b
13.9. Non adulterabis non occides. 402.c

I. AD CORINTHIOS.

3. 8. Secundum suum laborem propriam mercedem. 272.d
3.11. Fũdamentũ aliud nemo potest. 176 a
10 1. Nolo enim vos ignorare fratres. 576.b
10.16. Calix benedictionis, cui benedicimus. 303.c
11.20 Iam non est dominicam cœnã. 555.c
11. 27. Itaque quicunque manducauerit panem hunc. 570.b
12. 3. Nemo potest dicere Iesus, nisi in Spiritu. 184.c
13.2 Si habuero omnem fidem, ita vt montes. 360.c
14.16 Si benedixeris spiritu. 557.d
15. 10. Et gratia eius in me vacua non fuit. 505.c
15. 50. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. 532.d

II. AD CORINTHIOS.

8.18. Cuius laus est in Euangelio. 3.c
9.10. Incrementa frugum nascitur. 134.a

AD PHILIPPENSES.

1.18. Siue per occasionem, siue per veritatem. 778.c

II. AD THESSALONICENSES.

2. 11. Mittet illis operationẽ erroris. 487.a

I. AD TIMOTHEVM.

5.3. Viduas honora, quæ verè vidua est. 515.b

AD HEBRÆOS.

12.8. Adulteri & non filij estis. 769.a

IACOBI.

5.12 Nolite iurare neq; per cœlum. 124.c
5.12. Sit sermo vester, est, est, non, non. 125.d
5. 14. Infirmatur quis in vobis? inducat presb. 755.c. & 756.a

I. PETRI.

4.8. Caritas operit multitudinem peccatorum. 197.c

II. PETRI.

2.22. Canis reuersus ad vomitum. 162.d

I. IOANNIS.

2.18. Nouissima hora est. 502.c
5.22. Quicquid petierimus, accipiemus ab eo. 164.a

APOCALYPSIS.

19.16 Et in femore suo scriptum, Rex Regum. 632.a
21.14 Murus ciuitatis habens fundamenta. 355.a

INDEX EORVM, QVAE IN COMMENTARIIS IN MATTHÆVM, ET MARCVM NOTATV DIGNIORA SVNT, IN QVO NVMERVS COLVMNAM, LITTERA partem columnæ indicat Quæstiones vero controuersas subiectæ his vocibus notæ indicabunt *Beza, Caluinus, Caluinista, Lutherus, Lutherani, &c.*

A.

ABBA pater, cur dictum sit, 692.a
Abel inter prophetas numeratur. 477.a
Abnegare semetipsum quid sit. 546.a
Abominatio desolationis quid sit. 487.a
Abrahæ filius cur Christus dicatur, 12.b. filius ex lapidibus susitare, 71. c. Deus cur dicatur, 463.a. sinus paradisus, 639.c similis Petrus. 354.a cum Abraham recumbere beati cur dicantur, 184.c.d. Abrahæ visitatus. 531.b
Abundare, maiorem esse. 113.c
Accipere, pro tollere. 23.a
Accusus Christo porrectum, 648.a. crucifixis cur datum. ibid.c
Adam si non peccasset, Christus nõ venisset. 204.c
Aliturare per Deum quid. 602.c. & 603.a
Admiratio quomodo in Christo, 182.b.c, cum timore. 501.d
Admirantur etiam quæ non probamus. 748.c.e
Adorare id est inclinare se, 425.c. adorabat leprosus Christum, 127. c. adorant Christum vt Deum Magi. 49 c. in præsepi. 52.c
Aduentus filij hominis iudicium, 228.a. aduentus Christi secundi signa. 423.c
Aduersarius qui sit, cui consentire oportet. 120.d
Adultera, id est degenerans, 266.c. & peccatrix, 769.a. adultera quæ pœna in veteri lege, 123. c. adulteram retinere an viro liceat. 34. a. dimittere qui liceat. 389.c
Ædificare, id est, docere. 45.b
Ægri aucerati sint à Christo animo vt corpore. 198.c
Ægyptus Iudæorum confugium in aduersis. 53.d. fabula filiorum Dei, ibid. in Ægypto quot annos manserit Christus. 54.d. visa eclipsis possessionis. 643.a.b
Æs pecuniam omnem significat. 222.b
Æstus doctrinæ apud Iudæos. 6 ibid
Æterna sunt in æternum pœna. 518.b & c
Actium tempus Venereum necessitatem dixit. 395.b
Ad agnatos deducuntur furiosi. 751.c
Agri figuli emitur. 617.d
Agnoetæ hæretici. 495.b
Agnus Paschæ quando occidendus esset. 525 c. Carnem edendam inter vesperas, 547.a. agnum flantes comedant, 548.b. quo die Christus comederit. 550.a
Alabastrum vnguenti quid sit. 537.c
Albi vestibus beatorum gloria significatur. 551.c
Alexandri Semeri de Christianis dictum. 160.b
Alieni filij qui dicantur. 769.a
Amalechita deleudi. 478.a
Ambiguus verbis vitus Christus, 211.a. ambiguitate verbi ludit, 347. c. deludit Pharisæos, 267.c
Ambitionem Apostolorum quam reprehendat Christus. 508.a
Ambrosium in plerisque Græcos sequitur, 150.a. non est auctor commentariorum in epist. ad Roma. 243.c. ad Corinth. 359. b. ad Galatas. 351.a. memoria lapsus, 350.a. de passione cantata cum verbis positum pro scita. 786.a
Ie legendum. 643.b
Ambulat supra mare Christus. 306.c
Ambulatio vitæ actiones significat. 238 c
Amen quid significat. 111.a
Amicus qui diligit mercedem habebit. 132.a
Amor diuidi non potest. 152.a
Anabaptistæ iurare non licere putant. 124.d. refutantur. 691.a
Anabaptistas convincere nequeunt Caluinistæ. 398.d
Andreas quando vocatus, 93. d. Petro prior ad Dominum. 218.d
Angariare, vnde ductum verbum. 129.c
Angelica virtus, & fortitudo. 462.c
Angelus quomodo loquitur. 236.a
Angeli duo hominibus dati, 120.c. duo cur apparuerint, 674.a. c. hominum habitu apparent, 670.c. sub iuuenili forma, ibid.d. cum Christo ad iudicium. 513.b
Angelis Dei comparati beati. 462.d
Angelorum malum an singuli habeant. 571.a
Angelorum apparitio timorem affert, 677.b. ministerio vti voluit Christus. 706.c
Angelorum ciuitates regna habent, 570. c. singuli homines habent, ibid. c. mittere proprium Dei, 403.d. mittit Christus Deus. ibid.
Angelis exules, ne fidem amitterent. 100.d
Angularis lapis Christus. 450.c
Anguli in templo Christus. 136.c
Angustiæ per portam intrandum. 166.d
Anima cuiusque sponsa Christi, 455.c. pro vita ponitur. 50.b. 152.c. plus est quam esca. ibid.a
Animæ cibus pœnitentia, id est, vita. 347.b
Animam suam inuenire. 231.c
Animarum salus præsertim concionatoribus quærenda, 76.c. tranquillitas. Cæpecratiarum, 320.d. Pharisæorum. 294.c
Annas, & Caiphas non eodem anno Pontifices. 601.a. ad Annam cur ductus Iesus. ibid.c
Antequam, quomodo in Scriptura accipiatur. 89.d
Anticipasse Christum in Paschate falsum. 523.a
Per anticipationem loquitur Lucas. 673.a
Antichristus in templo Dei sessurus, 476.d. Antichristi satellites Caluinistæ. 490.b. Antichristi tempus quale. 484.d.e
Antipas Herodes Magni filius, 293.d. filius carnifi. 294.a
Aperiri oculos quid sit. 212.a
Aperuisse oculos Christum quid sit. 98.c
Apocryphus Ieremias liber. 618.c
Apostasia omnium pessimi. 270.c
Apostoli ad prædicandum mittuntur, 753.d. aduersus Caluinistas defensi. 355 c. an cum Iuda murmurauerint, 539.c. an montes transmutarint. 360.c. an multa reliquerint. 416.a. egressi vnguenta eleo, 754.b. bona superiorum dederint, 409.c. clauis an habuerint. 339.c. contra Caluinum defenduntur. 307.c. 778.a. contra hæreticos defensi. 271.d. cur nonplures quam 12. 215.c. Ex ipsa lapides & fundamenta. 354.c. fere omnes Galilæi, 233. Apostl. id est, missi. 215.d. in transfiguratione diuinitatem an viderint. 351.c. Iudam & alios homines indicabunt. 412.b. legem seruauerunt. 112.c. Patres credentium. 217.a. Prophetæ & Scribæ dicuntur. 476.d. quando sic appellati. 2 c.a. quomodo iudicabunt. 411.c. quomodo ligarint & soluerint. 342 a. quomodo Moysen egressi sint. 352.a
Apostolorum obedientia. 729.b. efficium alij non debent vsurpare. 213.b. impatrum ac vsatores Caluinistæ. 415.a. pauperes. 301.d. sedes in iudicio quales. 411.a. vocatio varia. 93 b
Apostolus in sensu Caluinistæ. 321.c. Apostoli Caluinum stultos & impios appellat. 393. c. item stupidos & ignaros. 407.a. ex diuipulo elegit Christus. 721.c. superbos & inuidos hæreticus dicit. 777.a. quomodo elegerit Christus. 728. c. Apostolica traditio ieiunium communicare. 557.a
Apparitio Christi vltima. 688. d. Apparitiones Christi post resurrectionem. ibid.a
Approbationis iudicium. 514.b
Appropinquare Deo, Deum colere. 316.b
Aqua baptismi materia nec ossatia. 602. c. aqua & sanguis de latere Christi, 636.d. aqua manu adiutare quæ ceremonia. 826.d. aqua an salutare sint in Christi mysterio. 307.b. aqua calix mercedem meretur. 779.c. aquæ fugi da

calicem 232.b.num solidate sub pedibus Christi. 307.a. aquam benedictam in cæmeterio spargere. 191.a
Aquile ad cadauera. 439.b.c. aquile quinam similes sint. ibid.
Arabia Palestinæ ad Meridiem, & Orientē. 45.b
Arbitrij libertas asseritur, 164.c.170.d. arburiū librorum negans Lutherani. 634.e
Arbor bona bonos fructus. 265.a. Christo in Ægypto acclimata 55.a quæ bona, quæ mala. 168.d
Archelaus Herodis filius. 59.b. rex nunquam fuit. 283.c
Archisynagogi domus in qua verbe. 751.a. soli iudæi excommunicabant. 374.a.b
Areopagita vbi eclipsim viderit. 643.c.d
Arctæ regis filiæ vxor Herodis. 396.a
Argenteum idem quod siclus. 544.a. argenteus Iudæ proiectus. 616.d
Argumentum commune. 465 c.d
Ar tani communicantur. 603.b. infidelibus cæmentibus. 717.d. refutantur de Christi Deitate. 310.a. Arrianorum argumentum solutum. 869.b. error de filij deitate. 571.b.c. impugnatus refutatur. 727.d
Arriani ex at Calainus. 400.d.& Beza. 181.c
Aridam manum habens sanctus. 735.b
Arimathæa Iudææ ciuitas. 637.a
Aristobuli filia Herodias fuit. 296.a
Aristotelis minus credendū, quam Christo. 404.c.d
Arnobius in Psalmos liber falso adscriptus. 451.b
Ars nihil credendi. 366.d.e
Arundo hominem leuem denotat. 236.d. pro sceptro Christo data. 637.c. arundinem quassatam confringere. 238.
Ascendere Hebræis idem quod ire. 424.b
Asina & pullus quid designarent. 431.c. asinæ sepulturæ digni hæretici. 365.c. asino vectum cur Christum vbiq; inuexerit. 436.b. asino vectum illi solo Christus non asinus. 431.c
Assumere, idem, loqui incipere. 345.a. assumere nomen Dei in vanum quid. 124.b. assumptio, idem, segregatio. 424.e
Ex astru natum esse hominem sciri nequit. 48.d
Athanasio falsò adscripta quæst. 381.c. 419.d
Atheismus nascitur ex Calvinismo. 561.d
Auctor imperfecti operis in Matth. Arianus. 181.c. 429.a. docet de diuinitate Christi vitiati. 249.b.c
Auditu ipsius verbi vti cōciliat auctoritatē 764 c. auctoris quid sentiant scæv. pars eruditionis. 762.a. auctoritas Christi in docendo, 707.a
Audire Hebraismus est obedire. 314.c
Auditiones bellorum rumores. 484.b
Auditorum turba messis. 214.d
Auditus, idem, fama, Hebraismus. 714.c
Auxi demones in parabola. 280.d
Augusti quo anno Christus natus. 61.d
Augustinus in Donatistas Calvinistas refutat. 289.d. memoria lapsus 350.a. Augustini locus de consiliis Euangelicis. 404.e. sententia de prædestinatione. 275.d
Aures audiendi. 243.d. in aures surdi missi dæmones Christum. 783.c
Aurora, dies appellatur. 713.d
Aurum Apostolis inter dicitur. 221.c. Magorum, quasi ea re expenderit Beata Virgo. 52.b. aurum templi quid sit. 474.a
Austri regina. 269.a
De Azymo pane contra Græcos. 523.d. Azymi panes an comederentur a mundis. 525.c. an Pascha diceretur 525.b.c. Azymorum dies prima quæ. 522.a

B.

Bætica mille syluestri abundat. 67.c
Balaam posteri Magi. 48.c
Baptismata calicum, & vrceorum. 760.d
Baptismus Ioannis non idem qui Christi. 68.c 73.c. an futuri sacramentum. 71.b. fuit omne eius institutum. 445.b.c. cum diuinum probat Christus. ibid.d
Baptismum pro doctrina nusquam accipitur. 75.a duplex apud Cyrillum. 617.a. parulorum. 691.c. Marcionistarum reiectus 693.b. Paulianistarum damnatus. ibid. in nomine Christi. 693.b.
Baptismi materia necessaria aqua. 692.c. forma & materia ex traditione. 693.b. verba quamsæ lingua valent. 764.b. necessitas. 806.d
Baptista cur Ioannes cognominatus 62 c. baptizandos esse infantes non probant Calvinistæ. 368.d. baptizari hereticu decere verbum Dei. 68.c. an bene possit malus. 170.c. in nomine Patris quid sit. 693.c. baptizari cur voluerit Christus. 72. d. baptizatus qui non sit, fur dus est. 761.b
Bar-Iona filius Ioannis. 531.c
Barnabæ epistola magna auctoritate. 371.d
Beata Virgo concepta sine peccato. 204. a. contra hæreticos defenditur. 281. d. omnium beatissima 272.c. a Zacharia defensa. 477.b. Beatæ Virginis inuocatione dæmonum exitium. 214. a. soror Maria Cleophæ 279.c. Beatæ Virgini apparuit Christus post resurrectionem. 687.c. Beata Virgine mater non fuit Ioannis. 239.c
Beata vita saturitate designatur. 103.d. est regnum cælorum. 172.b. cur merces vocetur. 232.c. per communium etiam designatur. 455.a. cur hæreditas dicatur 517.a. propter laborem datur. 516.c. beati in cœlo stant, non sedent. 811.b
Beatitudo dicitur regnum patris. 513.c. in Christo cum tristitia 389.b. beatitudines aliæ octo, aliæ quatuor. 97.c
Beati angelis comparati 162.d. parentes, & impares. 113.b. supplicia damnatorum videbunt. 780.b. beati oculi qui Christum videbunt. 279.b
Beatorum gloria alijs vestibus significatur. 351.c. gloria non est æqualis. 416. d. merces inæqualis erit. 232.b. præmia inæqualia. 582.c
Beelzebub idolum Accaronitarum. 229.c
Bellum quale miserit Christus. 230.d
Benedicere an idem sit, quod gratias agere 303.a. idem quod beneficijs afficere 535 c. Euangelistis gratias agere 538.a. de verbo benedicere, contra Calvinistas. 557.b
Benedictio calicis, in Eucharistia. 205.a. maximum impositorum apud Hebræos 598.a. pro censoria tione sumitur. 558.a
Benedictionis panis formula Hebræorum. 559.c. benedictionē accipienti ab Episcopo non licet. 598.b
Benedicti Patris, idest, a Patre dilecti 515.c. benedictus qui venit in nomine Domini. 480.a
Benedicuntur à Christo parauli 391.a. benedixit cibum ter Christus. 559.a
Berengarius auctor hæresis de Eucharistia. 572.a
Bethania vbi sita 454.a. in ea fecedebat Christus. 789.a
Bethlehem quotuplex in scriptura. 42.b.c & 51.a. in ea natus David. 41.c
Bethphage quantum ab Ierosolymis distaret. 434.c
Bethsabee cur non nominata à Matthæo. 16.c
Bethsaida ciuitas Galilææ 246.c. in Galilæa Herodi subdita. 299.c. vbi sita. 767.a. vicus tetram dicitur. 768.c
Bethsaidita increduli. ibid.c.& d
Beza Arianizat. 181.c. refutatur c.1. Matth 30.c. 34.c
Beza reprehenditur de primatu Petri. 218 a. de descensu Christi ad inferos. 262.b. de asina pullo. 437.d. in versione scripturæ. 285.c. in expositione. 208.d.b.444.d.b.514.c.
Blasphemare quid sit. 605.c. blasphematur nomen Dei. 141.d
Blasphemia audita scisse vestes. 605. d. Calvinista Christo. 646.a. Spiritui non remittetur. 161.a in verbo communicosis. 202.b
Βλάσφημος & ὑβριστὴς different. 329.a
Boanerges filij Zebedæi. 710.a. boni boa loquisse lent. 265.c. non soli in Ecclesia. 283.a. boni nocent dæmones, cum corporibus non erunt. 193.c.e. à bonitate non se excludit Christus. 40
Bonorum operum merita. 425.a
Breuiarium Euangelioratio Dominica. 115.c
Breuis vita quæ sunt cum fœnore collata. 153.a

C.

Cadaueri insipsum comparat Christus 404.a
Cadere in faciem non semper eli adoratis. 554.c
Cæsarea duplex fuit. 339 c
Cæ ponitur pro cæsa. 246.b.
Caiphas & Annas non eodem anno Pontificii. 601.a
Calceamenta prohibita Apostolis. 222.d.e. portare vile ministerium. 72.a
Calces an diuersi à sandaliis. 222.c. calceos portant Indæi templum ingressuri. 72.a. calix aqua mercedem meretur. 779.d
Calix aqua frigida. 232.b. calicis quod defuerit est. 474.a
Caluaria nomen vnde. 638.a
Calumnr arrianiz at. 400.d. Apostolorum criminator. 631.a. damnat quem Christus absoluit. 777.d. Apostolos insectatur. 778.a. in Apostolos blasphemus. 393.c. contumeliosus in Apostolos 307.c. Apostolos impudenter accusat. ibid. fautor appellat. 569.c. refutatur de Solome 27.b.de magis. 45.b.de Philippo Tetrarcha. 59.c
Caluini diabolica plane expositio. 397.c. petulantia in Petrum. 508.b. procacitas in pios. 510.d. inepta argutia de ieiunio. 126.a. in Chrysostomum procacitas. 577.a
Caluini errores in dogmatibus de Dei mandatis. 465. a.b. de prædestinatione. 275. d. 417.a 555.a. de Christo super aquas ambulante. 307. a. de Christo in cruce. 646.a. moriente. 631. b. de ter adiurare Iudæ 564. c deprimatu Petri 35 c. de natalitijs Sanctorum. 267.a de reliquijs. 210. b. 510.c. de ornatu templorum. 542.b. de baptismo Ioannis. 72.c. de claui bus. 527. d. de peccatorum remissione. 776. a.b. de iustificatione. 171.c. 260.d. de meritis. 465.c. de tortorum delictis. 517.d. de ieiunio. 80. d. 328.a. de bono contentu. 396. b. de consilio. 404.a

Caluin

Caluini errores in versione Scripturæ. 331.b. 472. b. 407.b. in expositione Scripturæ, 173.c. 272. b. 389.c. 393.c. 401.c 548.c. 649.a. 777.d. in Græcis, historia & alia eiusmodi, 60.a. 221.a. 295.c. 488.a
Caluinista castum monstrum audituni, 395. a Caluinistæ maxime vitandi, 574.c. Apostolarum criminatores, 301.c. 555.c. 415.a. maxime hæretici. 384.a. sensu omni carent excepto gustu. 517.d. contra dictionis argumentum. 396. d. Antichristi merentores, 490 b.d cum ecce hic est Christus, ibid. hostes crucis, 67.a. probare non possunt baptismum parvulorum. 398.d. sola fide dæmones ejici dicit, 561.c. hypocritæ sunt, 327.e. scripturæ aduersantur, 356.a. mandata Dei impossibilia dicunt, 160 d. Sadducæis similes, 69.d.46.c. Montanistis, 540.d. Novatianis, 201.b. Iudæ proditoris, 549.b. Deo tribuunt essentia diaboli, 84.d falsi prophetæ, 167.e. in Petrū insolentes, 435.b. polygamiam introducunt, 384.c. non missa docent, 692.a. Eliam venturū non credunt, 358 a. agnos natos lupi morsuntur, 170.d
Caluinistarum argumenta contra Eucharistiam soluuntur, 575.c.d. de coniugio lese fœlæ, 395 c. fatuitas reprehenditur, 489.e. errores refutantur de iustificatione, 173.d. 197.b. ieiunio. præludia bellorum, 318. b. Euangelium quomodo fulguri simile. 491.
Caluinistarum errores refelluntur, deponenti Deo 691.e. de primatu one Dei 387.d. de prædestinatione, 153.a. de proditione Iudæ, 543.c.d. de Christi aduentu, 323.b.de Angelis custodibus, 371.b. de baptismo 16 anis, 71.d. de consilijs Euangelicis, 404.b. de castitate. 395.a. de primatu Petri, 333.a. de Eucharistia, 461.c.d. 56 c. 562.b.c. de ornatu templo rum, 541.b. de purgatorio, 264.d. de reliquijs Sanct. 210.b, 508.d de baptismi necessitate, 86.d. de claustro, 337 c. de missione Doctorum, 691. a. de diuortio. 389.a. de defecto Ioannis, 63.a. de Ecclesia immunitate. 366.a. de libero arbitr. 170. c. de remissione peccatorum, 211 b. de meritis operū 282.a. 465.c. 414.d.e. operibus supererogationis, 405.c. de ciborū delectu, 317.d. de Quadragesima, 85.c. 206.c.a. an iusti sunt vlli, 203 b. de præmijs Sanctorum, 282.a. 417.c. de traditionibus. 316.d.e
Caluinistis licet miracula facerent non credendum. 490.
Caluinistas in Donatistis refutat Augustinus. 289.d.e
Camelus per foramen acus, 408.b.a. pro remaxima ponitur. 474.c
Cananæus Simon vnde. 210.a
Canes dicti Gentiles, 314.a. canibus sanctum nō dandum. 762.c
Cantus Ecclesiasticus exemplar hymnus à Christo dictus. 585.b.c
Capere, id est, intelligere, 394.a. 397 d. capiat qui capere potest, ibid. capiēs hoc verbum non omnes. 393.c
Capharnaum sedes Euangelij, 709.a. cur ciuitas Christi, 195.c.d. in infernum descendet. 247.b
Capitalium punarum genera, 119.a. capita mouentur ab irridentibus. 634.c.d. & 635.a. per caput nostrum nō irrandum, 126.c. caput suum ungat ieiunans. 149.& 150.a
Cardines cœli in scriptura quid. 471.c
Carieth in tribu Iudæ. 220.b
Caritas omnia communia facit, 414. a. caritas inter fidem & opera, 181.a.b. ordinem suum habet, 130.b. refrigescet, 485.b.c. caro apud Hebræos pro toto homine, 336.a. caro & sanguis homines carnales, 532.c.d. caro vna quomodo vir, & mulier, 385.c.d. caro Christi salutifera, & vinifica. 177.a
Carpocratianorum μετεμψύχωσις. 120.d
Castalius reprehenditur. 375.c
Castitas virtus angelica, 462.c. cordis puritas. 104.c. castitatis donum, omnibus offertur, 304.d. contra hæreticos asseritur, 395.a.b. quid sit. 396.d
Casuum reseruatorum fundamentum. 540.a
Catelli de micis comedunt. 324.d.e
Cathedra Moysis quid sit. 469.b
Catholicos seu rudes hæretici dicunt. 660.c.d
Causa naturales & moralibus quid differant. 171.b
Cecinimus & non saltastis. 264.c
Centuplum, id est plura & melius. 413.c
Centurio Gentilis fuit, 180.d. 182.c. regnum cælorum rapuit. 242.a
Chaldæi à Deo vindicati deuorati. 220.b
Chaldæa Iudæa Septentrionalis. 43.c
Chaldaicam vocem cur retinuerit Euangelista. 764.c
Chananæa mulier Syrophœnissa, 321.d. regnum cælorum rapuit. 240.c
Chiliastæ refutantur. 413.c
Christus natus quo anno Aug. 54.b. 61.d. an cognitus à dæmonibus, 191.e. lapu cidatur, 458.a. ibi d. ei cum vt homo peccata remittit, 201.a. vt homo tributum debuit, 384.c. cur Abrahami filius dicatur, 12.b. cur Dauidis ibid. cur diuinitatem suam celarit, 344.c. pro solo prædestinatu non venit, 323. b. piscis dictus à Sibylla, 94.c. an diem iudicij ignorarit 493.a. b.& seq. humano more loquitur, 209.c. propter quos insultet venerit, 203. d.e. vt homo audiem iudicij ignoret, 495.c. habitus Deus ab Apostolis, 309.d. non venisset si Adam non peccasset, 21.e.b. an baptizarivoluerit. 76.d. Dei filius naturalis, 531.b. omnem potestatem habet vt Deus, 699.c.d. Nazaræus cur dictus, 60. d. cur filius hominis, 187.c. conceptus de Spiritu sancto dicitur per attributionē, 33. a. habitus faber, 291.c. Leuitica extribu non fuit, 26.c. primogenitus Mariæ cur dictus, 40.a. Christus nomen essentiæ, 128 vsque 131. personæ, 37.a. Sanctus Dei à dæmonibus dicitur, 712.c. Emmanuel quomodo vocatur, 37. a. an asina insederit. 437.d. Ierosolymā quo die ingressus sit, 521. c. 787.c. an præuenerit Paschæ Iudæorum. 531 a. Paschæ quo die comederit, 530. c.d. se & à patre traditus, 531.d. an vere temporalis fuerit, 621.b.c. qua hora crucifixus, 640.d. cur inter duos latrones crucifixus, 634.b. passus est feria, 6. 521.a. stante mortuus est, 3599.c. pro sua prædestinatu mortuus non est, 632.b. Christi diuinitas probatur, 178.c. 493.d. ostenditur 443.c. defenditur contra Arrianos, 727.d. an visa in transfiguratione, 351.c. Christi conditio non semper imitanda, 183.d. fratres, consobrini eius, 270.c. patria Nazareth, 291.a. caro salutifera & vinifica, 177.c. corporis partes salutiferæ, 762.c. Christum, & Christi figuram rerum verbū significat, 49.b. qui se dicit. Christū, vere se dicit, 613.a. imitari arrogantia nō est, 68.b. in Christo voluntates duæ, 592.b.

)(3 Condu-

Conducens ad verbum meritum probat, 417.c.d.e
Confessio peccatorum, 339.c. coram Ioanne, 68.c. ante baptismum olim, 68.e. Confessionis praeceptum dedit Christus, 434.d. auriculari asserto, 345.a
Confirmationis sacramentum. 810.c
Confitetur, gratias agit, 247.a. confiteri, gloriando profiteri. 230.a.b
Confundi Christum quid sit, 768.a. confundere aliquem quid sit, ibid. congregari in nomine Christi quid sit. 378.a
Coniugum fructus trigesimus. 282.c
Consentire libertas non permittenda. 284.a
Consilium pauperitatis Euangelicum, 482.c. consilia Euangelica metu non omittenda. 506.b
Consobrini Christi fratres eius. 270.d
Consolatio afflictorum, 106.a
Consuetudo peccati peccati non leuat, 119.b. consuetudinem exprimit repetitio. 171.c
Consummare ciuitates quid. 218.b.c
Continentia donum contra Caluinum. 596.b
Contractus resindunt ei, qui conditiones non seruat. 123.d
Contra me est qui non est mecum, 261.c. contrahi cum rescinditur ei, qui conditiones non seruat. 123.d
Conuenire quid significet. 32.e
Conuersio iterationem significat. 345.d.e
Conuiuia ad coenam potius quam ad prandium, 185.b. conuiuio regnum coelorum significatur, 183.c. conuiuio celebrate nuptiae. 205.c
Cophini duodecim superfuerunt. 504.d
Corbana 7 phylacium. 616.e.791.c
Cor maeret medium maris, 268.a. cor terra sepulcrum, 267.c. infernus, ibid. cor duplex pars cestitae, 304.e. de corde exeunt quae coinquinant, 321.a. corde toto diligere quid sit, 465.a. Deum quomodo diligatur. 116.b
Corozain ciuitas Galilea. 246.c
Corpus Christi quot modis accipitur, 570.c. quomodo panis, 562.c.e. & 563.a. corpora sordes Pharisei lauant non animae 465.a. corpora quae prohibita, 112.b. corpora damnatorum deponere non licet. 658.a
Correctio fraterna quibus adhibenda, 574.b. quando non adhibenda. 162.a
Cruorem pulli deserit a matre. 151.a
Cosmas Graecus auctor citatur ex m.s. 73.b
Crastinum pro futuro acceptum. 156.c
Creatura pro homine sumpta. 806.a
Creatura qui honor debeatur. 128.a
Credendi nihil ars quadam, 561.d.e. non credentes in se curat naturale est. 735.b.d
Crux Christi titulo diffixa, b. 633.c. signo filii hominis, 463.b. titulus vbi affixus, 633.a.c. supplicium vsitatum apud Romanos, 532.b. cruces in cameteriis vnde, 191.b. crucem accipere quid sit, 231.a. Christus cur gestarit, 628.c. in cruce fuit horas sex Christus, 640.d. crucifixus qua hora fuerit Christus 640.d. crucifigere iudaei non licebat, 620.d. crura frangantur crucifixis. 656.c
In cubiculo orare quid sit. 137.b
Cubitum addere corpori quid sit. 153.d
Culicem excolare quid sit. 474.e
Culpa sine paena remittitur, 264.a. culpa remissa non paena, 640.b. culpa & paena a sanctis sacerdotes. 302.b
Cur at non credentes in se Christus. 715.a
Curiositas in alienis vetita. 359.b
Cyrene vrbs in Syria. 627.e
Cyrenaeus Simon an Gentilis fuerit. ibid.
Cyrilli locus insignis de Eucharistia. 575.b

D

DAemon caecitas B. Iurighibus. 214.a
Daemon insanitas cur faciat. 357.d
Daemones an Christum cognouerint, 191.d. 712.c. an iuri quantur ante iudicii diem, 191.c. an iudicii diem nouerint, ibid. d. nocte nemo, cum nequeant corpori, 193.e. quidam ieiunio expelluntur, 361.c. an eorum confessio coacta fuerit, ibid. cur eos tacere iubeat Christus, ibid.c. quomodo Christo praecederent, 727.d. eos non solos Apostoli eiiciebant, 777.a. cur olim plures eiicerent, ibi.b. eiicere etiam mali possunt, ib. e. Magi an edocti per daemones. 47.d.e
Daemonium mutum, 215.c. non sinebat Christum loqui daemonia, 715.b. Apostolis data potestas eiiciendi daemonia. 729.a
Daemoniacus cur in sepulchris, 190.c.d. daemoniacus appellatur Ioannes. 245.
Damascenus vel auctor historia Barlaam. 501.b
Damnatorum inaequales paenae. 225.d
Damnatorum corpora non licet deponere. 658.c
Damnum repetitur iniuria remissa. 147.b
Dare sanctum canibus, 362.a.d. ad gloriam Deo verum fateri. 654.c
Dauid cur rex nominetur, 36.d. vbi natus, 41.a. Dauid ant ti qui Psalmos collegit, 99.d. infantem se dicit, 443.c. vocat Christum dominum, 466.e. an officiose mentitus sit. 254.d
Dauidis filius Christus cur dictus. 12.b
De, pro ex, vsurpat interpres vulgata. 33.d
Debitum minimum quadrans vel minutum, 321. c. cur peccata dicantur. 145.c
Decapolite vicini Gentilibus, 726.d. semigentiles erant, 748.a. damoniacus Decapolita sanatur. 748.b.c
Decem virginibus cur comparatum regnum coelorum, 499.c. & 500.a.b.c. decem talenta ad pietatis naturam non redierunt. 220.d
Decurio nobilis Ioseph. 657.e
Demolitri facies. 149.a
Denarius operariorum merces, 421.c. quid significet. ibid.b
Denarius diurnus debetur operario, 418.b. Denarii Romani valor, 461.a. apud Iudaeos eius valor. 283.b. Denarii 220.a. aureos efficiat. 301.d
Denarius numerus vniuersitatem significat, 50.b
Desertum Ioannis quale fuerit, 63.a. locus est iterationi aptus 83.c.e. ex deserto quod exit, venerandum est. 84.c.e. in deserto viuentem supra homines esse, 64.d. deserta multa in scriptura memorantur. 65.a
Desolationis abominatio quid sit. 487.a
Desperationem Christo erroneae Caluinus. 624.a
Deus anima mundi Platoni, 31.d. non oculo sed corde videtur, 105.a. quomodo toto corde diligatur, 116.a. quomodo tenet, 147.e. non est Deus mortuorum. 264.a. cur dicatur Deus Abrahae, 463.a.c. cur dicatur Deus viuus, 352.b. malignus voluntatis solam allegat, 419.a. pluraque est, quam vult. 691.b
Dei proprium cogitationes nosse. 199.a. Dei mandata non sunt impossibilia, 465.b. Dei filium, & Deum esse, idem, 509.e. Dei gloria mirabilium gloria, 361.a.b. Dei filius idem & Deus 601.b
Deo & Mammonae seruire. 152.a
Deum in omnibus rebus inuenire possumus. 49.c
Deum magis diligit, qui proximum, 266.a. Deo potius dixit patre Christi quam Dominum, 748.b
Dextra & sinistra Dei, & esse a dextris virtutis Dei. 604.e
Dialogus aliquando spiritum dicitur, 83.e. diabolus, id est, calumniator, 83.e. 84.d. 87.b. regna dare non potest, 91.b. diabolus auctor vitare iurandi, 127.d. cur Beelzebub dictus, 229.c.e. paratus ignis inferni, 518.d. quando diuinitatem Christi cognouerit. 625.c
Diabolicum interpres Caluinus, 507.c. diabolus an fuerit somnium vxoris Pilati. 625.c
Dic, id est, iube, Hebraismus. 426.b
Discere, idem quod iubere, 181.a. discere in rasa. & in corde suo, cogitare, 199.c.d. 731.e.f. a me, id est, cognominatus. 210.d
Didrachma soluit Christus, 362.c. quid sit didrachmū, & drachma. ibid.d
Dies pro tempore sumuntur Heb. 42.a. 88.c. 208. b. dies est solutus sibi ipsi, 156.c. dies a die eodem in 4. diuisus partes, 421.a. dies vnde incipiat Iudaei, 522.a.b. dies in 12. horas diuisio, 420.a. diem iudicij an nouerint daemones, 195.a.c. & eum quomodo signaret Christus, 496.a. diem naturalem quomodo Hebraei designent, 263.c
Diffamare in bonam partem acceptum, 717.a. diffamauerunt, id est, diuulgauerunt. 211.b
Digito mouere onera, 470.a. digitos missi in aures surdi Christus. 762.d
Dilatare phylacteria quid. 470.b.c
Dilecti filij vnigeniti. 81.a
Dilectionis Dei gradus varij. 116.a
Diligendum proximum quomodo, 465.c.d. diligere toto corde quid sit. ibid.b
Dimissa vxore nubere non licet. 491.a
Dimittere Mariam qui voluerit Ioseph. 34.d
Dimitti peccata quid sit. 145.b
Dionysium vbi eclipsin viderit. 643.c.d
Discerpsit daemon, id est, vexauit. 715.d
Discipuli Ioannis ad Christum, 204. c. idem inuinabant. 205.a.de Christo dubitant, 233.b. Christi discipuli a Pharisaeis cur accusati. 780.a
Discipulus super magistrum. 229.a
Discussionis iudicium. 497.a
Dues difficile in regnum coelorum intrat, 407.a. diuites cur panem a Deo petant, 144.c. diuitibus omnes dant. 276.c. isdem accessu ad iudicij patet, 657.d. diuitiae maxime remorantur a regno coelorum. 409.a
Diuidetur frumentum. 497.a
Diuinitas Christi probatur, 278.c.e. an Christus ipse probet, 532.a. eandem Christus celauit, 715.b. an ea fuerit in Transfiguratione, 551.c. diuinitas Christi contra Arianos, 727.d. quando eam cognouerit diabolus, 625.c. 727.d. diuinitatem suam cum humana operis voluit, 715.b
Diuersi ordines apud Christi. aures qui locitum, 389.a. de diuersis ampla diuisio. 379.a
Docendi potestas a Deo variis diuersa. 357.a
Doctores ad scholam mittit Christus, 202.b. Doctores Ecclesiae per seruos designati. 560.b.c
Doctrina nusquam baptismum docitur. 754
Dominica aetatis an semel tantum edita. 384.a
Dominica coena qua apud Paulum. 555.a
Dominica dies prima sabbati. 665.a
Dominum non patet vetetum in Testamento Deum. 140.a. Dominus est res, cui nimis deditus nimis, 151.d. dominum potius quem Deum se Christus dicit, 741.b. super dominum non est seruus. 229.a

Domi-

Domine, domine, dicunt falsi prophetae. 171.a
Dominus duobus seruire. 151.a
Dominum an habuerit Petrus. 186.e
Domus Dei auferuntur 51. qui abutuntur 511.a.b. domus dantur aequaliter omnibus. 387.b
Donatistae error de baptismo, 170.c. in Donatistas Calixtus refutatus Augustinus 289.d
Donec in scriptura quo sensu dicatur. 59.e. item quo modo a cipiatur. 696.b.c
Dormitet, id est inertat, 211.b. dormire quando dicatur Christus. 741.a
Drachma Atticis aequalis publicae & denario. 471.a
Duae tunicae non seruant Apostoli, 222.a. duobus dominis seruire. 151.a
Duabus vrbibus insultare, 222.a. duabus dominis seruire. 151.a
De Duobus iudicandum non est. 159.c
Duodecim filios numero fundata testamenta 217.a
Duodecim tantum nuncupat Apostoli. 216.a. duodecim sophini superfuerunt. 504.c.d. tribus iudicabuntur. 412.c
Duodenarij numeri commendatio. 217.b.c. perfectionem significat. 412.a
Dux militum tepidi, 658.d. Dux 7 duae gyrus mille hominibus praeerant. 51.c

E

ECce propinquum tempus indicat. 479.b
Edissa an posuit vitare cibus quosdam. 318 a.c. edulia tam scripturae, quam. 5.c. Christi sponsae, 245.c 499.c. mitis exspectat, 284.d. Ioannes similis, ibi. regnum Dei, 451.c. militans, in parabola vineae, 416.d. mortuos suscitare, 345.c. non congregatos tares fidei templum 93.d. non est in republica, 286. nusquam dicitur spiritus sancti, 174.c. per totum est, haeresis in angelo 248.d. quid sit non habere in mortuis, 243. c. regnum Dei in parabola, 704.b. super successores Petri fundata 340.c. visibilis est. 325.
Ecclesiae doctrina media inter errores duos 624.c. sinus qui & arbuteria, 691.c. pontus dictus Petrus, 333.b. immunitas tributo 366.a.b. pia Christus, 450.c.451.c. Ecclesiae nomine quid intelligi gentili, 171.a. absentium ex sanctorum merito, 505.d.e. stabilita super landata in fuga. 227.c. Ecclesia traditiones excommunicandi 57.b.c. Ecclesiam non videri Calvinistae a.c. 284.c
Extra Ecclesiam vix intelligitur scriptura. 402.a. Ecclesiastica traditiones humanae non sunt. 317.a. Ecclesiastici communes a tributo 364.a. Ecclesiasticis quibus adhibenda, 574.b. quando non adhibenda. 162.a
Ecnomorum pulli deserti a matre. 151.a
Cosmas Graecus auctor citatur ex m.s. 73.b
Crastinum pro futuro acceptum. 156.c
Creatur a pro homine sumpta. 806.a
Creatura qui honor debeatur. 128.a
Credendi nihil ars quadam, 561.d.e. non credentes in se curat naturale est. 735.b.d
Crux Christi titulo diffixa, b. 633.c. signo filii hominis, 463.b. titulus vbi affixus, 633.a.c. supplicium vsitatum apud Romanos, 532.b. cruces in cameteriis vnde, 191.b. crucem accipere quid sit, 231.a. Christus cur gestarit, 628.c. in cruce fuit horas sex Christus, 640.d. crucifixus qua hora fuerit Christus 640.d. crucifigere iudaei non licebat, 620.d. crura frangantur crucifixis. 656.c
In cubiculo orare quid sit. 137.b
Cubitum addere corpori quid sit. 153.d
Culicem excolare quid sit. 474.e
Culpa sine paena remittitur, 264.a. culpa remissa non paena, 640.b. culpa & paena a sanctis sacerdotes. 302.b
Cur at non credentes in se Christus. 715.a
Curiositas in alienis vetita. 359.b
Exit profit, fiat, Hebraismus. 775.a
Exhortatio libri 2. vidit Euthymius Graece, qui & nunc exstat. 19
Exit, est, non, non, 126.a. est non idem quod significat. 566.d
Exsurgentes quinam beati, 102.e. exsurgit Christus sponte. 442.a
Et pro vi Hebraismus, 360.a. comparativa pro vi. 787.d
Euangelistae consilia non sunt negligenda. 509.b. Euangelica gratia filiorum pauci, 324.a. Euangelica perfectio in quo posita, 405.e. Euangelica paupertatis gradus varij, 110.d. Euangelicae doctor sacri a, 222.a. Euangelium quomodo a Matthaeo scriptum. 390.
Euangelista qui dicatur, 3.d. Euangelista vnus partem vnam, alter alteram explicat. 337.a. Euangelista an memoria lapsi? 813.d. 50.d. non ipse verba, sed eadem sententia vtitur. 454. d. ne verba sed sensum verborum Christi exprimunt, 704.c. ordinem temporis non seruat, 162.b. 434.c. aut scripserint, & quae sequuntur, 7.c. quot sint? 5. an non plures quatuor. 6.a
Euangelistarum archetypus quatuor, 4.a. quatuor animalia figurae, 9.c. Euangelium ascendentium sapientiam, 248.a. an omnia ante praedicatum, 285.d 805.b. Hebraeum, vel Syrum, 258.c. legendum, 250.d. non praedicandum in deserto, 162.e. pro Euangelica institutis, 341.c. quando praedicari caperit, 707.a. quando a Christo auctum, 721.d. 749.a. quid sit. 3.d. quot modis accipiatur, 3.b. similes fulgori, 491.a. vetus regni. 280.c
Euangelium gaudium, 244.a.d. Doctor Prophetae datur, 311.a. In toto orbe praedicatio quomodo signum finis tribus, 486.a. praedicatores, vocari debent, 506.d. prima vox poenitentia, 713. spiritus qualis sit. 230.
Euangelium verum scriptura quid significet, 2.b.c. non gelozi ari pauperes quid sit. 238.a.
Eubulus & Eubulides in scriptura quidam. 81.
Eucharistia a Christo sumpta, 557.a. 559.c.d. ista reprobi, 559.d. manibus accepta vitae, 560.a. mysteria erat, 310.a. quomodo panis appellatur, 503.a. Eucharistiae veritas contra Lutheranos & Caluinistas defenditur, 501.c.d. ex aliis mysteriis probatur 571.b. per incarnationem probata, 574.a. Eucharistiam tantum nouae prolata, 574.a. Eucharistiam tantum in Caluinistae & Lutherani appellant. 555.c. 556. c. in Eucharistiam idiotula argumenta. Calvinistarum, 461.d. alia argumenta a Caluinistae elicta. 509
Eudoxia haereticis cur habiti. 138
Eunomius in diuinitatem Spiritus sancti negabat. 262.a.
Eunites dicite, Hebraismus. 202.a
Eunuchus Candaces Reginae, 462.a. Eunuchi instructi, & c. 395.d. Eunuchorum species genera. 396.a.
Euphemiae errorum error de matrimonio, 402.c.d
Euthymius diligenter in verborum proprietatibus adnotandis, 358.d. Euthymius cur natatur, 20.a
Exactionum tempestas sub Tito, 623.e. cum tempestas mundi nouissima putatur. 463
Exaggerando quidam dum generaliter loquimur. 316.e
Exactae ecclesiae. 474.a
Examinandi sunt Iudaei Archisynagogi, 373.a. examinandi potestas Ecclesiae tradita. 574.e. excommunicati vitandi sunt. 575.
Excitare pulueres pedum. 224.
Exemplo maxime docetur. 710.c
Exomologesis apud Tertullianum. 339.a.b
Exorcista Iudaeorum quinam, 359.e. daemones eiiciebant. 714.b
Exterminare facies quid sit. 149.c
Extraordinaria potestas Christi remittendi peccata. 343.c
De extrema vnctione disputatio. 754.c
Ezechielis filius hominis cur dictus. 118.a

F

FAber habitus Christus, 291.e. faber qualis fuerit Ioseph. ibid.
Facies Dei splendor essentiae diuinae, 372.b. in facie videre nos se per se fas est videre, 514.d. facie videre Dei 2 rogatum illis esse, 372.b. facies exterminari quid sit, 149.c. faciem panis qui. 255.a
Factio Paschae, id est decreti. 347.a
Factum verbis contingere ac Christus. 383.d
Fallacia diuitiarum Heb. phrasis. 281.b.c.
Falsi Prophetae fugiendi. 167.b
Fames Christi voluntaria. 405.a
Famem sentire pro. 484.c
Familiares sponsi, & sponsi. 205.b.c
Fauna virginis quinque. 501.a
Felle mixtum vinum Christo datum, 650.d
Festa quae tantum nominum. 542.a.
Festa extra passio est Christus. 521.c
Fiducia vitare & fiducialem partem. 286.a
Fermentum Pharisaeorum haeresis dest. ima 319.c
Fimum omne sabbatum dicitur, 254.a. festus tenebrosus sabbatismi secundo primum, 16. de festis duo continenarium celebrent Iudaei. ibid.d
Finem Christum cur arescerit, 444.c. ficus ex arbore Iudaea penitus. 616.c
Fides aliquando sola causa iustificationis dicitur, 422.b. fides bona, mala opera. 169.a.d. Chananaea magna, 322.d. fides credere quod non vides, 212.c. fides Gentilis in Iudaea maior, 323.b. haereticorum triplex, 157.e. fides mensura qua remittitur D.ua, 739.b. minima cum grano sinapis collata, 360.a. minima vbi quemado confirmetur, 173.c. fides mirabilium gna 197.c. Calvinistica, 359.a. paralytici magna, 196.d. Petri ambulat super aquas, 136.a. praecedere mira vbi plus meretur, 292.c.d. per laudabilis dens fatur, 501.a. quasi Dei munus est 561.b. seruanda humana, 474.d. finis caritate non est, 97.d. sine operibus non valet ad salutem, 508. languet, 302.a. non est vera, 312.d. sola non sufficit ad salutem, 289.a. 306. b. fides vnius alteri prodest. 386.a
Fidei fructus bona opera, 281. fidem bonam qui habet etiam mala opera, 169.d. Petrus eo amisit negatio, 386.a. 609.c. fide aliena petitur remittitur, 189.a.b. fide iustificamur, 497.a.b. fide solam damones tentantur. 361.a
Fidelis cassis esse debent. 221.a
Fugit ager quo effert. 616.c
Figuram Christi & Christum vnum verbum significans, 49.b. Figurarum interpretari est aliquando in vocabulum. 185.a
Filia dicitur & neptis ab Hebraeis, 8.b. filia principum synagogae, 129.b. filius appellantur omnia, 1.c. 428.c
Filium a nouo missum, 428.d. Dauid id est, Messiam, 419.c. Dei naturalis Christus vnicus proprius, 3.b. hominis, Christus, an multa, 187.c. 188.c. 454.c. 552.c

Fili hominis signum. 493.b
Filii nomina Hebr. cur formationem significat. 105.c.131.c
Filium Dei esse & Deum idem. 310.a
Filium Dei se esse cur celarit Christus. 343.c. 344.a
Filii non Dei Christum fatentur dæmones. 517.d.
In filium hominis proditum. 263.a.b
Filium hominis hominibus esse dedita Christus. 333.c
Filij alieni dicuntur. 769.a. Dei adoptivi Christiani. 141.c.d. eorum imitatione. 478. h. quinquies dicitur. 584.b 585.a sapientia, quinque sunt. 245.b. fluvij, sine thesauri. 285.c. viperarum, duo sunt, vipera. 704.b. Zebedæi, quid petant. 426.a.b.c
Filiarum duarum invicem miserarum parabola. 443.d.e
Filios Israel quid sit. 71.c
Fimbriæ vestis Christi tangit mulier. 320.b. eius tangere solebant. 321.d. similitudinis magnificare quid sit. 470.a.d
Finalis impœnitentium peccatum in Spiritum. 262.b.c
Finis mundi & finis templi amiuncti. 285.c
Finis mundi figura Hierosolymitana Vastatio. 486.c.d
Finis mundi cur prænuntiatus. 413.d
Flagitium quibus rebus dicatur. 627.c
Flagellum quibus rebus Christus. 627.c
Flatus animi scorti cogitatio hominem occidit. 297.c
Flatus sanguinum in mulieres. 269.c.d
Fœtus numerum multa significat. 378.b
Fœnus virum curiosiores & religiosos est. 301.b
Fœnum non nominatur apud Iudæos. 16.b
Fœnum non gerunt Rechabitæ pro nostro. 451.b
Fœnum cellarij quod Luca dicitur vita. 151.c
Folia ficus similata effectibus operæ. 168.d
Forma & materia Baptismi. 695.
Formula libelli repudij apud Iudæos. 380.a
Formula vovendi. 315.c
Fornicationum nomine quid significetur. 117.a
Ob fornicationem idolorum dimittitur uxor. 337.a
Forte, non dubitanter, sed affirmanter. 285.c
Fortis sine Gagat Dei alius. 260.a
Fortuna pax Iudæis diuque proficere. 560.a
Fratres omnes Christi a nonnullis Christo prædicti fuerint. 270.a fratres sui appellati a Christo discipuli. 686.a fratres Christi dicti omnes amicissimi. 109.c fratrum correctio quomodo facienda. 374.b
Fraus loco servitutis prodit Deum sed imbecillitatem. 551.c
Fructus fidei spiritalis bonæ. 281.a fructus opinionum Conscientiarum quæ sint. 71.c fructus exponuntur. 94.a.c. fructum aliud intelligimus, aliud Christus. 81.d. fructum tempus sequitur. 249.a fructus boni & mali cognoscuntur. 168.a.b. fructibus cognoscuntur falsi prophetæ. 168.a
Frugis insolitæ exemplum. 134.a
Frugum hyemalium usus. 489
Frugum spiritualium exemplum. 723.c
Frugi Christus quæ de causa. 256.d. frugi Herodes Christus. 269.a. frugere impium passi Christus. 227.c. frugi eadem quomodo sit præcepta. 241.c. frugi unum ad unum in civitatem. ibid.
Frugi simile Evangelium. 451.a
Frumenti genus triticum. 210.d
Frumentum an vino potarint Christum cognati, 732.b.c. minuere cur veliat cognati. 733.a

Fures in sæculo peccata remissa. 264.d

G.

Gadara urbs. 197.c
Gadarenum latus. 194.d
Galilea duplex in novo testamento. 91.c.b. in ea transfiguratus dominus. 362.c.in eam pascit Christus. 707.a. eam petit Christus. 706.a
Galilæi fere omnes Apostoli. 233.c
Galilæi lingua dignoscebantur. 608.d
Galli cantum in scriptura quid. 587.b. quæ hora. 606.d.e. gallus congregat pullos. 478.e. gallum negante Petro contacuit. 609.a
Gaudium nuptiæ & vocatum duxere. 462.a
Gaza phylacium quid esset. 791.a
Gehennæ ignis verba sistuta. 395.d
Gehennæ ignis, & frigoris. 185.a
Gehennæ nomen unde deductum. 109.c
Geminatæ verba fales affectus. 171.c.171.a
Genealogia Christi an peccatores præterm sit. 17.b
Genealogiæ genitivum ad vltimum referri. 13.a
Generatio ad partum, an ad ienetum referatur. 30.a generatio hæc, id est, totus mundus. 404.c. generatio, id est, genus. 478.c. generationum nomen quæ significentur. 11.c
Generalis sententia maxime specialium est. 266.d
Generales sententiæ quomodo intelligendæ. 8.b.c
Generali caritate complectendi inimicos. 131.b
Generaliter loquentes excipiendos quosdam intelligimus. 184.c
Genere loco vna stirps ponitur. 517.d
Genesar terra vbi sita sit. 310.b
Genesareth stagnum vbi situm. 306.b. 748.a
Genitivum multa loca ex lege pro ablativo dogmatizant. 41.c.d
Genitivus quis Iacobeus Christi. 322.a. 384.c.
Gentes omnes in judicio congregandæ. 513.c. remota in illarum nomine intelligantur, 519.c. gentium adventus regnum Dei. 640.c. quæ tradituræ Christo. 424.c.d
Gentiles canes 313.c. Gentile, omnes Gentiles dicti, 322.b. Gentiles natura & gens non servantur, 441.c. Gentiles per alterum filium designati, 445.c. Gentiles spurij Dei filij, 441.a. gentilis vocis Tyrus & Sidon, 521.c. Gentilium cum Iudæis mutua in Christum 760.a. 321.b. Gentilium fides maxime quia in Iudæorum 375.c.d. Gentilium resultat, 101.c.in vium ne vadant, 220 b. vocatio 714.
Genu sub unum pronentre Hebræis. 451.b
Genuflexio orabantur Iudæi. 152.a
Gerasenorum regio vbi sita. 310.b
Gethsemani villa pagus. 587.c
Gigantes in scriptura dicuntur omnipotes. 11.d
Gladium matteri venit Christus. 230.c.e
Gladio perituri, qui gladium accipiunt. 579
Gloria cæli sui per omnes sunt designatur. 455.c. hgloria Dei, mirandi rerum gloria. 381.a. gloria Dei regula fugæ, 227.c gloria falsi, 515.c. gloriandi Deo, id est, verum fateri. 634.a
Golgotha Calvariæ locus. 629.a.b.c
Gomorrhæus vel rabidus erit. 221.a
Gingivitis Eudoxi sit a tallo sanatus. 311.a
Græce Hebraice antefertur lex nostra, 351.b. Græca paratum pro superlativum, 187.a. Græca dictiones vel actiones adauctæ, 142.a. Græca latine emendatiores Latinis. 451.b. Græcorum opinio de antitypis sui Pascha. 511.d. Græca Matthæi interpretatio ex LXX. 278.d
Grani sinapis parabola. 215.c
Gratia bene vtentem major datur. 277.a. contemptæ malæ pessimi sunt. 270.a. gratiæ Dei cognitum D.i. 554.a. vitæ æternæ. ibid. cum c. Dei mandata servantur, 303.c. gratiæ faciens præsentium donum Dei. 107.b. gratiam Evangelio non tribuendo 118.a. necessitatem datur omnibus, 240.d. non est sacramenti obligata, 777.a. non ex est, 267.a. quid sit tam auferetur. 311.a
Gratia agentes vnum erunt. 303.c
Gratiæ affluentia per convivium designatur. 455.b
Gratiarum qui habet, certum non est habere. 556. b.c
Gratiarum actio Iudæorum quibus verbis. 185.a
Gratis agere nummum idem & beneficere. 304.a
Gratuita accepta danda gratuita. 211.b
Gratuita orare Scribarum. 470.a
Gregorius Thaumaturgus montes transfuit. 361.a

H.

HAbenti dabitur & abundabit. 277.b
Habitare pro sedere. 285.d
Hæreditas erat vita. 517.a. cur dicatur hæreditas vita. 517.c. quomodo sit vita æterna. 516.a. hæreditatem non dantur regnum cælorum. 241.d
Hæresis fulgori similis. 491. homines duas venationes, 68. c. in angulo, Ecclesiæ per orbem. 284.e
Hæretica vxor dimittenda est. 113.b. hæretici eiusdem absurda expositio. 406.b. hæretica alia Evangelia admittentes, 4.a. alius Servi Ioannis Baptistæ, 238.a. alius Scripturæ dicti, 298. d. contentiones inter se Ecclesiam conspirant. 321.b. cautibus simulci, 97.a. de baptismate, 693. a.b.D. voluntatem causam reprobationis dicunt. 248.d. falsi prophetæ, 167.c. ligantes Patres impiis similes. 271.c. non missi decent, 692.a. Nec cum vera dicunt audiendi. 329.d
Hæretici omnium maxime Lutherani & Calvinistæ. 284.a.pro arbitrio fingitur ac adversantur, 2.a. pro peccatis bolus, 386.c. ita sunt dolo vsi, 392.c. sunt minutiæ Scripturæ impiæ dicunt. 259. Sadducæi similes, 69.d. de Ioanne Baptista male sentiunt. 337.a
Hæretica alchymia vana. 60.b. hæreticorum astutia Ecclesiam. 261.c. interpretes veteres refutatur de demoniacis. 187. c. pejus ex castrata. 701.c. pejus error. 92. a. hæreticus pro catholico. 983. d. hæreticus quomodo cum excindendus. 178.a
Hebraicum Sy. alexandrinus scripsit Matthæum. 253.a. Hebraicum Ev. ægyptum a Sancto Petro. 72.a. 240.a.b. Nazarenum fuisse dicitur. 238. Hebraici vocis interpretatio aliquando ex vertant. 118.d
Herbam producere sive ex quid significet. 742.e
Hermiæ hæresis de Baptismo. 692.a
Herodes Antipæ filius cum qui Ioannem occidit. 291. d. Herodes Magnus ex natus annum. 54.b. quatuor fuerunt. 56.c. quæ Ioannem occidit. 59.b. Herodes Tetrarcha cum primum. 121. 329.c. servus audivit de Christo, 253.a.b. Tetrarcha Rex dictus, 44.c. herodes tres in novo testamento, 42.a. Herodem cur fugerit Christus. 299.c.
Herodias arctæ filiam fuit, 286.a. anus vxor fuerit, 396.a. Herodiadis filia Salome, 197.c
Herodiani & aliæ sectæ Iudæorum contra Christum conveniant. 461.a. quinam essent, 460.c. quam sectæ consenserint. 329.c
Hieronymus novi testamenti editionem correxit 136.b. Hieronymi non est opus in Matth. 538. a.nec in epistolas, 370.a. Hieronymo falso ascriptum librum de ortu B. Virginis. 24.c
Hierosolyma civitas magni regis. 126.c. Hierosolymitana vastatio figura finis mundi, 480. c.d. Hierusalem cur sancta, 634.a. Hierusalem vastatæ & finis mundi simul. 483.c.a
Hilarius in plerisq; Græcis imitatur. 270.c. Hilarij locus de passione carnis legendus. 311.b.c
Hordei & tritici cur mala desigment. 514.a
Homo tex, id est rex quidam. 380.c
Homines dicunt, id est vulgus. 332.d. homines, id est vulgus. 190.a. 196.d. homines id est multi. 2, 326. homines omnes nati mulierum. 219. d. hominum gloria quomodo sectanda. 108. e
Honorare idem quod alere. 313.b
Honor Dei regula visitatis nostræ. 139.a. honor religionis alius præter Deum. 126.b. honor sepulturæ Christi exhibitus. 678.d
Hora nona pendentium vesperum. 454.a. hora novissima finis mundi. 430.b. hora qua crucifixus Christus. 640.d. horam Hebræi bimestrium spatium tempora. 597.b. hora diei duodecima æquales apud Iudæos. 420.a. horæ duodecim diei habet. ibid. horæ sex fuit in cruce Christus. 640.a
Hosanna quid significat. 439.d
Hospitium non sentandum. 221.a
Hum anas fides servanda. 474.d. humano more loquitur Christus. 209.c. humana non sunt ecclesiasticæ traditiones. 317.d
Humiliare Christum. 249.c
Humiliat Deo quatenus placeat. 775.d. humiliatem docet Christus. 366.b. humilitate maxime sit qui auctoritate. 775.c
Hyenæ non fugæ fiet. 479.c
Hyperbole in proverbiis. 403.c. hyperbolice sunt locutiones proverbiales. 553.d
Hypocrita Pharisæi, 461.c. cur ita dicti. 335.c. Calvinistæ sunt hypocritæ. 328.d
Hysopum animam reddit examinatis, 640.a. hyssopo pro minima herba. ibid.c

I

IAcob primogenitum qua ratione obtinuerit. 14.d
Iacobus major Zebedæi filius, 219.d. ab transfiguratione. 350.b
Iacobus & Ioannis vitiose propositum Philippus, 28.c.
Iluminare hospites Iudæorum. 77.a
Ichorates cur sterilis dictus Ieremias. 22.a.c. 22. a. Iechonias fratres cur nominentur. 22.a
Idumæi non secundis discipuli, non Christi, 823. nimium capax quomodo negat. 149.
Iejunii quadragesimæ defenditur. 86.a. Iudæorum quale fuerit. 85.c. vinum feria quarta. 541. a. nuptio nō convenit, 205.c. sententia discipulorum Ioannis voluntaria. 207. Ioannes Calvinistarum præludia bilis, 318. Ioannis ad fugiendum se Evangelij, 86.c. Ieiunio semel quidem expelluntur, 561. Ieiunium communicare traditio apostolica. 557.a
Ieremias an Zacharias loco citatus, 618.a. Ieremiæ liber apocryphus, ibid.c. Ieremiæ lamentationes quæ cessarint. 18.c
Ierosolymitanorum excidium quæ præcedent. 484. c. Ierosolymitani scribæ arrogantissimi, 311.c. Ierusalem sancta cur dicta, 634.c. in eadem loco sita. 424.a. Ierusalem excidium sub Tito. 628.e.
Iesus servatorem sonat, 12.a. De nomine Iesu & eius etymologia. 36.
Ignis spiritus sanctus. 76.c. ignis inferni verum nō metaphoricum. 518.b. diabolo paratum. ibid.c. lucidus non est, 185.a. non extinguitur, 746.a. igni quæ res similant comparari. 361.a
Illuscescit sabbatum, id est appropinquat. 664.a
De imaginum ventratione. 570.d
Imitari Christum arrogantia non est. 80.b
Immortalitas animarum & resurrectio veritatis. 465.a
Immundi spiritus dæmones. 217.a
Imperatorum verbum pro futuro. 224.a
Imperare & incensare communi significat. 331.a
Imperatores primipilum humeris gestari. 312.d
Imperfectus operis auctor Arianus. 18.a
Imperfectum pro perfecto Græca phrasis. 735.b
Implere propterea quod sit. 55.a
Implere mensuram patrum. 476.a
Implicitæ fidei apud hæreticos nulla. 198.a
In pro Cum Heir. 327.d. pro Per. 275.b. pro Propter. 238.b. in tumultu est, id est ita pedes. 494.c. in me non intrabit Satanæ quid sit. 543.c. in spiritu immundo homo, id est habens spiritum. 610.a. an doctrina mirari, pro, doctrinam mirari. 751.c
Incredibili facilitate convincendi. 236
Incredulitatis sapientiam metuimus Calvinistæ. 328.a
Indignus Eucharistiam percipiendum. 162.a. indignus non actualis peccatus Christus. 752.a
Indurare Christum. 249.c
Induere intentionem quid sit. 148.a
De infantia Salvatoris liber apocryphus. 53.a
Infantes non baptizati ad finistram erunt. 515.b. infantes qui auctoritate. 775.c
Infantes baptizandos imprudanter Calvinistæ. 318.c
Infernus quibus verbis designetur. 109.c. eius terra. 167.c. an sit pœna æterna sit, 381.a. inæqualis, 205. b. infernus pœna potentia diabolo. 816.a.
Infidelis an miracula faciat. 173.d. cauet in scriptura. 162.c
Innocentes cur vere martyres. 50.a. Innocentes qui decollati. Herodis. 56.d
Inimici quomodo diligendi. 131.a
Inimicitiæ immortalis mortales nequeant. 149. b. inimicitiæ quales temittende. 147.b. inimici quomodo remittendo. 380.a. inimicus cum illo dimittere repetitur. 147.b.
Insulæ id est gentes remotæ. 259.c
Insultabiles ad gentes furore. 259.b.
Interpres Matthæi Græcus sequitur, LXX. 278.a. Interpretationis nominum in scriptura cur obscura dicere. 7.d
Intrare & videre dimissa sunt. 329.a.b
Invocatio animarum nulla. 251.a
Invidiam dicit sua & Pharisæorum Christum. 748.a. iocari cur in deserto. 64.c.d. 30. annos 65.a. an Christum cognoverint ante baptismum, 77.c.d. Christo baptizato sui, ibid.d. an de Christo dubitet, 232.c. Ioannis vestis villosa, 66.a.d. Ioannis Evangelium quando scriptum. 557.a. Ioannes an Zacharias loco citatus, 618.a. Ioannis liber apocryphus, ibid.c. Ioannis Lamentationes quæ cessarint. 18.c
Ierosolymitanorum excidium quæ præcedent. 484. c. Ierosolymitani scribæ arrogantissimi, 311.c. Ierusalem sancta cur dicta, 634.c. in eadem loco sita. 424.a. Ierusalem excidium sub Tito. 628.e.
Iesus servatorem sonat, 12.a. De nomine Iesu & eius etymologia. 36.
Ignis spiritus sanctus. 76.c. ignis inferni verum nō metaphoricum. 518.b. diabolo paratum. ibid.c. lucidus non est, 185.a. non extinguitur, 746.a. igni quæ res similant comparari. 361.a
Illuscescit sabbatum, id est appropinquat. 664.a
De imaginum ventratione. 570.d
Imitari Christum arrogantia non est. 80.b
Immortalitas animarum & resurrectio veritatis. 465.a
Immundi spiritus dæmones. 217.a
Imperatorum verbum pro futuro. 224.a
Imperare & incensare communi significat. 331.a
Imperatores primipilum humeris gestari. 312.d
Imperfectus operis auctor Arianus. 18.a
Imperfectum pro perfecto Græca phrasis. 735.b
Implere propterea quod sit. 55.a
Implere mensuram patrum. 476.a
Implicitæ fidei apud hæreticos nulla. 198.a
In pro Cum Heir. 327.d. pro Per. 275.b. pro Propter. 238.b. in tumultu est, id est ita pedes. 494.c. in me non intrabit Satanæ quid sit. 543.c. in spiritu immundo homo, id est habens spiritum. 610.a. an doctrina mirari, pro, doctrinam mirari. 751.c
Incredibili facilitate convincendi. 236
Incredulitatis sapientiam metuimus Calvinistæ. 328.a
Indignus Eucharistiam percipiendum. 162.a. indignus non actualis peccatus Christus. 752.a
Indurare Christum. 249.c
Induere intentionem quid sit. 148.a
De infantia Salvatoris liber apocryphus. 53.a
Infantes non baptizati ad finistram erunt. 515.b. infantes qui auctoritate. 775.c
Infantes baptizandos imprudanter Calvinistæ. 318.c
Infernus quibus verbis designetur. 109.c. eius terra. 167.c. an sit pœna æterna sit, 381.a. inæqualis, 205. b. infernus pœna potentia diabolo. 816.a.
Infidelis an miracula faciat. 173.d. cauet in scriptura. 162.c
Innocentes cur vere martyres. 50.a. Innocentes qui decollati. Herodis. 56.d
Inimici quomodo diligendi. 131.a
Inimicitiæ immortalis mortales nequeant. 149. b. inimicitiæ quales temittende. 147.b. inimici quomodo remittendo. 380.a. inimicus cum illo dimittere repetitur. 147.b.
Insulæ id est gentes remotæ. 259.c
Insultabiles ad gentes furore. 259.b.
Interpres Matthæi Græcus sequitur, LXX. 278.a. Interpretationis nominum in scriptura cur obscura dicere. 7.d
Intrare & videre dimissa sunt. 329.a.b
Invocatio animarum nulla. 251.a
Invidiam dicit sua & Pharisæorum Christum. 748.a. iocari cur in deserto. 64.c.d. 30. annos 65.a. an Christum cognoverint ante baptismum, 77.c.d. Christo baptizato sui, ibid.d. an de Christo dubitet, 232.c. Ioannis vestis villosa, 66.a.d. Ioannis Evangelium quando scriptum. 557.a

sepulcri cur ieiunarent, 205.c. ieiunabant. 722. a.d. Christo dubitant, 233.b. Iesum cur ad legem remittat. 708.c. baptismum an diversum a Christi baptismo, 75.c. mori vindicata bella & gladium. 295.c. quando acciderit, 303.b. eam qui nunciarint Christo. 258.b. Ioannes quomodo mater interna matrem ibi. d. quomodo propheta. 237.c. quomodo Elias sit. 241.c. inter sanctos veteris testamenti, 22.c. lamentatus est, Christum cecinit. 244.a.d
Ioannes Evangelista quando scripserit Evangelium. 7.b. cur scripserit, 9.a. an mortuus sit 308.b.
Iob amicis reges appellati. 24.d.
Ione prophetæ signum. 267.b.
Irani terdinem regio quæ dicatur, 726.c. iratus quæ sit. 92.a
Ioseph decurio nobilis, 697.c. Iosephus Gorionis fabulosus, 332.c. Ioseph quies argenteis vendium. 141.a. Ioseph locus in Hellespi. naturalis. 244.c. Iose. apellabatur Iacobi frater. 650.a. Ioseph & Maria ex cadaveribus, 82.c.d. Iosephi, non ad Mariam Dei mandata mutantis. 31. c.d. ex genealogia Christi deducta. 23.b. Ioseph dormienti sur angeli apparuerit. 35. d. de crucifixo sollicitus, 156.c. fabri tegularii, 291.c. Iosephum sepe obtinuere labitur. 296.c. Iosephi lapsus de Herode. 295.c.
Iota literam, nimia. 511.d
Iracundus Calvini parens. 397.d
Ira Dei terre motu significatur. 652.a. Iræ vasa damnatio est æterna, 70.a.c. De signis falsis & fatuitate, 644.a. iram quamnam virtuerit Christus, 117. d. ab iratis sunt & vos iratis. 117.b
Israelitæ verba quæ nec Hebraice, nec apud Græcos, 258.a. Israelitæ sub Iudæ cur dicatur. 220.b.644.a
Ita adhibitum in repetitionibus. 431.c
Iter sabbatis mille passuum. 435.a
Iudæ aquæ regio dicta. 41. eius fines vbi a Iordane. 685. c. proxime Romanorum, 614.b. quos nomine intelligatur & quid Iudæ. 41.a
Iudæus fuit Simon Cyrenæus. 627.a
Iudæi omnes, Gentiles canes, 323.d. filij sapientiæ. 245.d. duos continues sabbatos diu non habuerint, 530.b. vinos salis numeratos. 305.b. quæ duo sabbata comederint, 524.a.b. unde duos inquirit, 527. a.c. ex plum ingressori calcei pondus. 72.a. sinuatas vestes nolebant. 455.a 456.a. Iudæorum flectiones frequentes, 322.c. traditiones, 706.b. Iudæi in eorum quale fuerit, 85.c. gratiarum actio post cibum. 381.a. Iudæi tributalia fuerint tria. 316.d. Iudæi qui præcerit 72.a. pro Iudæis solis se venisse ait Christus. 323. b. Iudæi an Hierosolymitæ necnon, 60.a. Iudæi naturalis cognitio ablata, 277.a. quomodo permissum vxores dimittere, 380.d. Iudæi ac. usati Moysi. 412.a
Iudas trinominis. 219.a. Thadæus. ibidem
Iudæi an similes Christi. 536.a. Iudæi veteri similes, 208.d. e. miracula fuit, 173.b. an Eucharistiæ percepit, 549.c. an prodiderit a Deo fallus, 514.c.ex qua fuerit pœna. 816.c. an Christum tradere peccarit. 553.d. quomodo induxerit a Christo, 550.a. ad mortem Christi nō traxerit, 6.a. Iudæ traditio opus Dei Calvinistis. 543.c. pœnitentia qualis. 655.b. Iudæ traditor Calvinistæ Deo acceptabilis. 551. prodiderit quo Iudæ, 370.b. Iudæ quando tradita fuerunt. 540.c. cur corpus Christi dederit. 563.b. melius fuisset natum non esse. 553.a

a Iudæa

à Iuda venditio quando facta. 543.a
Iudæum comparationem. 268.c.d.e.
Iudæum Iudices apud Hebræos. 116.d.e
Iudæus dicit se demonium habere. 192.e
Iudæus Deum an Christum ignorarit. 495.a
Iudæum ex circumcisione in synagoga Iudæi. 378.a
Iudæum comparationem Spiritus indicati. 268.d
Iudæa regnum esse quid sit. 117.c 118.a
Iugum Domini suave. 250.b
Iulianum apostata Iudæis concedit, vt templum instaurent. 432.b
Iurandum non est sine necessitate. 125.a
Iurare in templo quid sit, 473.c. Christianis an liceat. 124.a.b
Iurat contra fas seruabant Iudæi. 298.a
Iustitiæ nihil summa apud Iudæos religio. ibid.
Ius summum periculosum apud Iudæos. 127.c
Auream secundum ex operibus. 170.a
Iustificare ex vocis vsu. 266.a
Iustificare hominem quam difficile. 200.a
Iustificari hominem ex operibus. 266.c
Iustificatio a filii sapientia. 243.a
Dei iustificationes bene a Caluinistis agitur. 175.c
Iustificationis processus, est liberatio. 245.c
Iustificati omnes per fidem in Christum. 265.c
Iustificare pro eleemosyna in scriptura. 134.d. quid iustificatio conueniat, 78.c. iustitia Dei quærenda. 253.b.c. iustitia obseruata mandatum, 113.c. iustitia imputatiua Caluinistarum, 170.c.d. iustificatio 200.c.d.e. iustificatio via quid sit. 246.a. iustitiam quærunt quinam. 103.c
Iusti an vllo fine homines. 201.d.e. iusti mercesque. 231.c.d. iustos an vllus Christum inuenerit. 203.a
Iuuencæ victrices. 58.a
Iuuenum species cur assumant angeli. 670.d

L

LAtera meria appellantur. 190.a
Latorum communio sub vna specie. 577.c
λαμβάνειν apud Septuaginta pro electo. 187.b
Laurentius non planxerit. 244.b
Lampas est fides, 500.c. lampades suas ornant virgines. 503.b
Lapis angularis, & offensionis, 450.d. ab eo dicitur Christus, 450.a. duplex in monumento, 672. c. pretiosus, 450.a. iuditio signatur, 662.b. lapidem quem reprobauerunt, Hebræ sunt. 450.a. sup. lapidem cadere quid sit. 452.a.b. lapides malis in Ecclesia. 534.c. lapis abditur, qui blasphemabat. 604.c
Latina editio corrigenda. 136. d. 423.a. Græcæ anteferatur. 351.b
Latro vterq; an maledixerit. 636.a. latronis paradisum promittit Christus. 658.d. latronum pœnæ an diuisa sint. 632. d. e. latronibus an pœnis sint tradi. 633.a. latronis int. & duos cum Christo. 634.a
Luantur Pharisæi crebrius inter prandendum. 760.a.b
Laudem fugere docet Christus. 715.c
Laurentii ad Præsidem verba. 129.a
Lectio quinquies lauarent Iudæi. 760.d
Leones Samaritani dum timent, Deum colunt. 210.c
Leonis locus ex M.S. Vatic. 307.c
Leprosus Christum adorabat. 177.c. mundatus ostendit se sacerdoti, 171.c. Seruus a Christo curatus. 537.b
Leuitæ tribus Deo data. 412.c
Lex ceremonialium prohibebat, 113.c. dex & pro-

phetæ id est vetus testamentum, 165.c. 242.d. lex generalis potius quam lenabat. 130.a. Iudæis quid profuerit, 72.c. num circumcisio nudo designatur, 245.c. nouæ præstantior veteri. 241.a. pædagogus Iudæorum, 114.a. post Christi aduentum & iuber, & innat. 118.b. quando fuerit abrogata, ibid.e. vetus vires veteres, 267.a. vsque ad Ioannem Baptist. 242.b. lex talionis naturalis. 127.d
Legis ceremonias an abrogauit Christus, 469.d. Doctores Scribæ apud Iudæos, 476.d. quatuor partes, 5.d. vetus et nouus. 207.d
Legisperiti apud Iudæos qui. 50.d
Legislatore persona P. tres tribuitur. 172.d
Legem an soluerit Christus, 109.b. Christus non recte. 114.c. nouam condit Christus. 115.d
Lege ecclesiæ nil Euangelium. 250.a. lege sensum auditæ ad Ioannes. 7.b.d
Legalia quædam dicuntur. 401.c
Leui cognomen Matthæi. 202.c.d
Libes de infantia Saluatoris apocryphus. 51.d
Libellum repudii permissa a Moyse, 386. c. eius formula apud Iudæos. 388.c
Liberum cum conscientia non permittenda. 284.a
Liberum arbitrium Caluinistæ tollunt, 170.c.d. arb. probatur. 169 a 170.c. 720.b
Ligat Paulus Satanæ tradendo, 138.d. ligamus potestas in quo sita. 342.c
Ligarius Saluator Iosephi. 291.c
Lilia agri, & hortensia. 154.a
Linguarum in specie cum Spiritus sanctus. 82.b.c
Litteralem sensum quæris, non allegoricum Maldonatus. 597.a
Locum primum in regno Dei quis obtinere sit. 775.a
Locusta quod animalium genus. 67.a
Latinæ Iudæorum frequentes. 312.c
Lucas præcurrit ordinem se nat. 165.d
Lucerna sub modio. 108.a. 375.d
Lucrum turpe a templo repellitur. 617.a
Ludit ambiguitate Christus. 347.c
Lugentur mortui adhibito tetunio, 206.b. lugere non possunt filii sponsi, 205.d. pro ieiunare positio, ibid. lugentes quinam beati sunt, 122.a
Lumen tuum tenebræ sunt, 351.a. in lumine id est in publico. 229.a
Luna verone obseruâda in die iudicii, 491.c. 492. a.b.c. lunaticus cur facta demon. 357.c
Lutetia vir robustus sanguinem sudat. 590.a
Luth. vt turpe dictum contra castitatem. 391.c
Lutheranum cœtus nionis nom. 393.a. Lutherani & Caluinistæ in Ecclesiam conspirant. 328.b. ciliatum oderint, 67.a sunt maxime hæretici. 282.a. Sadducæi similes. 69.d. eorum appellant Eucharistiam. 535.c
Lutheranorum errores, de Eucharistia, 561.c.d. claudum, 337.c.de diuortio, 389.a. de confessione, 391.a. de Purgatorio, 864.a.b. de meritis operum, 281.a. an iustificet vltima, 205.d.e. vide & Caluinistarum errores cum ipsa communia.
Lux mundi Apostoli sunt. 107.a
Lysiæ sententia de filii pretio. 502.b

M

Maccabæorum libros reiiciunt Caluinistæ 465.d
Macharantinam vxor Ieannes casus. 296.b.
Magdalena vna tantum fuit, 667.a. an fuerit peccatrix Christum. 533.b Magdalena an pietas fuit qua Christum vnxerit. 534.c
Magi Pharaonis an miracula fecerint, 373.b. qui fuerint, 43.a. an fuerint reges. 1. ibid. a quot fuerint, 44.c. vnde venerint, 46.a. quando venerint. 45.c
Magi melior, Pharisæis in re sitatior. 296.c
Magister bonus Christus dicitur, 509.c. magistri nomen audire vetatur Christi discipuli. 547.b
magistros vocare ant non. 476.a
Magnum valde, Hebraismus, id est maximum. 52.b
Maldonatus litteralem sensum, non allegoricum quærit, 597.c. eius commentarij in Ieremiam, 57.b. in Ezechielem, 188.a. sententia de Conceptione B.V. 204.a
Maledicunt Deum auctor non est. 164.c
Maledicti de Christo quid sit. 778.d
Malitia dicta sapientiæ. 156.d.a
Malum qui pecuniarium Dei facit 164.a. malo resistendum non est, 108. malos esse diabolum, a quo liberari petimus, 148.b. cur alicui est diabolus, 127.b. malus, malignus diabolus, 280.a. malos male perdet. 449.b.c
Mammona quid sit. 152.a
Mandata Dei seruanda, 401.a. non impossibilia, 166.a. 463.b prima, & secunda tabulæ, 401. e. parentum, & magistratum, seruanda. 402.b
Mansiones homines natura bonos, aut malos dicunt, 368.d. liberum arbitrium negant, 534.a. reseruantur 309.a. eorum varietas mansionis. 384.a
Manus dextra qua scandalizat, 321.d. cum manum impositione mos ad ægros venire. 559.c. manus tenuit, quam suscitat Christus, 211.c. manum imponebat pueris Christus. 398.a. imponunt vtri sæculi, 761.c. manibus impositis curat Christus, 751.d. 761.d. alibi vis manducandi discipuli, 759.c. manus aqua ablutæ Iudæis ceremonia. 626.d
Marcionis Baptismus damnatus, 693.b. Marcionistæ vestantur. 309.a
Marcus Alexandrinus Episcopus, 710.a. an pollicem sibi abscinderit, ibid. cuius filius fuerit, 699.b. Petri comes, ibid.e. relegit Matthæum in compendium. 699.a. non scripsit ordinem narrationis, 780.a. quo tempore mortuus. 720.d
Margaritas ne proijcias obiicimus. 362.b
Ad mare cur tendat Christus, 721.a. cur de eius Curiosus. 734.d
MARIA virgo excepta sine peccato. 204.a.b. omnibus beatissima, 272.a. virgo vide. & Beata virgo. eius virginitas a Zacharia dicta, 64.477. b. Mariæ & Iosephi excusatio erroris, 21.c. cognoscit filii sapientiam quomodo 23.a.b. 120.a. fuerit Ioseph. quod sponsata tantum. 30. b. de sponsalitia fide, 31.b.c.d. Mariæ matris patruus Cleophas. 617.a
Maria Cleophæ quænam, 636.a. fuerit B. Virgini, 210.c
Maria mater Iacobi, & Ioseph. 736.a.639.b
Maria soror Lazari quæ fuerit. 535.d
Maria omnes aquarum congregationes. 53.b
Martyrum fructus centesimus, 282.c. Martyres fuerunt innocentes. 582.a
Matthæi an Syriace scripserit. 258.a. quando & a. prius Lucas scripsit, 26.a. Thomæ se postponat, 2.9.b. Matthæi locus tutus a profluvio, 101.b. eius agmen ad Iesum adducit. 721.c
Matres etiam nomine filium pensent. 40.b
Matt montium ex lege diuina & naturali. 376.b

Maxillam percutienti etc. rendum. 118.c
Media nocte venit sponsus. 505.d
Medico sano non indigent. 721.c
Mille syluestri vescitur Ioannes. 67.a
Memoria an sint lapsi in Angelis, 50.d. 613.c. memoria lapsi veteres mali. 399.b
Mendacium omne a Christo. 687. c. militum mendacium Sedulius, ibid.c. mendacium testimonium vetat dicere Christus non vult. 715.b
Mensa publicanorum, 203.c. mensæ assidere ne, an renuerit Christus. 549.a
Mensuram eadem remetiemur Deum, 161.c.d. 738.c. qua remetietur nobis Deus fides, 739.b. mensuram patrum implere. 476.a
Merces beatorum inæquales, 332.b. æterna non temporis, sed labori respondet, 418.b. merces propria vita æterna, 516.a. mercedis nomen merita operum confirmat, 232.b.c. mercedem prophetæ accipere quid. 232.a
Meretrices præcedunt Pharisæos. 446.a
Meritum de congruo, 401.a. merita bonorum operum, 401.c. a. secundantur, 282.a.c. ex mercedu nomine, 232.b. nō semper in operibus, 515. c. merita Sanctorū vtilia mortuis, 503.d. demeritis contra Calvinum, 316.a. de meritis operum, 414.d. de meritorum, & præmiorum inæqualitate, 417.c. doctrina confirmatur, 277.b.
Meritorie est alibi autor contra Caluinistas, 396.a
Meroz Sibi meridionalis. 269.a
Messias id est vnctus. 12.a
Messis multa, operarij pauci, 214.d. messis dominus qui ibid. metere in festo non licet, 254.a. metis non seminasti. 510.d
Metaphoricum non est signū inferni. 518.c
μεθοδεύειν Pharisæa. 294.a
μεθυσμὸς situdine sustinendum esse. 156.c
Mire de mensa, minora mira alio. 315.a
Mille passus sabbatiter. 435.c
Millenarij refutantur. 412.a
Minimū maximi mas maximo minimi, 240.d
Minister nullus eunuchus ob Euangelium. 396.c
Ministri superamur, maioribus superatis. 309.b
Minuta duo continet quadrans. 121.c. 154.b
Miraculi latere non vult Christus, 110.a. euulgari iubet. 747.a. vulgari nō vult, 212.c. miraculum perpetuū Ioan. Baptiste, 237.b. apud incredulos non facit Christus, 292.d. non potuit Christus facere in patria, 731. Christi in Aegypto, 54.c. facturus orat, 763.d. miracula Iesu virtutes dicuntur, 751.c. sine necessitate nō fecit Deus, 47.d. nec Christus, 306.a. 325.c. per malos an fieri possint, 173.a. qui volunt, sine miraculo credant, 292.c. miracula præcedens fides plus meretur, 292.d.e. Caluinistæ fucū appellāt, 307.a. 308.a. miraculorū fides laudata, 197.c. potestas data Christianis quæ, 809.c.d. actiones permittit Christus, 444.a. fides Caluinistæ, 359.a.d. miraculū quæ requirantur, 751.a. miraculis quomodo fides confirmetur, 137.c. miraculis rusticani magi moti. 221.b.
Misericordia magna peccatores ad pœnitentiam vocare, 202.c.d. eleemosynam significat, 153.c. sacrificio anteferatur, 202.c.d. misericordes beati sunt. 104.a.
Missa integra audienda. 585.b.
Mitis Christus, & humilis corde, 250.a. mites quinam sint. 121.b.c.
Mittere, in scriptura non expressa persona missa. 561.c. mittit debet Doctores, & pastores, 692.a. a. missendo quid significet. 31.a
μογιλάλους ægre eloquens. 764.c
Modus interna cur auditur. 108.d
Mos huri, facies totum genu indicat. 121.d
Moloch Saturnus Iudæi. 119.
Mona bus bonus, clerius bonus. 64.a.
Mons ex quo ascendit Dominus. 789.a. Montes eliuci quo sensu dicti ab vrbe. 585.c. montem ascendit Christus, cum turbā fugit. 98.c. montem cur ascenderit in transfiguratione, 351.a. orandi causa ascendit, 728.a. montes Prophetas, & Apostolos significant. 107.c
Mantanistæ quadragesimū post Pascha. 20.d.d
In monumento quomodo dæmoniaci, 190.a.c. & 191.a.b
Moralium causarum, & naturalium discrimen. 1714
Mortui non patitur Spiritus sanctus. 704.d
Morbi corporis peccati pœna, 187.b. 197.a. plurig. Dei flagella sunt, 727.b. per dæmones immissi, 190. b. morbos contagiosos vxor dimisse. 387.d.e.
Mores puerorum amat Deus. 774.a
Mortis Christi mysterium ignotū dæmonibus, 191.d. mortem gustare, & videre. 348.a
Mortali peccato infinita pœna debetur. 121.c
Mortui an sint, qui resurrexerunt cum Christo, 643.a. Deo viuunt, 484.c. dormientes dicti, 211.c. venire negantur, 206.b. mortui metaphorice qui, 189.d. mortuorum Deus non est, 464.a. mortuorum corpora vnguntur. 540.c. mortuos Ecclesia suffragiis iuuat. 543.a. mortuos fues quos appellent quidam. 189.d
Moyses accusabit Iudæos, 412.a. an vetarum ante iudicii, 357.a. cur legis auctor dicatur, 115. c. Moyses vir in transfiguratione. 352.c. libellū repudij permisit, 386.d.e. libros eos Sadducæi recipiunt, solum. 464.c.
Mulier sanguinis fluxum passa, 209.d. mulieres maxime afflicta in excidio Ierusalem. 628.c. mulieres præferunt se Doctoribus apud Caluinistas, 463. e. mulieribus Christus cur apparuerit. 685.b
Multi, id est omnes in scriptura. 179.c. 423.d. multi vocati, pauci electi. 279.a
Multiplicatio panum vbi facta. 304.a.
Mundo finem quæ præcessura sint, 484.d. mundi pax, & Christi diuersa. 230.a
Mundi corde beati. 104.a
Munus, id est. Deo consecratum, 314.a. non sinunere Reges Persarum adori. 48.d
Murmur operationum quid significet. 412.c
Murmurationum nulla in sanctis. ibid.
Musicarum Deus quis esset. 219.c. Myagrum Deus appellat, 307.c. 308.a. miraculorū fides laudata, 197.c. potestas data Christianis quæ, 809.c.d. actiones permittit Christus, 444.a. fides Caluinistæ, 359.a.d. miraculū quæ requirantur, 751.a. miraculis quomodo fides confirmetur, 137.c. miraculis rusticani magi moti. 221.b.
Misericordia magna peccatores ad pœnitentiam vocare, 202.c.d. eleemosynam significat, 153.c. sacrificio anteferatur, 202.c.d. misericordes beati sunt. 104.a.
Missa integra audienda. 585.b.
Mitis Christus, & humilis corde, 250.a. mites quinam sint. 121.b.c.
Mittere, in scriptura non expressa persona missa. 561.c. mittit debet Doctores, & pastores, 692.a. a. missendo quid significet. 31.a
μογιλάλους ægre eloquens. 764.c
Modus interna cur auditur. 108.d
Mos huri, facies totum genu indicat. 121.d
Moloch Saturnus Iudæi. 119.
Mona bus bonus, clerius bonus. 64.a.
Mons ex quo ascendit Dominus. 789.a. Montes eliuci quo sensu dicti ab vrbe. 585.c. montem ascendit Christus, cum turbā fugit. 98.c. montem cur ascenderit in transfiguratione, 351.a. orandi causa ascendit, 728.a. montes Prophetas, & Apostolos significant. 107.c
Mantanistæ quadragesimū post Pascha. 20.d.d
In monumento quomodo dæmoniaci, 190.a.c. & 191.a.b
Moralium causarum, & naturalium discrimen. 1714
Mortui non patitur Spiritus sanctus. 704.d
Morbi corporis peccati pœna, 187.b. 197.a. plurig. Dei flagella sunt, 727.b. per dæmones immissi, 190. b. morbos contagiosos vxor dimisse. 387.d.e.
Mores puerorum amat Deus. 774.a
Mortis Christi mysterium ignotū dæmonibus, 191.d. mortem gustare, & videre. 348.a
Mortali peccato infinita pœna debetur. 121.c
Mortui an sint, qui resurrexerunt cum Christo, 643.a. Deo viuunt, 484.c. dormientes dicti, 211.c. venire negantur, 206.b. mortui metaphorice qui, 189.d. mortuorum Deus non est, 464.a. mortuorum corpora vnguntur. 540.c. mortuos Ecclesia suffragiis iuuat. 543.a. mortuos fues quos appellent quidam. 189.d
Moyses accusabit Iudæos, 412.a. an vetarum ante iudicii, 357.a. cur legis auctor dicatur, 115. c. Moyses vir in transfiguratione. 352.c. libellū repudij permisit, 386.d.e. libros eos Sadducæi recipiunt, solum. 464.c.
Mulier sanguinis fluxum passa, 209.d. mulieres maxime afflicta in excidio Ierusalem. 628.c. mulieres præferunt se Doctoribus apud Caluinistas, 463. e. mulieribus Christus cur apparuerit. 685.b
Multi, id est omnes in scriptura. 179.c. 423.d. multi vocati, pauci electi. 279.a
Multiplicatio panum vbi facta. 304.a.
Mundo finem quæ præcessura sint, 484.d. mundi pax, & Christi diuersa. 230.a
Mundi corde beati. 104.a
Munus, id est. Deo consecratum, 314.a. non sinunere Reges Persarum adori. 48.d
Murmur operationum quid significet. 412.c
Murmurationum nulla in sanctis. ibid.
Musicarum Deus quis esset. 219.c. Myagrum Deus appellat, 307.c. 308.a. miraculorū fides laudata, 197.c. potestas data Christianis quæ, 809.c.d. actiones permittit Christus, 444.a. fides Caluinistæ, 359.a.d. miraculū quæ requirantur, 751.a. miraculis quomodo fides confirmetur, 137.c. miraculis rusticani magi moti. 221.b.

Natiui mulierum, & ex muliere. 239.a.b
Nauiculam sibi desiderare vult Christus. 727.a
In nauim cur ascendit Christus. 735.a
Nazarenus Christus vnde dictus, 60.c. Nazarei dicti ab Hebræis Christiani ibid. Nazarenum dæmon Christum vocauit primus. 711.c
Nazareth Christi patria dicitur. 290.c. Galilææ ciuitas cur dicta, 70.d.a. patria Christi. 290. c. in Nazareth quot annos fuerit Christus, 704.a
Necessaria negligunt Pharisæi, 471.a. necessaria non delicias Deus suppeditat. 305.a
Necesse est, vt scandala veniant. 307.a
Necessitas mittentes Apostolos excusat, 254.a. necessitatem rem Venerem dixit Actius. 595. b
Negant Hebræi, quod postponunt alteri, 202.d negantes promissiones absolute intelligendæ. 146.d. negatis Christum Petrum quoties. 586. c. 607.a. negauit Christum Petrus. 604.c
Negotiator inlustis gratia, 407.a. negotiatoris simile regnum cœlorum. 280.c. 281.a.
Negotium totum in parabolis spectandū. 244.d
Nemo nouit patrem nisi filius, 249.d. nemo potest duobus seruire, 151. nec simul sorbere & flare, ibid.b. nec sine peccato viuit, 145.d. nemini vt dicerent, præcipit Christus quibus sua quosque sanauit. 343.d
Nequam oculus vitiatus. 150.a.
Nescio vos sententia approbationis. 504.c. Nestorianorum error de Trinitate. 634.c. Niniuitæ Ionæ crediderunt. 267.a. nutrimur in vetrium semper. 277.c
Nolle cuiusuis sacerdotum. 254.c
Nolle id est non posse. 292.b
Nomen Dei non assumendum in vanum. 124.b. nomē Dei sanctificetur, 41. in nomine Christi quid sit, 376. In nomine Patris baptizare quid sit, 693. c. nomina Apostolorum cur expressa, 218.a. nomina filiis non solis partes imponūt. 36.c
Non nubent, neque nubentur. 462.b
Nona hora prandebant olim. 454.a
Nonaginta nouem quæ relictæ. 204.b
Nostrum patrem cur appellemus Deum. 140.c
Nouatiani pœnitentiam negabant, 262.d. horū error de Iacobo, 339.a. eorundem error refellitur. 291.b
Nouissimi erunt primi. 414.c
Nouit filium solus pater. 249.d
Nouitas effugiata. 207.b
Nouum apud Hebræos quid secundum. 482.a. testamentum Lat. correctum ab Hieron. 136. b. testamentum nouum vbi constituit Christus. 580.b. nouæ Testamenti sanguis. 576.a
Nox in 4. vigilias diuisa, 306.d.e. 21.c. 802. inuescere quomodo dicatur, 664.d. nectu vigilia quatuor, 308.d. nostrum Hebræi vsperam appellant. 664.a. nocte ebry sunt, qui ebrij. 18.c. b. nocte media venit sponsus, 502.c.d. nullus quot fuerit in sepulchro Christus. 288.b
Nubere, id est vxorem ducere. 393.b
Nubes Christi, & Apostolorum sedes, 411.a. Christi in iudicio, 513.d. in nube Dei maiestas ostenditur. 515.
Numeralia ordinalia pro distributiuis. 305.b
Numerant soles viros Iudæi. 305.b
Numerus ad sententiā nō pertinet in parabolis, 242.b. certus pro incerto, 411.b. finit⁹ pro infinito, 413.d. perfect⁹ poni solet in scriptura, 515.a

numero certo cur electi Apostoli. 217.d
Nuptiæ Christi quando celebratæ. 455.a. cum ipsius celebratæ, 205. c. nuptias beati non iuerunt. 462.d
Nutrientium ve denunciatur. 489.a

O.

Oblationes templi facta defensæ. 793.a
Obmutescere dæmones cur iubet Christus 713.a
Occasionem calumniandi præbet Christus 197.a
occasiones miraculorum permittit Christus. 444.a
Occulta culpa occulte coarguitur. 775.d
Octauus dies eodem ritu quo primus. 272.a
Oculus abscindendus, quis scandalizet. 321.d.e. pro oculo reddendum. 127.d. sine quam fuerit. 150. d. oculum proculo exigunt Christiani iudices. 129. d. oculi aperti sunt, 213.a. beati qui Christum viderunt, 279.b.a. alis non videtur Deus ac conde. 105.a
Offensus Apostolorum miracula Christi præcedentes. 211.d
Oleum misericordiam significat. 501.e. oleo egroti unguntur Apostoli. 754.a
Omnes Deo viuunt, 464.b. fieri salvos vult Deus. 278.a. omnes gentes an congregandæ in iudicio, 515.a. omnia Christo tradita. 248.a
Onera gratia Scribæ aliganr. 469.c
Operarii in vineam mittuntur, 416.d. pauci, multæ messi, 214.c. operariorum merces denarius. 422.c
Opera bona accedente gratia mereri, 505.c. fructus fidei, 281.e. opera festa diebus licita, 255.c. fructus arborum, 168.b.c. in infidelium omnia pecata non sunt, 169.c. supererogationis, 71.a. 405.b. operum bonorum merita, 401.a. 414.d. præmium meritis maius, 510. a.b. operibus an iustificetur homo, 170.a. 198.c. bonis augenda gratia, 605.c. iustificari hominem, 170.c. illuvacua fides languet. 501.a
Opertum nihil, quod non reuelatur. 220.d
Oportet, positis Dei decretis. 484.c
Oratio prolixa an prohibita, 137.c. orationis Dominicæ laudes. 137.c. oratio cassis. 137.a 377.b c. orationi Dominicæ quidquid additum, 348. d.e. orationi præmissa maiorum rebus Christum. 351.a. orationi dominicæ expellitur, 361. c.d. oratio dominica propter exemplum, 461.b. miracula facturus, 783.d. orabant genua flexo Iudæi. 137.a. oranti causa mouendi ascendit Christus, 728.a. orandum an sit in publico, 137.a. orantis affectus exoratur Deus, 138.d. oraturus fugit Christus. 308.a.d
Ordo dignitatis in nominibus Apostolorum, 218. b. ordo in caritate seruandus, 530.a.b. ordine narrationis non seruat Marcus, 780.a. nec tempora, 738. c. nec rerum seruant Euangelistæ, 675.b.c. nec temporis. 884.158.162.b
Ordinaria remedia peccatorū Sacramenta, 343.c
Orientales litteræ Ph. delectantur, 322.a. vngentium in conuiuio vsus, 339. cum oriente an apparuerit stella. 48.b
Origenes damnatus quod se execuerit, 121.c. videtur putare nullo modo iurandum, 124.a.c. eius audax coniectura, 493.b. error de Angelis suffodiebat. 371.b
Originistarum error de animabus, 553. b. de inferno. 431.a
Originale peccatum cur Pelagiani tollant, 170.d. eo caruit B. Virgo. 204.a
Ornamenta templorum repudiant Caluinistæ. 540.b
Ornati sepulchra Pharisæi. 475.c.
Ornatus nostri cura est Deo. 154.c.
Osanna quid sonet. 438.a.
Osaperuisse Christum quid sit, 98.c.d. ei Apostolorum Petrus, 334.a. in os quod intrat, nō coinquinat. 317.d.
Osculi consuetudo apud Iudæos, & Christianos. 596.b.
Osee permissum filios fornicationum sustinere. 388.a
Otiosum verbum quodnam sit. 265.d.
Otiosi ad dextrū erunt, 514. euangelizanda nouæ tellus, 204.b. sicut oues ad ciconias, 225.d. auri populus Dei peculiaris Iudæorum, 220.c.ut otiosi quod inermes & infirmi, 225.d. otium in vestimentis lupi, 367.a. otium pellibus pastores vestiti. ibid.

P

Pacifici Christum imitantur, 105. quinam beati. ibid.c.
Pax Apostolis commendata, 105.b. Christi & mundi diuersa, 230. c. huic domui, 224.a. pacem facere Dei proprium. 105.d.
Padagogus Iudæorum lex fuit. 114.c.
In palæstina messis quando, 23. c. Palæstino domus plane tecta habuerunt. 89.c.
Palæstini vngentis vtuntur sæpe. 149.c.
Panis benedicitur à Christo, 305.d. Eucharistia dicitur in scriptura, 582.a. Hebræus omnis cibus, 88.a. pro omni cibo sumptus, 730.c. quotidianus Eucharistia, 143.b. eius nomine cibus omnis, ibid. d. eum frangebant non scindebāt Iudæi, 560. d. quomodo fregerit Christus 559. c. panes azimi Pascha dicebantur, 525.d.d. facierum, 225.a.b. propositionis quales, 255.a.b. vbi multiplicati sint, 30. c.a. panes manducare quid sit. 759.c.
Pannus rudis in parabola quid. 206.c.
Parabola, & an quæ idem, 744.c. operariorum & vineæ, 416.d. parabola membra ab accidentibus distinguenda, 455.a.b.c. in parabola partes & emblemata, 380.d.e. 419.c. parabolæ breues sententiæ, 287.b. Græcis similitudines, 215.b. partes earum quædam non necessariæ, 283.b.741.b. quomodo applicēdæ, 244.d. per parabolas Iudæi quomodo semper loquerentur Christum, 744.d. parabolis cur vsus sit Christus. 277.c.744.a.b.
Paradisi nomine quid intelligendum. 638.c.
Paratus est diabolo ignis inferni. 518.d
παρασκευάζω, straduere, diuulgare. 34.c.
Paralyticus lectum tollere iubetur. 201.c.
Parapsidæ cænat. 474.c.
Parasceue Græce παρασκευή. 526. c. Pascha quid sit, 516.b.c. solum est sabbati. 526.c.
Parentes à filiis iuuandi, 315. d.e. in eleemosina præferendi alijs. 130.b.
Pares & impares erunt beati. 113.b.
Participium pro infinitiuo Hebraice. 233.d.
Participia actiua pro verbalibus sumpta, 460.b. 720.b.
Paruulis hæc reuelasti, 248.a. quomodo similes esse debeamus. 368.c.
Parturientis dolores maximi. 485.b.
Pascha dies primus azymorum, 528.c.d. die bātur & azymi panes, 525.d.d. Iudæi quādo trāsierint, 551.b.c. num anticipauerit Christus, 525.a. quo die Christus comederit. 530.b.
Pascere populum id est regere. 51.d.e
Passio Christi patientiæ exemplum. 344.d. passionis Christi eclipsis, 643.b. passionem suam quando primum indicarit Christus, 344.a. passiones in Christo non fuerunt, sed pro passione, 581.c. passionum Christi & nostrarum discrimen. 589.a.
Patria Christi Nazareth. 290.e. Christi triplex, 701. a. in patria miracula facere non potest Christus. ibi.e.
Patris à nomine cur exordimur, 130.a. est præmia dare, 230.b. regnum quid sit, 583.b. patrē sepelire vocante Christo an liceat, 189.b. patres credentium Apostoli, 217.a. patrum operibus consentiit Pharisæi, 475.d. patres vocare an liceat. 471.a.
Paulus ius suum persecutus est. 128.a.
Pauli Burgensis tibri de votis. 314.c.
Pauli amissæ cur damnati in Niceno conc. 693. b.
Paupertas Apostolorū, 301.d. paupertatis consilium contra Caluinum, 405.b. Euangelice, gradu vario. 100.d
Pauperes Apostoli, 186.c. Euangelizari quid sit, 236.c.b. quomodo beati sint, 99.d.e. pauperibus etiam necessaria largienda, 302.b. omnia simul dare melius. 405.c.
Peccatum in filium hominis, 265.a. in Spiritum sanctum, 261.e. qui remittatur, 265.b. non quicquid contra voluntatē Dei, 592. d. nullū à Deo remitti non potest, 263.b. omne venia non meretur, 262.d. peccati originalis experti B. Virgo, 204.a. pro peccato nemo caret. 145.d.
Peccata aliena fide remissa, 509.a. an solæ caritate remittantur, 197.d. sua debita dicantur, 145.c. dimitti quid sit. ibid. post mortem remissa, 615.d. quomodo per claues remissa. 339. a. remittuntur in futuro sæculo, 264.d. remissa non redeunt ; 381.b. peccata cur remittat Christus ægris, 197. a. remittit Christus etiā vi homo. 201.a. remittit homines cōtra Caluinist. ib.b. remittere quam difficile. 200.a.
Peccani publice arguendus. 373.d.
Peccatores publici publicani, 132.c. peccatorū opera num bona peccata sint. 169. c. puna, sunt mortalia. 197.a.
Pedum pulueris excutere. 224.c.
Pelagiani cur peccatum originale tollant, 170.d. iurandum nullo modo putant, 124.c. totū error de peccato. 145.d.e. de paupertate, 404.b.
Pentecostes sabbatum secundoprimum. 233.d.
Peregrinorum sepultura. 617.d.
Perfectionem non omnibus Christus proponebat, 97.c.
Periuriam vetitum est. 124.a.b.
Permittitur aliquid à modo, 387.e permittere Deum probatur contra Caluinist. 386.c.
Persecutio quomodo fugienda. 227.c.
à Perside ad Hierosolymam quot leucæ, 46.d. ex Perside Magi an venerint. 45.d.
Personarum acceptio in eleemosina, 130.b. mores in parabolis exprimuntur, 422.a. trium diuersitas in Trinitate. 694.b.c.d.
Pestilentia post famem. 484.c.
Petamus & accipiamus qua conditione, 164.a. qui petit malum, iniuriam Deo facit. ibid.
Petra ipse Christus, 332.a. 333.a. super quam Ecclesia. petrus. ibid.
Petrus Apostolorum princeps, 332.a. an domū habuerit, 186.c. aduersus hæreticos defenditur, 610.c.d. contra Caluinū defenditur, 308.a. 333. contra Caluinistas defensus. 308.b.c. est petra super quam Ecclesia. 335.a. fidem non amisit negando. 586.a. 609.c. iamtor cecidisse. 335.d. 01 Apostolorum. 332.a. primo loco positus. 218.a. quando sit appellatus. 332.d. quoties Christū negarit. 586.a. 609.a. vbique ardentissime fidei. 308.b. 319.c. eius amor singularis in Christum. 341.a.a. Caluinistæ defensio ibi.b. domus in qua vixit. 785.a. fides ambulādo super aquas 336.a. negationes tres in domo Caiphæ. 601.a. primatus. 365.c. Primatus contra Caluinum. 333.c. peculiaris insignis. 610.b. successores Romani pontifices. 341.a. successores fundamēta Ecclesiæ 340.d.e. successorib. data claues. 340. d. eidem data claues regni cœlorum. 337.c. suprema potestas per claues concessa. 319.a
Petrum Canisius laudatur. 63.c
Ph pro P. quæ nationes vsurpent. 321.d.e
Phantasticum corpus non habuit Christus. 309.a
Phantasiosus quid sit. 308.b
Pharisæi an fuerit Simon leprosus. 534.c
Pharisæi cum Sadæis contra Christum. 317.b. in Galilæa calumniandi causa veniunt. 759.a nō multo ante Christi tempora. 114.c. per tribus distributi. 311.c. quid Scribæ erant. 464.d. quodnam hominum genus. 69.a. eorum à testimonio abstinendum. 319.b. declinat inuidiā Christus, 748.a. resurrectio Pythagorica 294.d. quanta auctoritas apud omnes. 788.e cui timebant ibid. ipsis parere iubet Christus 469.c
Philippus cur fuerit à Christo interrogatus. 302.e
Philippus Galilææ Tetrarcha Caluno. 59.c. eo viuente Herodias Herodem sequuta. 296.c
Philosophice non loquitur Christus sed populariter. 320.c.d.
Philosophice nō loquimur in proverbijs. 251.b.c
Ex Philosophia in sacra historia quid assumendum. 29.e
Phlegon meminit eclipsis passionis. 645.d
Phylacteria Scribarum. 470.c
Pilatus quam Iudæ partem regēbat. 614.b. vexilla Romanorum Hierosolymis intulit. 487.a. eius vxor salua. 625.c. eius somnium. 192.c. Pilato cur traditus sit Christus. 913.d.e
Pinnaculum templi quid sit. 90.a
Piscari homines Apostolorum proprium. 94.b
Piscis diffus Christus à Sibylla. 94.c. pisces sunt Christiani ibid. ex piscibus an super fuerit aliquid in miraculo. 305.a
Pistice nardum quæ esset. 538.d
Placitum autem te, tibi visum. 248.e
Plagula in veste quid sit. 208.a
Plantæ quæ bonæ quæ malæ. 319.b
Planitorum sententia de mortuis. 191.a
Plenitudo vestis quid. 208.a
Plus a remissa, culpa non remissa. 6.40.a. fine pœna remittitur culpa 264.d. Pœna damnatorum inæquales. 223.b
Pœnitentia Iudæ qualis. 613.c. Petri insigne. 610. b. prædicationis materia. 613. c. prima vox Euangelii ibid. pœnitentiæ sacramento remissa peccata. 339. a. pœnitentiæ vestis cilicium. 68.a.67.a
Pœnitentium actiones olim. 339.a. habitus, cilicium. 248.d
Politici qui nunc vocentur. 194.c. Politicorum magister Herodes. 460.a
Polygamiam introducunt Caluinistæ. 384.c
Pomi fici. Romani primatus. 341.a. Pontifices Romani Petri successores. ibid.
Pontificatus Iudæorum annuus. 49.d.e
Populariter loquitur Christus, non philosophice. 320.c
Porci apud Iudæos. 193.c. porcis cur immissi Dæmones. 103.d. margaritas non dandæ. 162.b.c
Portare calicem vitæ ministerium. 73.c
Portam per angustiam intrandum. 168.c. portæ inferi Diabolo potentiæ. 356.c.e
Positivum pro superlativo Hebr. 464.
Posse in scriptura pro velle. 717.a non posse in scriptura varijs modis accipitur. 751.d
Post dies. id est, post multos dies. 719.a. Post tres dies, id est, intra tres dies. 659.c
Posteriora priora prioribus. 270.c
Potestatem omnem habet Christus. 640.a
Præcepta à consilijs distinguuntur. 404.d. cæremonialia & iudicialia non seruantur. 182.a. Dei seruari possunt. 405.c. Deus cur dei non observatur. 765.b
Prædestinatio Patris esse dicitur. 429.e. 430.a. prædestinationis certitudo. 490.d. de prædestinationis quæstione. 248.d
Prædestinatianorum error refutatur. 431.a
Pro prædestinatis solus mortuus non est Christus. 632.b. nec ob eos solos venit. 323.b.c
Prædicandum non est indigne. 162.e
Præguantibus væ denunciatur. 489.a
Præmium bonorum operum maius quam meritum. 510.a.b. præmiorum inæqualitas in vita æterna. 282.a. 417.c
In præsepi Christus an adoratus à Magis. 52.c.d
Præses Iudææ quo die vinctum dimiserit. 529.e. Præsidi cur traditus sit Christus. 613.d
Præteritum quo præsens Hebr. 196.c
Prætorium Pilati quæ locus. 627.a
Prandium cœna dicitur. 454.a
Primus in regno Dei quis erit. 775.b. primum esse velle in cœlo ambitio non est. 368.a primi erunt nouissimi. 414.c
Primitiarum festum quando. 253.c
Primogenitus filius quis dicatur. 40.a
Principes dæmoniorū. 214.c synagogæ quis. 201.e
Principes sacerdotum qui dicantur. 49.d
Principes hæreticos punire debent. 284.b. seruos puniscunt. 293.c
Priscillianistæ quid de Magis. 48.d
Promissiones negantes & affirmantes quomodo intelligendæ sint. 146.d.164.c
Propheta vestor Dei, angelo 231.a. nomen sanctitatis. 218.d.e. quemadmodum esse desinat. 257.a.b. Prophetia mercedem accipere 231.c. Prophetiam implere quid sit. 55.a.b. Prophetæ falsi secundi. 167.a. qui agnoscendi. 171.c. reiecti electi. 774.a. voluerunt videre quæ videtis. 270.d. usque ad Ioan. Baptistam. 242.b
Prophetarum genera tria. 60.b. eorum fuit decere populum. 167.c
Prophetia ad similem sensum accommodantur. 187.b
Prophetare Caluinus impetre exponit decere. 172.c
Propinquitas carnalis neglegenda. 272.c
Propinquis pauperibus dandum. 408.a
Propitius tibi sit, absit. 347.c
Propitius sensu præcepto retinendus. 118.a
Propter quod unumquodque tale &c. 474.b
propter aq; Christę qui fit aliquando. 347.a.
In proverbio vulgatiore loquimur. 285.b.c
Proverbiales locutiones hyperbolicæ sunt. 553.a
Prouidentia Patris esse dicitur. 429.a. 430.a
Proximus quis dicitur. 130.c.d. proximum diligere facilius quam Deum. 403.a.b
Prudentes sicut serpentes. 225.c.226.a
Publicani præcedunt Pharisæos in regno. 446.c. per alterum filium in parabola designati. 446.a. pro publicis peccatoribus habiti. 375.b.c. quinam essent. 132.b
Publicanorum mensa telonium. 201.e
Puer exemplum humilitatis. 774.b. puer meus, id est servus meus. 257.b puero nihil simplicius. 775.d. Putrorum ludus apud Iudæos. 244.a. 4. putris quo modo simules esse debeamus. 369.a
Puerilis error Caluini. 295.a
Puella dæmonio liberata Bituric. 214.a
Puluerem pedum excutere. 224.d
Punica lingua Hebræa affinis. 521.e
Purgatorium confirmatur 638.b. contra hæreticos defenditur. 640.a. defenditur contra Caluinistas 264.b.c. per tenebras exteriores. 184.d
Purpura regum indumentum. 618.d
Pythagorica vestis Pharisæorum. 294.e
Pythones ἐγγαστρίμυθοι. 43.b

Q.

Quadragenarius numerus mysticus. 85.d. Quadragesimæ omnium contra hæreticos. 85.c.86.a 206.c.318.b.c. Montanistis post Pascha. 206.c
Quadraginta diebus ieiunarunt quidam. 86.c
Quadrans pro minima moneta. 121.a. 285.c.
Quadrantis pars dimidia minutum. 121.a. 154.b
Quartus decimus dies criticus. 196
Quatuor Apostoli, familarissimi omnium. 483.a
Quatuor Euangelistæ 4. anni tempora. 217.c
Quatuor Euangelistæ tantum cur. 5.c
Quatuor millia 7. panibus pascuntur. 539.a.b.c.
Quatuor suppliciorum genera apud Iudæos. 219.a. 497.b
Quatuor somniorum genera. 651.a
Quatuor vigiliæ noctis. 326.d
Quaternionibus extribue duodenarium. 217.b.c
Quærite primum regnum Dei. 155.a.b
Quendam supersse nomine dicunt. Hebr. 505.d
Quid nobis & tibi. quid sit. 711.b
Quinquagenarius in et discumbere. 302.c
Quinque millia hominum refecta. 505.a
Quinque sensus vir spiritus designatus. 506.b
Quinque virgines fatuæ. 521.a
Quotidianus panis hic barbarismus. 143.a

R.

Rabbi vocari nolite. 470.c
Raca quid significet. 118.b
Rachelis nomine cur tribus intellig. 52.b
Rahab an meretrix fuerit. 15.b
Rama quid significet. 57.a. 58.a
Rami arborum Hosanna. 439.a
Rationem non reddit maligno Deus. 419.a
Reconciliare homines Deo Christi proprium. 105.d
Regeneratio extremum inducium. 410.b.
Rex tempora alia an sit Christus. 631.c Regem se dicit quis Christum dicit. 613.c. Reges non videruntqua videtis 278.d. An fuerint magi reges. à quibus tributa acceperint 364.d. dicuntur in Euangelijs Tetrarchæ. 293.c. Regum habitus purpura. 617.d
Regnum dignitatem recusat Christus. 326.a

Regina Austri. 296.a
Regnum celorum quando Ecclesiam, vel vitam eternam significet, 91.b. cœlum ipsum, 65.c Ecclesia, 140.a. claudunt Scribæ, 471.c. ex parvo magnum fore, 286.a. indicij tempus, 113.a
Regnum Dei adumtus Christi, 483.c. adueniat petimus, 141.c 142.a. primum quærendum, 155.b gentibus dandum. 451.d. Patris, quid dicatur, 583.b. regnum Christi quid sit, 348.b non terrenum sed spirituale, 621.c. regnum Iudæ an Christi esset, 622.b. regni filii qui sint, 18.b. regna dare Deiest soliu. 91.b
Relatiuum abundat ex Hebraismo. 351.a. ex Hebraismo repetitum. 392.a
Religionis actus est iurare, 126. a. bonor alteri quam Deo. ibid.b.c
Reliquiarum cultus defenditur. 310.c
Remittunde fraternæ offensa, 380. d. remittere peccata cuius sit. 206.a
Repetitio consuetudinem indicat, 171.c. & exprimit, ibid. in Hebræorum idiomate frequens. 473.a
Reprobationis auctor non est Deus, 419.a. causa hæreticis Dei voluntas, 299.a. reprobare ipsa eadem quid sit. 450.a
Repudij libellus quomodo Iudæis concessus. 536.c. repudij libelli carentes. a, 388. b. cur permissi Mosi. 388.d.a
Respondes per alteram interrogationem Christus 445.b. Respondens. i. verba facere ostendit. 247. d. 469.c. Respondere. i. aggredi ad loquendum. 776.d
R. spublica nunc est in Ecclesia, 286.a. non exercita eam lex Christi. 119.
Restringenda non est scriptura sententia. 506.c
Resurrectio ex fusitatis confirmatur, 211.d. immortalitas animarum cum ea coniuncta. 463.a. negant Sadducæi, 461.d. quam credebant Pharisæi, 294.c. in resurrectione. 89 resurrectionem, 462.b. qui resurrexerunt in Christo an iterum mortui sint. 634.a
Retributio in lege non in Euangelio. 128.a.b
Reuelatum paruulis Euangelium. 241.a.b
Rerum esse iudicio quid sit. 117.a
Romani Pontificis primatus, 341. a. defensio in hæreticos. 346.c
Romani Pontifices Petri successores. 341.a
Romani quod tributum impetrarint Iudæi. 46.a
Romanorum exercitus abominatio desolationis. 487.b
Rubor vespertinus serenitatis signum. 327.a
Rudis pannus quid in parabola. 206.c
Rupertus antiqua eruditionis auctor. 123.d

S.

Sabbatum cur institutum fuerit, 721.d. & illud celebrat, id est, appropinquat ad, 664.a.c. omne festum dicitur, 255. a. propter hominem factum, 724.a. pro tota hebdomada, 665.d. secundo primum quodnam, 32.c. sabbati die synagoga congregabatur, 256.a. quæ non liceant, 513. d. sabbati dominus filius hominis, 215.c. iter quid sit, 431.a. solum erat parasceue 528.b.c. Sabbatum violant sacerdotes, 255.b c. sabbato curare an liceat, 216.b. nefas, fuga, 419.a. non licet ante 10. casum solis labentis, 714.a. sepelire, 517.a. sabbata dicuntur dies hebdomadæ, 709.d. sabbatis in synagogis conueniebant Iudæi. 715.a
Saba meridionalis Iudæa. 289.c
Sabellianorum error de Trinitate. 634. d. error refutatur. 694.b
Sacerdotes an à pœna tantum, non à culpa absoluant. 341.b. an pro arbitrio possint soluere. 341.c.d. in templo sabbatum violari. 722.a
Sacramentum rei præsentis est. 377.a. sacramenta instituere solius est Christi. 622.b. num figilla fint. 579.c. peccatorum remedia ordinaria. 343.c. sacramentis non alligata est gratia. 777.a
Sacramentalis loquutio quanam. 376.a
Sacrificium non interrumpendum. 119.c. 420.a
Sadducæi cum Pharisæis in Christum 327.d. nihil supra naturam credebant. 461.c. qui non essent. 69.d. quos libros reciperent. 464.c. eis similes Calumniatæ.
Sagena missæ in mare simile regnum. 289.d.e
Sala proprietates duæ. 106.a. salienda tibi vilitia. 356.a
Salius cæcum sanat Christus. 767.c. curauit egrotos. 765.b. cur mutum curarit. 762.c
Salome filia Herodiadu. 297.c. vxor Zebedæi. 424.c
Salomon opulentissimus, & sapientissimus 134. e. adulte sunt ei diuitiæ. 136.a
Salutatio Hebræorum. 224.a.b
Samaritani neq; Iudæi, neq; Gentiles. 220.d. Samaritanorum vibes non attendas. ibid.
Samuel quomodo Dauidem cognouerit. 77.c
Sanctæ cur dicta Hierusalem. 654.c
Sanctificare Hebraïs celebrare. 141.c
Sancti in iudicio non iuuabitur. 503.c.d. Sanctorum fides an maior ea Cananææ. 183.a. invocatio, 322. d. meritamortuum vilia, 503.d. reliquiæ venerandæ. 310.c
Sanctum canibus non dandum. 361.c
Sanctus Dei Christus dicitur. 711.d
Scandalum an diuersa à culeis. 222.d.e.
Sanguis Christi cur pro multis dicatur effundi. 364.b. eius super nos sit, 476.c. & aqua de latere Christi, 658.d. nouu testamenti cur dictus, 379.c. sanguis viuum patiens mulier, 299. d.e. sanguinis pretium, id est mortis, 617.a. sanguinem quomodo sudauit Christus. 590.c
Sapientia iustificatur à filijs, 245.a. sapientiam incredulitate metiuntur Calumniatæ. 328.a
Sapientibus abscondisti, non paruulis. 248.a
Sarai apud Hebræos adulterium. 84.a. 87.b. quomodo in Iuda, 543.a. Satanæ Petrū Christus dixit. 396.a
Satum quod mensure genus. 286.c
Satyrion vitam beatam denotat. 105.c
Scandalum eius pium v. tat Christus, 364.c. scandala vt veniant, necesse est, 370.a
Scandalizari, cadere fide & errare, 281.a. in Christo quid sit. 256.d. peccatum est. 369.c. proprie impingere. 292.b
Scandalizare, cæc. iniuria afficere. 369.b
Scelus la salutis non conuenit cum locutionibus scripturæ. 553.c
Scientia experimentalis in Christo. 181.b.c
Scinds verbum non cognitionem, sed afflictum denotat. 404.c
Scindebant vestem Iudæi. 604.d
Scriba dicitur doctor Euangelij. 290.a. Scribæ Iudæorum quinam essent, 50.a. legis doctores Iudæorum. 476.d. per titulum discessi, 311.c. quidam erant Pharisæi. 464.d
Scriptura adimplenda quando dicatur, 55.d. scriptura num sit contraria. 50.c. vulgariter non subtiliter loquitur, 154.a. Scripturæ auctoritas ab Ecclesia, 5.a. extra Ecclesiam vtili. ignoquis, 462.a. locus de vna persona ad alia accommodatur, 44.a. locutiones ad scribæ subsilitatem non reuocandæ, 553.c. scriptura stantes Calumniatæ, 463.a. sensus non restringenda, 306.c. Scripturam Christus non ad verbum sed ad sensum citat, 91.b. Scripturæ hæreticis pro arbitrio admittunt, 4.a. legunt, nec intelligunt Caluinistæ. 462.a
Sebastianus Castelio reprehenditur. 374.c
Sæculo in future peccata remissa. 246.d
Securis ad radicem posita quid. 72.c
Sedes Apostolorum duodecim, 411.c. Apostolorum in iudicio quales. 410.c
Sedere in iudicio iudicis est, 268.a. eorum qui escent. 98.c
Seductores Catholicos hæretici vocant. 658.c
Sensus in Eucharistia non sequendus. 572.c
Sepelire sabbato non licebat. 527.a
Septies in parabola quid denotet. 447.d
Septem pro multis Hib. 270.a
Septenarius numerus pro infinito. 379.a
Septuaginta absurditatē sententia tollunt. 257. c. cur Hebraicas voces non vertant, 118.a. demonstratiue pro receptione sua fit, 80.c. eorū locus vitiosus, 259.b. auctores iudaeri. 156.d.e. eorundem vox Hebraïca lectionem Euangelistæ tiant, 430.d. sepulchri Christi descriptio, 672.c. an apud hebræos rectius Christus 268.b. sepulchra alibi à cruce 190 a. sepulchra ædificant Pharisæi, 475.c. sepulchrorum honor apud Iudæos. ibid.
Sepulturæ mos apud Iudæos, 617.d. sepultura asinidigni hæretici. 298.d.e
Serenitatis signum vespertinus rubor. 327.a
Sermo & verbum Hebraïs pro re quauis. 717.a.b
Serum, tempus inclinatum ad vesperam, 637.d. sero improuidi opera bona sibi coparant. 504. c. sero sabbati, id est transacto sabbato. 684.b
Seruire duobus dominis, 152.a. seruus Dei Christus vt bonus, 257.b. seruis datur mensura tritici. 497.d.b.
Sicelus argenteus appellatur, 544.b. Hebræorum tetrarchicus. 362.d
Sicut æqualitatē non similitudinē declarat, 132.b
Sidon ciuitas Gentilis, 247.c. Sidonij audiunt Christum. 726.c
Signum filij hominis quid, 493.b. Ionæ propheta, 267.b. signi vsus cessauit, 577.a. similitudines accumulat Christus, 311.c vnde indicet. 107.d.e
Simon Cyrenæus an Gentilis fuerit, 627.c. Cananæus, 12.a. leprosus an idem apud Luc 534.a.b.
Simplicitas apostolis commendata. 364.d
Simulatio diu durare nequit. 176.b
Sinapis grani parabola, 283.c. granum quæ significatur, 359.c. sinapis in hortis antea fuit. 285.d
Sion mons in quo regia. 436.a
Sinus Abrahæ paradisus. 539.c.
Situ veluti vens desiderium in scriptura. 102.d
Solan vere ei scur. ndum in die iudicij, 491.c. cur obscuratus in passione, 643.c. solis ac splendor passionē Christi, 643.b. obscuratio, ac Deitas, 643.a
Solemnis dies id est, dies Paschæ. 623.d
Solidus dicitur quæ probata, 152. b. de stabilitate qua probibita, 156.c. solidi, quid, 281.b
Solutudinem per 1 Christus post mutauit, 726.a. 715. ex solutudine Euangelium affert. 82.c
Solæcismus apud Sepingentia. 258.a

Somnium vxoris Pilati, 592.a. 623.b. somniorū quatuor genera. ibid.
Somnus Christi voluntarius. 190.c
Sordes corporis non animæ Pharisæi nauat. 475.c
Sorte sola tunica Christi obtigit. 632.c
Spartes vna pro tota gente. 514.a
Spica ante dum. 519.a.b
Spicas vellentes Apostoli accusati. 254.c
Spinæ Scribæ in vestimentis gerunt. 470.d
Spiritus pro voluntate sumitur. 100.b
Spiritus sanctus cur in Christum, 80.a.d. descendat, 422.c. in specie columbæ, 80.b. mereri non patitur, 706.c. num pater Christi, 93.a. in Spiritum sanctum peccatum. 261.c
Spiritum immundorum potestas. 217.d
Sponsa Christi Ecclesia, vel anima cuiusque, 455. c. sponsus est Christus. 205.d
Stare, id est adesse, 67 4.d. 790.a. stantes agnum comedebant, 548.b. stantes Iudæi in synagoga ducunt, 469.b. stans beati. 811.b
Stater valor. 365.a
Statim non momentum, sed breue temporis interuallum significat. 705.b
Stella Magorum an vera fuerit. 47.c. an cometa Aut Augustus, ib.d. quādo apparuerit. ib.d. & e
Stellæ verenedecident. 492.c
Subsidium in supernaturalibus vitandum. 423.b
Subsidium apud Iudæos. 116.a
Super eam, id est, contra eam, 391.a. super me id est, propter me. 618.c
Supererogationum opus. 78.a. 405.c
Superstitiosos Caluinus eos, qui fimbrias Christi tangebant, dicit. 300.d
Super substantialis panis. 144.a.d
Surgere ac. usatores est in iudicio. 268.a
Suscitare filios Hebraïsmus.
Sustinete hic, id est, manete.
Syllepsis scripturæ familiaris, 320
636.b. 674.b. 733.c. 804.d
Synagoga die sabbati congregabatur
ciebat non dicitur 374.c. dicitur
tio & templum, 94.d. ficut
444.a. synagogæ principi qui
gogæ templa Iudæis.
Syrus eam scripserit Matthæus.
Syrophœnices qui.

T.

Tabernaculum cur facere velit Petrus. 25
Tabernaculum in ciuitate Nebe. 25
Tabule secundæ mandata. 40.a
Talentum dicitur quid sit, 509.b. talenta Christianis omnibus data. 506.b.c. talentorum decem millia quantum valeant. 381.a
Tangit Christus qui fide accidit, 209.c. tangebat Christus quos sanabat, 767.b. tangi cur noluerit Christus a mulieribus, 685.a. tangendo cur Christus sanarit. 177.a
Tecta plana in Palæstina 89.a. 488.d. super tecta Iudæi conabat. ire super tecta prædicare. 229.c
Telonium publicanorum quid. 201.c
Tempestas occasio meritandi. 444.a
Tempestates immittuntur à Deo. 190.a
Templum in monte Maria fuit, 90.a. tertium ab Herode ædificatum, 481.d. reædificiant Iudæi consensu Iuliani, 482.b. templi destructione loqui parcissimus, 485.b. in templo iurare quid, 471.c. templorum ornamenta Caluinistæ vendunt. 540.b. 793.a
Tempora ordo non seruatur in Euangelio, 151.c. tempora non habentur ratio sed laboris. 418.b

Tenebræ quantæ erant filiorum &c. 151.a. exteriores quenam sint, 184.c.a. an per vniuersam terram in passione. 644.d.e
Tentare varia significat, 83.c. tentare quomodo dicatur Deus, 147.a. tentari cur voluerit Christus. 85.a
Tentatio quid sit, 147.d.e. tentationes maiores futuræ probi. 713.d
Tentator nomen diaboli. 87.b
Tergum pro voluntate Christum. 607.a
Per terram iurandū non est, 126.c.d. terra mentium cultum, 101.d. terra pro hominibus qui eam incolunt, 106.a. terra motus signum iræ Dei. 652.c
Terrena etiam pollicetur Christus. 301.c
Tertullianus hæ. et hæreticus citatur, 181.d. quid de columba senserit. 80.b. Tertulliani sententia de fuga sugiunda est, 228.b. eius error de prophetia Ioannu. 284.a
Tertulliani stultum error de mortuis. 119.a
In tessaradecades genealogia cur diuisa. 29.b
Testamentum Sabbatum potius quam sedus. 371.b
Testamentum nouum vbi constituerit Christus. 580.a
Testes falsi in Christum. 602.a
Testes adhibendi in correctione. 374.b
Testimonium damnonum repudiat Christus, 713. b. in testimonium aliquid agebant Iudæi. 125. a. in testimonium contingit. 226.c
Tetrarchæ reges appellantur. 393.c ibid.
Tetrarchia quid sit. 219.c
Thadæus Iudas. 495.b
Thessalonicenses hæretici,
Thesaurus propenu. 389.c. thesaurus est vbi cor prouerb. 150.c. [illegible]

Tribunalia apud Iudæos tria. 116.d
Tribus decem & tribus nouissimæ. 268.b
Tribus Israelitarum hominis denotant. 433.a
Tribus decem à captiuitate nō redierunt. 220.d
Tributum quodnam Iudæi soluerit. 361.c.d. 461. a.b. Christiani soluere debent. 363.a.b
Triginta annis ætas doctoris. 62.a
Triginta Francis Gallicis vēditus Christus. 543.a
Trinitatis opera externa personis communia. 35.b
Trinitatis mysterium probatur. 694.b.
Tristitia somnum gignit, 593.a. in Christo quomodo fuerit. 589.b
Tritici mensura datur seruis. 497.a.b
Triumuirum tribunal Iudaicum. 116.d
Tuba regiæ maiestatis indicium, 493.a. tuba vrnæ an metaphorica in iudicio ibidem. tuba populum conuocatur Iudæus. 134.d.e. tubæ clangor ad terrendum. 494.b
Tunc non proximum tempus significat. 489.a
Tunc verò dum punctum temporis significat. 56.b
Tunica Christi sorte obtenta. 732.c
Tunicas duas sorte prohibentur Apostoli. 221.c
Turbam quod modo fugiat Christus. 98.c
Turcæ templum imagines sericas pannis. 71.a
Turpe lucrum ara sacra templo. 617.a
Turris in parabola quid denotet. 447.d
Tyri audiunt Christum venientē. 726.a
Tyrus ciuitas Gentilis. 246.c

V

Vade Hebraïsmus est concedentis. 186.a
Vasa id est supellectilem circipit. 260.a
Vasa vilia humanas corpora. 502.c
Venire post me Hebraïsmus. 94.b.
Venire dicitur Christus cum opitulatur. 228.c
Verbum sine suppositio Hebraïsmus mosæ. 213.d. 753.c. 767.a.
se fructum profert, 741.a. verbū Hebræos. 717.a. otiosum quodnam verbum nō actionem, sed confessionem significans. 363.d. verba sæpe non essentiæ significāt. 776.c. verba Chaldæa non habebant. 763.c. verbum ipsis vti auctoritatem conciliat. 764.a.c.x
suis insit scabies. 266.a
an moriatur damnatorum. 280.a
Dei finem mūdi. 422.b. vespere sabbati id est. 664.a. vesperi Hebræi totā noctē appellant. ibi. inter duas vesperas quid sit. 523.b. inter eas agnum comedebant. 547.a
ris. rinum rubor serenitatem. 227.c
Vestem quando scinderent Iudæi. 604.d. vestes Christi diuisæ. 633.b. Iatronū an diuisæ sint. e
Via veritatis difficilis. 106.c.d. Amaria id est. versus. 92.d. in viam gentium ire, 220.b. in via iustitiæ id est per modum iustitiæ. 406.c
Vicarius Christi Petrus. 333.c
Victima sale saluitur. 781. c. victima dicuntur, qui puniuntur. 782.c
Videre & intueri diuersa sunt. 329.a
Videre mulierē id est oculos inicere in eam. 121.c
Videri velle bene facere culpa non est. 136.a
Viduarum feruidum cenetissimus. 282.c
Vigilia noctis quatuor apud Iudæos, 306.d. 421.d
Vilissima etiam curat Deus, 155.a. cum fœno cōparantur. ibi.
Vinea plantata quid significet, 447.d.e. vinea colonique sint, 442.b. in vineam mittuntur operarij. 416.d
Vinum genimen vitis. 584.b
Vinum myrrhatum Christo datum. 610.d
Vipe-

Viperarum progenies Pharisei. 69.e
Virga Apostolis prohibita. 223.a
Virgis quibusnam casus Christus. 627.a
Virginitas summa virtus. 500.a
Virginitatis donum omnibus datur. 594.d
Virgines fatuæ oleo carent. 501.a.b.c
Virginum fructus centesimus. 282.c
Viri & vxoris par causa. 124.a
Viri soli numerantur à Iudæis. 305.b
Virtutes cur dicantur miracula. 751.c
Virtutibus suis nemo confidat. 500.a
Vita æterna thesaurus quæ dicatur, 406.b. vita austera imbecillibus non conuenit, 206.e. vita communis Christi vita ibid.a. ad vitam æternam necessaria mandata Dei. 402.a
Vitii via facilis. 166.e
Vinus Deus cur dicatur. 332.b
Vltio non quærenda. 128.a
Vnam petii id est vnum. 451.b
Vngunt ægros Apostoli. 754.b.756.b
Vngebantur corpora mortuorum. 540.c
Vngi quanam partes corporis solerent. 555.e
Vngi se cur permiserit Christus. 541.a
Vngi solebant Orientales in conuiuiis. 539.c.d
Vngendum caput ieiunanti, 150.a. vnguenti alabastrum quid sit, 537.e. effusio charitatem indicauit. 538.a
Vnigeniti dicti etiam primogeniti. 40.a
Vnigeniti filii dilecti dicti. 81.d.e
Vnus apud Hebræos pro primo. 151.e.665.e
Vocari debet Ecclesiæ Doctores, 506.b. vocari in Scriptura idem quod esse. 105.c.112.e
Vocati sunt multi. 423.b
Vocationes Apostolorum varia. 93.c.d
Volatilia cœli respicite. 152.e
Voluntas Dei permittens & absoluta, 386.e. voluntas Dei vt fiat petimus, 142.d. voluntatem solam Deus malignis allegat, 419.a. voluntates in Christo duæ. 592.b
Vouendi formula Iudaica. 315.a
Vox de cœlo in Christi baptismo. 82.c
Vsque quomodo intelligatur in scriptura, 39.e. 696.d
Vsura in parabola quid significet. 511.e
Vsuram non probat Deus. 511.c
Vt, non causam sed euentum aliquando, 55.a. 108.e
In vtero habere Græca phrasis. 32.e
Vtri veteri Iudas comparatus. 208.d.e
Veres veteres quid denotent. 207.a
Vulgata editio defenditur, 208.c. 213.e. 351.b. 404.e. corrigenda. 423.a
Vulgariter non subtiliter loquitur Scriptura, 154.b
Vult eum, id est amat eum. 635.d
Vxor hæretica dimittenda, 123.b. pro Christo quomodo derelinquenda, 423.c. vxor & vir quomodo vna caro, 385.e. vxoris & viri par causa in Euangelio, 124.a. vxori adhærere quid sit, 385.e. dimissæ nubere non licet, 391.b. an liceat plures viros habere, 385.a. vxorem an liceat dimittere, 383.e. Iudæis qui licuerit, 287.a. 389.e. vxorem inuenire non posse, bonum est, 390.d. alienigenas ducebant Iudæi, 15.e. Christum quibus de causis dimittant, 123.e. dimittendo an peccarent Iudæi, 318.b. plures Caluinista permittit. 384.e

Z.

Zacharias filius Barachiæ. 477.a
Zachariæ loco an citatus sit Hieremias, 518.e
Zebedæi filii Boanerges, 730.a. Zebedæi filiorum mater soror B. Virg. 425.b. Zebedæi filiorum petitio, ibid.a. Zebedæi Iacobus sub. filius, 119.d. Zebedæi vxor Salome. 424.e
Zelotes Simon vnde dictus, 220.a. zelotæ seditionis duces. 487.d
Zizaniorum parabola. 283.b
Zona Ioannis pellicea. 66.d.e

FINIS.

[illegible]
ntia. 506.d
r, 211.d. in-
coniuncta.
tuam crede-
tione. i. p. st
xerunt cū
654.a
128.a.b
48.a.b
117.a
[illegible]
6.c
a
[illegible]
reliquiæ Veneranda.
Sanctum canibus non dandum. 161.e
Sanctus Dei Christus dicitur. 712.d
Scandalis an diuersa à calceis. 222.d.e.
Sanguis Christi cur pro multis dicatur effundi. 564.b. eius super nos sit, 476.e. & aqua de latere Christi, 656.d. noui testamēti cur dictus 579.c. sanguinis fluxum patiens mulier, 290.d.e. sanguinis pretium, id est mortis, 617.a. sanguinem quomodo sudauit Christus. 590.c
Sapientia iustificatur à filiis, 245.a. sapientiam incredulitate metiuntur Caluinistæ. 328.a
Sapientibus abscondisti, non paruulis. 248.a
Satā apud Hebræos aduersarius, 84.e. 87.b. quomodo in Iuda, 543.a. Satanā Petrū Christus dixit. 346.a
[illegible]tum quod mensuræ genus. 286.d
[illegible]tur tas vitam beatam denotat. 105.e
[illegible]ndalum accipitur vt ait Christus, 364.c. scā[illegible]
[illegible]la vt veniant, necesse est. 37[illegible]
[illegible]zari, cadere fidē deserere, 281.a. in C[illegible]
[illegible]36.d. peccatum est, 369.e.[illegible]
Serenitatis [illegible]
Sermo & ve[illegible]
Serum, tempus in[illegible]
sero improuid[illegible]
c. sero sabbati, [illegible]
Seruire duobus [illegible]
stus vt ho[illegible]
tici.
Siclus argent[illegible]
tetr[illegible]
Sicut aqu[illegible]
Sidon[illegible]
Ch[illegible]
Sign[illegible]
2[illegible]

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS